JUS PRIMI PRINCIPIJ THEOLOGIAE POSITIVAE, CANONICAE, ECCLESIASTICAE ET...

Eustache : de la Conception

JUS
PRIMI PRINCIPIJ
THEOLOGIÆ POSITIVÆ, CANONICÆ, ECCLESIASTICÆ ET MORALIS;
INQVO QVIDQVID PRÆCIPUUM ET DIFFICILE IN HIS SCIENTIIS OCCVRRERE POTEST FACILI,

aç claro ordine, & methodo explicatur: & resolvuntur Casus conscientiæ per unicum principium.

A Reverendo Patre EUSTACHIO A CONCEPTIONE, *Professore Theologiæ Carmelita Excalceato Provinciæ Sanctæ Theresiæ in Gallia.*

AVENIONE
Apud FRANCISCUM SEBAST. OFFRAY, Thypograph. & Bibliopolam Illustis. ac Excellent. Archiepiscopi, in Foro S. Desiderij.

M. DC. XCVII.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.

EXCELLENTISSIMO ET REVERENDISSIMO D. D.

MARCO DANIELI DELFINO

AVENIONENSIS, TOTIVSQVE COMITATVS VENAISSINI PROLEGATO, ARCHIEPISCOPO DAMASCI, ET NUNCIO APOSTOLICO IN GALLIA MERITISSIMO.

CIRCONSPICIENDVM non erat, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, cuius nominis famam, & patrocinium optaret meus iste Liber; virtutibus enim tuis effecisti, ut nullum audiatur nomen magis, aut gloriosum scientiis, aut cognitum gloriæ, quam tuum. Quod exteri nobis invideant hoc debemus virtutibus tuis, humanitati, liberalitati, & magnificentiæ, quibus extraneos recipis, foves, & protegis, qui te mirabilem undique prædicant, & in omnem terram exibit somnus eorum. Quod extraneos huc invitat, hoc debemus admirabili Summi Pontificis Palatij Scientiarum liceo, quo scientias omnes huic ubi dedisti, ut Scientiarum omnium Vrbem dares. Europæ. Vivit in te. Vt video. Seneca superstes sibi, restituis illi vitam quam amisit, talis est inte, qualis fuit inse: quod speculatur, hoc Sapis, quod Philosophatur, hoc vivis, quod præscribit hoc exequeris, aut alter es Seneca si fuit Geminus, aut idem si fuit unus. Imitaris Stellas quæ de novo deprehensæ comites apellantur Solis quæ ministerio illius Astri lucem hauriunt non tam sibi, quam orbi, propterea steriles sunt ut radios Solis recipiant, fideles ut retineant. Eodem animo quo Statum Venessinum regis, eodem

scientias, & pietatem amplecteris, qua pietate necessitatibus opressis in tot, tantisque calamitatibus necessaria procurasti, & propriis sumptibus. Providisti ut te Patrem Patriæ iure merito dixerent.

Circonspiciendum igitur non erat, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, *cuius nominis famam & patrocinium optaret; si enim antiquitatem quærit, aliunde quærenda non erat, quam in* DELFINORVM FAMILIA, *in qua ante stabilitam Serenissimam Venetorum Rempublicam creverat Nobilitas, pullulaverat Marchionibus & jam nomen Nobilis Venetiani possidebat: quare Statim primas illius Serenissimæ Reipublicæ Sedes meruit occupare, Senatorias, Generalium Exercituum Præfecturas: imo regiam simul & Ducalem non semel obtinuit. Testem appello Illustrissimum & Invictissimum illum* DELFINVM, *qui parta victoria, fugatis hostibus, Provinciis & Insulis integris captis ad maiora parabat viam, iam ingemiscebat Turca præclusum sibi iter ad impiissimum Mahometis sepulchrum. Latent sub tuo Nomine maiores tui* EXCELLENTISSIME PRINCEPS, *apparent in te quotquot vixerunt in splendore, laudantur dum laudaris, & sunt omnes quasi tui æchones. Floruerunt maiores tui sub Violis, rubuerunt sub Rosis, ornaverunt Purpuram, illustrarunt Sagum & Togam, & ut uno verbo dicam in te meliora latent. Tibi igitur iure merito debebatur Liber iste meus jurisprudentiæ sacræ Scripturæ explicationis & iuris Canonici compendium: imo tota Moralis Theologia, cum sis Totus Theologus Iurisprudens Vicarius Vicarij Christi necnon Nuncius Apostolicus in Gallia. Eodem igitur animo quo offero illud opus gratitudinis meæ recipias fave & vale.*

Humilimus & fidelissimus servus
Fr. Eustachius a Conceptione Carmelita Excalceatus.

AD LECTOREM.

HABES, Lector Benevole, unde nutriatur animus tuus, inflammetur voluntas, & facilitetur memoria, habes Theologiam tam speculativam, quam Moralem brevi stylo, novo quodam modo enucleatam. Habes Jurisprudentiam in isto opere tractatam, eo animo ut tantum necessaria ad Casus conscientiæ addiscendos inveniatur. Habes Casus conscientiæ sub unico principio faciliter resolutos, si bene attendas: nam sicut dicit Galenus, licet propter diversitatem locorum sit diversitas morborum: unus tamen est omnium morborum medendi modus. Sic in spiritualibus, licet propter diversa peccata sit diversitas morborum spiritualium: unum tamen sufficiet curationum principium, quo mores corrigere, hominum conversationem cognoscere, animos purgare, vitia expellere. Remedia contra peccata præscribere, oleum Divinæ misericordiæ, & vinum justitiæ vulneribus super infundere, peccati & peccatoris conditiones inquirere, cuncta quæ intra, & extra hominem geruntur dirigere poterimus: propterea ut pro singulis singula tractentur, quatuor status descripsi: statum Divinum quo possis evitare peccata, & cognoscere quæ sunt immediate contra Deum, ubi invenies quidquid de sacra Scriptura, de Canonibus, de Fide, de Conciliis sciendum est, & hæreticorum dogmata confutanda. Statum proximi quo cætera præcepta decalogi enucleantur, & sub unico principio Casus conscientiæ occur-

rentes resolvuntur, statum Ecclesiasticum, ubi videbis quid possit Summus Pontifex, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi & statum denique Laïcorum scilicet jurisdictionem Imperatorem, Regum, Principum, Marchionum, Comitum, & Baronium. Habes itaque, Amice Lector, Epitome Theologiæ jurisprudentiæ, & omnes Casus resolutos. Principium autem meum generale quo inviti cupio est, quo debeat servari in omnibus jus primi principij, quo servato nullum erit peccatum, & omnis actio bona. v. g. Quare honorandi sunt, parentes, quia habent ius primi principii: quare non est furandum, quia qui furatur derogat iuri primi principii immediate alterius supra furatum, quare non est mentiendum, quia ius primi principii locutionis est verbum mentis, & qui mentitur avertit se ab illo. Quare non debet pollui thorus alterius, quia derogatur iuri mariti qui solus habet supra uxorem. Quare non est nubendum cum affini, vel consanguinea, quia derogatur iuri Ecclesiæ quæ prohibet. Quare qui male egit cum consanguinea amittit ius petendi debitum, quia derogatur iuri mariti quod suspendit tale ius.

Et sic tantum attendendum erit ad illa omnia quæ habent tale ius: propterea quantum potui ordinem habentium tale jus primi principii tractavi incipiendo ab omnium principio Deo optimo quem immediate respiciunt tria prima præcepta decalogi. Secundum tractat de iure humano sive de aliis præceptis Decalogi. Tertium de iure Ecclesiastico quid possint, vel non possint Prælati Ecclesiastici, ut Pontifex, Patriarchæ, Archiepiscopi & Concilia. Quartum est de jure Laïcorum, id est Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, &c. Eo fui motus principio, ut ambages Casuum conscientiæ. Evitari possint propter diversitatem

Authorum, quorum alii suæ freti doctrinæ proprio marte omnia resolvere prætendunt. Alii solis authoritatibus fulciuntur. Alii sacræ Scripturæ. Fundamenta jaciunt. Alii ex aliorum opinionibus ut Doctissimus Caronovel multa concludunt: ego vero unico principio solidissimo omnia resolvi posse prætendo; ad quod si bene attendas, Amice Lector, faciliter occurres omnibus difficultatibus, & conscientiis omnibus erit solatium.

Igitur cum Deus, & Ecclesia Catholica sint fundamentum totius Theologiæ. Primo videbis quomodo datur Deus, & ille unicus. Secundo quomodo datur Ecclesia, & illa unica; scilicet Catholica Romana. Tertio audies Deum loquentem per Scripturas, per Ecclesiam, per Summos Pontifices, per Episcopos, per Concilia, per Traditiones. Quarto, videbis quid possit Summus Pontifex, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Superiores Religionum. Quinto, Quid prohibeant & possint Imperatores, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & Barones. Vltimo videbis in singulis materiis Casus resolutos hæc attende. Amice Lector, & Vale.

I. M.

Fr. Philippus à S. Nicolao præpositus Generalis Fr. Discalceatorum Ordinis B. V. M. de Monte Carmelo Congreg. S. Eliæ ac ejusdem Sancti Montis Prior.

TEnore præsentium facultatem impertimur *R. P. Fr. Eustachio à Conceptione* Provinciæ nostræ Avenionensi. sacerdoti Professor, ut typis mandare valeat Librum cui titulus de *Iure primi principii Theologiæ Moralis* ab ipso compositum. & à duobus Congregationis nostræ Deputatis Theologis recognitum & approbatum. Viennæ in Austria die 7. Decembris 1695.

Fr PHILIPPUS *à S.* NICOLAO *Præpositus Generalis. Iam eadem facultas fuerat concessa a R. P.* HONORIO AB ASSUMPTIONE *Generali.*

Approbatio Theologorum Ordinis.

NOs infra scripti ex commissione Reverendi admodum Patris nostri Præpositi Generalis, accurate & attente legimus Librum cui titulus est *Ius Primi Principii* per quod possunt resolvi omnes Casus conscientiæ, & sub quo. Quidquid præcipuum & difficile in Theologia positiva, Canonica, Ecclesiastica & Morali occurrere potest facili ac claro ordine compendiose explicantur à *R P. Antonio à Conceptione* Ordinis nostri Religioso, ac sacræ Theologiæ Professore, facile ac brevi stillo compositum in quo nihil quod ortodoxæ fidei ac bonis moribus contrarium sit deprehendimus: imo multa scitu digna, plerosque variorum conscientiæ casuum ille continent. Idcirco illud prelo dignum judicamus. Carpentoraci in Hospitio nostro Carmelitarum Discalceatorum, die 26. anno 1692.

Fr ANDREAS AB ANGELIS *Primus Definitor ac sacræ Theologiæ Professor.*
Fr. BLASIUS A CONCEPTIONE *Theologiæ Professor.*

IMprimatur Avenione die 8. Augusti anni 1694. Fr. H. DE P E R U S S I S Inquisitor Generalis Avenionensis.

Approbatio Doctorum Avenionensium extra Ordinem nostrum.

NOs infra scripti Sacræ Facultatis Avenionensis Doctores Aggregati ex commissione Reverendissimi Domini DE JARENTE DE CABANES ecclesiæ Metropolitanæ Aven. Præpositi & pro Excellentissimo & Reverendissimo Domino LAURENTIO MARIA FIESCO Archiepiscopo Avenionensi Vicarij Generalis, Opus Theologicum quod inscribitur, *Ius Primi Principij, &c* Authore R. P. *Eustachio à Conceptione* Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Theologiæ Professore. Magna cum animi dulcedine perlegimus, in eo enim reperimus omnium fere scientiarum ingentes opes gravissima dogmata, sanctæ Sedis Apostolicæ privatum, dignitatem & authoritatem consonantia, ac diversarum pulchritudinum ditem supellectilem, tam acurate delectam, ut opus ipsum Authoris elogium plurimum celebrare valeat. Quapropter dignum censemus, ut hoc opus multæ eruditionis cælaturæ animatum, & ab omni prosus labe adversus fidem & optimos mores immune in lucem prodeat, & manibus omnium circumferatur. Datum Avenione 18. Octobris 1695.

Fr. NICOLAUS CHABERT *Doctor Aggregatus & Prior Conventus Generalis Aven. S. Augustini.*
Fr. LUDOVICUS THOMAS *Ordinis Carmelitarum Doctor Aggregatus & Sacræ Theologiæ Professor.*

V*ISA* Aprobatione R. R. P. P. Sacræ Theologiæ Doctorum ut supra à nobis deputatorum licentiam impertimur ut typis mandetur. Datum Avenione die 30. Octobris 1695.

L. G. DE JARENTE CABANES Sta. Eccl. Metrop. Aven. Præpos. nec non Vic. & Officialis Generalis.

JUS

JUS PRIMI PRINCIPII

In quo fundatur tota moralis Theologia.

LIBER PRIMUS

PRÆAMBULUM.

CUM Deus habeat primum jus primi principij, antequam audiamus illum loquentem, sive intimantem suam voluntatem per scripturas, per Ecclesiam, Per summos pontifices, per consilia, per traditiones, ut videbimus in quibus quod præcipit, & quod prohibet conspicitur, videndum est prius propter hæreticos, utrum detur ille Deus loquens, & utrum sit unus propter Idololatras; Et ultimò, utrum detur unica Ecclesia, & quænam sit.

Sciendum est quod Theologiá, alia est naturalis, alia supernaturalis, alia positiva, alia Catholica, alia Canonica, alia scholastica, alia symbolica, alia mystica, alia demonstrativa.

Theologia naturalis considerat Deum, ut authorem naturæ, & in veritatibus naturalibus se exercet, quam philosophi gentiles cognoverunt.

Theologia supernaturalis est scientia divinitus inspirata & omnis de Deo locutio, confessio, prædicatio, a scriptoribus altiori stilo tradita.

Theologia positiva occupatur in germano sensu scripturæ in veteris & novi testamenti explicatione, ad quam addiscendam duæ sunt viæ; Authoritas & ratio: Ideo ut Christus mores hominum sanaret miraculis consiliavit authoritatem, autoritate munivit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustatè roboravit religionem & sic sacricodices sunt argumenta fidei, quæ vocantur motiva credibiliticatis.

Theologia catholica occupatur circa canones & traditiones Ecclesiæ, ad quam pertinet de vero sensu, & interpretatione scripturarum determi-

nare.

Theologia canonica, sive casuum conscientiæ, sumitur ex generalibus consiliis, Provincialibus, nationalibus, diocesanis, & collectionibus juris civilis & canonici, de quibus in libro ultimo istius operis.

Theologia mystica est quæ simplicius contemplatur deum, affirmatione, negatione & supereminentia, & est sermomentis in deum ipsa mentis defixio, ferventissima, transformativa & inspectio deitatis; si vis scire quomodo id fiat interroga gratiam, non doctrinam; desiderium, non intellectum; gemitum; orationis, non studium; sponsum, non magistrum; deum, non hominem, calliginem, non claritatem; non lumem, sed ignem.

Theologia demonstrativa est propria beatorum, inqua videbimus Deum sicuti est: ubi nunquam clauditur liber, nunquam præterit quod legitur; de quibus omnibus tractabitur in isto opere deo adjuvante.

Sciendum est primo, quod Theologia catholica quæ tractatur in principio istius libri, continet præcipuas difficultates quæ concernunt unitatem dei, contra jdololatras, & unitatem Ecclesiæ, contra hæreticos qui dicunt quòd unusquisque possit salvari in sua secta, & Religione.

Sciendum est secundò, quod cum fide, sit habitus quo animus purgatur, intellectus splendet in tenebris, est in potentia intellectiva, prima omnium virtutum, per ipsam verus cultus tribuitur deo. Potest, subsistere sine aliis: *licet* sine charitate dicatur mortua, cum infidelitate perdita, ut ait concilium tridentinum. Causæ illius sunt diversæ. Causa formalis, est objectum formale; materialis, sunt ea quæ illi subjacent. Subjectiva, est intellectus quoad assensum, sive angelicus, sive humanus; Finalis, justificatio immediata; efficiens solus Deus; Instrumentalis sacramenta: Objectum materiale fidei sunt divina omnia quæ creduntur: Formale primarium, Deus; secundarium, christus; juxta illud, hæc est vita æterna, ut cognoscam te deum verum; & quem misisti Jesum Christum. Objectum adæquatum directum & indirectum, ipsemet Deus, ad quem referuntur quæcumque cadunt sub fide: Partiale trinitas personarium, incarnatio, immortalitas animæ, & illa omnia quæ creduntur per fidem de quibus omnibus

suo loco.

Sciendum est tertiò quod illa distinguntur scilicet quæ creduntur; per fidem in capitalia & necessaria ad salutem, in secundaria & utilia primum genus comprehendunt articuli fidei, certi omnes, non ex se, sed quatenus divinæ subjiciuntur revelationi, suntque veluti christianæ fidei principia. In illis principaliora sunt duo, Deum esse, & provisorem; cætera vero involvuntur in ipsis, temporis varietate variata. (Licet fides fuerit semper eadem secundum substantiam.) Credibilia in optimatibus explicitè, implicitè in populis usque ad plenitudinem evangelii.

Sciendum est quarto quod proprios fidei articulos colligunt varia fidei symbola, quorum primum fuit apostolicum; ab apostolis consignatum, decem annis post christi passionem, antequam dispergerentur in diversas regiones, ut esset una omnium fidei regula: non fuit ab apostolis chartis consignata illa formula; Sed tantum tradita.

Aliud symbolum fuit nicænum, sive constantinopolitanum, quia in primo fuit inchoatum, in secundo, Absolutum. Hæc est regula in fallibilis. Tertium fuit anastasii, quod fuit approbatum in concilio florentino, sub Eugenio Papa.

Igitur objectum materiale fidei, sunt res & verba ut induuntur revelatione; formale est indeficiens veritas Dei ad quam resolvitur quid quid in Ecclesia credere est, inter quæ sanctissima trinitas est veluti prora.

Sciendum est quintò. Quòd multa dantur motiva fidei. Primum pertinet ad miracula; revocat enim sæpe Christus judæos ad hujusmodi opera veluti doctrinæ suæ *Sygilla*: *ut dicitur Mathæi* 83. *Hæc signa sequentur.* In nomine meo demonia ejicient. Sed adverte quod ad hoc, ut miracula sint vera, debet attendi ad finem propter quem fiunt, quotiescumque fiunt ob amorem Dei, & salutem hominum, toties sunt vera miracula; quoties fiunt ad utilitatem propriam, aut alterius, ut ad sanitatem habendam, possunt fieri arte dæmonum.

Secundum motivum est uniformitas doctrinæ, in credendis; disciplinæ, in agendis; perpetuitas, & continuitas in addiscendis; ut diffusa ubique terrarum Ecclesia unica sit, diversa quidem membra, sed

unum corpus. Hanc theoricam veritatem efficiunt concilia generalia, nationalia, œcumenica: Nihilo citiùs quam Evangeliis fidem haberi par est; cum ipse Augustinus respuat Evangelium, nisi judicet ecclesia, non invisibilis, ut dicunt hæretici, sed visibilis; nec aliud quid quam consiliorum decretis visa sit Ecclesia; nisi quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederemus, quod antea predicabatur instantius prædicaretur; denique quod a majoribus traditione acceperat, idem posteris per scripturæ chirographum consignaret, magnam rerum summam paucis litteris Comprehendendo.

Tertium motivum est concordia fidei cum ratione Evangelii, & veteris testamenti; docemus enim plurima supra rationem, numquam tamen contra rationem; est enim christiana veritas immaculata convertens animas, fidele Dei testimonium sapientiam præstans parvulis, omnem insinuans veritatem, emendans omnes errores, & facinora sine jugo sine nevo, sine nugis, & deliriis, quibus scatent omnes aliæ sectæ. Concordia legis novæ cum vetere invenitur: nam lex Moysis est umbra novæ; Evangelium est corpus, ista figura; ista veritas, prior Carne, posterior spiritu. Moyses prævidit Christum venturum, Christus venit, & singulos Prophetarum apices adimplevit, & ex utroque legis testamento admirabilis prorsus commissura fuit facta vera compago, una Christi Ecclesia.

Quartum motiuum sunt testes in quibus elucet simplicitas, sanctitas, & constantia. simplicitas juxta illud, infirma elegit Deus ut confundat sapientes; sanctitas, quot virgines, quot sancti viri; constantia, vide martires in tormentis.

Sciendum est sexto. Quod actus fidei, alii sunt interni, alii externi. Interni sunt judicium, voluntas credendi, actus ipsi fidei; qui omnes fundantur in authoritate obscura Dei revelantis. Si actus fidei comparentur ad Deum ut objectum, per ejus assensum credimus Deo sicut objectum quod, & materiale. Credimus Deum sicut finem ultimum in quem ordinantur actus fidei: Credimus in Deum. Hæc omnia tamen distinguntur plusquam ratione. Si demum considerentur materialiter actus vel universalis, vel particularis;

vel implicitus, vel explicitus; vel immediatus, vel mediatus; fundatur etiam revelatione.

Omnis fidei assensus est supernaturalis substantialiter; quia objectum & principium sunt supernaturalia. Omnes fidei actus reducuntur ad motinna extrinseca & resoluta in authoritatem Ecclesiæ,.& in Deum,ut causam efficientem.

Sciendum est septimo. Quod triplex est necessitas intrinseca, medij sine qua salus haberi non potest,& præcepti:Extrinseca dependet a superioris voluntate, & imperio.

Unusquisque igitur tenetur credere Deum esse, & remuneratorem esse; Trinitatem personarum explicitè;Symbolum Apostolorum. Circa cætera, sufficit esse paratum ad credendum quidquid Ecclesia & scriptura docent.

Actus exteriores sic se habent; sicut corde creditur ad justitiam, ita ore confessio fit ad salutem; ita ut nec verbis, nec factis,liceat negare fidem; imo debet profiteri quando est necessitas: non licet dissimulare.

Hæc omnia necessario præmittenda sunt, ut accuratè dignoscatur jus divinum cui obediendum est,& à quo numquam recedendum sinepeccato. modo videndem est, quis sit ille & an detur qui possideat tale jus. Postea audiemus illum loquentem, præcipientem & prohibentem. Secundo, utrum detur una Ecclesia & quænam sir, ut dignoscatur etiam quid prohibeat, & quid præcipiat. unde est.

Fundamenta Theologiæ moralis disputatio prima de Deo primum fundamentum quæstio prima An detur Deus.

Quia fuerunt & sunt aliqui Philosophi qui negarunt absolute dari Deum, qui potius vocari possunt insipientes, quam sapientes; & aliqui Theologi qui putant esse de fide quod detur Deus;& aliqui esse tantum Præambulum ad fidem: Ideo contra Philosophos insipientis Philosophiæ, & contra primos Theologos agemus, tum rationalibus, naturalibus, quam ex scripturis sacris, & sanctis patribus.

Sciendum est quod a multis sæculis error iste irrepsit nullum dari Deum: Nam Pitagoras, ut refert Publius Cicero libro de natura deorum, & Lactantius libro de ira Dei Cap. 9. Sic aiunt *Pitagoras fuit vir eruditus in Philosophia & mathematicis natione* Athe-

nienſis qui quamvis videatur de diis Athenienſiũ dubitaſſe, tamen ſenſit Deum totaliter negavit, ut docet Joſephus, & Euſebius libro 14. De demonſtratione Evangelii; Item ephiphanius in panario. Poſt pytagoram fuit Theodoretus Sirenaicus teſte Publio de natura deorum, de quo Athanaſius *oratione pro Christo*, *ait*; *Diagoras eſt ex parte pronunciata* ſententia nullum dari Deum. Ex Philoſophis aliis fuere chriſtias, & Clytomacus ex Theophilo anthiocheno libro 3. Biennius, Lucretius, Diagonus, Phigis, Hypocumerus, & Theages Selius.

Noſtris temporibus fuit impius Machavellus ut refert Laercius Cap. 2. De providentia Dei; iſte docuit Deum non habere curam rerum, ſed tantum eorum quæ ad externam Reipublicæ gubernationem pertinent. Secundo quod religioſus cultus debet tantum adhiberi ad continendos populos in civili diſciplina, & obedientia arbitrio humano. Inter atheiſtas enumerari poſſunt qui negarunt immortalitatem animæ, quæ hœreſis tanto plus nocet, quanto ſecùm ducit omnes alios errores, & omnia noſtræ fidei, & religionis catholicæ myſteria funditus evertit. Nam ſi anima eſt mortalis, fruſtra ſperatur æterna fælicitas, fruſtra infernus, & unde inſignis Calviniſta ſic loquitur. Aſſeramus animam una cum corpore interire, ſic Purgatorium cum miſſa, & Romano Pontifice abolebimus.

Andreas Philopater in reſponſione ad edictum Reginæ Elizabethæ, aſſerit atheiſmum viguiſſe in Anglia, in Scotia: Imo Joannes Dureus in confutatione reſponſionis Guillermi Vuitæ chori idem ſuſtinet. Joannes Sturnius 3. P. Antipapæ aſſerit vigere In germania, & alias viguiſſe in Polonia.

Fundamenta hereticorum ſunt.

Primum. Eſt hæreſis quæ eſt via latiſſima ad atheiſmum; propter incredulitatem qua faciliter gignitur omnium fidei noſtræ myſteriorum contemptus, vel propter difficultates in præceptis adimplendis.

Secundum. Eſt nimia familiaritas cum impiis juxta illud; *cum bono bonus eris cum perverſo perverteris.*

Tertium. Quod putant omnia accidere ui cauſarum ſecundarum, ut reſurectionem mortuorum, ſubitas morborum curationes, quia vident multa mirabilia fieri naturaliter.

Quartum. Eſt quia vident proſperare impios, & bonos torqueri, putarunt quod ſi daretur Deus non permitteret; hæc enim dedecent juſtitiam & Providentiam.

Quintum. Eſt paucitas Salvatorum, ad quid inquiunt datur Deus ſi tam pauci ſalventur.

Sextum. Non poteſt probari ulla ratione Deum eſſe, Ergo non datur Deus, Quia ſi poſſet probari, eſſet tantum per effectus; ſed non poteſt, quia nulla cauſa poteſt probari per effectus improportionatos; ſed omnes creaturæ ſunt effectus improportionati reſpectu exiſtentiæ Dei. G. Immo dicitur ſapientiæ 14. Quod ex malitia creaturarum orta eſt Idololatria, *Creaturæ Dei factæ ſunt in odium Dei & in tentationem animabus hominum.*

Septimum. Omnes creaturæ ſunt effectus contingentes, Ergo non poteſt ex illis inferri exiſtentia Dei, quia bona probatio debet ſumi ex neceſſariis, ut dicitur primo poſteriorum Cap. 7.

Octavum. Anima rationalis eſt forma non ſolum aſſiſtens, ut voluit Averroes, ſed informans: unde quod multiplicatur ad multiplicationem alterius non eſt ſpirituale. G. non datur Deus qui hoc docet.

Veritas ſtabilitur.

Dico primo quod datur Deus Probatur primo. Ex effectu poteſt demonſtrari cauſa neceſſaria ſed omnes creaturæ ſunt effectus dei, & Deus eſt cauſa neceſſaria, ergo poteſt demonſtrari Deum dari. Major eſt certa & evidens lumine naturali, ut patet ex tota Philoſophia, quia ex eo quod cauſa ut ſic, dicat ordinem ad effectum, poſſumus per illam a priori argumentari ad effectum: Ita a poſteriori per effectum ad cauſam, quia effectus dicit ordinem ad cauſam. Minor eſt certa ut propoſitio cognita per fidem quæ a nullo Catholico negari poteſt; eſt argumentum Theologicum, ex majori neceſſaria lumine naturali, & ex Minori cognita per fidem. Deindè ex effectibus nobis notioribus poſſumus certo & evidenter devenire in cognitionem cauſæ illorum, ſed creaturæ ſunt effectus, nobis notiores, quorum Deus eſt cauſa neceſſaria. G. Ex creaturis poſſumus evidenter devenire in cognitionem Dei.

Secundo. Quotieſcumque eſt cognoſcibilis certo & evidenter infallibilis & neceſſaria connectio effectus cum ſua cauſa, eſt etiam demonſtrabilis

causa ex effectu, sed ab intellectu humano est cognicibilis certo & videntur infallibilis & necessaria connectio inter Deum & creaturas G.

Tertio. Vel res aliqua creata est ex se, vel ab alio. Si est ex se, ergo est Deus. si est ab alio, ne detur processus in infinitum debet deveniri ad causam primam quæ a nullo sit. G. datur Deus.

Quarto. Probatur demonstrativè suposita fide. Anima rationalis est immortalis & ex nihilo. Ergo datur Deus. Probatur consequentia. Quia si est immortalis & non est a materia, Ergo ab aliquo quod non est materiale. Si ex nihilo ergo a solo Deo quia solus Deus potest creare.

Probatur ultimo, omnis homo agit propter finẽ ultimum ergo datur finis ultimus, sed ille est solus Deus, ergo datur Deus.

Dico Secundo. Quod videtur hæc propositio. Deus est. Quod sit de fide, priús notando quod Cajetanus adnimadvertit D. Th. suis rationibus tantum probare dari unicum Deum, non vero existentiam Dei. Primum dicit tantum esse Præambulum ad fidem, non secundum.

Probatur primo. Quod continetur in scriptura sacra, est de fide, sed Deum esse continetur in scriptura sacra, quod probatur primo. Exod. 3. *Ego sum qui sum, qui est misit me ad vos.* Ergo est de fide. Secundum. Ad Romanos. 1. *Quod notum est Dei* id est quod, de Deo investigari potest *manifestum est illis.* Et Divus. Chrisostomus inquit homines: *Ergo ne putaremus per Angelum, per Prophetas, aut Evangelistam* Subjungit; *Invisibilia autem ipsius a creatura mundi* id est ab homine, *per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas:* Hæc autem intellectu conspici non possunt, nisi Deus conspiciatur.

Tertio. Sapientiæ. 13. Dicitur. *De his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est, neque ex operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex.* Et infra *a magnitudine speciei, ut creaturas cognoscibiliter poterit creator horum videri*

Quarto. Joannis. Primo *omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil.* Ergo est de fide quod datur Deus per quem facta sunt omnia.

Quinto. Probatur. Job. 36. *Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul* Quod explicatur à sanctis patribus de notitia evidenti ex creaturarum

turarum cognitione. *Naturaliter acquisibili sicut istud Isaiæ 48. levate oculos in excelsum & videte quis creavit hoc: item sapientiæ. 13. vani autem sunt homines non potuerunt intellige e eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex.*

Sexto ad Romanos, 2. Dicitur. Revelatur ira Dei de Cœlo super omnem Impietatem & injustitiam hominum horum ; scilicet infidelium qui veritatem Dei injustia detinent, quia quod notum est Deo , manifestum est in illis ; Deus enim illis manifestavit invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque ejus virtus , ac divinitas , ita ut sint inexcusabiles.

Quare Divus Hieronimus in illud Divi Pauli intellecta conspiciuntur. Tam evidenter inquit intellecta sunt , ut conspecta dicantur ; *Et Divus Dionisius de divinis nominibus* cap.7. asserit Deum per *scientiam cognosci. Item Epistola ad Osium , ait animadvertendum est duplicem esse traditionem Thelogorum. Unam symbolicam & mysticam , aliam Philosophicam & demonstrativam Theologiam* apellari illam quia est ex perspicientiâ creaturarum, pro quo nota quod. Quamvis videatur in aliquibus locis Sacræ Scripturę hominibus adimi, cognitio Dei , debet intelligi de cognitione dispositiva ad salutem. 2. quod sit , non an sit, vel loquitur de quibusdam mysteriis quæ naturaliter cognosci non possunt.

Responsio ad objectiones.

Ad primam respondeo nulla causa potest probari per effectus improportionatos. Distingo. quoad an est nego quoad quid est subdistingo perfecte concedo ; imperfecte nego ; quia creaturæ sunt tantum effectus inadæquati dei.ita D. Thomas, super *Boetium de trinitate q.6.art. 3. circa medium. Est tamen sciendum inquit, quod de nulla re potest sciri an est , nisi quomodo sciatur quid est vel cognitione perfecta, vel cognitione confusa , & paulo post ait. Ergo de Deo , & de alijs substantiis in materialibus non possumus scire an est , nisi sciremus* quomodo de his quod est sub quadam confusione.

Ad secundum Resp.quod sufficit proportio in ratione causæ, & effectus , inter quæ stare potest proportio in causando cum improportionę in essendo , ut notat D. Dionysius de divinis nominibus cap. 2. ut patet in causis æquivocis.

Ad authoritatem Sacræ Scripturæ sapientiæ 14. *Respondet D. Thomas 1.p.q.63.art.1. ad 3. creaturæ quantum est ex se non extrahunt à Deo, sed quod avertant ab eo, hoc est culpa ipsarū quæ insipienter eis utuntur. Vnde dicitur sapientiæ 14. Quod creaturæ factæ.* sunt in muscipulam pedibus insipientium. Quem verò sensum habeat particula in Deum, dicitur quod creaturæ factæ sunt in odium Dei. Et in tentationem, hæc propositio non imponitur causaliter, sed consecutivè; non enim fecit creaturas in malum, sed hoc consecutum est propter insipientiam hominum.

Ad 2. Resp. quod non minore certitudine, ex effectu contingenti, quam ex effectu necessario devenire possumus ad certam, & evidentem causæ notitiam. Ad probationē consequentiæ; dico demonstrationem procedere ex necessariis quoad essentiam, non veró quoad existentiam, maximè quando est demonstratio à posteriori in ordine tantum ad cognoscendam causam quoad an est. 2, Possumus dicere quod causæ contingentes eo ipso quod sunt. Sunt necessariò.

Ad 3. Resp. quod illi Philosophi potuerunt non penetrare vim demonstra tionum, etsi penetraverint. Verbo & voce tantum negaverunt.

Ad argumenta dessumpta ex immortalitate animæ, resp. quod repugnat quod forma sit spiritualis quando materia in formata tam est materia ex qua, quam in qua concedo. Si sit materia in qua tantum nego.

Ad perfectam notitiam quæstionis. Sciendum est primo. Quod potest probari Deum esse, vel via revelationis, ut patet in scriptura, vel via rationis contra atheos qui non admittunt sacram scripturam.

2. Quod duplex est via demonstrationis. Prima statim convincit intellectum, ut mathematica probatio quæ in hac materia non requiritur, alia quæ tantum requiritur, ut protervus non extorqueatur assensus, ut in Phisica invenitur.

3. Quod ista propositio omne quod movetur ab alio movetur, potest considerari, vel imediate, vel mediate, mediate quando quod movetur accipit ab alio virtutem ut moveatur, immediate quando ita movetur, ut à quo movetur conjungatur.

4. Quod 5. Rationibus potest probari Dei existentia, primo Deus est primum movens immobile. Deus est primum efficiens non factum 3. Deus est

primum ens necessarium. Ultimo Deus est gubernator omnium. Ista omnia probant evidenter existentiam Dei. Quia alio quim daretur, processus in infinitum, & sic si Deus est primum in omnibus oportet quod sit.

Sed dicunt alteri contra primum principium scilicet quod omne quod movetur ab alio moveatur. Vel illud à quo movetur aliquid fit, vel non fit, si fit, non propterea deveniendum est ad aliquod primum ens non factum, quia posset deveniri ad duo quæ seinvicem causarent.

2. Quod secundum aristotelem qui posuit mundum ab æterno, datur processus in infinitum.

Contra per hoc stabilitur nostra veritas. Unde probatur evidenter quod Deus sit Primo id quod phisicè agit debat esse in actu Phisico antequam agat; prius enim est esse, quam operari, 1. actus 2. supponit primum; ergo, cum idem non possit à se ipso produci, quia simul suponeretur esse, & non esse, nil potest producere aliquid, nisi ab alio moveatur: deinde quod est essentialiter in potentia non potest reddi in actum, nisi per illud quod est essentialiter in actu; ergo per solum Deum creatura potest moveri, quia ille solus est essentialiter in actu istud probat efficaciter præmotionem Thomistarum.

Ad illud Resp. quid licet concedendum sit dictas causas posse in diverso genere se invicem causare per subordinationem ad aliquod tertium, ut dicitur de materia & forma, quæ recipiunt esse à causa efficiente, quæ est. Primũ movens in executione; est tamen impossibile duas causas sibi invicem esse causas in eodem genere. Ergo si idem non potest se producere, à fortiori non poterit producere suam causam; Ergo deveneindum est ad aliquod producens improductum causans in causatum.

Ad 3. Resp. & dico quod. Vel est sermo de essẽtialiter subordinatis, vel de accidentaliter subordinatis. Sed in illis non potest dari processus in infinitum, ergo. Probatur minor. Id quod fit vel fit ab alio. Vel â se non à se, ergo ab alio. Si ab alio, vel illud aliud ab alio factum est, vel non. Si secundum habeo intentum, si primum rursus peto, vel illud est à se, vel ab alio, non à se. Ergo ab alio. Ergo deveniendum est ad unum quod à nullo fiat, quod est Deus, ne detur processus in in

finitum.

His positis afferamus testimonia totius humani Generis & omnium creaturarum.

Primum sumitur: *Ex tertuliano libro contra marcionem cap. 2. qui sic loquitur.* Totum hoc quod sumus. *Et in quo sumus Deus est Sanctus Epiphanius sic ait.* Ut ex operibus arte Elaboratis artificem agnovimus, *naturalibus Dei operibus ipsum* à nobis intelligi opificem omnium, & conditorem.

Asclepius aristotelis discipulus in prima Metaphisica docet ex videndi sensu *Philosophiam accepisse cum enim inquit in cælum oculos sustulissent & ordinem quo illic est, & in explicabilem pulchritudinem contemplati* essent ad conditoris intelligentiam pervenerunt.

Empiricus in octavio comment. adversus Matemathicos ait ut si quis in alto montis vertice sedens Græcorum videat exercitum pulchro ordine in campum procedere, equites primum cum equis, & curribus, tum pedites sequentes, preorsus diceret esse aliquem qui hunc ordinem instituit, atque ut rei nau tica peritus, simul atque navem secundo vento impulsam induxit, agnoscit esse aliquem qui regatita circa omnia dicendum est de Deo.

Ita ratiocinatur Philo Judæus libro primo de monarchia. Tertulianus libro primo adversus Martionem. Minutius Felix in octavio, Theodoretus sermone quarto de providentia. Ex Syderum contemplatione. Sanctus Epiphanus libro contra gentes. Gregorius Nazianzenus, Joannes Chrisosthomus in psalmos. Joannes Damascenus libro primo de fide ortodoxa. D. Augustinus libro undecimo de civitate dei cap. 4 & lib. 7. confessionum cap. 6. libro 3. de libero arbitrio.

Secundum fundamentum est consensus totius generis humani. Audiamus minutium felicem in octavio quomodo probat existentiam Dei à natura, *Ipsa & hominum consuetudine naturali. Quid inquit omnium de ipso habeo consensum, audio vulgus cum ad Cælum, manus tendit nihil aliud, quam Deum dicit, Deus magnus, Deus verus est. Si Deus dederit vulgi naturales sermones: an Christiani confitentis oratio denegabit. Quid Iovem principem volunt falluntur in nomine sed de una potestate conveniunt, audio poetas quoque unum patrem dicunt. Atque hominum prædicantes talem esse mortalium* mentem, qualem parens omnium inducit.

3. Probant omnes gentes in repentinis periculis *quodam naturæ instinctu ad Deum* recurrunt.

ô Deus succurre, ô Deus adjuva nos.

3. Fundamentum sumitur ab inconvenientibus; si Deus non esset, per se bonum in intellectu; esset causa mali in intellectu.

2. Per se malum esset causa boni in voluntate:

3. Malum in voluntate esset causa boni in intellectu probatur prima sequela propositionis; Deus non est, est causa per se mali in voluntate, quia sicut dicere quod datur prima veritas quæ mundum regit, est bonum: ita dicere, quod nullus datur Deus, est dicere nullam dari veritatem quæ mundum regat, quod est malum in intellectu, quia privatur suo bono, quod est veritas.

Probatur 8. sequela. Si hoc Deus est, esset falsum, esset per se malum in intellectu: tamen esset causa boni in voluntate, cum sit principium dirigens voluntatem ad omne opus bonum morale: voluntas enim non fertur, nisi in bonum, vel verũ, vel aparens ita de 3. propositione à contrario sumitur probatio. Ultimum fundamentum sumitur à punitionibus quæ acciderunt negantibus existentiam Dei; Theophrastes narrat totum absorptum fuisse Laertius refert Bionem tabe consumptum Lucinum canibus discerptum: Euripidem terræ hyatu periisse,

---

QUÆSTIO II.

Utrum ex operibus Dei probatur eius Existentia

Licet Scotus, Gabriel, Ochamus, & fere omnes fateantur Deum esse in omnibus rebus, quia operatur in illis: tamen putant Deum posse transmittere unam creaturam in alium locum, absque eo quod sit in medio per quod transeat.

2. Quod non possit velle, ut aliquid sit tempore tali, in tali loco per suam voluntatem absque eo quod sit in loco distanti, in quo vult, ut illa res sit quod videtur parum tutum in fide.

Dico quod optime probatur existentia Dei in rebus per hoc quod operetur in illis. Probatur: primo ex D. Paulo act. 17. qui probat Deum non esse longe ab uno quoque nostrum, eo quod in ipso vivamus, maneamur, & simus.

2. Probatur psal. 138. quo à facie tua fugiam, si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum ades, si sumpsero pennas meas diluculo, &

habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua; unde D. Anselmus monologio 22. & 23. ait. *Quoniam nihil sine Deo potest aut esse, aut conservari, dicere cogimur Deum ubique, & semper esse*, propter illam difficultatem liceat mihi movere illam quæstionem an Deus sit extra cælum, & fuerit in vacuo illo in quo mundus creatus est, prius quam crearit. Dico primo quod Deus est extra cælum & fuit in spatio in quo mundus creatus est antequam crearetur, probatur primo. Ex. D. Augustino libro 20. de civitate Dei cap. 5. ubi ait. *Extra mundum esse infinitum spatium circum quaque in quo potest Deus creare infinitos mundos in cujus variis partibus creare potuit hunc mundum, si voluisset, sicut creavit in ea parte in qua nunc sistit; Deumqua esse in toto illo spatio infinito, quod extra Cælum quaqua versus pretenditur nil tamen in illo efficere*. In libro etiam de essentia divinitatis ait; *Deum extra omnia esse, & non esse exclusum at infra omnia, & non esse inclusum.*

2. Ex D. Hieronimo super cap. 66. Isaiæ ubi ait. *Ac ne arbitremur* Cælo, & terra Dei magnitudinem *mentiendam 26.* Isaiæ 40. qui tenet cælum palmo & *terram pugillo per qua ostenditur, & forinsecus & extrinsecus, & infusus & circumfusus dum es folio ambiente non concluditur, & pugillo concludit & palmo.*

3. Probatur ex D. Hilario primo de Trinitate in principio quasi consilians illa verba qui tenet cælum palmo, & terram pugillo, cum illis cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum ait. *In illis cunctis originibus creaturarum Deus intra, & extra Dei super eminens & internus, id est circumfusus, & infusus in omnia nosceretur.*

4. Probatur ex D. Damasceno libro 2. fidei ortodoxæ cap. 6. ait. *Cælum, & circumdatio visibilium intra ipsum, & intellectuales Angelorum virtutes & omnia sensibilia concluduntur, ipsoque determinantur ambitu solus enim Deus incircumscriptus est omnia implens omnia terminans, & super omnia existens.*

5. Probatur ex D. Bernardo de triplici coherentia ubi ait. *Quo abiit dilectus ex dilecto, & quæramus eum ubi est quid dixi miser? sed ubi non est, altior est cælo, inferno profundior, latior terra, mari diffusior, usque est, & ubique est quia neque ab est ulli, neque ullo capitur loco.*

Tritemius interrogatus quid esset Deus ait. *Esse circulum cuius centrum est ubique & circumferentia nusquam*, 3. regum dicitur.

Si cælum & cæli cælorum te non capiunt, quanto magis domus hæc quam edificavi.

6. Probatur. Prius est quod aliquid sit presens per suam substantiam, quam operetur saltem natura. Ergo prius Deus potuit esse extra cælum, quam creare cælum. 2. Spatium quod occupat mundus nihil est quam capacitas, sive non repugnantia ad hoc ut sit; & ibi mundus creatus, est sed antequam mundus esset, verè Deus erat, in illo spatio, ergo potuit esse in illo vacuo; ad concordandas tamen opiniones. Dico 2. Quod Deus non est extra cælum; nec in vacuo tanquam in loco positivo, & extrinsecè, quia ille locus non est aliquod positivum, sed in illo, ut in loco intrinsecè, sive tantum est non repugnantia ad occupandum quidquid Deus voluerit facere in illo.

DISPVTATIO II.

De unitate Dei,

DAri Deum probavimus, nunc oportet videre utrum sit unus, vel multiplex: unde est.

QUÆSTIO I.

Vtrum Deus sit unus Tantum vel multiplex.

SUppono primo cum D. Thoma 22. q. 94. n. 4. duplicem esse causam idolatriæ, unam dispositivam ex parte hominum, aliam consummativam ex parte demonum. Prima provenit ex nimio affectu, & veneratione erga aliquos, ut erga patrem mortuum, quæ est sine imaginibus, & simulacris. 2. fit ex sensibilibus imaginibus, & simulacris, ut statuis quæ oracula dabant ope demonum, ut dicitur sapientia 2. cap. 1, nec non etiam ex nimio affectu erga mortuos quos præsentes vivos non habentes per eorum imagines mortuos quasi vivos conspicerent, ut dicitur sapientiæ 4. ubi ait sapiens *acerbo enim luctu dolens pater cito sibi rapti filij sui, fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat tanquam Deum habere cæpit, & constituit inter sacra, & sacrificia, deinde interveniente tempore invalescente iniqua consuetudine hic error tanquam constitutus est, & tyrannorum Imperio figmenta collocabantur ut concludit sapiens. Fuit vitæ humanæ acceptio, quoniam aut affectus, aut Regibus deservientes*

homines in communicabile numen lapidibus & lignis imposuerunt.

D. Thomas vocat demones causam consummativam idolatriæ, quia se colendos ab hominibus exhibuerunt dantes illis responsa. & multa quæ hominibus mirabilia videbantur patrando, vel bona temporalia promitendo fallebant. Sic creaturas colebant, in quibus propriè consistit idolatria, quia illa est qua cultus adhibetur falsis diis qui non sunt aliud, quam creaturæ, vel sensibiles, vel insensibiles.

Suppono 2. Quod possumus distinguere cum D, Augustino libro ultimo, & cap. de civitate Dei septem mundi ætates ab Adam usque ad diluvium. A diluvio usque ad Abraham. Ab Abraham usque ad David. A David usque ad Transmigrationem populi Dei in Babilonem. A transmigratione usque ad diem judicij à die judicij usque in æternum. Hoc suposito.

Suppono 3. Quod tot sunt sententententiæ, quot capita circa originem pluralitatis deorum, seu idolatriæ.

Dionisius Cartusianus sequens Scholasticam historiam putat Idolatriam Cæpisse à tempore Enos filij Seph; & nepotis adæ, & fundatur in scriptura Sacra, Genesis 4. versu 26. ubi dicitur cœpit invocare nomen Domini, 2. ex Hæbreorum lectione; & interpretatione, quam ibidem refert Lipomanus in Cathena, & Theodoretus in genesim cap. 49.

Hærodotus interpres Dionisius Siculus. Solinus. D. Aug. lib. 2. de civitate dei cap 22. Eusebius de preparatione libro 8. cap. 86. Theodoretus de Evangelij cognitione lib. 13. putant incepisse ab Ægyptiis; cum enim, impius Cham filius Noe regnaret in Egypto docuit incolas adorare Astra, Solem, Lunam ut Deos, imo horum exemplo omnes pene populi in unum convenisse videntur, ut Solem & Lunam Deos esse crederent, & elementa, deinde & ipsum Nilum cujus aquarum abundantia fecundatur terra, quin imò nullum erat animal utile aut nocivum, ut boves, oves, hirci, Crocodili & Serpentes, ut ait plinius lib. 11. cap. 28. quod non ut Deum adoraverunt.

Fundantur illi authores Scripturæ locis in quibus vel condennatur, vel prohibitur, vel Reprehenditur similis. Idolatria filiorum Israël propter diutinam cum Egyptiis conversationem, ut Deutheronomij cap 3. à 19. dicitur ne forte Elevatis in

in cælum oculis videas Solem & Lunam & omnia astra, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creavit Dominus Deus tuus in mysterium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt, & cap. 17. dicitur, & adoravit ut videant, & serviant diis alienis, & adorent eos Solem, & Lunam, & omnem militiam cœli lib 4. Regum cap. 20. dicitur, & adoravit omnem militiam cœli, & coluit eam Tandem exodi 8. & sacrificate Deo vestro, respondit Moyses non potest fieri abominatio Ægyptiorum, immolabimus Deo nostro, quod si mandaverimus ea quæ colunt ægiptij. Coram eis lapidibus vos obruent.

Sunt alij Authores qui putarunt originem sumpsisse Idolatriam ab illiriis quia Membrod. sive Belus de quo Genesis 10. dedit principium ejus circa annum mundi 1841. audierat mũdum aliquando igne comsumpturum timebat illum & ut Deum cepit invocare, suisque populis eundem proponere. Quod potest Colligi ex Genesi 15. *Ego Dominus qui, eduxit te De hur Caldeorum.* Ninus autem, sive Belus filius membro idolorum inventar dicitur, ut narrat Magister in Historia scholastica, super caput *Genesis*; *vita functo membrod. seu Belo patre suò insolatium doloris imaginem ejus fecit quam tantopere prosecutus est honore, ut quibusvis reis ad illam confugientibus libenter parceret propterea ceperunt homines divinos honores impendere*, ut ait D. Hieronimus in illud Isaiæ 46. *Confractus est Bel cuius exemplo alij vita functis simulacra formandi & adorandi usum sumpserunt.* Quod probatur ex hoc quod idola aliarum gentium orientalium Belum vocare ceperunt, ut observavit D. Hieronimus in caput Oseæ, idolum Moab vocabatur Beophegor. numerorum 25. eo quod colebatur in monte phegor; Idolum veró Tiriorum ac Sydoniorum Baal, & Beliad. Belzebut idolum Charonitarum 4. Regum à muscis; Belsebut enim muscam significat quæ in odorem mactatorum aduolabant, quare judei in derisionem vocabant demoniũ Belzebut principem demoniorum, ut dicit lucanus propterea habetur naum cap. 3. de ninive metropoli assiriorum fundata à primo fundatore Idolorum nino propter multitudinem fornicationum; *meretris speciosa, & grata & Habens maleficia quæ vendit gentes in fornicationibus suis & familias in maleficus suis, ecce ego ad te dicit Dominus exercituum.*

Alij vero dicunt ut Refert

D. Tho. 22. q. 24. a. 4. esse Ismaelem primum inventorem idolorum, propterea putant quod ludus de quo agitur Genesis 21. inter Ismaelem & Isac erat Idolorum adoratio qui valde displicuit saetæ.

Dico tamen quod nullum fuit tempus ante adventum Domini Jesu Christi in quo non viguerit verus Dei cultus, tam internus quam externus. Probatur supponendo tamquam certum de fide quod semper fuit vera Ecclesia, nec umquam defecit. à principio mundi usque ad diluvium. Abel & Cain verò Deo optulere sacrificia, ut patet Mathæi 23. *Abel vocatur iustus; & ad Hebræos cap. 15. fide plurimam, Hostiam Abel quam Cain obtulit Deo per quam Testimonium consecutus est ipse iustus*; idem refertur de aliis filiis adami in quibus nulla fuit idolatria, ut de Seth, usque ad Noe, de Enos Enoch.

Probatur 2. ex serie illorum qui verum cultum Deo exhibuere, & in quibus orthodoxa perseveravit Ecclesia. Adam gubernavit Ecclesiam per annos 530. ex quo Abel justus. Post adamum Seth gubernavit per 112. post Seth natus est filius ejus Enos qui gubernavit 98. annis, & vixit 609. cuinam defuncto patre suo Enos gubernavit ānis 105. vixit 910. post ipsum fuit Malaleel ejus filius qui gubernavit populum 45. annis, & vixit 895. secutus est Jael ex quo natus est Lamech Pater Noe, post ipsum Noe genuit Sem. Mathieusalem ante patrē suum raptus est vivens in cœlum cum Enoch. Post hoc venit diluvium anno mundi 1656. per quod tota posteritas Cain & Seth, Eccepto Noe & tribus filiis cum uxoribus deleta est.

A Diluvio usque ad solutionem servitutis Egyptiacæ Noe regnavit annis 350. cum vixisset 950. post ipsum fuit sem verus Dei cultor qui regnavit 120 annis & vixit 600. in quo tempore natus ex Israel ex sacra filius Abrahæ; post obitum sem Eclesia Ortodoxa vere viguit, in Abrahamo usque ad solutionem servitutis Egyptiacæ, qui antequam vocaretur, verus erat Dei cultor, non alia ratione à Deo electus est, nisi quia fuerat servatus, illæsus ab omni Idolatria qui viguerat apud patrem suum. In aliis etiam familiis fuere veri Dei cultores ut Job servus Dei & sic semper fuit ab initio mundi cultus veri Dei pro quo.

Dico secundo quod ab initio mundi usque ad diluvium non fuit inventa, idolatria de quo est difficultas specialis.

Probatur 1. ex S. Cyrillo Ale-

xandrino lib. 11. ad versus Julianum qui expresse docet. D. Tho.22. q. 94.a.4.ad.2. hoc tenet, & videtur sumere suum fundamentum ex illo sapientiæ 14. ubi dicitur. *Idola neque fuisse ab initio id est à prima etate usque in eternum mansura.*

Probatur 2. Ratione quia tunc temporis pausitas hominum, & augmentum majoris vitæ fuit, ut ait D. Aug.lib.18. de civitate Dei cap. 8. *Tam longa fuit vita illorum hominum primæ ætatis ut qui minimum vixit ante diluvium ad 53. annos pervenerit*; nam plures 900. etiam transierunt, & sic cum recens esset memoria creationis mundi valde probabile est ipsos nullam habuisse cogitationem plurium deorum.

Dices. Genesis dicitur quod. *Enoch cepit invocare nomen Domini.* Ergo R quod Enoch. Primus instituit peculiares Ritus & ceremonias, & preces, vel quod primus edificavit templa, aras, sacrificia, & communes solennitates.

Dico 3. Quod à diluvio usque ad Abrahamum fuit Idolatria tam sine imaginibus, quam cum imaginibus, & hoc patet Josue 4. *Fluvium habitaverunt patres vestri ab initio Thare pater Abraham, & Nachar servieruntque diis alienis*; propterea Eusebius Cæsariensis libro primo de preparatione Evangelica refert *eos primos omnium solem & lunam deos putasse quibus non Sanguinem, aut ædum offerebant, sed fruges terræ, quin etiam terram ipsam ut Deum adorabant*; Ninus fuit primus qui comisit idolatriam, ex aliquibus per imagines; nam fabricavit imaginem patris sui mortui ex luto; per longum tempus omnes statuæ fiebant ex luto, usque ad picturæ inventionem nunc veniamus ad divisionem idolatriæ.

Divisio Idolatriæ & variæ opiniones Doctorum.

Varro Philosophus in triplicem Theologiam dividit idolatriam, ut notavit D. Aug.lib. 6. de civitate cap.5.& Eusebius lib. 1. de preparatione Evangelij: scilicet Phisicam, civilem, & fabulosam.

Ad primam spectant opiniones quas Philosophi in suis scholis docebant de uno, vel pluribus diis, ut notat D. Tho. 22. q.94.a. 1. quas in duas reducit. Prima fuit eorum qui totum mundum animari ab ipso Deo asserebant: ideo partes ejus adorabant ut divinitate plenas, & aliorum qui licet non unum,& supremum Deum existimarent animare totum mundum, & singulas ejus partes; varia tamen numina inferiora

esse putarunt ut solem, lunam, & Elementa. Altera opinio Philosophorum quam reffert D. Tho. est platonis, & aliorum, qui licet agnoscerent summum Deum conditorem rerum; nihilominus plures minores Deos coluere quos vocabant intelligentias.

Secunda Theologia fuit civilis, quæ communi civium usu introducta sine imaginibus ex colebatur, de quo intelligendum est quod dicit sapiens 13. *Philosophos aut ignem, aut solem, aut lunam Rectores orbis terrarum Deos putasse.* Ista in simulacris precise fundata est: unde statuam ab hominibus factam etiam coluere. Phisica Theologia in discursu Philosophico fundabatur: civilis vero deceptione demonum per prestigios, & aparentia signa colebant, de quo sapiens cap. 13. *infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est qui apellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum, & argentum, artis inventionem & similitudinem animalium.*

Tertia Theologia est fabulosa quæ viguit inter gentiles poetas, qua colebant certos homines mortuos ex vana traditione quibus erigebant aras, quos vocavere Jovem, appollinem, mercurium, qui fuerant tamen viri pessimi, in qua apparet in sania hominum rusticorum qui ut Deos addoravere sola opinione & pœtarum fictione.

Potest tamen dividi juxta diversitatem nationum in quibus inquit. Græci qui cum irriderent Egyptiorum Deos, & aliarum nationum, multo plures habuere; postea Romani subacta Græcia cultum ipsius deorum transtulere: itaut plusquam 30. millia Deos coluerint, ut reffert B. Blunderus Historiographus, de quo S. Leo Sermone primo ait, *cum pene omnibus dominarentur gentibus omnium gentium serviebat erroribus, & magnam sibi videbantur assumpsisse Religionem quia nullam respuebant fasitatem*, Athenienses aram dedicaverant Ignoto Deo; de quoquid sit ille ignotus Deus breviter dico.

Dico, quod est maxima dificultas circa textum D. Pauli in quo habetur; *Preteriens enim & videns simulacra vestra inveni aram in qua scriptum erat ignoto Deo.* Epistola ad titum cap. I. ubi adverte. Quod cum D. Paulus unum Deum docere voluerit singulari verbo usus est; nam aliqui dicunt quod suscriptio hæc erat, *de aliis Europæ, & Cybiæ ignotis diis, & peregrinis.* Cui sententiæ subscripsit Paulanias lib. 1. in ethica, ubi inter alias ponit aras deorum; verum hæc

sententia] non placet multis quia videtur contradicere D. Paulo ; tum quia apud Lucanium Ignoto per ignotū Athenis, non per ignotos ; imo ex Triphone habetur ; *nos autem illum Athenis ignotum inventum adorantes, & manus ad cœlum tollentes gratias aliis agentes, ut qui digni facti fuerimus huiusmodi potestatis atque virtuti subiecti esse.* Appollonius Thianeus ut Refert Suidas sic loquitur, modestius esse de omnibus diis bene loqui presertim athenis ubi etiam ignotorum deorum aræ dedicatæ sunt.

An ille ignotus Deus fuerit verus Deus, aliqui negant, ut Ethunemius in acta cap. 17. dum ait. *Duas causas referunt cur Athenis Scriptum in ara fuerit ignoto Deo. Dicūt alii cum misissent olim Athenienses Philipidem ad demonios de societate ineunda quo tempore graeciam invaserant, ei in partenio monte panis simulacrum occurisse, accusasseque Athenienses quod eum alios Deos colerent & venerarentur, ipsum negligerent, seque inde auxilium ipsis laturum promisisse, atque Athenienses ejus ope victoria parta templum ei condidisse, ac dedicasse, ac deinde ut caverent imposterum, ne simile quidquam ipsis contigeret, si ignotum sibi aliquem Deum pretermisissent aram hanc estruxisse, eique inscripsisse ignoto Deo.*

Alij dicunt. *Cum pestilentiam olim haberent Atenienses, nullamque opem ab aliis Deis consequerentur, considerasse Deum fortasse aliquem ignoratum prætermisissent, nova ara exstructa scripsisse ignoto Deo, sacrificiisque oblatis, statim convaluisse.*

Partem aliam tenuit Michaël singellus in vita S. Dionisi Areopagitæ, ubi scribit *Cum in Egypto solis defectum videntem in die Dominicæ passionis dixisse, ignotus Deus patitur, deinde subjungit hoc Sciens à patre suo, cum Philosophi qui tunc athenis erant intelligerent naturæ vires maxime mutari potuisse, Aram ignoto deo de qua nunc loquitur d. Paulus contruxere, & fortasse Dionisij author fuit ut talis ara ignoto deo erigeretur. Similia tradit petru comestor cap. 93. in acta; adeo ut secundum istos Christo Domino ara structa est sed ignoto.*

Ego dico, quod illa ara fuit unico Deo dicata quia in hoc magis genuinus est sensus D. Pauli 2. quia Athenienses sapientiores Græcis cognoverunt eorum Deos esse falsos 3. potest dici quod cognoverunt unitatem Dei, sed propter Græcos noluere aperte abjicere falsos Deos, & adorare unum Deum sub titulo ignoti Dei.

Postea fuere noticia nicolao Carpocraste orti, teste D. Aug.

lib.1.de heresibus posuere duos, Deos, unum bonum, alterum malum, quos secutus est marcion ponticus, iste error maxime viguit apud manicheos à mane dicti predictæ Sectæ authore ut refert D. Aug. heresi. 46. & Epiphanius heresi, 66.

Manicheos secuti sunt priscillanistæ in Hispania, ut reffert D. Aug. hæresi 70. Denique si attendamus ad antiquos authores videbimus quod antiquis temporibus nullus fuit qui pluralitatẽ deorum non admiserit.

Deinde fuere Trinitarij, scilicet Ademes Coristius & Piraticus Euphrates, qui appellati sunt piratæ docentes tres dari naturas in tribus personis, & sic tres Deos. Valentinus gentilis tenuit tres naturas, sed in omnibus æquales, per quod differt ab arianis: tamen admisit inæqualitatem, ut dicit D. Aug. lib. 6. de Trinitate cap. 1. his omnibus positis stabilitur nostra veritas.

Dico quod datur unicus Deus & non potest esse multiplex. Probatur primo, Deuteronomij cap. 4. 11. & 36. habetur, *Vt sciret quoniam dominus est deus, & non est alius preter deum nostrum*, cap. 6. dicitur. *Audi Israel dominus deus noster dominus unus est* *cap. 32. habetur, videte quod ego sum solus & non est alius deus preterreum, ego occidam & vivere faciam, percutiam & ego sanabo.*

2. Probatur lib. 1. Regum cap. 2. dicitur. *Non est Sanctus ut est dominus, neque enim est alius extra te & non est fortis sicut deus noster.* lib. 3. cap. 8. *Habetur domine deus Israel non est similis tui deus in cœlo desuper & in terra deorsum.*

3. Psalmo 17. dicitur. *Quoniam quis deus præter dominum, aut quis deus preter deum nostrum; tu solus altissimus in omni terra.*

4. Sapientiæ 12. dicitur. *Non enim est alius deus quam tuus cui cura est omnibus ut ostendas quoniam non injuste judicas Iudiciũ*; & cap. 13. *& hoc fuit vita humanæ deceptio quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homines incommutabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.*

5. Ecclesiastici cap. 1. dicitur. *Vnus est altissimus creator omnipotens metuendus nimis sedens super thronum illius Dominus Deus.*

6. Probatur Isaiæ cap. 23. dicitur. *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit, ego sum Dominus & non est absque me salvator* cap. 44. à 45. Oseæ cap. 13. Malachiæ cap. 2. Marci cap. 12. Joannis cap. 17. ad Corinthios. cap. 5. ad Galatas cap. 3. ad Ephesos. cap. 4. ad Thimotheum cap. 2. Exodi. cap. 20. Josue.

Probatur 7. ex patribus San-

ctis Clemens Romanus constitutione apos.lib.6.cap.11.& 14. Dionisius Areopagita de divinis nominibus cap.1. Ignatius in Epistola ad Philipenses. *Vnus ergo Deus & pater non duo neque tres. Origenes in premio.* lib. 1. de principiis. Gregorius Neocesariensis de preparatione evangelij lib. 11.cap.11. D.Aug.lib. 11. de civitate dei cap.10 .& omnes alij sancti patres quos nimis longum esset afferreta m eut probetur ratione est.

QUÆSTIO II.

Vtrum deum esse tantum unum possit naturalit: r demonstrari

OMnes qui negant existentiam Dei similiter negant unitatem dei , & similibus rationibus utuntur , quorum fundamenta sunt primo.

Plures fuere Philosophi qui admiserunt pluralitatem deorum. Ergo si non est potest dari ignorantia invincibilis de unitate dei.ergo non est naturaliter demonstrabilis ejus unitas.

2. Magis est difficile probare unitatem dei , quam ejus existentiam : imo unitas non potest cognosci sine revelatione , cum sit de fide : existentia vero non est ergo dico primo quod nulla potest dari ratio aut communitas apud quam dari potuerit ignorantia invincibilis unitatis Dei , sive negativa, hoc est nullo modo cogitando de ea , sive positiva , hoc est assentiendo quod non sit unus.

Probatur primo , præceptum colendi Deum est naturale ,& per lumen naturale sufficienter promulgatũ.ergo dari nõ potest ignorantia invicibilis de illa in tota sua latitudine , adeo ut talis transgresio propter ignorantiam excusari possit. Probatur consequentia ex D. Paulo ad Romanos , ubi ait. *Inexcusabiles esse Philosophos quia si cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt , aut gratias egerunt , sed evanuerunt in cogitationibus suis & mutaverunt gloriam incorruptibilem dei in similitudinem imagenis corruptibilis hominis* ; Sed si unitas Dei non esset certo cognoscibilis lumine naturali , male ab apostolo inexcusabiles dicerentur Philosophi , eo quod unum Deum ab ipsis cognitum, alios Deos coluissent.

Audiamus Minutium felicem in octavio. *Audio vulgus inquit eum ad Celum manus tendit nil aliud quam deum dicit , & deus magnus est & deus verus est.*

3. Arnobius gentilibus obijcit lib.2.& lactãtius lib.2.insti.cap. 1. inquiunt. *Nam & cum jurant*

& cum optant , & cum gratias agunt, non jovem aut deos multos, sed deum nominant, adeo ipsa veritas cogente natura etiam ab invisis pectoribus erumpit, quod quidem non faciunt in prosperis Rebus; nam tunc maximé deus ex memoria hominum delabitur, cum beneficiis ejus fruentium honorem dare divinæ indulgentiæ deberent; at vero si qua necessitas gravis precesserit, tunc deum recordantur, si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitate denegaverit, ipsis si fera tempestas, si grando incaluerit ad deum confugiunt, à Deo petitur auxilium, deus ut subveniat orat. Hæc lactantius elegantissime ad presens institutum.

S. Cyrillus Alexandrinus testatur Trimegistum, licet Sacerdotem, & ad idolorum templa confidentem idem ac Moyses docuisse. *Sanctus es quem non formavit natura.*

Orpheus qui 365. Deos admisit in fine vitæ, unum agnovit, ut testatur Theophilus in 3. ad anticum; homerus ipse idem sentiebat, ut testatur Justinus martir in apologia, & multi alij poetæ.

Probatur 3. Rationibus; Deus est essentialiter natura simplex & individua per se ipsum ergo est in multiplicabilis, ergo una. Probatur consequētia. Si Petrus v.g. per id esset homo per quod est hic homo, ita ut idem esset hominem ac esse hunc hominem, non possent esse plures petri ergo si idem est esse Deum ac esse hunc Deum, ita ut Deus non solum sit sua singularitas, sed etiam essentia illius sit esse hunc numero Deum; non poterit esse multiplex; nam non datur ratio generica & specifica, & ratio individualis diversa, sed omnes illæ rationes sunt unica res, quia est ens valde actuale & simplex.

Probatur 4. ex verbis Tertuliani lib. 1. contra marcionem cap. 3. *Veritas Christiana inquit distincte pronunciavit; Deus, si non unus, non est, quia dignius credimus non esse quodcumque si non ita fuerit, ut esse debebit; si autem duo vel plures darentur dij, nec essent infiniti, oporteret enim eos differre in deitate, ut Angeli sunt inmultiplicabiles, quia carent materia, & sunt individui ex sua natura.*

Probatur 5. si essent plures dij vel omnes idem omnia & eodem modo facerent, ac unus tantum, vel unus faceret aliquid, & alius aliud, si secundum afferatur; neuter esset Deus, quia à neutro omnia, & neuter omnipotens, cum neuter esset factor omnium. Si primum ergo idem faceret unus quod omnes.

ergo

ergo alij essent superflui. Ergo non possunt dari hoc non sequitur ex diversis personis, quia omnes agunt per eamdem divinitatem & unico modo.

Probatur ultimo. Vel omnes essent æquales, vel inæquales, non æquales, quia unus non esset alius, & sic unus non haberet essentiam alterius: si inæquales. Ergo non sunt dij, quia Deus debet habere omnem perfectionem possibilem ergo.

Ad objectiones Respondeo & ad eorum fundamenta. Ad primum Respondeo quod illa ignorantia non provenit ex deffectu sufficientis in contrarium demonstrationis, sed ex aliis causis. Primo ex hebetudine mentis, propterea apud vulgus maxime viguit idolatria; apud Philosophos ob pessimam eorum vitam sic permittente Deo in pœnam sceleris 2. hoc fecerunt Philosophi, licet scirent unitatem Dei, & plures Deos adorarent adoratione ficta. 3. quia ipsimet putabant posse adorari à populo. 4. Quia putabant creaturas esse portiones Dei.

Ad secundum respondeo quod licet videatur difficilius probare unitatem Dei, quam existentiam; illa tamen difficultas non impedit ejus demonstrationes, & hoc est quia existentia supponitur unitati.

II. FUNDAMENTUM

Theologiæ Moralis.

DISPVTATIO III

Quod Detur vera Religio.

SUPPOSITIS quæstionibus de existentia Dei, de ejus unitatate, & explosa idolatria oportet videre consequenter, quomodo debeat coli Deus, & sic quod detur aliqua vera Religio in mundo qua vere colitur Deus ab hominibus, & ipsi credendum sit.

QUÆSTIO I.

De necessitate veræ Religionis.

SUnt aliqui impii qui admittentes existentiam Dei & ejus unitatem, negant tamen veram dari Religionem cognitam ut talem contra quos.

Dico quod datur aliqua vera Religio in mundo.

Probatur 1. ex plutarco libro contra colorem cap. 18. ex tullio libro de legibus, quia asserunt nullam dari nationem quæ vivat sine Religione sic ait plu.

arcus. *Stare urbes aut opidum nullum dari quibus nullus sit Deus, nulla juramenta, nullæ praces, nulla sacrificia, talem urbem, à nemine unquam visam priusque conspiciendam sine sole urbem, quam sine Deo ac Religione.*

Probatur 2. nulla fuit natio quæ aliquem Deo cultum non exibuerit, tam alte cunctis à natura insitus, ac proinde verus Religionis sensus; imo integræ nationes multoties Religionem mutaverunt, falsam, pro falsa, falsam pro vera, & etiam veram pro falsa reliquerunt: ita ut nulla fuerit natio quæ crediderit aut professa fuerit sine Religione vivere.

Probatur 3. si datur virtus conservatrix juris paterni seu pietas quæ est justitia adversus parentes, datur observantia erga magistros, si inquam quoties, aliquando datur jus, cultus, observantiæ, obsequij, & amoris; datur quoque cultus qui pro objecto suo eas habet actiones, quibus tali juri fit satis; multo magis posito quod Deus sit & homo sit capax eum colendi, debet dari aliqua virtus quæ pro objecto habeat, & officio omnes illas actiones nostras quibus supremum jus servatur divinum, Deus, qui colitur tamquam primum omnium rerum; nostræque naturæ. Principium, cuique sanctiori nexu obstringitur, quamcuivis alteri, aut parenti, aut regi, aut majoris; hæc autem virtus est virtus Religionis, quæ à Theologis ponitur inter virtutes justitiæ; est igitur tam vera Religio, quam verus veroque Deo debitus cultus, pietas, servitus, cujus etiam veræ Religionis necessitas non est ex solo Dei instituto, sed ex natura Rei posito quod Deus sit; quare qui negant Deum, possunt quidem, & debent negare veram Religionem, sed qui semel veri Dei existentiam admitunt fateri tenentur dari veram Religionem.

Probatur 4. datur providentia divina. Ergo vera Religio, quia de ratione providentiæ divinæ est ut provideat de omnibus necessariis ad creaturam rationalem, sed principium quod est necessarium, est quod Deus colatur. Ergo.

QUÆSTIO II.

Vera Religio est ab hominibus invenibilis.

PRæter Epicureos qui negant existentiam Dei, ut se voluptatibus ingurgitent, sunt multi alij qui veram dari Religionem, negant quia in-

quiunt non poteſt inveniri ab hominibus, quia ſequentes errorem pyrroniorum, academicorum, & ſcepticorum, qui putarunt nullam dari veritatem in mundo, vel ſi ſit aliqua, latere in puteo democriti defoſſam, & tantum ex conjecturis. Et probabilitatibus conſiſtere, inani labore & ſtudio putant ſe exercere in invenienda vera Religione, contra quos.

Dico quod vera Religio eſt invenibilis, ex D. Aug. contra academicos, ubi ait. *Vt argumenta eorum quæ multum ingerunt veri inveniendi deſparationem, & prohibent quidquam Rei aſſentiri, & omnino aliquid tanquam manifeſtum, certamque ſit aprobare ſapientiam abanimoſus, quia ipſam movebant quantis poſſit rationibus amoveret*, ubi oſtendit viam agendi contra ipſos.

Probatur primo, vel negant dari invenibilem eſſe Religionem veram, quia nullum datur verum invenibile, vel quia licet ſit tale; tamen in particulari non datur Religio, vel licet illa detur, eſt tamen impoſſibile illam invenire, ſed iſta omnia ſunt ſine fundamento. Ergo eſt invenibilis, probatur minor quoad primam partem, ſi nullum ſit verum invenibile, ergo illi accademici nil poſſunt facere, quia qui nil putat eſſe verum, nil aprobat, ergo nil poteſt agere, quia ſi ageret, neſciret quid faceret. Dicunt quod nullum eſt verum; ſunt tamen multa probabilia, & veroſimilia. Contra: quod eſt probabile, eſt aprobabile ſed ex ipſis, ſunt multa probabilia ergo multa aprobata. 2. vel nihil poſſũt agere, vel debet dari verũ, quod ſit regula eorum actionum: deinde qui verum, aprobabile non decernit, non poteſt dignoſcere, quid ſit probabile, vel non, quia nil cognoſcitur eſſe probabile, niſi quia comparatur cum aliquo vero, quia vero ſimilitudo eſt congruentia cum aliquo vero objecto: propterea D. Aug. ait lib. 2. cap. 12. Reſpondens academico Carneadi; *Tu ergo cum te nil veri ſcire dicas unde hoc veri ſimile ſequeris, & nomen ei non voluiſti aliud imponere, quid ergo nobis diſputandum eſt cum eo qui nec loqui poteſt.*

Ultimo tandem nullus poteſt quidquam agere niſi intellectus judicet hoc eſſe faciendum, quia bonum eſt verum. Ergo academici putant nullum verum eſſe invenibile. quia eſt ſemper errandi periculum: ſed non minus eſt periculum errandi in probabilibus, quam in veris ergo ſi propter illud periculum

nullum est uerum inuenibile, etiam propter hoc nullum probabile est inuenibile. Ergo nil agendum.

Dicunt ultimo quod nullum est uerum invenibile, quia videmus tot Rixas inter Philosophos de omnibus scientiis, & opinionibus, ita ut nulla sit quæ non habeat adversarios, quod signum est quod nulla datur veritas in mundo propter Mathematicos.

Ad hoc respondeo quod istæ Rixæ inter Philosophos sunt signum quod datur veritas, quia primo non rixant, nisi quia querunt veritatem ergo est invenibilis 2. Qui rixant debent convenire in aliquibus principiis generalibus, alioquin nulla possit fieri disputatio, quia qui negat principia non potest cum aliis disputare, nisi supponantur aliqua principia, ergo aliquæ propositiones veræ, & certæ, quæ sunt fundamenta disputationum.

Probatur 2. pars: minoris veram scilicet Religionem esse invenibilem; vera Religio, non potest dici invenibilis, si per, eam Deus voluerit sibi ab hominibus cultum Reddi, & quo mediante dare beatitudinem, sed res ita se habet. Major ex suppositione est vera, quia quidat formam dat etiam consequentiam ad illam, qui dat finem debet dare media ad illius consecutionem, si igitur vera Religio est medium necessariũ ad finem colendi deum, & optinendi consequenter per illud beatitudinem, ab eo dandam; irrationabiliter loqueretur qui diceret non esse invenibilem Religionem veram.

Probatur vel à cademici qui negant veram religionem esse invenibilem, loquuntur de religione in genere, vel de religione in specie, qualis est sola religio quam colimus, sed neutra est in- venibilis ergo. Probatur prima pars minoris, istud est invenibile cujus querendi, & inveniendi, prima habemus principia à natura, sed veræ religionis querendæ & inveniendæ primum habemus principium à natura, & ab authore ejus. Ergo major est certa.

Probatur minor, nulla fuit natio in mundo quæ non habeat consensum de veræ religionis existentia ut jam diximus, tale autem judicium & testimonium est à natura, quia est naturale ergo loquendo de vera religione in genere dicenda est invenibilis.

Probatur secunda pars minoris primi argumenti. Vera religio non solum in genere id est

de colendo Deo, sed etiam in specie est invenibilis, g de facto datur aliqua religio in mundo quam ipsemet Deus instituit, & qua coli velle revelavit, & quam ut cerneretur à falsa talibus insignivit notis, quæ non nisi veræ competere possunt Religioni, sed de facto datur talis Religio, scilicet Christiana. Ergo datur vera Religio in specie quæ est invenibilis.

Probatur minor. Dantur motiva credibilitatis quæ evidenter demõstrant Religioni Christianæ & nulli alteri competere: scilicet, per miracula, & perseverantiam in donis faciendi miracula. 2. per prophetarum oracula 3. ex sanctitate, & aliis qualitatibus primorum fundatorum. 4. ex integritate & Sanctitate Doctrinæ Christianæ, & Catholicæ, 5. ex conversatione tot virorum insignium. 6. ex constantia martyrum. 7. ex modo quo fides Christiana fuit propagata. 8. ex universitate ejus, dilatatione & perpetuitate 9. ex unitate Doctrinæ.

Probatur ultimo ex enumeratione Religionum diversarum quod probat duo. 1. quod semper fuit aliqua religio in omni populo 2. quod potest dignosci ex illis quod nostra Christiana sola est vera, & naturaliter invenibilis per absurda aliarum.

Omnes sectæ præter Romanam innumera habent deliria, blasphemias, & imposturas, incipiendo ab ethnisis qui lapides, ligna, serpentes: imo febrim, pestem &c. ut faciunt modo Indiani & japonistæ, ut refert D. Aug. lib. 3. de civitate Dei cap. 22.

Quod si à gentilibus transeamus ad Philosophos etiam gentiles, inveniemus eorum perversa dogmata, ut patet ex eorum libris multis scatere impietatibus. Legatur Eusebius lib. 1. de preparatione Evangelij cap. 4. S. Justinus martir contra Græcos. Theodoretus lib, 10. de curandis grecorum affectibus qui est de legibus permiti adulteria; legibus persarum permiti incestas nuptias cum matribus, filiabus, sororibus. Legibus hircanorum projici cadavera hominum Ranibus; legibus scytarum cum mortuis sepeliri vivos qui ab eis dilecti fuerant. Legibus platonis horrenda vitia prescribi, ut communionem uxorum, extinctionem cõceptuum. Cædes infantium, quod etiam nunc apud japones & Indianos viget.

Quoad Judeos videndus est Rabi Salomon, quot impietates doceat, apud Mahometa-

nos videndus est arcoranus, apud hæreticos ipsorum libri.

QUÆSTIO III.

Vtrum unica sit vera Religio contra Politicos.

SUPPOSITO quod vera Religio sit invenibilis, primo oportet videre utrum illa debeat esse una, vel possit esse multiplex, ut ajunt politici qui putant unum quemque posse salvare in sua Religione qualiscumque sit una illa per exclusionem falsarum Religionum; nam si Deus est unus ut vidimus debet esse tantum una Religio qua vere ut par est colatur.

Fundamentum politicorum consistit in hoc quod credunt nil certum haberi posse de vera Religione, sed tantum probabilitatem, & sic posse esse multiplicem, quia quod est tantum probabile, non potest esse unum nec unius modi, sed varium, & multiplex. Sic ergo inquiunt multæ Religiones inter se diversæ probabiles sunt, omnes ad salutem utiles, nil Refert quam quisque amplectatur cum ubi plura ad eundem finem consequendum media suppetunt electioni liberæ locus datur, optio nobis datur quamcumque voluerimus amplectēdi, quia eadem est omnium via, & tendentia: ac porinde est indifferēs nobis ut per istā vel per illam salvemur dummodo salus possit aquiri & vita æterna.

Vocantur autem illi sectatores politici quia unus eorum Scopus est reipublicæ ita curam genere; ut eam florentem & in hac vita.

Beatam efficiant, ut dicit D. Aug. lib. 2. de civitate dei cap. 20. proinde curandæ tantum sunt religiones ut ipsi reipublicæ inserviant.

Ex his aliqui putant licitam esse quamcumque religionem; in qua tamen unus dumtaxat colatur Deus verus, & sic excludunt omnes Idolorum Cultores, & admitunt Religionem Judeorum, Mahometanorum, hæreticorum. Alij volunt ut sint omnes Christiani per quos salutis incapaces judicantur qui Christum non agnoscunt, Baptisma non profitentur, & admitunt omnes hæreticos, & Schismaticos.

Notandum est primo antequā veniamus ad stabilitatē nostræ veritatis, quod religio potest sumi dupliciter. Primo pro habitu virtutis, quo Deo debitus cultus exiberur, 2. Pro disciplina religiosa mediorum qui-

bus tenemur ad talem honorem credendum; sub virtute religionis Theologi tres dividunt species. Prima est fidelitas erga Deum; 2. Gratitudo erga Deum, 3. Latria ad Deum; disciplinam vero dividunt in statum naturæ; in statum legis Mosaicæ, & in statum legis Evangelicæ, tamquam in tres religionis species diversas, quia licet fuerit eadem fides, spes, & charitas; non erat tamen idem cultus sacrificiorum & sacramentorum

Notandum est 2. virtutem religionis non dici veram quia in intellectu ad quam pertinet verum & falsum, cum juxta opinionem probabiliorem sit virtus moralis in voluntate residens, sed quia dicit habitudinem ad fidem, tanquam ad suum fundamentum quæ veritas consistat in ostendendo Deum qui colendus est, & in proponendo modũ quo colendus est: utrumque enim ad veram religionem est necessariũ: fides si quidam cum simul sit eminenter speculativa, & practica; quatenus speculativa docet Deum esse, & omni honore dignum, quatenus practica docet modum, & obligationem colendi Deum, & in utroque munere veritas requiritur, ut simpliciter religio vera sit, tam pro virtute, quam pro statu accepta.

Notandum est 3. Quod religio ex parte objecti materialis potest dupliciter considerari. Primo quoad sua essentialia 2. quoad sua accidentalia; essentiale est enim religioni veræ, quod unus verus Deus per eam colatur, quod in ea habeatur fides, spes, & charitas, quod sit cultus dei exterius manifestatus per aliquod signum animi & corporis, & demum quod totus homo aliquo religionis munere fungatur ad hoc ut homines uniantur ad colendum Deum.

Notandum est 4. quod debet dare vera religio aliqua qua colatur Deus quæ est invenibilis his positis.

Dico quod datur unica vera Religio sicut datur unicus verus Deus.

Probatur primo. Non potest dari unica vera religio, nisi detur fides, sed unica datur fides ergo unica religio. Major est certa, quia cum religio respiciat Deum colendum non potest coli, nisi credatur Deum esse.. mi. Probatur quia, ut Deus unus colatur, debet ille Deus nobis revelare quod sit, & quibus modis vult coli, sed hoc fit per fidem, quia motiva credibilitatis veræ religionis sunt supernaturalia ergo per fidem credebilia.

Probatur 2. Non potest dari unicus Deus, nisi detur unica religio, quia, si darentur plures dij, unus quisque vellet coli suo modo ergo unus Deus vult coli uno modo.

Probatur 3. Si darentur plures religiones aurę verum vero contrariaretur, quia videmus quod omnes sectæ, sive religiones sunt adinvicem contrariæ, ut patet in religione Mahometana, Lutherana, Calviniana. & aliis, ergo unica debet dari,

Probatur 4. Non sunt plures veræ, si Religio Catholica omnes alias ut falsas damnat, alioquim verum vero contrariaretur, sed Religio Catholica omnes alias damnat, ratio ipsa damnat, ut videbimus discurrendo per singulas.

Probatur 5. Illa religio est unica, si quæ concurrunt ad illam constituendam sunt quid unum, sed in vera religione ita res se habent Ergo est unica. Probatur minor. Primo quia Deus qui colitur est unus, fides qua colitur est una, homines qui eum colunt sunt ejusdem naturæ, religio ipsa quæ est virtus est una, fides spes, & charitas quibus colitur Deus, sunt quid unum; nam fides nititur uno Deo revelanti spes nititur uno Dei auxilio, & unius mediatoris meritis, quia est unica beatitudo quam respicit, ut ultimum finem. Charitas est tantum unius summi boni, quod est unus solus Deus.

Probatur 6. Non daretur locus tam acriter hominibus defendendi suam religionem, quia si non esset una, sed essent multæ ad quid tanta pugna pro tuenda veritate suæ religionis; si enim omnes sunt veræ, est indiferens unicuique vivere vel in sua, vel in aliena.

Afferunt unam gravem difficultatem politici & dicunt, fuerunt alias duæ Religiones: una gentilium; alia judeorum. Ergo modo in statu legis Evangelicæ possunt multæ esse veræ, nam aliæ duæ erant bonæ & veræ.

R. Quod illæ duæ religiones erant tantum diversæ materialiter, quia habebant eandem fidem, & cætera quæ veram religionem constituunt, lex vero Evangelica differt essentialiter ab aliis sectis in essentialibus.

QUÆSTIO IV.

Utrum libertas aut indifferentia sit admitenda in negotio Religionis.

MAchiavellus lib. 1. de republica cap 12. docuit esse necessariam religionem in uno

uno quoque regno propter politicum regimen, ad hoc ut homines otiosi non remanerent, sed haberent occupationes honestas, quibus averterentur à sceleribus multis; non vero,ut Deus colatur, & sic esse indifferens unicuique quod vivat cum ista, aut cum illa religione, dummodo sequatur bonum reipublicæ contra quam.

Dico quod non sufficit indifferentia religionis ad salutem,sed debet unus quisque unam solam & veram sequi & tenere.

Probatur primo, in tantum hujusmodi libertas admitti potest,in quantum religiones quæ unum Deum colunt sunt omnes veræ, vel quia sufficit, ut falsæ probabiliter existimentur & credantur veræ, sed omnes Religiones sunt veræ,nam sufficit ut falsæ probabiliter existimentur veræ. Ergo nullo modo in negotio Religionis indifferentia est admitenda, & sic nullus potest tuta conscientia tenere illam religionem, quam à majoribus accepit, vel in qua natus est vel quam leges patriæ jubent, aut proprium commodum si nesciat absolute esse veram. Probatur minor quia ut vidimus omnes Religiones non possunt esse ve.æ omnes, nec sufficit probabilitas in negotio salutis, deinde non minus repugnat quod salus æterna in falso possit inveniri, quam salus corporalis: sed salus corporalis non potest consistere in probabiliter tantum vero,quod potest esse falsum ut jam vidimus. Ergo.

Probatur secundo ad hominem. Nullum potest amare bonum quod est beatitudo, & ultimus finis, si ipsi sit indifferens, aut putetur probabiliter tantum esse bonum. Ergo nullus potest sequi religionem, & amare illam tanquam medium ad acquirendum ultimum finem, & beatitudinem, si existimet tantumprobabiliter veram

Probatur 3. non est admitenda indifferentia in religione, si Deus unam solam instituit qua ab omnibus coli voluit: sed hoc est ergo major est certa.

Probatur minor catholica religio est:illa sola qua Deus coli voluit, ut patebit in alio articulo, & hoc patet ex motivis & signis.

Probatur ultimo ratio quare adversarij admittunt illam indifferentiam, est quia, licet unicuique sequi religionem à majoribus acceptam & quam patriæ leges jubent, sed illa motiva non sufficiunt ad stabiliendam Religionis indifferentiam. Ergo non est admittenda. Probatur minor. Quia religio

quæ non est vera non redditur vera per simile motivum; cum igitur ad æternam salutem ut vidimus requiratur vera religio, quæ una tantum esse potest, & non sufficiat falsa ex hoc precise quod aliqua religio sit à majoribus accepta indifferenter, tutaque conscientia teneri non potest.

Non potest etiam desumi verum motivum veræ Religionis ex hoc quod leges patriæ & principes imperant, quia principes non possunt esse authores veræ religionis, quia voluntas principum est fallibilis, deinde debito tantum homo potest legem dare de quibus potest judicare, princeps non potest judicare de vera religione quæ à Deo solo provenit ergo.

QUÆSTIO V.

An aliquis possit salvari extra veram Religionem.

FEre omnes hæretici putant unumquemque posse salvari in sua religione pro quo.

Notandum est 1. quod potest quis tripliciter se gerere circa religioné. Primo si nullam religionem esse necessariam existimet in particulari, sed aliquam tantum in genere 2. Si aliquam certam sequendam esse existimet, sed tamen sibi satis esse si eam diligat quam probabilem opinatur. Tertio si ignorans quæ sit vera falsam sequatur: quia vero datur duplex ignorantia, difficultas potest procedere de ignorantia invincibili, utrum extra veram religionem quam quis ignorat invincibiliter possit salvari.

Notandum est 2. Quod Ecclesia est omnibus visibilis & sic possunt illam etiam indocti agnoscere, & tenentur tam docti quam indocti conscij esse, quia cum sit ejus proprietas ut ab omnibus judicetur, res obligatoria, clare patet hanc obligationem subsistere non posse nisi ipsius veritas circa omnem opinionem constet.

Notandum est 3. quod est differentia inter obligationem habendi veram Religionem, & obligationem habendi illius veritatem; nam prima est necessaria ad salutem necessitate medii, alia tantum necessitate precepti, ex quo fit in vera religione salvari quis non possit, licet exterius talis sit, nisi corde credat: fit vero ipsum salvari, si sufficienter illius cognitionis metam sit assecutus, qua valeat eam vere credere his notatis.

Dico. Quod nullus potest

ſaluari extra veram religionem. Probatur primo. Si quis ſcienter veram non habens religionem ſalvari poteſt, poſſet, maxime quia, licet unica ſit vera & certo invenibilis : ſufficit tamen ad ſalutem falſa probabiliter æſtimata vera, ſed falſa religio exiſtimata vera non poteſt eſſe, ad ſalutem ſufficiens ergo maximum eſt fundamentum ipſorum. Probatur minor ex principio noto omnibus, ſcilicet quod virtus ut virtus eſt via ad beatitudinem, & tanta eſt inter illam, & beatitudinem connectio, & qui primã non habet, nec habebit ſecundam hoc ſupoſito probatur ad beatitudinem promerendam ſive naturalem, ſive ſupernaturalem non ſufficit adulterina & fucata virtus, ſed vera, ideſt, ut quis poſſit eſſe beatus in quocumque ſtatu debet eſſe vir bonus & juſtus, & probus, vera probitate morum preditus, quia ſicut virtus eſt vera, ita medium debet eſſe verum, ſed ſine vera religione non poteſt eſſe vir juſtus, quia virtus religionis eſt precipua inter virtutes morales, & ſic neceſſaria neceſſitate medii. Ergo.

Probatur 2. nullus poteſt mereri beatitudinem à Deo ſi colas eum ritibus vanis & falſis, ſed ille coleret ritibus vanis & falſis, quia ſua eſſet falſa.

Probatur 3. qui negligit veram Religionem fit odioſus Deo, & damnatione æterna reus, ſed qui veram non habet religionem contentus falſa quam probabiliter putat eſſe veram, veram negligit ergo eſt odioſus Deo, quia ille plus æſtimat ſuam, quam veram.

Dico 2. nullus extra veram religionem ſalvari poteſt etiam ſi invincibiliter illam ignoret. Iſta concluſio eſt contra aliquos qui putant quod eſſe poſſunt aliqui populi inter barbaros in ſylvis qui, invincibiliter ignorant veram religionem, dummodo non grave quid commiſerint poſſe ſalvari, contra quos.

Probatur, licet ignorantia invinſibilis de vera religione aut fide poſſit excuſare aliquos à peccato infidelitatis, ita ut non dicantur infideles poſitivi & æterna damnatione digni, ſed negative tantum, non facit tamen illos illa ignorantia vere ac formaliter religioſos ſed fideles.

Irreligioſi & infideles materialiter, ſed ut quis ſalvus fiat debet eſſe vere & formaliter religioſus ſeu fidelis, cum vera religio ſeu vere fidelis quæ ſola veram religionem fundat neceſſaria ſit neceſſitate medij ergo nullus extra veram religio

nem salvari potest, quamtumvis habeat ignorantiam invincibilem.

Dices primo si quis bene moraliter vixerit absque aliquo gravi peccato imo vixerit cum aliquo peccato poterit ex vi misericordiæ quæ tribuet ei auxilia necessaria salvari. Quia sicut Deus ita exigente infinita sua misericordia vult peccatores fideles converti, & salvos fieri, ut tenent omnes catholici, & sicut Innocenti dat media ad servandam Innocentiam necessaria, ita peccatori nulli denegat media necessaria, ad penitentiam, sic res se habet cum peccatoribus veram religionem invincibiliter ignorantibus, quatenus illi divino mediante auxilio possunt Deum super omnia diligere, quo prescito omnia erunt in Tuto. R. 1. quod illa dilectio est valde difficilis. 2. medium necessarium est esse in vera religione in qua sunt auxilia & sacramenta ad sui justificationem.

Dices. 2. vera Religio est necessaria vel in re vel in voto; non vero semper in re, ut dicitur de Baptismo, & Baptismus sit veluti janua religionis; tamen sufficit quod sit in voto quando aliter fieri non potest.

Respondeo 1. Quod ex ista instantia habetur quod sit necessaria religio, & sic neminem posse salvari extra veram religionem. 2. Negando paritatem, quia in tantum sufficit Baptismus in voto quando non potest haberi in re, quia jam habetur fides, & sic poterit elicere actum amoris Dei super naturaliter cogniti, aut per martyrium sanguinem suum effundere quo Baptisabitur metaphorice, & in voto, quia Baptismus flaminis definitur desiderium sacramenti Baptismi conceptum ex inspiratione flaminis sacri, sive Spiritus Sancti: Baptismus vero sanguinis est martyrium non Baptisari, sive præcedens sacramentum Baptismi. Sed in illo qui veram non colit religionem invincibiliter ignorans, nil prorsus reperitur ratione cujus possit dari illam habere in voto; quia si daretur aliquid deberet esse fides, aut dilectio Dei, ut authoris super naturalis, aut naturalis, sed ut supponitur vera fides in eo non est de dilectione Dei ut authoris supernaturalis, quia sine fide non potest haberi dilectio vera supernaturalis; dilectio vero naturalis non sufficit, ut per eam dicatur habere veram religionem quæ sine fide haberi non potest, & illa non sufficit ad merendam beatitudinem ergo nullus potest salvari extra illam.

Notandum est claritatis gratia. quod duæ sunt partes materiæ fidei, & religionis. Prima supernaturalis omnino quæ nisi per revelationem potest cognosci ut misterium incarnationis, Trinitatis. & alia naturalis quæ per rationem naturalem potest cognosci, ut Deum, esse, esse unum, esse dignum cultu & amore, & in hoc dicunt quod circa primam solum cadit præceptum supernaturale, quia lumen naturale illam non potest attingere; circa 2. datur duplex obligatio. Una præcepti supernaturalis fidei quatenus etiam illa per se à Deo revelata est. Altera præcepti naturalis qua homo obligatur ad illas veritates tuendas: quare potest dari ignorantia invincibilis circa primam quæ excusat à peccato non vero circa aliam.

Notandum est 2 quod tres sunt infidelium ordines. Primus est in illis qui sufficienter proposita fide, & religione, & anonciata credere noluerunt, de quibus non est quæstio, quia illi sunt inexcusabiles. 2. in illis qui nullo modo audierunt nec per prædicatorem, nec per famam de vera religione quod licet videatur impossibile respectu nationis. juxta illud. *In omnem terram exivit sonus eorum*; tamen potest fieri respectu particularium, ut videmus apud rusticos qui vivunt in montibus: tertius est infidelium qui quidem audierunt de vera religione per famam, sed non sufficienter fuere instructi, ut apud Indos & Turcas. his positis.

Sunt plura Theologorum placita. Aliqui negant infidelitatem negativam excusantem à peccato, tam circa præceptum fidei, ut cadit in materiam supernaturalem, quam naturalem. D. Thomas 1. 2. quæstione 70. & secunda secundæ quæstione 10. admitit infideles negative quæ excusantur à peccato infidelitatis, & religionis

Dico 1. Quod dantur qui nunquam audierunt de vera religione qui habent ignorantiam invinsibilem quæ excusat eos à peccato infidelitatis.

Probatur 1. authoritate Christi. Joannis 15. *Si non venissem & locutus fuissem peccatum non haberent.* Quod D. Augst. Tractatu 89. explicat de peccato infidelitatis, quia Christus non loquebatur de omni peccato, sed tantum de aliquo in specie: propterea D. Aug. in epistola 15. ad sixtum statuit regulam generalem, scilicet quod ubi Christus non prædicavit, vel per se, vel per Ecclesiam, homines sunt excusabiles de peccato infide-

litatis saltem ut est contra præceptum fidei in materia supernaturali.

Probatur 2. ad Romanos 10. *Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei quem non audierunt. quomodo autem audient sine prædicante. In omnem terram exivit sonus eorum.* Ultima verba reddũt inexcusabiles in communi, non absolute in particulari, quia ille sonus ab omnibus non est auditus.

Probatur, 3. non potest dari ignorantia culpabilis, nisi aliqua præcesserit cogitatio aut saltem dubitatio obligationis sciendi illam religionem, sed illi infideles qui nullo modo audierunt de tali religione non habuerunt cogitationem, aut dubium de illa. Ergo non sunt culpabilis. Ergo non possunt peccare non quærendo talem fidem.

Dices si qui vivunt in sua religione & cõformiter in ea ad rectam rationem non posse salvari non sequentes veram religionem, paucissimi servarentur, quia pauci sunt catholici respectu aliorum, quod eos contra bonitatem, & misericordiam divinam.

Respondeo. Quod fuit error Calvini lib. 1. inst. cap. 21. paucitatem illam refundendam esse ad æternum Dei decretum quo ante prævisa merita paucos prædestinavit, cæteros reprobavit quæ doctrina potest intelligi dupliciter Primo quod Deus ante prævisum peccatum originale ex toto humano genere adhuc Integro & nondum corrupto quosdam, & eos minore numero elegisse ad vitam; cæteros vero ad mortem destinasse sine ulla ipsorum vel primi parentis culpa. Alter est Deum post prævisionem peccati originalis, & sic genus humanum corruptum, & massam perditam quosdam numero pauciores eos sola sua misericordia elegisse ad gloriam, & fecisse vasa in honorem. Alios vero reliquisse, ut essent vasa in contumeliam sine ulla ipsorum culpa; non tamẽ originali. In priori sensu asserendo Deum elegisse quosdam ad vitam Calvinus non est hæreticus quoad istam partem, sed quoad aliam, scilicet Deum cæteros ad mortẽ prædestinasse sine respectu ad peccatum originale, aut prævisione. Quoad 2. de prævisione post peccatum originale multi doctores Catholici tenent quod Deus post previsionem peccati originalis multos ad perditionem reliquerit & paucos ad vitam destinaverit, pro hoc audi D. Paulum ad Romanos ergo. *O homo*

tu quis es preclara verba. ô homo quis es, & in talibus quæstionibus ad suæ capacitatis cōsiderationem revocat hominem, verbo quidam brevi, sed re ipsa magna est redditio rationis; si enim non capit hoc qui est, qui respondeas Deo? si autem capit magis non inveniat quid respondeat; videt enim si capit universum genus humanū tam justo judicio divino in apostatica radice damnatum, ut etiam si nullus indeliberetur, nemo recte posset Dei vituperare justitiam, & qui liberantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis, atque in damnatione justissima derelictis, ostenderetur quid meruisset universa comsperſio, & quo etiam illos debitum judicium Dei dicerneret, nisi ejus indebita misericordia subveniret, ut volentium de suis meritis gloriari omne os obstruatur, & qui gloriatur in Domino gloriatur ita D. Aug. in enchiridio cap. 95.

Idem docet cap. 100. & expressius lib. 2. de civitate Dei cap 12. ubi ait *Pœna æterna ideo dura & in justa sensibus videtur humanis, quia in hac infirmitate moribundorum sensuum docet illa sensus altissimæ & purissimæ sapientiæ quo serviri possit, quantum nefas in illa prima prævaricatione commissum sit; quanto enim magis homo fruebatur Deo tanto majore impietate dereliquit Deum, & factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum quod esse posset æternum: hinc est universa generis humani massa damnata; quoniam qui hoc primitus admisit, cum illa quæ in ea quæ fuerat radicata sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc justo, debitoque suplicio, nisi misericordiæ & indebita gratia liberetur; atque ita dispersiatur genus humanum, ut in quibusdam demonstretur quid valeat misericors gratia, in cæteris justa vindicta; neque enim utraque demonstraretur in omnibus, quia si omnes à tenebris Transferrentur in lucem; in nullo appareret severitas ultionis in qua propterea multo plures, quam in illa sunt; ut sic ostendatur quid omnibus Redderetur justitiam judicantis, juste nemo reprehenderet, quia vero tam multi exinde liberantur, est unde agantur magnæ gratiæ gratuito muneri liberanti.*

Multi sunt qui deducunt ex verbis D. Aug. quod Deus antequam prævideret peccatum Adæ neminem reprobavit, nec prædestinavit, & ita se gessit, ut primo vellet condere homines quibus posset beatitudinē suam creare, nec eos voluit creare, nisi ut quantum in ipso erat beati fierent, ex quo deducunt peccatum originale esse causam

cur tam pauci ſalvantur propter debilitatem factam in natura per illud; ita Philoſophi ethnici refunderunt omne peccatum in naturam noſtram, ſed fides docet quod Deus fecit hominem rectum & per inobedientiam perdidiſſe illum ordinem quo Deo & rationi pareret. Audiamus Auguſtinum lib. 3. de civitate Dei cap. 13. *jam quippe anima libertate in perverſum propria delectata à Deo dedignato ſervare, priſtino corporis ſervitio deſtituebatur, & quia ſuperiorem Dominum ſuo arbitrio deſerverat inferiorem famulum ad ſuum arbitrium non tenebat, nec omnino habebat ſubditam carnem, ſicut ſemper habere potuiſſet, ſi Deo ſubdita ipſa manſiſſet: tunc ergo caro cepit concupiſcere adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem cum qua controverſia nati ſumus trahentes originem mortis in membris noſtris, vitiataque natura conventionem ejus ſine victoria de prima prevaricatione geſtantes: Deus enim creavit hominem rectum naturarum author, non utique vitiorum ſed ſponte depravatus, juſteque damnatus primus homo, depravatos, damnatoſque generavit; omnes enim fuimus in illo uno quando ille omnes corrupit qui per fœminam lapſus eſt in peccatum, quæ de illo facta eſt ante peccatum, nundum erat nobis ſygillatim beata, & diſtributa forma in qua ſinguli viveremus, ſed jam natura erat ſeminalis, ex qua propagaremur, qua ſcilicet propter peccatum vitiata, & vinculo mortis obſtricta, juſteque damnata non alterius conditionis homo ex homine naſceretur, ac per hoc à liberi arbitrij malo uſu ſeries hujus calamitatis exorta eſt, qua humanum genus origine de pravata velut radice corrupta uſque ad ſecundæ mortis exitium, quæ non habet finem, ſolis eis exeptis qui per gratiam Dei liberantur miſeriarum connect.one perduxit.*

Ubi adverte quod non ita Deus voluit à maſſa aliquos ſua miſericordia liberare ſecum in æternum regnaturos, ut alios noluerit ſalvare, nec auxilia neceſſaria adminiſtrare, quod ſit hæreticum aſſerere, ſed Deus vult omnes ſalvos fieri.

Igitur quidquid ſit de poſſibili, an ſcilicet loquendo de adultis potuerint deſeri à Deo, & relinqui in maſſa perditionis propter ſolum originale peccatum; dicimus tamen, quod Deus habuit voluntatem ſalvandi omnes, & miniſtrare omnibus auxilia ſufficientia & jubere omnibus, ut quærant veram Religionem; ita ut ſi recte quærant, dabit beatitudinem; ita ſi pereat, ſua culpa peribit, ut dicitur Ezechielis 18. *Nolo mortem peccatoris, revertimini & venite.* Et *Oſea* 13. *perditio tua ex*

te

te Israel, tantummodo in me auxilium meum. 1. Thimotei 2. *omnes Deus vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 2. Petri *ergo patienter agit propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.* Psalmo 24. *universæ viæ Domini misericordia, & veritas.* Psalmo 144. *suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera eius.*

D. Aug. Respondens ad objectiones Pelagianorum. *Omnium quidam hominum Deus creator est, sed nemo ab eo ita creatus est, ut pereat, quia alia est causa nascendi, alia pereundi; ut enim nascantur homines, est beneficium, ut pereant est prævaricatoris vitium.*

Ex quibus solvitur objectio superior, scilicet quod Deus non vult, ut unusquisque salvetur in sua religione, sed voluit instituere unam visibilem quam omnes possent agnoscere, & inquirere & ut in sua sola salventur. ut scripturis divinis manifestatur: ita ut unusquisque possit dicere si voluero salvabor, & inveniam illam veram Religionem.

Dicunt adversarij D. Tho. qu. 14. de veritate a. 11. *Si quis nutritus in sylvis qui nec fidem, nec Christum unquam audiit; ductum tamen rationis naturalis secutus fuisset in appetitu boni & fuga mali, non periret.* Ergo sine vera religione potest quis salvari.

R. quod numquam ille salvaretur sine fide & extra veram religionem, sed Deus illi per inspirationem revelaret ipsi veram religionem. Sic loquitur D. Tho. *certissime tenendum est, quod ei Deus vel per internam inspirationem revelaret ea quæ sunt credenda aut aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret.*

Secundo qui pervenientes ad usum rationis moriuntur absque ulla notitia fidei, & religionis vere salvantur. Ergo potest quis salvari absque illis R. quod illi tenentur in instanti inquirere veram religionem, nisi faciant peccant, si salvantur salvantur per Baptismum qui est janua ad veram religionem, sin minus pereunt.

QUÆSTIO VI.

Quænam sit illa vera religio quam omnis sequi tenetur, extra quam nullus potest salvari.

Suppono 1. quod vera religio, & vera Dei Ecclesia incepit ab Adamo Abel, & continuata per Seth, & filios ejus usque ad Noe, post diluvium per filios illius Sem, & Japhet quos Noe benedixit, ut dicitur Gene-

ſis ego propagata fuit per universum mundum; quia tamen ex ſem Abraham naſci debebat, & ex illo Meſſias, ſcriptura tantum proſequitur generationem ſem.

Suppono 2. quod populus Iſraeliticus ſeu judæus ex Abraham, Iſael & Jacob non fuit universa Eccleſia, ſed particularis, quia præter illas plures fuere qui Deum Religioſe coluerunt qui Iſraelitæ ſecundum ſpiritum vocati ſunt, ut Egregie docet D. Aug. lib. 18. de civitate Dei cap. 47. *Nec ipſos judeos inquit exiſtimo audere contedere neminem pertinuiſſe ad Deum preter Iſraelitas ex quo propagatio Iſrael cepit eſſe &c. homines autem quoſdam non terrena, ſed celeſti ſocietate ad veros Iſraelitas ſupernæ cives, patriæ pertinentes, etiam in aliis gentibus fuiſſe negare non poſſunt, quia ſi negant facillime convincuntur de ſancto & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proſelitus, id eſt advena populi Iſraelis fuit ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibi mortuus eſt, qui divino ſic laudatur eloquio, ut quo ad iuſtitiam pietatemque attinet nullus homo ſuorum temporum coequaretur, divinitus proviſum eſt, ut ex uno ſciremus etiam per alias gentes eſſe potuiſſe qui ſecundum Deum vixerunt eique placuerunt pertinentes ad ſpiritualem Hieruſalem.*

Suppono 3. Quod licet populus Iſraeliticus non fuerit univerſalis Eccleſia, ſed particularis; fuit tamen inſignitus multis privilegiis ut dicitur ad Romanos cap. 3. *Quid ergo amplius judeo eſt? aut quæ utilitas circumciſionis? multum per omnem modum, primum quidem, quia concredita ſunt illis eloquia Dei* cap. 9. *quorum adeptio eſt filiorum & gloria & teſtamentum & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem qui eſt ſuper omnia Deus Benedictus.*

Suppono 4. Quod judei concedunt humano genere perdito per peccatum Adæ Deum decreviſſe illud per mediatorem Chriſtum ſalvare: propterea dicit D. Aug. cap. 47. citato, *Nullum non ſolum Iſraelitam ſed etiam ex aliis gentibus ad veram Dei Eccleſiam ſpectaſſe & ſuam ſalutem operaturum ſine fide ſaltem implicita in Chriſtum venturum. Hæc ſunt illius verba. Nemini conceſſum eſt ut eſſet de Eccleſia Dei niſi cui divinitus revelatus eſt unus mediator Deus, & hominum homo Chriſtus Ieſus qui venturus eſt in carne, ſic antiquis patribus pronunciabatur quemadmodum nobis veniſſe nunciatus eſt, ut una eademque fides per ipſum omnes in ſuam civitatem in domum Dei, & in Dei templum prædeſtinatus perducat ad*

Deum.

His positis antequam stabiliatur veritas veræ religionis opportet impugnare fallitates aliarum sectarum, ibique religionem judeorum quam explicabimus stabiliendo cessationem ejus.

ARTICULUS I.

Origo & fundamenta sectæ Mahometanorum.

MAhometus est circa finem quinti sæculi de filiis Abrahæ quas Abraham habuerat ex Agar ancilla sua, pater ejus fuit aldella, mater mia, ex civitate Mæchæ, hic infantili adhuc etate parentibus orbatus traditus est educandus cuidam mulieri nomine lima usque ad annum 16. qui mulioniam excercens servivit cuidam mercatori ditissimo suæ consobrinæ marito nomine guditæ, quo mortuo accepit in uxorem suam consobrinam ex qua tres habuit filias, Fatemam, Zainabam, & Rumiculc, & unum masculũ Zasin qui mortuus in ætatis suæ 12. ab anno 25. usque ad 38. mercaturam exercuit, adorans sicut alij mæchæ idola duo, alcete, & alosa. deinde secessit in quandam speluncam dictam heræ. in qua Deum colere cepit & idola detestari, & intantum cibo abstinuit, ut insanus videretur; ibi composuit librum Agar & librum assila, audire solitus quandam loquẽtis vocem, quod sciens uxor objurgare cepit, qui iratus secessit in præruptum montem ubi Arcangelum Michaelem albis vestibus indutum dicentem sibi, *Audivit ô Mahomet Deus misit ad te salutem & annuntiat tibi quod tu es Propheta Dei, & Apostolus Dei & optima creatura Dei.* O Mahomet secundo audivit. *Lege in nomine Domini tui honorabilissimi qui docuit calamo hominem quod ignorebat.* Tunc Gabriel Archangelus dedit ipsi primum caput Alcorani cui titulus est foret Icalam. id est caput de calamo. & post ejus dicessum vidit animalia & arbores salutantes ipsum; demum reversus jussit uxori ut degens in lecto operiret ipsum linteis & vestibus suis, tunc Arcangelus attulit secundum caput, cui titulus sauret Almadar id est caput, de operto; lucente aurora attulit Arcangelus 3. caput, cui titulus sauret Etsahin. Vocavit Mahomet servum, sibi fidelissimum zaidum à quo petiit utrum vellet in ipsum credere, cui respondit servus, libenter; & fuit primus discipulus Mahomet.

Quadragesimo ætatis sive an-

no qui fuit; 630. annus Incarnationis cæpit secta Mahomet pullulare, uxor sua mancipia, & servi amplexi sunt eam: imo socer ejus vir potentissimus & dives Omar nomine, & patrui Hemiza, & Alabes alij, & Abeehar voluerunt ut Alcoranus publice legeretur, propter ea ejecti ex civitate à Judeis fugerunt cum tota familia in civitatem medinam, in qua vicerunt Judeos præliis multis & factus est Imperator qui dedit initiã Imperio Arabum.

Nota quod quidquid est in Alcorano scripturæ habuit Mahomet à quodam sergio Monacho ejecto ex monasterio propter hæresim Nestorij qua infectus erat partim à quibusdam Christianis servis quos audiens scriptis mandabat.

Nota 2. quod illa secta habet aliquid ex fide vera, scilicet articulum docentem unum esse Deum creatorem cœli & terræ. A Judæis circoncisionem, & purificationes, à Christianis quod Christus est filius Dei, non tamen Deus ut faveret Arrianis.

ARTICULUS II.

Probatur ex falsitatibus sectæ Mahometanæ.

PRimo Mahomet fingit se originem ducere ex Abraham, & dicit Sacram Scripturam multis in locis loqui de se, Primo Genesis. 17. 11. 20. dicitur *super Ismael exaudivi te*, sed hoc quantum sit falsum apparet: nam ibi intelligit scriptura de Ismaele quem benedixit Deus in divitiarum multitudine: non vero ibi loquitur, ut vult Mahomet de sanctitate & religione illud. *Benedicturus sum, eritque in nationes & reges populorum, orientur ex eo, & Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & constituam pactum meum illi in sempiternum, & semini eius post eum?* deinde subjungit *super Ismael quoque exaudivi te ecce benedicam, & ei augebo, & multiplicabo eum valde, duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam; Pactum vero meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.* Ex quo apparet quomodo vane usurpat titulum suæ nobilitatis, licet originem duxerit ex Abraham, hoc fuit ex ancilla, non ex libera; Ismael enim est ex sacra

non ex Agar ancilla

Secundo deuteronomij cap.33. *Dominus de ina venu & de sion ortus est nobis s apparuit de monte Pharam.* Hunc locum pro se attribuit Mahomet sed Matemam intelligitur de Moyse qui in monte Sinai legem acceperat, in montibus autem hir & Pharam auxilium Domini & specialem ejus protectionem senserat in deserto, non vero de meca Arabiæ ut vult Mahomet.

3. Locus sumitur ex psalmo. 71. *Reges Arabum & Saba dona aducent & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper.* Male hic loquitur hic pro se Mahomet, & putat esse de meca, quando dicitur saba. Certum est quod hic loquitur de magis ex tarsi & Arabia & saba venientibus.

4. Locus sumitur ex Isaia 21. ubi dicitur *& vidi currum duorum equitum asensorem asini & ascensorem cameli.* Hic Mahomet putat per asensorem asini intelligi Christum & per ascensoré cameli se ipsum, quia camelariam exerevit, sed male; nam loquitur Isaias de ruina Babilonis per Darium, & Cyrum reges medorum, & persarum, quando Baltasar Rex Crapulæ cum suis magnatibus vacabat.

5. Locus sumitur. Ex Joannis 15. 11. 26. *Cum autem venerit paraclitus quem ego mitam vobis à Patre Spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimonium peribebit de me.* Mohemetani putant prædictum promissum à patre fuisse Mahomet. Sufficit ad ostendendam istam falsitatem videre quæ sequntur, ubi loquitur de sanctitate quæ non potest tribui Mahomet.

Ultimus locus est Joannis 14. ubi sic habetur. *Ego cibum habeo manducare quam vos nescitis.* Et Psalmo 16. *Satiabor eum apparuerit gloria mea.* Et Psalmo 35. *inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Ibi putat Mahomet intelligi de voluptatibus carnalibus, de vino, & cibo materiali, sed satis apparet quomodo hæc omnia intelliguntur metaphorice.

Dices etiam Mahomet intelligebat metaphorice. Ergo sed hoc est plus quam falsum ut apparet in suis spurtitij.

ARTICULUS III.

Probatur 2. Ex turpibus & iniustis dissolutionibus contentis in suis libris.

INstituit ut homo possit tot feminas habere quot posset; imo & ancillas invitis proprij uxoribus: jejunium instituit ut libentius crapulis, & impudicitiis indulgeretur; voluit enim

ut nil ab ortu solis usquead ocasum manducaretur, sed post ocasum laxavit habenas concupientiæ. Promitit in futura vita virgines sive puellas altioris naturæ quam humanæ fruendas potionum vini & omnium generum epulas, vestimenta & ornamenta, gemmas pretiosas & similia infamia promisit.

Fecit Deum authorem peccati; nam ipsemet in cap. de muro respondet. *Certe Deus non precipit turpia nam dicitis contra Deum quod nescitis dic. præcipit Dominus meus recta & iusta.* Sed cap. de familia Ammanet cap. de mulieribus aliter loquitur, insuper in Alcorano, docet judeos Christianos imo & Paganos per suam legem salvari posse.

Aliud mendacium profert cap. 2. de familia Amram quod templum Mechæ omnium fuit antiquissimum cap. de jova quod diaboli audierunt alcoranum & in Deum crediderunt, & gloria fruituri sunt cap. de animalibus & in lib cena asserit bruta esse rationis capacia.

Composuit duodecim millia propositionum, & asserit: ex illis tantum tres mille esse veras: propterea quando convincuntur Turcæ de mendacio, dicunt, quod hoc est unum de novem millibus mendaciis, ipsemet se contradicit. Nam singula capita inscribuntur esse mendinentia, vel Mechentia, id est vel composita medinæ vel Mechæ; & tamen cap. 1. vacca cap. de fumo cap. elcadar & cap. de Alcorano seu alforcano, dicit alcoranum, & singula ejus capita in nocte quadam mensis remadan correspondentis nostro julio fuisse accepta. Alcoranus est liber elegantissimus scriptus.

ARTICULUS IV.

Probatur 3. ex modo quo fuit stabilita & propagata illa religio.

UNum ex præcipuis argumentis quæ habemus ad suadendam Religionem Christianam esse veram est modus quo fuit stabilita. Ergo per oppositum fatuitas Mahometanæ erit modus rediculus quo fuit propagata.

Primo prohibuit ne quisquam studeret Philosophiæ sed Religionem suam armis deffenderet, non ratione, qui modus, est tirannorum & latronum ex quibus.

Sic arguo ad hominem; nam dum prohibet omnem de Religione disputationem & in ea stabilienda armorum valorem tantum adhibet, vel rationem habet qua sibi & aliis ostendat & persuadeat Religionem suam

fuisse à Deo traditam, vel non habet si posterius fateatur Mahomet. Ergo absque ulla ratione colunt suam religionem, si primum ergo habent rationem, si habent tenentur prodere, & de hoc puncto disputare; quare igitur omni ratione remota ad gladium confugiunt. Sequitur quod nil corde credunt, quia non est fides sine rationis judicio, quia opportet quod dentur motiva credibilitatis, ubi nulla est ratio non possunt admittalia motiva ergo deinde certitudo fidei est speculativa & practica ergo est impossibile hominem se posse determinare ad credendum nisi judicet hoc esse credibile.

In Religione Mahometana diversæ sunt sectæ, scilicet melicorum asaphiorum alambezorum, & buanisorum. In Affrica sunt melici. In Arabia & Palestina sunt à Saphij. In Armenia & Asiria buanisi; quæ tamen non habent dogmata diversa, quia alcoranus tantum duo dogmata continet, Deum esse unum Mahomet esse prophetã & apostolum. Implacabile est odium inter Turcas & Persas; ita ut in aula imperatoris Turcarum solemne fuerit promulgatum editum, hoc, gratius esse & acceptius Deo Religionis Mahometanæ causâ occidere unum Persam, etsi professione sit Mahometanus, quam 70. Christianos. Hoc odium provenit ex successione; quis nimirum sit verus Mahometis successor, an imperator Turcarum, an Sophi persarum; Persæ enim affirmant eam ad se Religionẽ pertinere mediante hali, Turcæ vero ad se mediante Abucar, aut Abubacar, qui primi fuere Mahometis discipuli, & legis Alcoranæ propugnatores.

S. Joannes Damacenus seculo 8. in lib. de alteratione Christiana & Sarraseni primus scripsit contra illam falsam Religionem.

Secundus fuit S. Eulogius martyr & Episcopus Toletanæ Ecclesiæ, cujus opera extant in bibliotecha SS. PP. Scripsit ergo sæculo, & eodem seculo Leo primus qui scripsit epistolã ad regem Sarracenorum de Christianæ fidei veritate, & Sarracenorum impietate quæ habetur in bibliotheca SS. PP.

Seculo 11. Fuit Petrus Blecensis qui instructiones fidei ad Sultanum Iconij scripsit, invenitur apud Matheum Parisiensem sub nomine Alexandri III. sommi Pontificis qui eam direxit.

Jacobus de Vitriaco Cardi-

nalis & Episcopus Tusculanus sæculo 13. scripsit unum librum contra Sarracenos & Ricardus ordinis Prædicatorum, Adelphus Monachus S. Benedicti.

Pius II. sæculo 15. summus Pontifex antea acueas Silvius dictus scripsit librum de fide ad imperatorem Turcarum & Dialogum contra turcas. Joannes Cardinalis de Turre cremata composuit egregium opusculum contra principales errores Mahometis & Nicolaus Cardinalis Cusanus de Cribratione Alcorani & multi alij qui possunt videri apud bibliotecarios.

Concludendum est quod illa Religio Mahometana est falsa. Ergo non sequenda transeamus modo ad aliam.

QUÆSTIO VII.

Quod Religio Luterana non sit vera origo illius sectæ & eius authoris.

AD ostendendam Luteranorum religionem esse falsam sufficit afferre eorum dogmata quia suo tempore refutabimus in decursu quæstionum.

Lutherani dicti à Martino Luthero ut Mahometani à Mahomete nominantur, Lutherus natus est Issebij in comitatu Mansfeldensi anno 1483 ex jurista factus est Monachus Augustinianus anno 1504. Theologiæ Doctor declaratur erfordiæ anno 1514. perversam anno 1517. Doctrinam spargere cepit uvitambergæ Hædelbergæ, discipulos alios habuit rigidos, alios molles alios mixtos, in Anglia vocantur protestantes ex eo quod protestantur se Lutherum rigide sequi, in germania vocãtur confessionistæ, à professione Augustanæ confessionis quã Lutherus meditatus est, Melaneton descripsit.

Illi tres fuerunt in causa cur in tres factiones divisa sit secta Lutherana, quarum unaqueque postea suas habuit divisiones.

Tria sunt potissime Lutheri dogmata primum quod corpus & Sanguis Christi sunt ubique in Cælo & in terra & in inferno & præcipue in pane vino à quo falso dogmate vocantur ubiquistæ.

2. Est quod infantes dum baptisantur habent actum internum fidei quo credant in Christum & quod per illum actum justificantur.

3. Quod in Sacramento Eucharistiæ manet substantia panis & vini cum substantia Corporis & Sanguinis Christi.

ARTIC.

ARTICULUS I.

Falsitas hæresis Lutheri summariè Reffutatur.

PEr duodecim propositiones Generales ortodoxas impugnatur Lutheri doctrina & simul Calviniana ruet.

Prima propositio quæ fundat veritatem Ecclesiæ Romanæ & destruit Lutheranam falsitatem: est ut Religio sit bona debet esse vera, sed Lutherana non est vera, sed sola Romana ergo omnia quæ proponuntur ab Ecclesia Romana sunt vera. ergo illa quæ proponuntur à Luthero aliena à Romana Religione sunt falsa. Probatur minor. Illa Religio quæ loquitur contra sanctos patres contra scripturam & affert impias propositiones condemnatas non est vera, sed sic est de Lutherana ut probabimus suo loco. Ergo.

Secunda propositio fides divina à Deo est revelata sed Lutherana non est à Deo revelata, ergo non est divina. Probatur minor præcipua illius fundaméta sunt à diabolo tradita ut ipse Lutherus fatetur quod etiam suo loco probabimus quando stabilietur vera nostra Religio. Ergo.

3. Propositio Religio vera eadem est ac Catholica id est universalis, sed Lutherana non est Catholica ergo probatur minor & probabitur fusius quia ipsemet Lutherus fatetur in sua confessione augustana.

4. Propositio Christus & Apostoli fuere Catholici & docuerunt veram Religionem, ergo. Vel non dantur in mundo Catholici vel si dantur erit à Christo & Apostolis ad ipsos non interrupta successio. Luthere ostende nobis à Christo ad te interruptam sucessionem doctrinæ. Ostende unde habes libros Machabeorum non esse Canonicos? unde consecrationis verba reduci debere ad metaphoram? forte à tuo prædicante? & ille à quo; à Philipo Philipus à quo à te. Et tu à quo? à diabolo profecto ante Lutherum erant in mundo Catholici sed illi erant Romani, sed ab illis Catholicis Lutherus declaratus est hæreticus ergo.

Quinta propositio. Religio quæ fuit inventa à viro qui habet animum decipiendi non est vera, sed Lutherus sciens docuit falsa ut ipse testatur ergo.

6. Illa Religio non est vera quæ caret judice supremo qui possit declarare falsa à veris, & distinguere inter lepram & non lepram, sed Lutherus non admitit talem judicem, quia vult

midandis concedenda non erant petita, ibique tale nomen oblata sibi hac occasione seditionis movendæ libentissime amplexi sunt ita ut clamarent, *vive les gueus* simulque vascula lignea qualibus utuntur mendici ad latus appenderent, quorum laminis argenteis scriptum erat quinta Aprilis anni 1566. *vive les gueus.* In Boemia dicuntur Picarditæ quia Calvinus erat Picardus, in helvetia Sacramentarij & Uvingliani ab Uldetico Uvinglio Canonico constantiensi, qui cum Calvino in Sacramento Eucharistiæ Christi præsentiam negavit, verba consecrationis hoc est. Sic interpretatus hoc significat corpus meum.

Capita quibus Calvinistæ ab Ecclesia Catholica dessident sunt primo. Asserunt Christum non esse mortuum pro omnibus. in Cruce desperasse; ad inferos non decendisse, imaginem ejus in templis tolerandam non esse, ipsum esse mediatorem secundum utramque naturam, multa à principio ignorasse quæ paulatim dedicit.

2. Aliquos fuisse prædestinatos ad vitam, alios ad damnationem absque ullo merito sublata omni arbitrij humani libertate.

3. Gratiam non omnibus sed paucis & solis prædestinatis dari, eamque actualem tantum non habitualem, ea legè, ut qui illam accipiunt non possint illa libere uti, id est non esse in potestate cooperari vel non.

4. Deum esse authorem peccati, idemque Deo & sathanæ tribuendum non esse absurdum.

5. Docent omnes filios fidelium ab utero materno nasci sãctos, & hæredes vitæ æternæ, proindeque sine Baptismo salvari posse: filios autem infidelium etiam si Baptisarentur non salvari & Baptismum non prodesse. Qui ex illigitimo matrimonio nascuntur sive sint filij infidelium sive fidelium ad Baptismum non esse admitendos: sed esse damnationis obnoxios.

6. Negant realem Christi præsentiam.

7. Nolunt ullum in Ecclesia ordinem aut cæremonias.

8. Possumus refutare illorum propositiones eisdem argumentis ac superius.

ARTICULUS III.

Origo Anabatistarum.

SIc dicuntur ab iteratione Baptismi eorum qui in pueritia susceperunt, dux illius sectæ fuit, Nycolaus Ciconia, aut Iterkius; ex ista multæ aliæ ortæ sunt. Prima est cathararum id est purorum quia se ab omni peccato immunes dicebant ideo omitunt illa verba pater noster demitte nobis debita nostra: alij sunt tacentes qui interrogati de Religione nil respondent quasi attoniti. Alij enthusiastæ qui cum Deo loqui & celestibus visionibus illustrari putant. Alij libertinorum seu liberorum fratrum qui putant in eo citam esse libertatem nostram, ut nulli principi subjiciantur. Alij adamitæ qui nudi incedunt sicut Adamus in statu innocentiæ & sub foliis ineunt matrimonium, alij condormientes quia in eodem lecto permiscue dormiendum esse mulieres cum viris.

Tenent nullum dari peccatum originale: infantes non esse Baptisandos.

Christianis prohibitum bellum & juramentũ. Poligamiam esse licitam & matrimonium dissolui posse ob diversitatem religionis, aut tedium conjugum animas justorum post hanc vitam extingui. Negant Purgatorium.

Negant. 7. Sacramenta, dicunt esse impossibilia præcepta decalogi.

Negant hominem etiam justum cum gratia posse facere opera meritoria vitæ eternæ.

Arriani quorum author est arrius de quo infra negant filium esse consubstantialem patri.

ARTICULUS IV.

De novis Arrianis.

HOrum antesignanus fuit Michael servetus Hispanus postea, Valentinus gentilis, consentinus, Blandratus, Bernardinus, Ochinus.

Ista hæresis radices habuit in Lituania & Polonia minori, quæ in bideitas & Tritheitas divisa est. Primi admittunt duos deos Patrem & Filium, sed filium minorem dicunt, & Spiritum Sanctum spoliant deitate.

Alij tres Deos admitunt diversas substantias & naturas, quorum in Polonia dux fuit Georgius Paulus anno 1560. ex Scocia.

Mirum est quantum creverit ambitio hominum cum ab Apostolis usque ad ætatem D. Augustini fuerint 90. errores

usque ad Lutherum 181. à Luthero id est ab anno 1517. usque 1595. fuere plusquã 200. Stabiliamus modo veram doctrinam Catholicam contra illos omnes errores quos refutabimus suis locis successive.

ARTICULUS V.

Vera Religio stabilitur.

NOtandum est primo quod quatuor sunt motiva credibilitatis veræ Religionis. Primum pertinet ad miracula; nihil magis movet populos quam miracula ad credendum; nam revocat sæpe Christus Judæos ad hujusmodi opera veluti doctrinæ suæ sygilla, ut dicitur Mathæi 83. *Hæc signa sequentur demonia eijcient, linguis loquentur novis super ægros manus imponent & bene habebunt. si quid mortiferum quid biberint non eis nocebunt.* Sed adverte quod ad hoc ut miracula sint vera debet attendi ad finem, quotiescumque fiunt ad honorem Dei & salutem hominum, toties sunt vera miracula, quoties fiunt ad utilitatem propriam aut alterius ut sanitatem possunt fieri arte demonum

2. Modus est concordia fidei cum ratione, & Evangelij cum vœteri testamento; docemur enim plurima supra rationem; numquam tamen contra rationem, *Lex enim Christiana immaculata convertens animas fidele Dei testimonium sapientiam præstans parvulis omnem insinuans veritatem, emendans omnes errores & facinora, sine ruga sine nevo, sine nugis & deliriis quibus scatent omnes aliæ sectæ*; Ut vidimus concordia legis novæ cum veteri invenitur; nam prima lex Moysis est umbra novæ legis; Evangelium est corpus, illa figura, ista veritas, prior carne posterior spiritu. Moyses prævidit Christum, venturum, Christus venit, & singulos prophetarum apices adimplevit, & ex utroque legis testamento admirabili prorsus commissura facta sunt una compago unaque Christi Ecclesia.

3. Est uniformitas doctrinæ in credẽdis, disciplina in agendis, perpetuitas & continuitas in addicendis ut difusa ubique terrarum Ecclesia unica sit; diversa quidem membra, sed unum corpus. Hanc theorice christrianam veritatem efficiunt Concilia, Provincialia, nationalia, & generalia, ecumenica, nihilo citius quam Evangeliis fidem habere par est, cum ipse Augustinus respuat Evangelium nisi judicet Ecclesia, non invinsibilis, ut dicunt hæretici; sed visibi-

lis, nec aliud quidquam Conciliorum decretis inixa sit Ecclesia, nisi quod simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederemus quod antea lentius prædicabatur, postea instantius prædicaretur. Denique quod à majoribus traditione susceperat idem posteris per scripturæ chirographum consignaret magnam veram summam paucis litteris comprehendendo.

4. Motivum sunt testes, in quibus elucet simplicitas, sanctitas & constantia; simplicitas juxta illud. *Infirma elegit Deus ut confundat sapientes.* sanctitas, quot virgines quot sancti viri, constantia in tormentis vide martyres.

Notandum est secundo quod notitia Religionis ut est disciplina multas virtutes complectens dependet à Religione quæ est virtus specialis: propterea ab illa ut à forma deducenda sunt omnia officia, seu munera quibus religiose colitur Deus, & ex qua deducitur illam Religionem esse veram, cæterisque præferendam quæ habebit illa officia, reperientur, & falsa cui hæc omnia deerunt.

Duo sunt in vera Religione, Deus cui cultus debetur: unde dicitur à Religione respici tamquam objectum materiale, seu quod pœnes ista duo pensenda sunt omnia veræ Religionis. Documenta, vel præcepta quibus bene sentire debet, ac divinis tenemur; itaut illa religio sit sensenda vera, & cæteris anteponenda quæ bene de Deo in omnibus sentire docet, ac jubet. 2. sunt res omnes quæ offerunt per actum cultus honoris, & reverentiæ qui cultus ponit imperfectā æqualitatē inter creaturam colentem, & Deum quem colit, quia cum justitiæ potentiales partes sint Religio in ordine ad Deum: pietas erga parentes, observantia in ordine ad superiores: quamvis in hoc deficiant à perfectâ justitiâ, quia perfecta non reddit æqualitatē; tamen, quia sicut justitia perfecta habet pro objecto perfectam æqualitatem: ita imperfecta, habet imperfectam quæ est illa quam respicit Religio æqualitatem.

Notandum est 3. Quod ratio naturalis non sufficit ad fundandam veram Religionem, quia illa doctrina non potest esse veræ Religionis quæ circa necessaria, & essentialia illius deficit, sed omnis doctrina fundata in sola ratione naturali, defecit, & est insufficiens regula veræ Religionis instituendæ, quia supposito peccato originale omnis ratio; quæ provenit ex

natura, est imbecillis, quia provenit ex naturâ debilitata, tam quoad intellectum quam voluntatem, & concupiscentias. Ergo est insufficiens; nam licet cognoscatur Deus ut unus naturaliter; tamen ad cognoscendas omnes veritates, & virtutes quibus stabilitur vera Religio non sufficit ratio naturalis.

2. Ut dignoscatur ultimus finis sive beatitudo tria requiruntur. 1. ut cognoscatur in particulari in quo consistat illa beatitudo. 2. Illa cognitio de verâ beatitudine sit certa, & infallibilis. 3. ut sciantur etiam media necessaria ad illam acquirendam, sed illa omnia non possunt naturaliter cognosci, ergo;

Notandum est 4. quod est absolute necessaria fides ad veram religionem, quod probatur 1. objecta ad veram religionem spectantia qualis est Catholica, & Romana Ecclesia sunt in duplici indifferentia; alia sunt supernaturalia, ut misterium incarnationis &c. alia naturalia de quibus nunc.

D. Tho. 22 q. 2. art. 3. & 4. quærit utrum credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem, & iterum credere ea ad quæ ratio naturalis pervenire potest sit necessarium.

Respondet affirmative. *Dicendum est inquit quod necessarium est homini accipere per modum fidei, non solum ea quæ sunt supra rationem, sed etiam ea quæ per rationem cognosci possunt, & hoc propter tria: primo ut citius homo ad veritatis divinæ cognitionem perveniat; scientia enim ad quam pertinet probare Deum esse, & alia hujusmodi de Deo hominibus adiscenda proponitur præpositis multis aliis scientiis, & sic non nisi post multum tempus ad Dei cognitionem perveniret, 2. ut cognitio Dei sit communior; multi enim sine studio scientiæ proficere non possunt, vel propter hebetudinem ingenij, vel propter alias occupationes naturales, quia Dei cognitione defraudarentur, nisi eis proponerentur divina per modum fidei. 3 propter certitudinem: ratio enim humana in rebus divinis est multum deficiens. Nihil clarius ad probandam fidem requirere.*

Probantur omnes istæ rationes allatæ à D. Tho. 1. sola fides est certissima. Probatur quia cognitio experimentalis, scientia, & cognitio humana, nec fides humana possunt esse certæ.

Probatur incipiendo à prima, quia finis ultimus non cadit sub objecto scientiæ experimentalis, quod respicit sensus, quia objectum est bonum sensibile, nec experientia spiritualis, quia illa respicit tantum res presentes.

Probatur 2. quia ut quis certo credit debet esse testis oculatus, & scire evidenter id quod revelat, aut proprio experimento, sed nulli credere possumus certo per illos modos; non primo scilicet experientia, ut vidimus, nec scientia ut videbimus ergo.

3. Probatur quia per scientiam nemo potest certo scire, quia hoc probant tot errores qui sunt in materia religionis, quia objectum nostræ religionis est obscurum. Ergo non potest cognosci per fidem.

Dicunt adhoc optime adversa rii qui ludibrio habent Christianos, quia tam faciliter credunt rei obscuræ absque illa ratione, quod demonstrat stultitiam Christianorum inquiunt.

SS. PP. insudarunt ad hoc argumentum solvendum precipue Clemens Alexandrinus lib. 2. stromatum. Theodoretus lib. 1. de curatione. D. Aug. lib. de utilitate credendi cap. 1. tom. 6. Zeno lib. de fide. Guillermus Parisiensis tractatu de fide adversus gentiles. Hugo à s. victore lib. de fide qui respondent istis rationibus.

Primo quia, si nulla fides esset necessaria nullus esset aditus ad scientias; quia non omnes scientiæ habent demonstrationes, imo sæpe creduntur quæ dixerunt Philosophi.

2. Nulla daretur amicitia inter homines ut dicit D. Aug. lib. 2. de utilitate credendi cap. 10. quia non amamus aliquem amicum, nisi quia credimus nos ab ipso redamari & mutuus amor fundatur in fide.

3 Omnis societas rueret quia mercatura tota fundatur in fide humanâ, omnis amor filiorum, & pietas tolleretur. Audiamus originem lib. 1. contra celsum & Rupertum in quinto Joannis 5. *Sine fide inquit nec infidelis scit; nam si infidelem percuntari velis quem patrem aut quam matrem habuerit, protinus respondet illam atque illam. Si statim requiras utrum noverit quando natus sit, respondet se credere. Ergo credit quod non videt.*

Probatur ultimâ ratione, omnis Religio fundatur in persuasionibus quibus omnibus populis & nationibus talis semper credita fuit. Judæi Christiani, Mahometani & omnis idolatria semper credidit alicui numini, & fundavit suam Religionem, vel in revelatione falsâ numinum, vel in fide parentum; imo quamvis sit falsum numina leges, & præcepta dedisse, tamen nationes putavere illas provenire ab illis, & obedierunt. Sic in historiis legitur zoroastrem

roastrem dedisse leges Bactrianis, & Persis, Trimegistum Ægiptiis in merourium. Minoem Cratensem in jovem. Charaondam Carthaginensibus, in Saturnum. Licurgum Lacedemoniis in Apollinem. Draconem, & Solonem Athenienfibus, in minervam. Pompilium Romanis. Zamolsim scitis in vestam. Omitto Cybillarum oracula quibus doctrinam divinitus revelatam concedunt Gentiles.

Dicunt optime contra nos, quod ratio naturalis non sufficit ad veram Religionem & tamen asserimus posse demonstrari veræ & divinæ fidei necessitatem per rationem naturalem.

Respondeo quod ista non sunt contraria ad invicem, quia etsi ratio naturalis non possit demonstrare divinam fidem, ut aliquid precisse supernaturale in necessitate Religionis: tamen si consideretur fides divina quatenus est naturalis objective, eo quod doctrina per illam tradita ea potest in communi, & confuse conosci, per rationem naturalem, debet asseri posse per illam probari divinæ fidei necessitatem in negotio Religionis, cum talis probatio in eo consistat: in naturali scilicet ratione ad divina exploranda cum quadam caligine.

Igitur asserimus humanam rationem absolute esse in sufficientem ad divina certa exploranda. sed necessario recurrendum esse ad doctrinam superiorem divinitus traditam, & credendam. Tamen admittimus rationem naturalem valere ad præambula fidei. v. g. Deum esse ipsum esse colendum, & hanc quam credimus Religionis doctrinam revelasse & per fidem necessario prius accipi debere: dicta igitur præambula fidei non à fide vim habent movendi sed à propositione motivorum argumentorum credibilitatis, ut quando videmus miracula, dicimus illa redolere veram Religionem: quemadmodum autem in dictis fidei præambulis ratio antecedens locum habet, ita in cæteris ejus misferiis inaudita ratione jam creditis valere ratione consequentem sufficienter demonstravi.

Dicunt ad hoc licet debeamus credere quod Deus revelavit, tamen non constat quid Deus revelavit. Respondeo faciliter. Scitis quod cum vera Religio quâ Deus colitur sit necessaria ex dictis, & quod Deus per suam providentiam, veram Religionem revelaverit; consequenter dicere tenemur ea revelasse quæ aparent In scripturis sacris, cum Deus

non obliget ad aliquod sine mediis.

In negotio igitur religionis sciendum est quod est credendum cultoribus illius, quia illa revelari à Deo debuit, & sic credenda sine examine; sine disputatione, quia Deus mentiri non potest, ut dicit D. Paulus 2. ad Thimoteum 1. *Scio cui credidi.* Hoc tenuerunt magni Religionis defensores; *Clemens lib. 3. aut omnia inquit fidum Prophetæ omni cum examinatione oportet probari quem cum cognoveris esse prophetam, de reliquo ei credenda oportet; nec ultra discurrere per singula quæ docet, sed habere ut firma & sancta quæ dixit, quæ quamvis fide suscipi videantur; ante habita tamen ratione creduntur; cum enim semel ab initio veritas prophetæ examinata consisterit, reliqua demum fide audienda sunt & tenenda*, Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum ait. *Si ergo querendi causa omnibus modis de medio tollatur, fides firmatur, & stabilitur.*

Gregorius Nazianzenus oratione 3. sent. 1 adversus Julianum quem loquentem introduxit. *Nostri sunt sermones, nostrum Grecari utpote quorum sit etiam Deos colere, vestra autem est insania, & rusticitas; nec quidquam aliud, quam credere sapientiæ vestræ est. Respondet. ad quid hoc ut opinor non imiterent qui apud nos Pithagoræ Philosophiæ colunt quibus illud ipse dixit dogmatum, omnium primum est & maximum eodem autem recedit. Ipse dixit, Ergo nostrum credere.* S. Aug. sermone 187. & ideo inquit *non presumam in sapientia verbi, ne evacuaretur Crux Christi, sed scripturarum sanctarum authoritate contentus simplicitati potius obedire suadebo, quam tumori, & subdit partus virginis & suscitator mortuorum, & aliorum quæ prædicantur esse incomprehensibilem rationem; veritatem vero testimoniorum promptam esse.*

QUÆSTIO VIII.

An Deus sit Author peccati.

Donatistæ ut refert Testulianus lib. 1. de præscrip. manicheorum ut reffert D. Aug. lib. de hæresibus cap. 4. præcillianistæ & albigenses ut loquitur Leo Papa Epistola ad Turibium & 1. Anthonius 4. p. suæ summæ titulo 15. tenuerunt duos esse Deos, unum malum, alterum bonum; primum esse causam omnium peccatorum, alterum omnium bonorũ, quia *Deus inquiunt nobis dedit naturam quæ non potest non peccare*, illa hæresis horrenda fuerat diu sopita; sed Lutherus cap. 16. ab innocentio 10. damnatus eam re-

vivificit, ubi ait, *In impiis Deum opera mala facere*. Ita Melanchon in cap. 8. ad Romanos dicit. *Omnia fieri à Deo sive bona, sive mala, & adulteirum Davidis, atque proditionem Iudæ non minus esse propria Dei opera quam convertionem Pauli, & Magdalenæ*: ita etiam Calvinus post Copinum & quintinum Suthores Flandros Authores hæresis libertinorum docuit, Deum efficaciter voluisse, ordinasse & prædestinasse, ut Adam peccaret & ut alia peccata fierent quæ quotidie ab hominibus committuntur lib. 3. institu. cap. 23. ff. 4. a. 7.

Fundamenta istarum sunt primo, Deus est causa liberi arbitrij, ergo causa peccati, quia creans illud previdit peccata per illud factura; Deinde Deus tribuit potentiam peccandi ergo est causa peccati.

2. Fundamentum est. Primo homo & cæteri deinceps non potuere labi in peccatum invito Deo, vel ignorante, vel otiosè spectante quia hoc repugnaret ejus potentiæ, alterum sapientiæ, ultimum providentiæ, ergo ipso volente & dicerente lapsi sunt præcipue cum legatur proverbiorum 18. *Omnia propter seipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum*, & Roma. 9. *An non habet potestatem figulus facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam ergo facit impium ergo peccatum.*

3. Est. Deus concursu real. efficit totam entitatem actus peccaminosi, ergo & peccatum, formaliter sumptum.

Dico quod Deus nullo modo est Author peccati. Probatur 1. ex Concilio Arausicano cap. 23. ubi sic habetur *voluntatem tuam non Dei faciunt homines quando agunt quod Deo displicet* & cap. 29. *aliquos verò ad malum divinâ potestate prædestinatos esse non solum nunc credimus, sed etiam si sunt qui tantum malum credere velint, cum horum detestatione anathema dicimus.*

2. Ex Concilio Valemino sub lothario cap. 3. docente mala non esse ex Dei voluntate & ex Concilio Tridentino sessione 6. Canone 6. *Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari non permissive solum sed proprie & per se; adeo ut sit proprium ipsis opus non minus proditio Iudæ quam convertio Pauli Anathema sit.*

3. Probatur ex Scriptura Sacra primo de uteronomij, cap. 32 *Fidelis Deus & absque ullâ iniquitate*. Ad Romanos. 9. *nunquid est iniquitas apud Deum, absit*. Genesis, *Videt Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona*; & Sapientiæ. 11. *Nihil odisti horum quæ fecisti*:

ragantur, alioquin & mala Deo poterunt imputari, sed quod universa quæ facit Concilio facit & voluntate.

S. August. lib. 2. de peccat. & remissi cap. 17. ait. *nullus culpæ humanæ in Deum referas causam & cap. 18, malam voluntatem ad authorem Deum esse referendam ne fas est dicere.* lib. 1. ad simplicianum. q. 2. disputans de illis verbis, Jacob dilexit te Esau odio habuit ait: *qui nodus ita solvitur: ut intelligamus omnium creaturarum esse artificem Deum: omnis autem creatura Dei bona est, & omnis homo in quantum homo est, non in quantum peccator est, ergo Creator Deus & corporis & animi humani, neutrum horum malum & neutrum odit Deus; nihil enim odit eorum quæ facit, est autem animus præstantior corpore, Deus vero & animo & corpore utriusque effector, & conditor, nec odit in homine nisi peccatum; est autem peccatum hominis in ordinatio atque perversitas, idest à præstantiore conditore aversio, & ad condita inferiora conversio, non igitur odit Deus Esau hominem sed peccatorem.*

Eucherius Lugdunensis lib. de quæstionibus difficillimis *veteris & novi testamenti ait: quid Respondendum est eis qui dicunt, nobis quid fecerunt Iudæi si credere non potuerunt quia necesse fuit ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur dicentis, excecavit oculos eorum & induravit cor eorum ut non videant oculis & non intelligant corde, ut convertantur & sanem eos.* R. Propheta hoc prædicit quia Deus hoc futurum esse præscivit: neque enim ad peccatum potest eum pellere cui non potest placere peccatum; in his ergo prædestinatio divina non est intelligentia, sed præscientia. De hoc in Evangelio scribitur: propterea non poterant credere quia iterum dicit Isaias excecavit oculos eorum & induravit cor eorum non poterant credere ita dicitur sicut & nos, sæpe diximus non posse quia nolumus, & de Pharaone scribitur; in hoc excecavi te ut ostendam in te meam virtutem. Neque enim dixit in hoc te feci ut talis esses, sed in hoc te elegi cum te talem ipse feceris, ergo & sic excecati eorum oculi & induratum esse cor dicitur quia jam se ipsi hac cecitate dignos effecerant; excecat autem & indurat Dominus peccatorem deserendo non adjuvando.

Leo 1. Epistola 93. ad Turibium cap. 6. & sermone 16. de passione Domini cap. 2. *Nunquid iniquitas persequentium Christũ orta est Concilio? & illud facinus quod omni maius est crimine manus divinæ præparatum armavit? non hoc plane de summâ justitiâ sentien-*

demnationem universa destruxerit, procul dubio quod ex ea fiant vasa in honorem non ipsius iustitiæ quæ gratiam nullæ præcessit, sed Dei misericordiæ : quod vero in contumeliam non iniquitas Dei quæ absit, apud Deum sed iudicio deputandum est.

Ad 3. Objectum R. quod ex hoc quod Deus sit causa entitatis Phisicæ peccati non sequitur esse causam malitiæ. Sicut ex hoc quod non sint fructus in arbore non tribuitur soli. Defectus claudicationis reducitur in culvitatem tibiæ, non in virtutem mobilium, ita Deus cum sit causa universatis non est causa defectus hominis, sed homo ipse.

QUÆSTIO IX.

An liberum arbitrium sit factum à Deo.

IAm ab incunabulis Ecclesiæ incæpit hæresis qua totaliter post Adæ peccatum denegatur liberum arbitrium in homine. nā Simon magus docuit omnes actiones hominum fieri, ex purâ necessitate quod antiqui Philosophi fatum dixerunt ut videre est apud Clementem lib. 3. recognit. Martiom, & Hermogenes idem tenuere ut advertit Tertulianus lib. de anima cap. 10. Manichei, postea ut reffere Hieronimus in præfatione dialogi contra Pelagium, & D. Aug. lib de hæresibus 45. idem tenuerunt Pricillanistæ ut Reffert D. Aug. hæresi. 70. ipsam hæresim amplexati sunt; & tandem Lutherus in articulo 361. damnatus à Leone 1. aït *omnia de necessitate absolutâ devenire & liberum aabitrium esse titulum sine re, omnino frivolum & inane.* Calvinus lib. 2. de institu cap. 2. lecti. 4. & 8. senset esse abolendum nomen liberi arbitrij & potius servum quam liberum arbitrium appellandum. Melancton articulo 18. Apologiæ pro confessione augustanâ & Kennitius in examine sessionis. 6. Concil. Triden. cap. 5. licet admittant hominem esse liberum ad actiones civiles & politicas, non tamen ad spirituales, ut conversionem, justificationem & resistentiam tentationibus.

Advertendum est quod antiqui hæretici putarunt hanc necessitatem quam admittebant, oriri ab astris alij ab intrinseco quod negant recentiores qui triplicem hominis statum distingunt, naturæ integræ in quâ erat primus homo ante peccatum. Naturæ lapsæ post peccatum. Naturæ per gratiam & me-

ritis Christi reparatæ. Expressè asserunt hæretici moderni se non aufferre libertatem ab homine ante peccatum pro statu naturæ integræ, sed in statu naturæ lapsæ quatenus inquiunt, homo ita fuit conceptus ut tentationibus resistere non possit, sed necessitari si à gratia moveatur, quemadmodum in statu naturæ reparatæ non posse non amplecti illam, nec tunc posse ullo modo malum eligere, & si dicunt in statu naturæ lapsæ & in statu naturæ reparatæ solum ab extrinceco scilicet ab ipso Deo hominem suâ libertate spoliatum.

Fondantur hæretici ex authoritate D. Aug. qui ait in Enchiridio cap. 30. libero arbitrio *Male utens homo & se perdidit, & ipsum*; *item* Epistola 107 *liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus*: R. quod D. Aug. sumit liberum arbitrium dupliciter, primo, pro naturali sui juris facultate quæ ad neutrum opositorum alligata, & determinata alterutrum pro libero eligere, & amplecti potest vocarique solet libertas à necessitate secundo pro plenâ completaque bene agendi potestate, & omnibus peccati impedimentis expedit si partim innata facultate, partim Dei gratia, partim denique libero à peccatorum impedimentis status integratur, & hoc vocatur libertas à servitute, vel à miseria morali; hoc posito. Dico quod D. Aug. intelligi debet de libero arbitrio ut est plena laudabilis potius agendi potestas non vero naturalis quod docet idē D. Aug. lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, cap. 2. ubi respondet Pelagianis, qui dicebant quia primi hominis peccato idest à die 1. liberum arbitrium periit & nemo jam habet potestatem bene vivendi, sed omnes in peccatorum suorum carnis suæ, necessitate coguntur, sic ait & respondet. *Liberum arbitrium defendendo præcepitant, ut de illo potius ad faciendam justitiam. Quam Domini adiutorio confidatur atque ut in se quisque non in Domino glorietur: quis autem nostrum dicat quid primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere, libertas quidem periit per peccatum sed illa quæ in Paradiso fuit habendi plenam cum immortalitate justitiam; propter quod natura humana indigit & gratia dicente Domino si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis, utique ad bene justeque vivendum; nam liberum arbitrium usque à Deo in peccatore non periit, & per illud peccatum, maximé omnes qui eum delectatione peccant & amore peccati hoc eis placet*

quod

quod eis libet.

Dico cum Ecclesia Catholica quod homo habet liberum arbitrium ad omnes suas actiones sibi proprias ita tamen ut ad supernaturales indigeat auxilio supernaturali, ad naturales & civiles auxilio generali, sive concursu naturali, generali, nec peccatum originale, aut præscientia, aut prædestinatio aut quidquam aliud abstulit.

Pro intelligentia istius difficultatis necessarium duxi tractare illam difficultatem, an prædestinatio, & reprobatio auferant libertatem.

Calvinus lib. I. cap. 21. 22. 23. lib. 10. 3. cap. 21. & 23. asserit divinum decretum circa prædestinatos & reprobos ita esse immutabile ut tollat arbitrij libertatem, & necessitate inevitabili, hi pereant; isti salventur, certè difficile videtur salvare libertatem, cum certitudine divinæ providentiæ in prædestinatis & reprobis.

S. Prosper in chroni ait illam hæresim suo tempore accepisse initium contra illos qui asserunt Divum Augustinum, calumniasse in hac quæstione Pelagianos, & semipelagianos quod est factum. ut patet in retractatione lucidi præsbiteri, qui monitus à fausto de Cōcilij Arelatensis authoritate abjuravit hæresim, fuit quumdam error Mahometanorum.

Nono seculo postea fuere, Joannes scilicet Tringena Scotus, & Godeleactus monachus suffonicæ par ochiæ asseruerunt Deum, ab æterno quos voluit prædestinasse ad regnum, & quos voluit, prædestinasse ad interitum, & qui sunt prædestinati ad interitum, salvari non posse, qui ad regnum damnari non posse.

Notandum est quod libertas hominis consistit in hoc ut posita prædestinatione possit operari, vel non operari, id est ut non possit quod Deus non posuerit prædestinationem, sed ut possit ponere vel non ponere prædestinationis effectus; non quidem omnes, quia datur gratia præveniens, quæ est primarius effectus prædestinationis, sed illos ad quos prædestinatus cooperatur, quia est hoc quod Deus ordinat & disponit, ut homo liberè operando ponat illos prædestinationis effectus.

Dico. Quod posita prædestinatione & non obstante ejus certitudine homo est liber & remanet integrum liberum arbitrium.

Probatur primo ex Concilio Tridentino, sessione 6. cap. 5. ait. *In sacris litteris cum dicitur, convertimini ad me & ego conver-*

tar ad vos, libertatis nostræ admonemur, cum respondemus, converte nos Domine ad te & convertemur Dei nos gratia præveniti confitemur, tum Can.4. ait: *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam iustificationis gratiam, sed disponatur, ac præparetur, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere mereque passivé se habere anathema Sit* Can. 5 *Si quis liberum arbitrium post peccatum amissum & extinctum esse dixerit aut rem esse, d. tot. tit. imo titulum sine re figmentum denique satanæ inventum in Ecclesiam anathema sit.* Denique Canone 23. declarat & damnat eos qui asserunt hominem semel justificatum amplius peccare non posse neque gratiam amittere.

Probatur 2. ex Sacræ Scripturæ locis. Genesis 4. 11. f. 6. dixit. *Quæ Dominus ad eum, quare iratus esset cur concidit facies tua? nunné si bene egeris recepisti, sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

Deuteronomij cap. 30. *Testes hodie invoco cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam, & mortem, & benedictionem, & maledictionem, elige ergo vitam ut & tu vivas & semen tuum.* Josüe 24. *nunc ergo timete Dominum & servite ei perfecto corde, atque verissimo, sin autem malum vobis videtur, ut Domino serviatis optio vobis datur, eligite hodie quod placet, cui servire potissimum debeatis, utrum diis quibus servierunt patres vestri in mesopotamia an diis amorreorum in quorum terra habitatis. Ego autem, & domus mea serviemus Domino. Ecclesiastici* 15. *Deus ab initio constituit hominem & reliquit eum, in manu Concilij, adjecit mandata & præcepta sua. si voluerit mandata servare conservabunt & in perpetuum fidem placitam facere apposui tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manū tuam, ante hominem vita & mors, bonum & malum quod placuerit ei dabitur, nemini mandavit agere impie & nemini dedit spatium procreandi.* Item cap. 31. *qui potuit transgredi & non est transgressus facere mala & non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosinas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.*

Isaie cap.1. *Si volueritis & audieritis me bona terræ comedetis, quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos.* Mathei. 1. cap. 19. Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Ut breviter dicam, vide. 1. Corinthios. 7. Psalmo 14. 18. 61.

Ecclesiastici. 16. 18, Mathei. 9. 17.20,7,16.19. Luce. 10. Joannis 29. ad Romanos, cap. 2 8.1. Corinthios cap. 13.2. ad Corinth 4.3. ad. Galatas cap. 5. ad Ephesios cap. 2. ad Collossenses cap. 3. 1. Thimotei cap. 4. ad Hæbreos cap. 6. Jacobi cap. 1.2.1. Petri cap 1. Apocalipsis cap. 2. 22. ex sanctis patribus vide D. Aug. Tgeophilum Hieronimum, Theodoretum.

Probatur 3. ex D. Thoma 1. p. q. 19. a. 8. 9, 22. & lib. 703. contra gentes cap. 194. desumit suam rationem efficacissimam ex efficacia divina universalissima, ratione & causalitate non solum habet esse principium, & causare substantiam actuum nostrorum, sed etiam modum attingere: unde cum aliæ sint causæ necessariæ, aliæ contingentes, cum necessariis adaptavit modum agendi necessarium, cum liberis & contingentibus liberum: ita ut se commodet modo agendi creaturarum: unde etiam si Deus prædestinet aliquos certe; non tamen sequitur quod necessario salventur, quia potest aliquid esse certum & infallibile, quod tamen non est necessarium, ut certum est & infallibile loquentem loqui, non tamen necessariò loqui sed liberè.

Dicunt ad hoc adversarij quod hoc est certum antè lapsum, non vero post lapsum in quo voluntas desiit esse libera. Sed contra quia liberum arbitrium fuit tantum debilitatum ut vidimus non extinctum.

Dicunt 2. quod nostra paritas non valet, quia potest stare libertas cum certitudine & infallibilitate quando provenit ex suppositione, ut loquentem loqui, non vero quando provenit ex suppositione antecedente actum phisicum, & ipsum prædeterminante: Respondeo quod esset verum si illa determinatio proveniret ex causa universalissima non se accommodante & inducente modum creaturarum operandi.

Dicunt 3. est impossibile quod non fiat ab homine quod Deus vult efficaciter fieri, sed Deus vult efficaciter fieri quod determinavit ergo quod salvetur data semel prædestinatione nam quod est necesse est esse.

Respondeo quod major est vera, sed uult Deus fieri quomodo quo fit scilicet, modo libero; nam determinavit Petrum salvaturum modo libero, & sic negatur consequentia.

Dicunt 4. non potest falli providentia divina, sed potest falli si homo posset dissentire. Ergo R. si posset dissentire potentia positionis, concedo, potentia

possibilitatis., nego, verum est quod nunquam ponet homo posita determinatione contrarium, sed potest ponere, & sic remanet potentia possibilitatis non ponendi effectum illius prædestinationis.

Si à Calvenistis deffendamus ad Catholicos inveniemus discordias in explicandis difficultatibus, nam Thomistæ qui sumpserunt istud vocabulum ex D. Thoma qui in Religione dominicanorum quæ viris doctis & sanctis extraordinariis scatet ab anno 1400.

Patres societatis qui multiplicitate librorum doctissimorum & eruditissimorum satis ostendunt, quanta sit latitudo suæ doctrinæ inceperunt anno 1550. Quibus pauci sunt qui non debeant suum Tirocinium quibus tota Ecclesia multum debet in defendendis ortodoxæ Religionis doctrinis contra novatores h æreticos, præcipue Jansenistas, docent non posse salvari libertatem, nisi per scientiam mediam, qua Deus prævidet quid sit homo positus in talibus circonstantiis, quam scientiam vocat Molina Jesuita mediam, quia mediat inter scientiam visionis & simplicis intelligentiæ, & quam vocat novam. Licet D. August. ante ipsum de ea jam locutus sit.

Apud Thomistas videtur difficile salvare libertatem, cum efficacia & certitudine divinæ voluntatis, apud Patres societatis difficile videtur posse salvari certitudinem divinæ voluntatis, quia eo ipso, quod Deus ex vi prævisionis creaturarum videtur dependere à contingentia illarum, & non agere, nisi quomodo, quo aget creatura, quare ad hoc ut lector penetrare possit inter illas duas opiniones est.

QUÆSTIO X.

Utrum tollatur libertas per prædestinationem.

Sciendum est quod duplex est libertas prima à coactione 2. à necessitate 3. à peccato, 4 à miseria; prima est in brutis & plantis: non enim coguntur ab intrinseco, juxta communem opinionem quæ docet vitam negativam esse formam substantialem, intrinsecam. Imo lapides in quibus est gravitas intrinseca non coguntur ab intrinseco; secunda soli homini convenit; tertia hominibus in gratia justificante; quarta invenitur tantum in beatis consummativè, in terris imperfectè.

Sciendum est 2. quod sunt tres Theologorum opiniones prima docet Phisicas prædeterminationes inducere sensus compositi necessitatem ita ut homo prædeterminatus ad aliquid non possit non abstinere ab operatione illius, hæc sententia fuit antiquorum Thomistarum, ex earum vel ex ordine benedictinorũ, assumpto ad Episcopatum; secunda docet illas phisicas prædeterminationes nullam imponere necessitatem voluntati, imo posse voluntatem prædeterminatam, ad aliquem actum illum omittere in sensu composito, omisionem actus cum illa prædeterminatione conjungendo, & effectum formalem prædeterminationis, est tantum infallibilitate actum, hæc opinio est nostrorum patrum Salmaticentium, cum D. Thom. quam vocat caram vel caram, & Suavem, & arridentem: propterea dicti patres negant hanc propositionem, est impossibile, ut voluntas prædeterminata amittat actum in instanti in quo habet illam Phisicam prædeterminationem: admittunt vero istam in instanti in quo habet voluntas phisicam prædeterminationem, infallibiliter & liberè operabitur, poterit quidem non operari, operabitur tamen omissionem actus poterit conjungere cum phisica prædeterminatione potentia possibilitatis, non positionis. Tertia opinio negat absolutè phisicas prædeterminationes, & recurrit ad scientiam mediam, sapientiæ divinæ certitudinem, & voluntatis humanæ libertatem concilians. Sic se liberat à multis difficultatibus, vel potius gravioribus præmitur, hanc doctrinam tenent ferè omnes patres societatis. Doctissimus Caramuel nullam ex illis opinionibus esse absolute veram putat sed latere adhuc veritatem quia Thomistæ inquit coguntur ad opiniones aliorum accedere & patres societatis ad Thomistarum opinionem.

Sciendum est 3. quod contra primam sententiam duæ sunt opiniones, una quæ necessitatem in sensu composito cum prædeterminatione phisicâ sola potentia positionis admittit, & est Thomistarum opinio, altera, quæ admittit tam in sensu composito, quam diviso necessitatem, & est Jansenistarum à Jansenio authore Episcopo hiprensi qui propter Clypeum Gallicum obtinuit Episcopatum cujus opiniones fuere condemnatæ ab Innocentio X. & Alexandro VII. prima est probabilis, altera hæretica.

Contra secundam sunt duæ opiniones. Una quæ necessitatem, altera infallibilitatem admittit quæ videntur obnoxiæ similibus difficultatibus quia videtur in utraque opinione inutiles esse orationes, leges, admonitiones ita Caramuel; nam sive voluntas inquit necessitetur, sive infallibiliter operatus sit Petrus erunt futuri illius actus, & non futuri. Ergo si futuri sunt erunt, sivè sint orationes sive non.

Contra 3. duæ sunt opiniones. Prima docet causam secundam determinari à primâ, altera causam secundam determinare primam, ergo, quando causa secunda determinat primam, Tollit libertatem à prima, ergo, si causa prima determinat causam secundam tollit illius libertatem, & erit periculum in utraque lædendi libertatem.

Veritas stabilitur.

Sciendum est quod per prædefinitionē intelligimus decretum Dei, quo vult ut aliquid in tempore executioni mandetur circa actus liberos; itaut illud decretum præcedat omnem prævisionem cujuslibet actionis & circonstantiarum absque læsione libertatis.

Omnes patres societatis tenent partem negativam, scilicet quod non prædeterminet actus liberos; fundamenta ipsorum sunt primo. Ecclesias. 5. *Apposui tibi ignem & aquam antè hominem vita & mors bonum & malum ad quod placuerit dabitur ei.*

Secundum est Isaie 15. nunc ergo habitantes Jerusalem & viri Judas, judicate inter me & vineam meam, quid est quod debui facere & non feci, an quod peccavi ut faceret uvas, & fecit labruscas. ubi videtur quomodo bonum& malum sunt in potestate hominis, quod non essent si daretur illud decretum & gratia efficax.

3. Quo cætera fundantur, est quod suppositio, vel depositio hujus prædefinitionis, non est in potestate voluntatis, & quod illa positâ non potest non operari, ac proindè tollitur libertas, & potentia ad utrumlibet.

4. Quod est solidissimum desumitur ex gratiæ efficacis natura, vel gratia efficax est efficax ex natura sua sicut decretum, vel per voluntatem creatam, si 2. Ergo dependet à voluntate. Non primum, quia voluntas non posset dissentire R. potentia positioni concedo, potentia possibilitatis nego Contra. Ergo gratia non est efficax ex natura sua, quia esset ineffi-

cax potẽtia possibilitatis. Dices quod est semper efficax quoad se, non vero quoad effectum cõtra. Ergo efficacia gratiæ quoad effectum est à consensu voluntatis ergo redditur efficax per voluntatem, quod volumus.

Dico quod prædefinitio Dei quæ phisicè præmovet per extrinsecam determinationẽ, causas liberas ad operandum nullo modo tollit libertatem ita D. Thom. præsenti a.4. & 1. & 2.q. 10.a.4.

Probatur 1. non est contra rationem libertatis quod voluntas determinetur ab extrinseco per prædeterminationem Dei antecedenter ad actum illius, ergo probatur antecedens; ita Divus Thomas 1.p.q. 83. ad 3.q. 105. a. 4. ad 2. & multis aliis locis quod sic procedit & sic inquit, non est de ratione causæ efficientis quod sit prima, sed quod efficiat licet moveatur ab alia. Ut patet in igne & cælo ita non est de ratione liberi, ut se primo determinet, sed ut se determinet juxta suam naturam, v. g. si fuerit primum liberum determinet se primo. Si. 2. se determinet 2. determinatum à primo libero, quod est Deus, ergo.

Probatur 2. vel causa secunda est primum se determinans vel secundum, si primum ergo non est creatura quia de ratione creaturæ est quoad omnia esse à creatore, ergo à Deo primo determinante, si secundum ergo supponit primum quod volumus.

Ad fundamenta adversariorũ Respondeo ad primum quod ille locus Ecclesias denotat tantum quod homo habeat liberũ arbitrium, quamvis à Deo determinetur ad agendum, quia Deus se accommodat modo agendi creaturæ, ita ut cum necessariis necessario agat, cum liberis liberè, quod explicat D. Thom. 3. contra gentes cap. 90. vbi postquam innuit Deum suo decreto efficaci movere ad actiones liberas creatas, statim addidit contra eas qui ut humanas non sub divina providentia asserunt ait, videntur autem quædã in doctrina facta secundum prædictam sententiam sonare, dicitur enim Ecclesias 15. apposui tibi ignem, & aquam ad quod volueris porrige manum &c. hæc autem verba ad hoc inducuntur, ut homines esse liberi arbitrij ostendantur, non ut eorum electiones subtrahantur. Idest à divino decreto.

Nam scientia conditionatorum supponit decretum efficax liberum Dei, & sic pertinet ad scientiam, vel visionis, vel simplicis intelligentiæ; scientia vero media sive conditionata, ut

loquuntur patres illustrissimæ societatis convenit Deo ante omne decretum efficax divinæ voluntatis: quoniã dicunt Deum ante omne decretum efficax in ipso existens per illam scientiã cognoscere futura contingentia conditionata, & licet aliqui ex illis dicant præsuponi ad eam decretum Dei objectivè præsens, & posteà futurum, non tamen actu existens in ipso, nec etiam decretum objectivè præsens, & in consequenti signo futurum, quod de se sit efficax, & per consequens constituunt illam ut medium quoddam inter scientiam visionis & scientiam simplicis intelligentiæ, sive inter scientiam Dei liberam, & naturalem, ex eo quod participet de utraque; quatenùs scilicet est libera, respicit objectum liberum, ad quod terminatur, ut est necessaria respicit Deum antè decretum ullum.

2. Dicunt quod futura absoluta possunt considerari dupliciter, primo, in statu conditionato, & tunc per scientiam mediam cognoscit Deus quid voluntas v. g. hominis sit volitura, si in hoc statu poneretur, vel in pluribus ordinibus rerum; 2. in statu obsoluto subsequẽte ad divinum decretum: quatenus postquam Deus prævidit per scientiam mediam quid prædicta voluntas volitura esset in singulis ex illis statibus, si in illis collocaretur, decrevit constituere illam, in hoc statu quo prævidit consensuram esse divinæ vocationi; & ideo hic consensus qui antea prius videbatur in statu conditionato per scientiam mediam, videtur nunc in statu absoluto per scientiam visionis, postquam Deus habuit decretum collocandi eam in prædicto ordine rerum, ita ut illud decretum possit tantum habere suam efficaciam infallibilem præcedente scientiâ mediâ, ut sic prævisus ille consensus; unde aparet quare dicatur scientia media, & conditionata;

Sciendum est 2. quod prima cognitio quam Deus habet de creaturis est scientia simplicis intelligentiæ, qua cognoscit res, ut possibiles, 2. est per quam cognoscit creaturas non quidem, ut purè possibiles, nec ut futuras absolutè, sed sub statu futuri conditionati antecedenter ad decretum Dei efficax 3. est cognitio visionis perquam cognoscit futura absolutè post decretum conditionatum, quatenus decrevit Deus dare decretum si conditio ponatur.

Sciendum est pro intelligentiâ totius disputationis. Quod futura conditionata dicuntur, quia innituntur

innituntur alicui conditioni v. g. si Petrus esset Romæ loqueretur cum Philipo. Si esset Leo, esset risibile, ex quibus apparet, quod, conditio, alia est impossibilis, alia possibilis, alia necessaria, alia contingens: Gravissimi authores dicunt quod propositio contingens non esset vera, vel falsa, si Deus non determinat an sit vera vel falsa, si esset secundũ se indeterminata, Deus falleretur si illam cognosceret ut determinatè veram vel falsam. sic dico primo. Quod si ista prepositio (si Petrus esset Romæ loqueretur Philipo) ex se habet determinatam veritatem vel falsitatem, cognosceretur à Deo ante omne decretum liberum, & illa notitia divina dicatur scientia media, stabit doctrina patris Molinæ Societatis Jesu, & sic superflua erunt decreta conditionata quæ à Thomistis ponuntur.

Dico 3. quod illa propositio, si Petrus esset Romæ loqueretur Philipo, ante omne decretum consideratum nec habere veritatem nec falsitatem, quod patebit ex solutione illius objectionis.

Dices. Petrus currens, vel hæc propositio est vera, vel falsa quod est principium per se notum fundatum in illo quod libet est, vel non est quia ex duabus contradictoriis una debet concedi alia negari, si dicatur primum etiam ab æterno ante omne decretum illa propositio fuit vera, si secundum, etiam ab æterno ante omne decretum erit falsa, sicut non fuit vera. Ergo omnes propositiones ante omne decretum sunt veræ vel falsæ.

R. quod illud argumentum habet aliquid apparentiæ revera nil est: nam peto an animal quod est genus & prædicatum de homine, & bruto, sit rationale, vel irrationale si dicas esse rationale. Ergo non verificatur de bruto; si 2. non prædicatur de homine; ergo, non prædicatur de pluribus specie differentibus ergo non est genus.

Dices aliud esse statum præcisionis, aliud existentiæ in 1. una ex illis debet esse vera, vel falsa, quia præcindit ab utroque termino sed.

Peto an Petrus si præcindatur ab omni qualitate sit albus.

2. An præcindendo à rationalitate sit admirativus; dices nec esse album nec non esse, ita hominem præcindendo à rationalitate, nec esse admirativum, nec non admirativum: sic ego ex tua responsione dico. Creaturæ sunt connexæ cum omnipotentia divina, quæ est voluntas Dei libera, ideo creaturæ sunt pos-

locis. Primo. libro primo ad simplicianum 2. ubi ait quod vocatio dependet à modo quo quisque affectus est, ut vocationi consentiant, & addit, ut quamvis multi non modo vocati sint, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi sequantur solum, vocationem qui & capiendæ inveniuntur idonei, & illud non minus verum sit, igitur nec volenti, nec currentis, sed miserentis est Dei, qui hoc modo vocavit quomodo aptum erat eis qui secuti sunt vocationem, ubi ut vides non recurrit D. Aug. ad hoc ut vocatio sit efficax ad divinum decretum sed ad modum quo quisque affectus est, ut sic, adhoc ut vocatio sit efficax necessaria est præcognitio dispositionum futurarum, ut se accommodet illis.

Tertium sumitur ex eodem D. Aug. lib. 2. de dono perseverentiæ cap. 14. ubi ait habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligeret, quo moveantur ad fidem si congrue suis mentibus, audiant verba vel signa conspiciant, ex quo videtur sequi v. g. Petrus ex naturali munere intelligentiæ excitatæ per gratiam moveretur ad fidem si congrue sibi prædicaretur.

Quartum sumitur ex D. Tho. 3. p. q. 1. a. 3. ad 4. dicit quod prædestinatio supponit præscientiam futurorum sed hæc præsciëntia in via D. Thom. debet esse scientia media, quia præsciëntia absoluta à Thomistis sequitur prædestinationem ergo condicionata est scientia media.

Quintum sumitur ex eodem D. Thom. 3. p. q. 1. a. 5. ad primum, ubi inquirens cur incarnatio Christi tali tempore, non alio facta fuerit, affert responsionem D. Aug. lib. 1. de dono perseverentiæ cap. 11. quam ipsemet D. Thom. probat sic non est volentis neque currentis sed miserentis Dei, qui iis quos prævidit si apud eos facta essent suis miraculis credituros, quib. voluit subvenit, aliis autem non subvenit de quibus in sua prædestinatione velle quidem sed juste aliud indicavit, ergo ex D. Thom. & D. Aug. ante decretum efficax subveniendi & prædestinandi prævidit Deus aliquos credituros suis miraculis si apud eos fierent non ex vi decreti, quia tunc adhuc non intelligebatur decretum ad subveniendum, ergo, & vide etiam D. Thom. 22. q. 17. 4. a. 1. & q. 12. deveritate 4. 10.

Dico 1. Quod non est admitenda scientia media, & proba-

& operariorem disputationem de gratia præterirem postea dicit. Cernitis me sine præjudicio latentis consilij dati, aliarumque causarum hoc de præscientia Christi dicere voluisse, quod convincendæ Pelagianorum infidelitati, qui hanc objecerant quæstionem sufficere videretur, quid enim verius, quam præscisse Christum, qui & quando; & quibus in locis in eum fuerant credituri, sed verum prædicato sibi Christo à se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est verum tantummodo eos præscierit, an etiã prædestinaverit Deus, quærere, ac disserere, tunc necessarium non putavi: tunc proinde quod dixi voluisse hominibus Christum & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat esse qui in eum erant credituri: posset etiam sic dici, tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam, suam quando sciebat & ubi sciebat esse qui electi erant in ipso ante mundi constitutionem, sed quoniam si ita diceretur lectorem faceret intentum ad ea requirenda, quia nunc quæ ex admonitione Pelagiani erroris, necesse est copiosius disputari, visum mihi est quod tunc satis erat breviter esse dicendum exceptâ altitudine sapientiæ, & scientiæ Dei & sine præjudicio aliarum causarum, de quib. non tunc sed alias oportunius disputandum putavi. Ubi vides quod D. Aug. dicit sine præjudicio latentis consilij idest decreti.

Probatur 4. ad Romanos. 9. cum enim nundum nati fuissent aut aliquid boni, vel mali fecissent ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia major serviet minori; sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esaü autem odio habui, quæ verba D. Aug. lib. 2. contra Duas Epistolas Pelagianorum cap. 7. sic explicat propter quod desipitis, qui dicente veritate, non ex operib. sed ex vocante dictum est, vos dicitis ex futuris operibus, quæ Deus illum facturum esse præsciebat, Jacob fuisse dilectum, atque ita contra dicitis Apostolo dicenti, non ex operib. quasi non posset dicere non ex præsentib. sed ex futuris operibus, sed ait non ex operib. ut gratiam commendaret 2 D. Aug. lib. de prædest. sanctorum cap. 17. ait, hæc est veritas immobilis prædestinationis ut gratiæ. Nam quid est quod ait Apostolus, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem quod profecto si propterea dictum est quia

præscrivit Deus credituros, non quia facturus fuerat ipse credentes contra istam præscientiam, loquitur filius dicens non vos me elegistis, sed ego elegi vos, cum hoc potius præscierit Deus quod is si cum fuerant electuri ut ab illo mereamur eligi, electi sunt: itaque ante mundi constitutionem ea prædestinatione in qua Deus sua futura facta præscivit electi sunt autē de mundo, ea vocatione quâ Deus id quod predestinavit implevit.

Probatur 5. Si Deus prævidisset v. g. Petrum si constituatur in talib. circonstantiis non perseverabit cum non posset ipsum prædestinare, quia cum prædestinatio sit infallibilis non habet suum effectum, 2. Si Deus prævideret petrum positum in talib. circonstantiis & in tali serie rerum perseveret ut non posset eum reprobare, sed teneretur ipsum prædestinare quia perseverentia finalis non est nisi pro prædestinatis ergo verbi gratia posset de Juda & quolibet alio formari ista propositio vel si judas creetur morietur in peccato, tunc admissa scientia media sciret Deus ante suum decretum efficax an illa esset determinate vera vel falsa, & an contraria etiam scilicet non, si judas creetur morietur in peccato, sed evidens est non scivisse affirmativam esse falsam alioquin falleretur, si quidem ex eventu constat illum obiisse in peccato, ergo scivit judam obiturum in peccato, ergo non potuit illum admissa scientia media prædestinare.

Probatur 6. Implicat aliquid cognosci ut futurum quod non est futurum, sed ante decretum Dei nihil est futurum ergo probatur minor quia ut creatura fiat futura debet transire de statu possibilitatis ad statum futuritionis, sed non potest transire nisi per decretum, quia illud est futurum qnod erit aliquando, sed ad hoc ut sit de facto requiritur voluntas Dei, non enim erit per se ipsam creatura. Ergo nam existentia creaturæ debet determinari à Deo, ergo Deus debet decretare quod erit quia ante decretum Dei creatura potest tantum dici poterit esse non vero de facto erit.

Probatur 7. per scientiam mediam tollitur à Deo ratio primæ causæ ergo non datur. Probatur minor ex positione illius sequitur radicem futuritionis nostræ convertionis refundendam esse ad nostram voluntatem quia futuritio illius est à prævisione nostri actus absque eo quod quidquam Deus determinet ergo.

Dices refundenda est in Deum

ex decreto objective futuro. Contra per decretum objective futurum non est magis nolita conversio tyriorum à Deo, quā non conversio. Ergo nihil est in Deo determinans nec agens, quia ex vi illius Deus nihil dat creaturæ nisi quod creatura constituatur in talib. circonstantiis, non vero quod ponatur aliquid tunc in actu. Ergo totus actus tunc est à sola creatura, hoc est argumentum cornutū, & ex hoc quod Deus determinetur concurrere cum creatura est quid necessarium in illa, quia Deus non potest nō concurrere.

Probatur 8. Si esset necessaria scientia media ad salvandam libertatem hominis, ut volunt Molinistæ. Deus non potuisset polliceri Abrahamo, filios spirituales, nempè fidem gentium juxta illud Apostoli. Patrem multarum gentium constitui te, nisi ex præsupposita scientia media qua noverit quod istæ vel illæ gentes tali tempore vocatæ ad fidem essent crediturae, etiam si fortè æquali vocatione aut majori interna, aut externa essent vocatæ, imo minori quam illæ gentes quæ non crediderunt. Ergo illa impletio dependet à libero arbitrio tanquam à prima radice sive ex conditione prævisa quia nisi hæc præsupponeretur nō potuisset Deus ex tota sua omnipotentia talem promissionem facere aut adimplere, sed hoc non potest dici ergo.

Minor ostenditur ex D. Aug. lib. de prædest. sanct. cap. 10. ubi ait, credamus igitur cum fideli Abraham quod quæ promisit Deus potens est adimplere, itaut in hoc non dependeat Deus à potestate nostri liberi arbitrij, nam pietas ac veritas prohibet nos dicere quod quæ Deus promisit non est in ipsius sed in hominum potestate.

Item. epist. 105. ait, quod enim promittit Deus non facit, nisi Deus, habet namque aliquid rationis & veritatis ut homo promittat & Deus faciat, ut autem homo se facere dicat quod promiserit Deus superbæ impietatis est reprobus sensus.

Item Clarius lib. de correctione & gratia cap. 12. ait, liberati enim à peccato servi facti sunt justitiæ in qua stabunt neque in finem donante illo perseverentiam qui eos præscivit & prædestinavit, & secundum propositum vocavit & justificavit & glorificavit, quoniam illa quæ his promisit etiam jam futura fecit cui promittēti credidit Abraham & reputatum est illi ad justitiam; dedit enim Gloriam Deo plenissime credens sicut scriptum est quia quæ promisit

potens est facere. Ipse ergo illos bonos facit ut bona faciant; neque enim propterea promisit Abrahæ quia præscivit à se ipsis bonos futuros, nam si ita est non suum sed eorũ est quod promisit: non autem sic credidit Abraham, sed non est infirmatus in fide dans gloriam Deo & plenissime credens quia quæ Deus promisit potens est & facere non ait quæ præscivit potens est promittere.

Probatur 9. semel admissa scientia media Deus influit ut concedunt per voluntatẽ quandam indifferentem quâ paratus est influere ad id quod Petrus v. g. voluerit, ita ut voluntas quæ præsupponitur in illo priori, antequam intelligatur in eo scientia media non sit determinata ad concurrendum ad consensum alioquin efficaciter prædefineret ante illam scientiam sed ad tribuendum concursum indiferentem idest ad id quod voluerit Petrus, ergo, influeret ignorando. Ergo cæco modo quia ignoraret quid esset illud ad quod esset concurrendus quia nescit an Petrus consentiat vel non.

2. Illa scientia media non est factiva, nec practica, sed per se speculativa ergo supponit suum objectum & illud objectum est adhuc sub dubio ut dependens à voluntate mutabili ultra quod ad hoc ut homo operetur non est necessaria illa scientia media, sed sufficit concursus Dei. Ad objectiones R. ad 1. de tyris.

R. Quod sufficit quod omnibus Deus dederit sufficientia auxilia ad hoc ut potuerint se convertere & non conquerendi habeant causam. Unde quia vidit Deus quod cum auxiliis sufficientibus; alij per talia miracula noluerunt se convertere ad fidem, ideo eos objurgat Christus ex exemplo aliorum, qui si habuissent talia miracula cum suis auxiliis conversi fuissent ubi.

Nota quod ita possemus dicecere de omnibus qui pereunt scilicet quod si habuissent auxilia quæ data sunt justis conversi fuissent, ad quod non tenetur Deus, sed tantum ad auxilia sufficientia nam uberior gratia quę data fuit sanctissimis viris & denegata est pravis non computatur inter auxilia sufficientia & necessaria ad conversionem & sic debet tribui illorum perditio malitiæ voluntatis, quod optime explicat D. August. his verbis.

Quid mirum si tam in fidelib. plenum orbem terrarum Christus priorib. sæculis noverat ut eis prędicari merito nollet quos

nec

nec verbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat; hæc certè de Tyris & Sydone non possumus dicere & in eis cognoscimus ad eas causas prædestinationis hæc divina judicia pertinere, sine quarum causarũ latentium præjudicio, tunc illa respondere me dixi, facile quippè est ut infidelitatem accusemus Judeorum de libera voluntate venientem. Hoc D. Aug. lib. de dono perseverentiæ cap. 9. ubi videt quod sentit tum Deum secundum latentes causas prædestinationis, sive decreti sui hoc futurum de Tyris & Sydoniis præscivisse non autem antecedenter ad decretum & scilicet habuerit Deus voluntatem gratuitam sufficientem in ordine ad credendum, tamen noluerunt se convertere ergo ex eorum prava voluntate processit.

Ad secundum ex D. August. R. quod illa idoneitas & congruitas non provenit ex parte nostra, sed ex efficaci Dei proposito, unde hæc vocatio vocatur aliquando congrua, aliquando expositio, quod explicat idem doctor in fine illius quæstionis. sic.

Quis animo amplectitur aliquid quod non delectat, aut quis habet potestatem ut vel occurrat quod delectare possit, aut delectet cum occurrerit, cum ergo nos ea delectant quib. proficiamur ad Deum inspiretur hoc & probetur gratia Dei non nutu nostro & industria, vel operum meritis comparatur, quia ut sit nutus voluntatis, ut sit industria studij, ut sint opera charitate fervente, ille tribuit, ille largitur, nihil clarius pro nostra opinione.

Audiamus iterum D. Aug. in eodem lib. cap. 18. aliquando prædestinatio inquit significatur nomine præscientiæ sicut ait Apostolus, non repulit Dominus plebem suam quam præscivit, hoc quod ait, præscivit, non rectè intelligitur, nisi prædestinavit, sed prædestinasse est hoc præscivisse quod fuerat ipse facturus, quid ergo nos prohibet quando apud aliquos agimus Dei præscientiam, & agitur de electorum vocatione eandem prædestinationem intelligere, hoc est regula generalis quæ tenenda est in illa quæstione.

Ad aliud in cap. 14. D. Aug. ait quod eos qui habent munus intelligentiæ non prævideri motos ad fidem infallibiliter nisi audiant congrua verba, vel signa, quod vero sint congrua dependet ex proposito efficaci Dei, ut sup. ad argumentam desumptum ex D. Thom. 3. p. q. 1

a.3.ad 4. R.dico quod duo ſunt futura, alia quæ ſunt effectus prædeſtinationis, alia quæ ſunt effectus alterius providentiæ, unde licet priores effectus & præſcientia eorũ ut gratia Chriſti non ſupponantur ad prædeſtinationem, bene tamen poſteriores: attamen neque iſti, neque illi poſſunt cognoſci ut futuri ante decretũ efficax futuriſionis in prædeſtinatione Chriſti, vel illius providentiæ cujus ſunt effectus, unde qui eſſẽt crediturí de facto adveniẽte Chriſto potuit à Deo cognoſci in decreto ſuæ prædeſtinationis. Ad aliud, dico, quod eſt intelligendum de judicio ſupponente decretum efficax intentionis finis, quia providentia ex D. Thom. ſupponit intentionem finis, ad illud ſine præjudicio latentis conſilij, ideſt ſine præjudicio decreti. ad ultimum, quando D. Thom. diſtinguit Prophetiam prædeſtinationis & præſcientiæ, non loquitur de prædeſtinatione generaliter, prout eſt idem, ac prædefinitio, & decretum antecedẽs, ſed ſtrictè prout eſt prædeſtinatio ejus, quod eſt à ſolo Deo, & habet neceſſario effectum, nullo modo interveniente voluntate nostra, quatenus inquit Damacenus, Deus non prædeſtinat ea quæ ſunt in nobis nempè prædeſtinatione quæ imponat neceſſitatem.

QUÆSTIO XII.

An Deus Certo cognoſcat futura condiſionata, abſoluta in ſuo decreto libero ut futuro.

Doctiſſimus ſuares, Fonſeca & Cabrera Societatis Jeſu tenent quod Deus cognoſcit certo futura abſoluta conditionata in decreto ſuo futuro, iſta quæſtio, cum alia ponitur ad Enucleandam magis difficultatem ſuperiorem.

Fundamenta ipſorum ſumuntur ex ſola iſta ratione, ſcilicet quod putent futurum dari ſine ullo decreto, ſed ex eo quod Deus videt quod determinabit in ſua omnipotentia & eſſentia dicunter eſſe futurum, & ſic antecedens ad decretum ſunt res futuræ quod negamus.

Primum igitur primæ rationis fundamentum ſic ſe habet Deus in illo ſigno rationis antequam intelligatur habere decretum liberum, vel comprehendit ſuam eſſentiam, vel non, ſi primum. Ergo videt quid eſt determinaturus certo & infallibiliter eo modo quo determinabit, ſed certo determinabit. ergo ſi non comprehendit, ergo non eſt infinite cognoſcitivus. Si ergo omnia videt in verbo

prius est quod sit verbum productum, quam creaturæ ergo.

Secundum est decreta libera Dei in illo signo in quo scientia Dei illa præcedit, nos intelliguntur præsentia in se ipsis, cum ad hoc velint ab illa dirigantur, ergo scientur à Deo ut futura, quia illud est futurum quod aliquando existet, v. g. ista propositio Deus non decernet creare hunc universum in illo signo in quo Deus decernit creare illum antecedenter ad decretum liberum decretandi est falsa, ista vero, Deus decernet creare universum est vera. Ergo, illud decretum habebit in illo signo antecedenti rationem futuri, alioquin secunda propositio non esset vera.

Dicendum est quod decreta divina non habent rationem futuri, & sic Deus non potest certo scire futura conditionata in illis.

Probatur, 1. ex D. Thom. de veritate q.6.a.3.ad 10. ubi sic ait, absolute loquendo Deus potest unumquemque prædestinare, vel non prædestinare, aut prædestinasse, vel non prędestinasse, quia actus prædestinationis cum mensuretur æternitate nunquã cadit in præteritum sicut numquam est futurus, unde semper consideratur ut egrediens à voluntate per modum libertatis; ubi videlicet negatur præteritio & futuritio.

Probatur 2. ex vi illius authoritatis, illud quod mensuratur æternitate, non potest habere rationem futuri cum æternitas sit tota simul, sed decreta Dei libera sive actus Dei liberi mensurantur æternitate. Ergo non possunt habere rationem futuri. Ergo neque cognoscitur futurum. Major est certa, quia illud quod mensuratur duratione increata ut mensura propria non potest esse futurum sicut æternitas non habet rationem futuri; minor patet, ultima consequentia probatur. Quia quod nullo modo est futurum non potest cognosci ut futurum, quia transiret in præteritum quod repugnat æterno, sicut repugnat quod aliquid sit immensum & quod omnia non sint illi presentia, ita repugnat quod omnia non sint illi presentia, ita repugnat quod aliquid sit æternum & quod non sit præsens & non mensuretur æterno.

Probatur 3. Si illud decretum cognosceretur ut futurum à Deo, Deus non esset liber ad decretum illud faciendum, quia jam cognosceretur ut futurum. Ergo infallibiliter erit, alioquin illa scientia non attingeret formaliter futurum, sed non potest esse, quia non darentur decreta

libera in Deo, & ad minus oporteret quod Deus antecedenter ad decretum liberum esset determinatus ad producendum illud, sic daretur decretum decreti, vel determinat Deus & sic Deus in sua operatione haberet rationem futuri.

Ad 2. objectionem Suaris R. ad 1. quod quando Deus comprehendit suam essentiam in illo signo antecedente decretum non potest cognoscere, in illo, nisi secundum quod sunt in illo, illa autem decreta non sunt futura, sed presentia. Ergo nullum potest dari signum in quo cognoscantur decreta Dei ut futura, 2. futurum est illud quod est determinatum ad essendum in illo signo ficto nullum decretum est determinatum ad essendum, licet de facto erit, ut dicunt, sed ut plurimum talia decreta haberent rationem possibilis, quod implicat.

Ad 2. R. quod illa decreta non subsequuntur ad scientiam Dei posterioritate in quo, sed in illo signo jam sunt præsentia, ad illas propositiones allatas dico quod nulla est vera, quia nulla est veritas nisi post decretum & sic illa propositio Deus decernet creare mundum non est vera, quia non datur illud, decernet, nec non decernet, quia repugnat hoc cum æternitate increata & sic pernegãda est talis futuritio.

QUÆSTIO XIII.

An Deus cognoscat certo futura conditionata aliquando præcedentia à libertate Dei in comprehensione causarum secundarum.

Dorandus Dominicanus familiæ ornamentum tenet partem affirmativam & fundamentum ejus est quod inquit, sicut Angelus cognoscit conjecturaliter futura in comprehensione voluntatis creatæ, ita Deus certè cognoscet illa in comprehentione causarum secundarum, deindè sicut propter dependentiam effectus naturalis cognoscitur causa naturalis & vice versa, ita per causam liberam cognoscetur effectus liber.

Dico tamen, Deum non comprehendere futura contingentia in comprehentione causarum secundarum.

Probatur 1. ex D. Thom. de malo. q. 16. a. 7. his verbis, in causis suis sunt aliqua futura tripliciter, uno modo secundum potentiam tantum, quia scilicet æqualiter possunt esse vel non esse, quæ dicuntur contingentia ad utrumlibet: quæ-

dam vero ſunt in cauſis ſuis non ſolum ſecundum potentiã, ſed ſecundum cauſam activam quæ non poteſt impediri à ſuo effectu, & iſta dicuntur ea neceſſitate contingere, quædam vero ſunt in cauſis ſuis & ſecundum potentiam, & ſecundum rationem cauſæ activæ, quæ tamen poteſt impediri à ſuo effectu, & iſta dicuntur contingere ut in plurib. quia vero unumquodque cognoſcitur ſecundũ quod eſt in actu, non autem ſecundum quod eſt in potentia, ut dicitur 9. metaphiſicæ inde eſt quod ea quæ ſunt ad utrumlibet non poſſunt cognoſci in ſuis cauſis determinate, ſed ſub diſtinctione, utpote, quia erunt vel non erunt, ſic enim habent veritatem, ea vero quæ ſunt in cauſis ſuis, ut ex neceſſitate, ab eis provenientia poſſunt per certitudinem cognoſci in cauſis ſuis, ea vero quæ contingunt, ut in plurib. poſſunt cognoſci in cauſis ſuis, non per omnimodam certitudinem, ſed per conjecturatam quandam cognitionem ex quibus formatur iſta ratio.

Cauſa libera quantumvis conjecta cum circonſtantiis ſemper manet indifferens ex natura ſua ad utrumlibet, ergo, ex vi comcomprehentionis ipſius non poteſt certo & determinatè cognoſci futurum contingens, quia ex cauſa indifferenti non poteſt infallibiliter cognoſci quod erit, ut quod eſt indiferens ad amandum, vel non amandum, non poteſt certo & determinatè cognoſci quod amabit, vel non amabit, & illæ omnes circonſtantiæ ſunt etiam liberæ ad minus quodquis ſe ponat in illis, potiuſquam in aliis, vide etiam D.Tho. 1. ſententiarum diſt. 28. q. 1. art. 3. deindè. 1. contra gentes cap. 66. & 67. q. 171. a. 6. ad. 2.

Ad fundamentum adverſariorum R. ad 1. quod duplex eſt cognitio conjecturalis 1. ex parte ipſius cognitionis, & in ordine ad cognoſcentem, ut medicus ex aliquib. ſignis judicat conjecturaliter de infirmitate futura. Secunda ex parte objecti cogniti, ut quando quis cognoſcit habitudinem, quam habent cauſæ ad effectus qui ex iiſdem regulariter proveniunt, non tamen videt determinatè futuros ut pluviæ & fulgura, ſicut illæ cognitiones ſunt fallibiles per illas Deus non poteſt cognoſcere determinatè niſi poſt decretum.

Ad 2. R. quod eſt diferentia inter effectus naturales & liberos, quod primi ſunt determinati in ſuis cauſis. non vero alii.

QUÆSTIO XIV.

Utrum Deus cognoscat futura contingentia absoluta in veritate objectiva eorum ante decretum.

QUæritur hic an detur aliqua veritas in objectis futuris qua penetrata possit Deus videre illud omne quod ex illa eveniet antè suum decretum, circa illa.

Suares, vasques, Molina & alij ex societate Jesu tenent affirmativam opinionem, & fundantur præcipuè in hoc quod jam diximus, quia possunt fieri propositiones contradictoriæ de eodem quarum una debet esse vera, alia falsa.

Primo probant. Futurum contingens ex supositione suæ futuritionis debet habere determinationem ad essendum ante decretum Dei, ergo habebit veritatis certitudinem objectivæ, igitur in illo signo quo Deus videt ipsa fieri futura vera illa cognoscit certo in veritate objectivâ quæ jam videtur à Deo antè suum decretum habituræ per super comprehentionem quam habet Deus, alioquin Deus non cognosceret certo quod futura sunt contingentia absoluta, 2. possunt fieri istæ propositiones antichristus erit antichristus non erit, etiam antè decretum, ergo una ex illis erit vera ante decretum sed tunc poterit Deus & antichristi existentiam certo in illa veritate objectiva, id est quæ objicitur suo intellectui etiam si nullum adhuc detur decretum.

Dico quod futura contingentia absoluta ante decretum Dei nullam habere futuritionem nec per consequens veritatem objectivam.

Probatur. 1. ex D.Th. 1.p. q. 16.a. 7. ubi sic loquitur, illud quod nunc ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat ut fieret, unde sublata causa non esset futurum illud fieri, sola autem prima causa est æterna, unde ex hoc non requiritur quod ea quæ sunt semper fuerit verum ea futura esse, nisi quatenus in causa sempiterna fuit ut essent futura quæ quidem causa solus Deus est.

2. q.1. de veritate.a. 12. ad.1. & 9. & in presenti art. citato ait D. Thom. contingens aliquod potest dupliciter considerari, uno modo in se ipso secundum quod jam in actu est; sic non consideratur ut futurum, sed ut presens, neque ad utrumlibet contingens, sed ut determinatum ad unum, & propter

hoc sic infallibiliter subdi potest certæ cognitioni, utpotè sensui visus, sicut cum video sortem sedere, alio modo potest considerari contingens, ut est in sua causa, & sic consideratur ut futurum, & ut contingens nundum, determinatum ad unum quia causa contingens se habet ad opposita, & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni.

Probatur 2. si propositiones de futuro contingenti essent determinate veræ, vel falsæ pro omni signo essent futuræ ex natura rei & sic necessario futuræ quod implicat, omnia patent.

Probatur 3. ante omne decretum Dei nulla creatura potest dici futura determinata, ergo non possunt representari ut futuræ in divina essentia, quia divina essentia non representat res nisi ut sunt representandæ, probatur antecedens, sicut creaturæ possibiles non habent esse possibile nisi ratione divinæ essentiæ tanquā à ratione à priori, & sic ideo sunt possibiles, quia Deus potest producere, ergo neque habent determinate & infallibiliter futuras esse ex se ipsis, sed ex eo quod Deus actu decrevit eas producere, alioquin ipsæ essent primæ causæ suæ futuritionis, ergo, non sunt futuræ ante decretum Dei quia possibile est indifferens ut sit futurum determinatum.

Probatur 4. ex D. Thom. 1. periherm. lectione 13. ubi ait, cum verum hoc significet ut dicatur esse aliquid quod est, hoc modo est aliquid verum quod habet esse, cum autem aliquid est in presenti habet esse in se ipso & ideo vere potest dici de eo quod est, sed quandiu aliquid est futurum nundum est in se ipso, est autem aliquis liber in sua causa, quod quidem contingit tripliciter, uno modo ut sic sit sua causa, ut ex necessitate ab ea proveniat, tunc determinate habet esse in sua causa: unde determinate potest dici de eo quod erit, alio modo aliquid est in sua causa ut quæ habet inclinationem ad suum effectum quæ tamen impediri potest, unde & hoc determinatum est in sua causa, & mutabiliter & sic de hoc vere dici potest, hoc erit, sed non per omnimodam certitudinem 3. aliquid est in sua causa purè in potentiâ, quæ etiam non magis est determinata, ad unum quam ad aliud. Unde relinquitur quod nullo modo potest de aliquo eorum determinate dici quod sit futurum, neque quod sit, vel non sit.

Probatur 5. determinatum & infallibile vel convenit rebus

in se ipsis vel in sua causa verè & realiter productiva illius: sed futura contingentia antè decretum efficax divinæ voluntatis nec habent esse in se ipsis ut patet, quia non sunt antequam Deus decernat concurrere ad eorum productionem, nec illud habent in sua causa, quia ante decretum efficax divinæ uoluntatis causæ secundæ, nec non primæ non sunt determinatæ, ad determinatam & infallibilem productioné talium futurorum, sed sunt indifferentes ad utrumlibet, ergo futurum contingens non poterit ante prædictum decretum habere determinatam & infallibilem futuritionem, ratione cujus possit certò à Deo cognosci, ergo, propositiones de illis non erunt determinatæ veræ, aut falsæ.

Ad fundamenta adversariorum R: ad primum supponendo ex D. Thom. 1. p.q.19.a.7.ad 2. posse aliquid dici futurum tripliciter 1. in ordine ad solas causas secundas; non vero ad primam, quo pacto mors Ezechiæ Regis prædicta est ab Isaia ut futura, quia attendebat ad morbum gravem ut exponit idem doctor 22. q. 171. a. 2. ad 2. secundo dicitur futurum per ordinem ad solam primam causam, ut contigit in resurrectione Lazari, & aliis operib. miraculosis, ultimo per ordinem tam ad primam causam, quam ad secundas, sic dico quod futurum primum non est absolute futurum, sed secundum quid, & sic nunquam videntur futura antè decretum, quia non sunt futura nec habent aliquam veritatem, aut falsitatem ante illud quod est causa veritatis nempe decretum.

Ad 2. R. quod propositio cujuscumque sit, est materialistá-tum antè decrétum; non vero formaliter, & sic dico quod nil reffert quod postea contingat quod res sit quia non erit nisi per decretum: unde illa propositio antichristus erit, si attendatur ante decretum est tantum propositio materialiter, non vero formaliter, sit verò formaliter talis per decretum, quia per illud de facto & formaliter fit futura, non autem est futura, nisi ejus objectum, sit futurum & sic habeat veritatem in se ex qua resultat veritas in propositione, verum est quod est necesse quod propositio una contradictoria debet esse vera pro aliquo signo rationis, non tamen pro omni signo, quia tantum una debet esse vera quando de facto erit futura, non vero antequam sit futura, quod fit per solum decretum.

Restat

Restat ut videamus quomodo Deus cognoscat futura contingentia certo & infallibiliter, & concludamus post tot difficultates enucleatas. Dico igitur quod Deus videt futura absolutè contingentia, & futura libera in decreto suo libero suæ voluntatis.

Probatur 1. ex Isaiæ 14. juravit Dominus exercituum dicens, si non ut putavi ita erit & quomodo mente tractavi sic eveniet ut conteram assyrium in terra in ea, postea addit hoc consilium quod cogitavi super omnem terram; Dominus enim exercituum decrevit, & quis poterit infirmare, & manus ejus extenta, & quis avertet eam.

2. Ex D. Thom. q. 2. de veritate a. 12. in quarto argumento sic ait, Deus cognoscit res quatenus est causa earum, sed Deus non tantum est causa necessariorum, sed etiam contingentium. ergo, tam necessaria, quam contingentia cognoscit, & v. g. ait, scientia Dei est causa rerum adjuncta voluntate, unde non oportet quod quæcumque scit Deus, sint, vel fuerint, vel futura sint, sed solum ea quæ vult esse, vel permittit esse.

Probatur 3. voluntas divina est universalissima & efficacissima. Ergo debet efficaciter prædefinire, tam quoad substantiam quam quoad modū quid à Deo à dextra faciendum est aut quidquid à quibus vis causis secundis fieri poterit, itaut hæc omnia infallibiliter evenient, ergo Deus in hoc decreto poterit cognoscere omnia futura contingentia, quia non stat cognitio decreti, sive essentiæ divinæ ut determinatæ per tale decretum; certo inferens futuritionem & non cognoscere futurum.

Probatur 1. consequentia, quia si Deus non prædestinaret omnia futura tam quoad substantiam quam quoad modum; non esset causa universalissima quia non attingeret id omne quod erit à causa secunda, si certo non efficeret, non esset causa efficacissima. ergo debet esse infallibilis. Ergo certo cognoscere.

Probatur antecedens Deus est universalissimum & efficacissimum agens ex eo quod est universalissimum ens habens infinitam vim ad operandum. Ergo quando agit per voluntatem oportet quod sit universalissimus & efficacissimus in volendo. Ergo in cognoscendo;

Nec refert si dicas quod voluntas Dei non est causa sola sed creatura, etiam agit, quia divina voluntas producit actum creaturæ totum & totaliter quia

est nulla formalitas nec formalitatis modus in creatura qui non attingatur à Deo, quia esset aliquod ens creatum quod subterfugeret causalitatem.

III. FUNDAMENTUM

Theologiæ Moralis.

DISPVTATIO III.

De Deo loquente.

NON est dubium quod multipliciter locutus fuerit Deus. Nam locutus est per scripturas sacras quas dictavit scriptoribus 1. per se ipsum 2. Per Prophetas revelans ipsis quæ futura erant. 3. Per traditiones, idest per ea quæ scripta non fuerunt, sed audita. Ut dicit D. Paulus multa habeo dicere. 4. Per summos Pontifices. 5. Per Concilia generalia æcumenica ultimo per verbum incarnatum ut dicit Divus Paulus erat olim loquens in Prophetis, novissimis verò diebus locutus est nobis in filio per novum testamentum quod condidit.

QUÆSTIO I.

De Deo loquente per Scripturas Quid sit scriptura, & quid contineat.

SCiendum est primo, quod sacra doctrina cæpit ab incunabulis mundi, statim ac primus parens creatus est, qui accepit à Deo cognitionem fidei quam nunc profitemur quoad generaliora præcipua arcana quæ docuit posteros, ut firmi: in vera religione permanerent tum ut fidei hostes quibus Ecclesia nunquam caruit confutare possint & sic.

Sciendum est 2. quod ab origine mundi fuit vera fides, vera Ecclesia, & vera religio quæ nunquam desitere potest. In quocumque statu habuit suos deffensores, & doctores 1. ante diluvium fuere Adamus. Seth. Enoc, Enos, Malaleel, Jared, Mathieusalem. à diluvio usque ad egressum populi Israëlitici; Abraham, Melchisedech, Isaac, Iacob, Joseph, Job. Ab egressu populi usque ad reges, quo tempore cæpit lex scripta, cujus fuit primus scriptor Moyses, sacerdotes, & Doctores legis peritos. à regibus usque ad adven-

tum Christi fuere Prophetæ majores: & 12. minores. Post advendum Christi fuere qui Arrianos impugnarunt. Hierotheus. Dionisius Areopagita. Papiamus. Clemens Alexand. in primo sæculo. à quarto sæculo usque ad 7. S. Athanasius. Basilius. Epiphanius, Theodoretus, Cyrillus Alexand. Joannes Chrisostomus, Hilarius, Ambrosius, Gregorius Nyssenus, Nariansenus, Hieronimus Augustinus 7. sæculo: Isidorus, hospalensis. Beda, Albinus sive Alduinus à Carolo magno vocatus, ut academiam institueret Parisiensem. Petrus Lambardus. Damascenus. 8. magister sententiarum. 12. Alexander de Alez Albertus Magnus. D. Thomas qui incipit suam Theologiam circa annum 1260 sub Alexandro 4. quæ fuit Typis mandata jussu Joannis 22. Papæ.

Sciendum est 3. Quod nullus fuit scriba antiquior Moyse, & sic ejus historia est antiquissima, ut docet Justinus Philosophus martir. Gregorius Nicenus in libro de Moyse, Ambrosius de Patriarchis benedictinorum quorum ordo habuit 25. millia sanctos approbatos ab Ecclesia. 40. 5. Pontifices. 200. Cardinales. 20. millia Patriarcharum Episcoporum & Archiepiscoporum innumeros doctores abates. Cyrillus contra Julianum, Clemens Alexander Libro stromatum. Tertulianus ad gentes. Eusebius de preparatione Evangelij libro. 9. cap. 13. deodenus Historiographus apud græcos probatissimus pro quo.

Sciendum est 4. quod duæ fuerunt Philosophorum sectæ. prima vocabatur Jonica, altera Italica à locis ubi cæperunt dictæ. Author primus fuit tales milisens quam mulitæ docuit, cui successit Anaximander, quem secutus est Anaximenest cujus auditor fuit Anaxagoras quem audivit Archelaus, qui fuit magister Socratis, Socrates auditores habuit nobilem Aristipum authorem sectæ Cirenaicæ. Antistenem platonem, xenophantem, Platonis Philosophia divisa est in scetam Academicam, peripateticam stoicam Epicuream. Peripateticam vocavit Aristoteles suam sectam quia deambulando docebat. Zeno fuit authorem Stoicæ scetæ. Jtalicæ phe-recidis Cyrus cujus fuit auditor pytagoras Samius, qui venit in Italiam regente Tarquino superbo. Italiaca Alia fuit Leatica ab Elea civitate eveamica. Præcipui ejus sectatores fuere Xenophantes. Permanides,

Melisus. Zeno, Eleates, Democritus, Hypocrates.

Omnes istæ scetæ fuere posteriores libris Moysis quia præcipuæ istorum floruerunt tantum circa olympiadem 50. & Moyses scripsit multis annis ante principium olympiadum, quia juxta diodorum libro.1. & Clementem Alexand. libro.6. stromatum olympiades habuere initium anno 408. post excidium trojæ: Moyses vero scripsit suos libros multis annis ante illud tempus, & sic libri Moysis fuere antiquiores homero. Orpheo, Museo, Lino secundum cupolium, & Clementem Alexand. libro. 1. Stromatum & D. Aug. de civitate Dei.

Sciendum est 5. quod Moyses scripsit suos libros Hebraicè, quia ex divo Hieronimo lingua hebraica fuit omnium prima à Deo data, quem sequuntur Toletus in cap. 11. genesis q. 1. a. 2. Cajetanus, genebrardus in Cronologia, & grammatica. Eusebius quod probatur ex etimologia nominis; nam Adam, Eva, Cain, Seth. Noe, & alia nomina sunt hebraica.

Sciendum est 6. quod Deus docuit Moysem scribendi modum, docuit litteras alphabeticas quæ sunt nunc apud Hebreos in usu, ubi nota quod duo fuere olim genera linguarum. symbolica, hieroglifica & alphabetica. Prima est triplex imitativa, Tropica, Enygmatica. Prima fiebat per Caracthceres rebus similes, ut qui solem vellet scribere, circulum delineabat, lunam Cornua, Tropica sive translativa est illa quæ varias animalium formas, & figuras representabat ad significandas vel deorum, vel hominum dignitates, fortunas, mores, virtutes, vitia affectiones. Ægyptij ad significandum Deum ponebant figuram accipitris. Pro sole scarabeum. Pro fortitudine leonem. Pro prudentia hominem. Pro libertate equum; pro imprudentia Crocodillum. Enigmatica fiebat per conjunctionem diversarum imaginum.

Sciendum est 7. quod fuere aliqui Philosophi qui habuerunt initia nostræ fidei & mysteriorum: nam Philosophi Etnici potuerunt discere ab oraculis & demonibus. Ut patet de Augusto qui ut Apollinem delphicum consulendum delphem se contulit à quo illud responsum accepit.

Me puer Hebreos divos Deum ipse gubernans cedere fodo jubet, tristemque redire sub orcum aris. Ergo dehinc tacitus discedite nostris.

Quare romam rediens aram extruxit in Capitolio cum hac

inscriptione. Ara primo ginito Dei, qua destructa Constantinus magnus basilicam ædificavit in honorem B. Mariæ Virginis quæ vocatur ara Cœli idest Dei genitricis infantem in ulnis habentis sublima in aëre.

Jason argonautarum princeps Athenis templum construxit, & consulit Apollinem cujus futura esset illa ædes. Respondit Apollo, Deo jubente *quæcunque ad honestatem, & virtutem vos incitant facite. Ego autem nunc cupio: Deum unum regnantem apud superos, cuius verbum ab interitu alienum conceptum in simplici virgine, quod tanquam ignitus arcus percurrens mundi medium omnes capiens eos adducit domum patris. huius erit hæc ædes Maria autem erit nomen eius.*

Pro trinitate habemus serapidis & Apollinis oraculum: nam Tollo qui regnabat in Ægypto interroganti serapidis respondit. *Principio Deus est tum sermo & spiritus, istis additur aquaum hæc sunt tendentia in unum* potuerunt etiam addiscere ex sybillis & frequentatione Hebreorum.

Sybillæ dictæ sunt à verbo Kabal ex quo Kabala idest doctrina cælitus tradita quæ fuerunt 10. persica cujus nomen sambethia, pater Barossus, mater Isimaacha, Eritrea quæ mirabilia dixit circa nostra mysteria, Lybica, delphica, Cumea, Samia Cumana quæ tres libros attulit ad Tarquinum superbum, hilespontica, phrigia. Tybartina quæ omnes mirabiliter locutæ sunt de nostris mysteriis, præcipuè de adventu Christi.

Sciendum est ultimo, quod Hæretici negant libros Tobiæ, Judith, sapientiæ, Ecclesiastici, Macabeorum, & hoc Calvinistæ, Luterani adhuc negant Epistolam ad Hebreos, Jacobi, Judæ Apocalipsis Joannis.

QUÆSTIO II.

An Moyses sit author Scripturæ Sacræ & quam partem composuerit.

DIco primo, quod Moyses fuit author Genesis qui vixit 120. annis divisis per quadragenas. Prima quadragena vixit in domo Pharaonis ubi litteras didicit. 2. vixit in domo Sacerdotis terræ madiam in Ægypto, ubi contemplationi deditus octuagesimo ætatis anno Deum vidit. Illa terra madiam vocatur æthiopia. Ubi uxorem accepit, & ubi scripsit genesim. 3. fuit in deserto. Genesis dividitur in 4. partes.

Prima continet gesta ab Adam usque ad diluvium. 2. gesta à diluvio & Noe, usque ad Abraham. 3. gesta Abrahæ, usque ad ejus mortem. 4. gesta Isaac, Jacob, Joseph usque ad illius mortem, tota series annorum comprehendit 2310. annos, nam ab Adam usque ad diluvium sunt anni 1657. à diluvio usque ad Abraham 292. postea sunt anni usque ad Joseph.

Dico 2. quod Moyses fuit author exodi libri quem composuit 3. Quadragena vocatur exodus idest egressus divisus in quatuor partes principales. Prima continet patriarcharū mortem, idest filiorum Jacobi, quā secuta est dura oppressio hebreorum in Ægypto. 2. Moysis nativitatem & gesta, & miracula. 3. continet transitum Hæbreorum per mare rubrum 12. mansiones per desertum. 4. continet præcepta moralia, judicialia, & ceremonialia. Sic exodus complectitur gesta annorum 145. quia à morte Joseph usque ad nativitatem Moysis fluxerunt anni 64. Moyses octuagesimo suæ ætatis anno adduxit populum ex Ægypto, & anno sequenti erexit tabernaculum. Exodus continet historiam mundi ab anno 2310. quo mortuus est Joseph usque ad annum 2455. quo fuit erectum tabernaculum. Manserunt in Ægypto Judæi 215. licet dicatur exodi 12. quod habitatio filiorum Israël in Ægypto fuit 400. annorum quibus expletis eodem die egressus est omnis exercitus Domini de terra, Israël, quia ibi complectitur varias peregrinationes; & tempora Jacobi, nam à descessu Jacob in Ægyptum fluxerunt 71. anni, usque od mortem Joseph, quia contigit sic descensus, anno Joseph 39. Joseph autem vixit 110. à nativitate Moysis usque ad egressum hæbreorum fluxerunt anni 80. & sic medium tempus inter mortem Joseph & nativitatem Moysis fuit 64. annorum. Quod si addantur ad 64. 80. Moysis & 71. Joseph fient 215.

Dico 3. quod Moyses fuit author libri levitici quem scripsit 3. quadragena dum hebrei duodecimam agerent in deserto mansionem in monte sinai quod fuit anno mundi 2455. secundo anno egressus ex Ægypto, & uno mense varia quæ continet præcepta fuere data successivè per dies istius mensis. Iste liber dividitur in tres partes, prima agit de sacrificiis. 2. de personis offerentibus: earum præparationem, & dispositionem. 3. de temporibus distinctis pro oblationibus

idest de festis.

Dico 4. Quod liber numeri fuit scriptus à Moyse 3. ætatis suæ quadragena, quando erat in campestris moab. & quia parum erat dedisse legem, nisi numeraret qui reciperent: ideo scripsit hunc librum in quo numerat; ordines hominum qui has recepturi erant discribit. Qui ordines sunt octo, sive partes istius libri. Primus est pugnantium. 27. oblatorum & quid singuli principes obtulerint. 37. ministrorum, tum Levitarum, tum sacerdotum. 47. exploratorum: jussit enim Dominus mitti 12. ex singulis tribubus qui considerarent terram. 57. pugnatorum. 6. genitorum in deserto; extinctis enim multis propter peccata milliaribus, Moyses iterum numeravit omnem summam cum Eleazaro filiorum Israël de novo genitorum in deserto, à 20. annis & supra per domos, & cognationes, qui possent ad bella procedere, quorum summa fuit sexcenta millia mille, & septingenti triginta. 77. mansionum quæ fuerunt 42. prout aliquid notatu dignum occurrebant notabant mansiones, 8. ordinis præsidiorum. Hic liber complectitur gesta Moysis, sive peregrinationis 40. annorum per desertum.

Dico 5. Quod iste liber deuteronimij fuit scriptus à Moyse. Quem prius populo suo viva voce promulgavit, postea scriptis mandavit, ut patet deuteronimij 31. scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit Sacerdotibus & v. 24. postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit.

Dicunt contra hoc adversarij à Josue aut ab aliis fuisse scriptum, quia in principio non fit mentio illius scripti, sed tantum verborum Moysis. 2. in fine illius libri agitur de Moysis morte quam describere non potuit. R. ad primum quod scriptores præcipuè prophetæ non solum dicere scripsisse, sed dixisse, vidisse aut, audivisse. ad 2. R. quod ultimum caput quod tractat de ejus morte fuit scriptum à Iosue successore suo, aut Esdra. Scripsit Moyses hunc librum anno 120. & ultimo suæ vitæ post mortem Aaron & anno mundi. 2493. igitur paulo ante mortem cæpit promulgare deuteronimiū nēpe mense undecimo anni quadragesimi exitus de Ægypto. Qui mensis vocatur sabet correspondens nostro Janvario; primus enim mensis loquendo de anno sacro vocabatur nisam idest martius.

Deuteronomius liber vocatur sic à nomine græco. Idest lex 2, à rabinis iteratio legis, eo quod sit repetitio legis jam datæ à Deo ab annis 38. quia primo ut obscura declararet, & omissa restitueret. 2. cum senes omnes essent mortui qui ex Ægypto erant egressi & primam legem in sina audierant, & populus præsens esset novus, necesse fuit, uriterum promulgaretur, & novum pactum & fœdus iniret Deus cum Hæbreis. 3. ut superioribus libris adderetur Enchiridium. 4. Quia Moyses jam moriturus Valedicens, hac repetione legem profundiùs, & tenaciùs inculcare posset.

Iste liber. 7. habet partes. Prima continet summam itineris, & laborum perpessorum. 2. fœdus & præcepta judicialia, ceremonias morales. 3. officia Ecclesiastica. 4. benedictiones, & promissiones divinas quæ filiis mandata Dei observantibus paratæ sunt. 5. Maledictiones, sive pœnas quæ pro legum transgressoribus determinantur. 6. prædictiones quæ futuræ erant filiis Israël breviter exponit, quibus peractis ipse moriturus defletur ab Israëlitis & ejus loco substituitur Josue.

Ultra ista complectitur omnia priorum librorum gesta, historiam duorum mensium anni quadragesimi ab egressu ex Ægypto, & mansionum novissimarum tempus in campis moabiticis, ubi Moyses moritur & sepetitur. Continet.

Dico 6. Quod Josue scripsit hunc librum, quidquid dicant Dionisius Carthusianus, Abulensis, Andreas masius, qui putant ab Esdra fuisse scriptum & sic dico Josue sua gesta per modum Diarij scripsisse, postea Esdras & Eleazarus in unum collegisse adjungendo Josue, & Eleazari mortem, & aliqua quæ post ipsos contigere, & sic scripsit hunc librum ultimo suæ vitæ tempore, quia non constat alium librum scripsisse Josue.

Hic liber inscribitur Josue, quia ipse fuit author, & gesta sua discribit ut Julius Cæsar fecit tempore belli, quibus ille Josue Canaam bello subegit, rempublicam Israëliticam constituit, quomodo tam in bello quam in pace gubernavit.

Hic liber dividitur in quatuor partes principales. Prima agit de ingressu filiorum Israël in terram promissionis. 2. De gubernatione regnorum impiorum, 3. de divisione terræ sanctæ 4. De institutione ducis tempore belli, & pacis de morte Josue, & Eleazari.

Causa litteralis illius libri est historiam

historiam describere creationis mundi, à Moyse ceptam, Ecclesiæ veteris propagationem ordine temporum non interrupto præscribere ac divinæ providentiæ fidem in promissis præstandis toti mundo testatam facere.

Theologicus sensus sive moralis est dare in Josue ideam optimi ducis, & principis in bello, & in pace rempublicam gubernantis, quatenus omnes dotes in perfecto principe requisitæ, in Josue mirificè Elucent.

Allegoricus est in Josue pingere Jesum Christum debellantem peccatum, & omnem inferorum potestatem de quo ait D. Hieronimus in epistola ad paulinum *Typum Domini non tantum gestis sed nomine præferre.*

Anagogicus est in eodem præsignare quæ ratione fidelis quisque septem vitiis capitalibus animæ profligatis victor in terram viventium vincentibus promissam contendere debeat, ut docet origenes, Theodoretus, & Rupertus.

Josue vixit. 110. annis; præfuit 18. annis 7. tempore belli. undecim tempore pacis, postea mortuo Josue, iste liber continet gesta aliorum; nam narrat quomodo populus Israël servivit Domino quandiu vixerunt Eleazari & sensores. Moyses mortuus est anno mundi 2512.

Dico 7. quod Samuel fuit author libri judicum vel si velis quisque judex scripsit aliquid, inscribitur liber judicum, quia gesta judicum narrat qui à morte Josue usque ad Regem Saül exclusivè vixere, quorum potestas partim aristotelica, partim monarchica, sive aristocratica temperata fuit, quia unus tantum judex suo tempore præerat populo quod pertinet ad regimem monarchicum: tamen in rebus difficilioribus supremum Consilium quod Santudrim vocabatur sententiam proferebat, quod pertinet ad regimen aristocraticum. Moyses tamen solus habebat spiritualem, & temporalem præfecturam quam alij judices non habebant, judices non poterant novas leges condere, nec tributa imponere, nec diadema, aut sceptrum ferre, nec ungebantur ut reges, nec hæreditario jure succedebant, sed electione Dei, & populi creabantur, & manebant per totam vitam semel electi.

Dividitur iste liber in duas partes, prima narrat gesta judicum, 2. historias quæ non pertinent ad judices, sed eorum tempore contigerunt, ultimis tribus capitibus, narratur hi-

storia uxoris levitæ ob cujus violationem tota tribus beniamin pænè cæsa est.

Fuerunt 13. judices licet abimelech non numeretur, quia fuit pessimus, voluit enim se Regem facere; tamen verè sunt 13.

Materia litteralis istius libri est, primo ut historia creationis mundi continuaretur, & absoluta patriarcharum republica Ecclesiæ, & ducali sub Moysesse sequeretur. Tertius status sub judicibus qui non tam ipsi quam Deus gubernabat, ut dixit Deus Moysi. *Non te abjecerunt sed me.* 2. hic liber litteraliter habet probationem secundæ promissionis Dei.

Sensus illius moralis est, quod apparet, quod omnis respublica conservatur, & augetur, si custodiat veram fidem, & religionem, neglecta fide ruit, ut dicit D. Aug. de civitate Dei lib. 16. cap. 43. *Temporibus judicum sicut se habebant peccata populi & misericordia Dei, alterabant prospera, & adversa bellorum.*

Sensus allegoricus est quod illi judices erant Typus & figura Christi, quia sicut judices salvarunt populum in corpore, Jesus sanat fideles in anima, Judices profligaverunt tyrannos. Jesus demones. Tandem vocabantur salvatores, ut dicitur lib. 4. regum. 13. *Dedit Dominus salvatorem Israël & l eratus est de manu regis Syriæ.*

Complectitur iste liber historiam annorum 298. scilicet ab anno mundi. 2512. quo mortuus est Josue & successit ei othoni l judicum primus usque ad annum mundi 2810. quo mortuus est Sampson de tribu dan. Cui successit heli & Samuel quorum gesta in libro primo Regum notantur. Dico 8. quod author istius libri fuit Samuel ea intentione ut davidis dignosceretur genus ex quo venturus erat Christus, ubi videmus quam necessarius sit liber iste, ut historia intelligatur pro notitia genealogiæ Christi.

Iste liber tres personas præcipuas notat. Ruth, Noemi. Boos; à prima tantum titulum sumit quatuorque capitibus totus absolvitur liber, veluti quatuor partibus; nam in prima agit de conversione ad judaismum. In 2. de vita & moribus. in 3. de occasione futurarum nuptiarum, & tandem in 4. de contractu matrimonij inter ipsam Ruth Boos per cessionem propinquioris.

Sensus litteralis istius libri est ostendere Deum placidissimum fuisse oppressis. 2. pretexere genealogiam Judæ usque ad Davidem. Tropologicus est af-

ferre exempla prima modestiæ uxoris quia Ruth gentilitia fuit ascita in familiam Abrahæ & Judæ.

Circa libros regum dico quod primum librum scripsit Samuel Propheta usque ad mortem suam. David scripsit ea quæ acciderunt post mortem Samuelis, usque in finem secundi libri, licet Abulensis dicat fuisse conscriptos ab Isaja vel Jeremia. Liber 3. & 4. fuerunt scripti partim ab Isaia, partim à Ieremia, partim ab Esdra: tamen collecti fuerunt à priscis singulorum regum Diariis. Suos enim habebant commentarios, quia acta eorum quotidie scribebant ut patet ex pluribus scripturæ locis, sic acta Salomonis scripsit Ahias Silonites, & abdo propheta. Item abdo scripsit acta Roboam filij Salomonis, & Abiæ Regis filij Roboam, & Semejas Propheta. Isaias scripsit gesta Osiæ Regis, & Isachiæ. Reliqua post captivitatem Babilonicam scripsit post Isaiam Ieremias.

In primo libro agitur de regno per electionem. In 2. de regno per successionem. In 3. de Florentis regni davidici statu sub imperio Salomonis. In 4. de cadentis regni statu sub imperio regum Iuda & Israël,

Causa litteralis horum librorum est prosequi historiam gentis judaicæ, & Sinagogæ veteris proximi ab exitu judicum usque ad captivitatem babilonicam.

Moralis est principum instructio; inde enim dare intelligitur fundamentum regni, & politiæ totiusque prosperitatis in vera religione, & justitia situm esse. Allegoriæ, est reges Iuda esse typum regni Christi: unde D. Augustinus ait. *Dico illorum hominum non tantum linguam, sed etiam vitàm fuisse propheticam, totumque illud regnum gentis hebreorum magnum quendam, quia & magni fuisse cuiusdam prophetam.*

Isti libri continent historiam 550. annorum ab anno mundi 2810. quo mortuus est Sampson & successit Heli usque ad captivitatem Babilonicam anno mundi 3360. sub rege federic Salomon regnavit 40. annis. Roboas filius 17. Abia. 3. Asa 41. Iosophaz 25. Ioram 81. Okosias. 1. Athalia 6. Ioas: 40. Amasias 29. Asias. 12. Ioatam 16. Achas 16. Ezechias 29. Manasses 55. Amon, Iosias 51. Ioachas tribus mensibus, Ioachin 11. Sedecias, 11. qui anni faciunt 550. qui si jungantur anno mundi 2810. quo disiit liber judicũ in Sampsone fiet annus mundi 3360 quo in sedecia desierunt libri regũ.

Circa libros paralipomenon.

Dico quod author fuit Esdras, non Jeremias , quia in fine libri gesta cyri ante quem vixit Ieremias. Hic liber inscribitur diarium seu compendium temporis ab exordio creationis mundi & Adæ usque ad captivitatem Babilonicam in qua finitur liber quartus Regum.

Materia illius libri vel potius librorum est duplex pars, prima continet genealogiam totius generis humani præcipue Judaicam usque ad caput decimum libri primi. 2. continet quæ in libris regum scripta sunt,& aliquod supplementum. Euthichiani , nestoriani , & lutherus reiiciunt istos libros,sunt tamen Canonici , ut patet ex definitione Ecclesiæ, & ipsius Sinagogæ ex patribus sanctis ut Gregorius in prologo regum Theodoretus in fine primi tomi.

Circa libros Esdræ.Dico quod author primi libri , est Esdras. Secundi Nehemias quia uterque continet gesta Esdræ , & Nehemiæ , certum est quod liber primus , & secundus sunt Canonici , ut constat ex definitione Ecclesiæ , & traditione & Conciliis.

Esdras fuit filius Iaraicæ summi Pontificis , qui in excidio Ierusalem occisus est Nabucodonosor anno undecimo Sedeciæ , & frater Josedech qui fuit pontifex in captivitate, cui successit filius Iesus pontifex, qui cum. Zorobabel judeos reduxit in Ierusalem , fuit Esdras historiographus, scriba,& Propheta.

Nehemias qui interpretatur consolator fuit judæ & pincerna Regis persarum à quo potestatem accepit ut muros Ierusalem reædificaret , & reliquam partem templi perficeret ex Iosepho libro 11. cap. 5.

Liber Esdræ continet ea quæ finitis 70.annis captivitatis contigere circa judæorum è Babilonia per egram liberationem ab anno primo Monarchiæ ipsius usque ad annum 7. Artaxercis Lungimani Regis. Quare dividitur iste liber in duas partes. Prima agit de reductione populi Israël sub Iesu filio Iosedech. 2. de Religione quæ videbatur excidisse.

Liber Nehemiæ complectitur reædificationem urbis Hierosolimæ ab anno 7. usque ad 32. Duplex fuit captivitas judæorum. Prima decem tribuum quæ à Sarmanasa adductæ sunt in Assiriam , altera per annos.134. quæ reliquæ tribus juda, & Beniamin à Nabucodonosor ductæ sunt in babilonem.

Sensus litteralis continet captivitates & reductionem ex

captivitate, à qua incipit quinta judaica reipublicæ forma ministerio Pontificum & Ducum.

Allegoricus significat institutionem novæ legis vetere abolita. Tropologicus significat Ecclesiæ & templi in anima per peccatum violati, & per pœnitentiam reparati. Anagoricus significat constructionem novæ Ierusalem quam Divus Joannes depingit.

Liber tertius nihil habet fabulosum, sed potius debet dici 2. Esdræ, quia incipit à gestis Iosiæ regis qui Esdram antecessit. Quartus verò est absolutè deuterocanonicus.

Circa librum Tobiæ dico quod est Canonicus ut constat ex Concilio Triden. sess. 4. & & ex Concilio Florentino sub Eugenio 4. licet Calvenistæ, & Lutherani reiiciant, uterque Tobias scilicet pater, & filius scripserunt hunc librum unus primam partem, alius aliam, orti ex tribu nephtali.

Sensus litteralis est describere gesta, & vitam utriusque Tobiæ. Tropologicus est Tobiam fuisse speculum vitæ conjugalis; maritum enim conjugem, filium admonet quemque sui muneris formam.

Circa librum Iudith dico, quod sic inscribitur quia ejus argumentum est victoria ejus de Holopherno, & Assiriis, fuit ex tribu Simeon Iudith habitabat in Bethulia, quæ erat de tribu Zabulon. Vixit 105. annis. Historia ista quæ est Canonica scripta fuit, si credamus Cornelio à lapide post reditum Iudæorum ex captivitate babilonica, cujus.

Sensus litteralis est narrare fortissimum matronæ factum. Tropologicus est quod victoria Iudith representat triumphum animæ fidelis de carne & vitiis, &viduarum typum. Allegoricus significat victoriā B. virginis de diabolo ex fulgentio.

Circa librum Estheri qui est Canonicus ex Concilio Trid. sess. 4. dico quod author ejus est Esdras si Credamus Eusebio, D. Aug. de civitate Dei cap. 16. Philo verò dicit fuisse Ioachim filium Iesu. Historia ista contigit post Cardeos, & Medos redactos in potestatem, & Monarchiam persarum, antequam templum reædificaretur post captivitatem babilonicam.

Sensus litteralis est gesta Esther, & Mardochei describere, moralis est significare in vasthi & Amæ superbiam humiliatam per mardocheum, & Esther, humilium exaltationem. Allegoricus significat in persona Assueri Christum. In persona

Dico quod author fuit Esdras, non Jeremias, quia in fine libri gesta cyri ante quem vixit Ieremias. Hic liber inscribitur diarium seu compendium temporis ab exordio creationis mundi & Adæ usque ad captivitatem Babilonicam in qua finitur liber quartus Regum.

Materia illius libri vel potius librorum est duplex pars, prima continet genealogiam totius generis humani præcipue Judaicam usque ad caput decimum libri primi. 2. continet quæ in libris regum scripta sunt,& aliquod supplementum. Euthichiani, nestoriani, & lutherus reiiciunt istos libros, sunt tamen Canonici, ut patet ex definitione Ecclesiæ, & ipsius Sinagogæ ex patribus sanctis ut Gregorius in prologo regum Theodoretus in fine primi tomi.

Circa libros Esdræ. Dico quod author primi libri, est Esdras. Secundi Nehemias quia uterque continet gesta Esdræ, & Nehemiæ, certum est quod liber primus, & secundus sunt Canonici, ut constat ex definitione Ecclesiæ, & traditione & Conciliis.

Esdras fuit filius Iaraicæ summi Pontificis, qui in excidio Ierusalem occisus est Nabucodonosor anno undecimo Sedeciæ, & frater Josedech qui fuit pontifex in captivitate, cui successit filius Iesus pontifex, qui cum. Zorobabel judeos reduxit in Ierusalem, fuit Esdras historiographus, scriba,& Propheta.

Nehemias qui interpretatur consolator fuit judæ & pincerna Regis persarum à quo potestatem accepit ut muros Ierusalem reædificaret, & reliquam partem templi perficeret ex Iosepho libro 11. cap. 5.

Liber Esdræ continet ea quæ finitis 70. annis captivitatis contigere circa judæorum è Babilonia per egram liberationem ab anno primo Monarchiæ ipsius usque ad annum 7. Artaxercis Lungimani Regis. Quare dividitur iste liber in duas partes. Prima agit de reductione populi Israël sub Iesu filio Iosedech. 2. de Religione quæ videbatur excidisse.

Liber Nehemiæ complectitur reædificationem urbis Hierosolimæ ab anno 7. usque ad 32. Duplex fuit captivitas judæorum. Prima decem tribuum quæ à Sarmanasa adductæ sunt in Assiriam, altera per annos. 134. quæ reliquæ tribus juda, & Beniamin à Nabucodonosor ductæ sunt in babilonem.

Sensus litteralis continet captivitates & reductionem ex

captivitate, à qua incipit quinta judaica reipublicæ forma ministerio Pontificum & Ducum.

Allegoricus significat institutionem novæ legis vetere abolita. Tropologicus significat Ecclesiæ & templi in anima per peccatum violati, & per pœnitentiam reparati. Anagogicus significat constructionem novæ Ierusalem quam Divus Joannes depingit.

Liber tertius nihil habet fabulosum, sed potius debet dici 2. Esdræ, quia incipit à gestis Iosiæ regis qui Esdram antecessit. Quartus verò est absolutè deuterocanonicus.

Circa librum Tobiæ dico quod est Canonicus ut constat ex Concilio Triden. sess. 4. & ex Concilio Florentino sub Eugenio 4. licet Calvenistæ, & Lutherani reiiciant, uterque Tobias scilicet pater, & filius scripserunt hunc librum unus primam partem, alius aliam, orti ex tribu nephtali.

Sensus litteralis est describere gesta, & vitam utriusque Tobiæ. Tropologicus est Tobiam fuisse speculum vitæ conjugalis; maritum enim conjugem, filium admonet quemque sui muneris formam.

Circa librum Iudith dico, quod sic inscribitur quia ejus argumentum est victoria ejus de Holopherno, & Assiriis, fuit ex tribu Simeon Iudith habitabat in Bethulia, quæ erat de tribu Zabulon. Vixit 105. annis. Historia ista quæ est Canonica scripta fuit, si credamus Cornelio à lapide post reditum Iudæorum ex captivitate babilonica, cujus.

Sensus litteralis est narrare fortissimum matronæ factum. Tropologicus est quod victoria Iudith representat triumphum animæ fidelis de carne & vitiis, & viduarum typum. Allegoricus significat victoriã B. virginis de diabolo ex fulgentio.

Circa librum Estheri qui est Canonicus ex Concilio Trid. sess. 4. dico quod author ejus est Esdras si Credamus Eusebio, D. Aug. de civitate Dei cap. 16. Philo verò dicit fuisse Ioachim filium Iesu. Historia ista contigit post Cardeos, & Medos redactos in potestatem, & Monarchiam persarum, antequam templum reædificaretur post captivitatem babilonicam.

Sensus litteralis est gesta Esther, & Mardochei describere, moralis est significare in vasthi & Amæ superbiam humiliatam per mardocheum, & Esther, humilium exaltationem. Allegoricus significat in persona Assueri Christum. In persona

Esterh B. Virginem, & Ecclesiam, in persona Mardochei animam fidelem. In persona Aman, & Vasthi demonem, carnem & mundum. Circa librum Job qui est canonicus ex Concilio Trid. sess. 4. dico quod veram continet historiam quia certum est quod Noë & David fuerunt in rerum natura de quibus fit mensio ergo Iob vere fuit, & est sanctorum patrum opinio verissima.

Author Catenæ putavit amicos Iob scripsisse istum librum. Isidorus lib. 6. Ethimologiæ fuisse aliquem ex prophetis. Alij Moysem, sed verius est fuisse ipsum Iob qui ærumnas suas, & facilem exitum scripsit.

Hic liber continet illud omne quod perpessus est. Quod vicit, quod omnia duplicia receperit, patria ejus erat Bosra in Idumea. Circa tempus egressionis filiorum Israel de captivitate. Habitabat in terra hus Arabiæ proxima.

Sensus litteralis continet cumulum meritorum ejus. Sensus allegoricus denotat Christi patientiam & conversionis gentium.

Circa librum psalmorum. Dico quod in isto libro sequuntur Laudes sacrificiorum, postquam Moyses descripsit sacrificia, & ritus in Levitico cujus authur fuit David, ut patet in fine Psalmi 71. ubi dicitur defecerunt laudes David filij gesse, & in libro 2. paralipomenon cap. 5. dicitur cantores fuisse ordinatos, ut canerent psalmos, quos fuit David, etiam psalmi qui carent titulo sunt Davidis, ut asserunt Apostoli actorum 4. alij psalmi qui titulum præseferunt Moysis, aut Salomonis, aut Asath, aut Dieton ex D. Atanasio, & hilario fuere scripti ab illis quorum nomina inscribuntur; licet probabilius sit fuisse David.

Quantum ad materiam istius libri, dicunt S. hilarius prologo in psalmum; Basilius, Aug. psalmos continere per modum laudis quidquid est in sacra scriptura; adeo ut Sanctus Hilarius doceat totum quod in illis est referri ad unigenitum Dei filium in corpore gignendum, patiendum, moriendum, resurgendum, glorificandum, & qui in eum crediderint regnandum, & cæteros judicandum; continent etiam psalmi historiam totius veteris testamenti imò Theologiam moralem, dogmaticam propheticam.

Omnes ferè doctores tenent tantum esse 150. psalmos qui componunt unicum librum, vi-

de genebrardum in psalmum nonum. Quia sunt tantum 22. libri veteris testamenti juxta numerum alphabeticum hebreorum, etsic Psalmi faciunt unicum librum non 5. ut volunt aliqui: imò hoc patet actorum 1. ubi legitur in prologo psalmorum. *Secundum apostolicam authoritatem librum psalmorum vocavimus & scribimus; ita enim in actis Apostolorum dictum monuimus: scriptum est enim in libro psalmorum fiat domus eius deserta, & Episcopatum eius accipiat alter.*

Circa librum proverbiorum dico quod iste liber est canonicus quidquid dicant hæretici dictatus à Spiritu Sancto Salomoni Regi ut patet ex traditione, ex Concilio 5. Constantiensi actione 4. licet quoad ordinem, dispositionem fuerint à posteris scripta ut patet ex titulo cap. 25. & sequenti ubi dicitur. *Ita quoque parabolæ Salomonis quas transtulerunt viri Ezechiæ Regis Iuda & in ordine disposita.*

Materia hujus libri est summa perfectissima Philosophiæ moralis de singulis virtutibus æthicæ & æcumenicæ: instruit enim hic Salomon non solum privatam personam, sed & patrem familias qua ratione familiam suam regere debeat, principem circa suum regnum rempublicam &c. & sic iste liber deservit ad concionandum, persuadendum, mores hominum formandos. Propterea Ecclesia in officiis, in missa frequenter utitur materia istius libri; nam à cap. 9. instituit sacrum Epulum idest convivium sapientiæ quod ornatur variis dogmatibus.

Circa librum Ecclesiastes. Dico quod Salomon est author illius tam quo ad meteriam, quam quoad ordinem. Ut patet in ipso libri exordio. *Verba Ecclesiastica filij David regis.* Continet iste liber sicut proverbia æthicam continet Phisicam quia nullus ex libris Salomonis continet præcipuarũ partium terræ, & cœli, sicut iste ut solis elementorum. Terræ, maris, aëris naturas & mutationes quæ sunt phisicæ objectum. Ethicam etiam continet sive moralem. Quia phisica tangit in ordine ad æthicam, dum & rerum naturalium motus mutationes interitum ostendit earum vanitatem ubi,

Nota quod in proverbiis Salomon instruit juvenem quasi prima rudimenta æthicæ proponit. In Ecclesiaste instruit iuvenem proficientem, eumque à terrena vanitate ad cælestes veritates conducit.

In canticis docet virum perfectum, quomodo debeat uniri Deo per amorem, & contemplationem inhærendo, quiescendo quæ omnia per varia tempora descripsit.

Circa librum cantici canticorum dico quod est canonicus contra hæreticos qui dicunt hunc librum scripsisse amore ardentissimo correptus erga uxorem suam filiam Pharaonis. Quod falsum est. Nam usus est amore profano ad inculcãdum amorem Cælestium, ut sæpè scriptura facit, imo ipsemet Christus usus est amore sponsi & sponsæ mulieris in partu ad ostendendum suum erga homines. Hic Salomon similiter usus est amore quem habebat erga uxorem suam. Hoc patet ex Concilio Triden. Florentino,& & Carthaginiense quæ vocant hunc librum canonicum.

Scopus illius est describere Epithalamium Christi, & Ecclesiæ per mysterium Incarnationis, ut patet ex vocabulo sponsi, & sponsæ, & connubio in generali, non particulari, ut ostenderet quantum debeamus verbo divino Incarnato; nam Christus duplex inijt connubium, unum phisicum cum humanitate aliud morale cum Ecclesia, & anima fideli per fidem, & amorem.

Circa librum sapientiæ dico quod, est canonicus, ut patet ex Concilio Triden. sess. 4. Carthaginense 3 cap. 47 Florentino in unione Armenorum. Ejus author fuit Jesus Israel nepos ab avo suo scripti Hebraicè, qui transtulit in linguam Græcam Paulo post regnum Alexandri magni tempore Ptolomei, ubi instruitur quomodo debeat gubernare, rempublicam, licet ab aliquibus dicatur liber Salomonis.

Dividitur hic liber in tres partes, prima continet elogium sapientiæ; 2. agit de origine sapientiæ; quantum sit æstimabilis. tertia erudit sapientiæ commoda, primò exemplis Adæ, Noë, Abraham, Loth, Jacob, Joseph, Moysis. Postremo exemplo totius populi Israël.

Circa librum Ecclesiasticum, dico quod est Canonicus contra Lutherum, & Calvinum, ut patet ex Concilio Triden. sess. 4. Florentino in instructione armænorum & Carthagini. 3. author ejus est Jesus filius Sirach. Scopus ejus est omnem moralem Philosophiam per breves sententias docere. Tres habet partes. Prima continet encomium sapientiæ 2. documenta. 3. nota adducit ad virtutum exercitium, exemplis patriarcharum.

QUÆST.

QUÆSTIO III.

Vtrum fuerint hæreses contra libros Scripturæ Sacræ.

NOn solum infideles, sed etiam multi hæretici negant scripturas sacras, quorum alij putant non debuisse imprimi, alij multa inutilia reperiri, alij multas contradictiones.

Dico primo quod infideles negant absolutè scripturas sacras, quorum primum argumentum est ex Juliano Apostata. Tam in veteri testamento, quam in novo multæ inveniuntur contradictiones, ut Genesis dicitur *crescite, & multiplicamini*, & Mathæi 19. dicitur non expedit nubere, & multis aliis in locis quod longum esset afferre. ergo R. quod primus locus non est præceptum, sed simplex benedictio. 2. Consilium. 2. dicunt multa sunt simplicia & indigna spiritu sancto, propterea Julianus apostata videns bibliam dixit, legi, vidi, neglexi, ergo R. quod licet stilus scripturæ sit simplex, altissimos tamen sensus continet.

Circa genesim hæretici tam antiqui, quam moderni multa obiiciunt præcipuè scripturæ loca in quibus inveniuntur contradictiones. Kennitius affert primo Genesis. 11. versu 12. dicitur quod Arphasad genuit Sale; tamen Lucæ 3. dicitur Cainam fuisse medium inter utrũque, ut lib. primo paralipomenon; dicitur quod Arphasad genuit Cainam, Caina sale, deinde dicitur 12. 13. vixitque Arphasad postquam genuit sale 393. annis; tamen in textu hæbraico legitur vixisse 400. Ergo.

R. ad primum quod dicemus infra ad 2. R. quod non est supputatio secundum cursum communem, sed relativè ad principium diluvij.

Secundo dicunt cap. 22. V. 5. dicitur. *Dixitque ad pueros suos expectate hic cum asino, ego & puer illuc usque properantes postquam adoraverimus revertemur ad vos*, Hoc contrariatur præcepto Dei, quo præcipitur Abrahamo ut sacrificet filium suum ergo ambo non revertentur. R. quod intelligitur revertemur, si vita comes fuerit. 2. quia putabat Abraham quod occisum filium resuscitaret Deus 3. ponitur plurale pro singulari.

Tertio dicunt. cap. 32. dicitur. *Ioseph enim cum sexdecim esset annorum pascebat gregem*; tamen 70. habent septendecim 2. versu 10. dicitur. *Non ego & mater*

dianita. R. quod madianitæ vocabantur æthiopes; nam est duplex æthiopia, una occidentalis in africa. ultra Ægyptum ubi modo regnat presbiter Joannes. altera orientalis quæ dicitur Arabia quæ complectebatur Ismaelitas, Amalecitas, madianitas. Ad arabicum sinum vergerent ad austrum.

4. Cap. 25. V. 12. dicitur. *Accedo ei pacem fœderis mei & erit tam ipsi quam semini eius pactum Sacerdotii sempiternum.* Tamen dicitur. 1. regum capite 2. pontificatum fuisse translatum ex ejus familia ad familiam Ithamar, idest Heli. Nam Eleazaro successit filius ejus phinees, huic filius Abias, huic filius boni, huic filius Olis à quo translatus est ad Heli. Nam de familia Ithamar, ut patet primo Paralipomenon. cap. 24. cui successit ex filio Phinees nepos Architob. huic filius Abias huic frater Archimelech. Huic filius Abiathas anno mundi 2940. à quo Salomon Pontificatum transtulit ad Sadoc qui erat de familia Eleazari, & phinees; R. quod hoc fœdus promissum fuit conditionatum non absolutum, scilicet, si phinees manerent in pietate.

5. Cap. 25. V. 12. dicitur. *Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram quam daturus sum filiis Israël,* quod pugnat cum cap. 34. Deuteronomij, ubi dicitur. *Ascendit Moyses super montem nebo.* R. quod Cacumen montis vocabatur nebo.

Circa librum Deuteronomij. Objiciunt primò dicitur cap. 4. V. 48. *Sion qui est & Hermon.* Quod non potest esse, quia mons Hermon est trans Jordanem mons sion Hierosolimæ. 2. mons hermon cap. præcedenti vocatur sarion, non Sion ergo, R. quod alius est mons sion qui vocatur Hermon ab illo qui est Hierosolimæ, qui vocatur Hebraicè Isadc alius Sehin.

2. Cap. 5. V. 3. dicitur. *Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum;* Tamen Genesis cap. 15. V. 18. dicitur. *In illo die pepigi fœdus cum Abraham* R. quod hic subauditur istud.

3 Cap. 11. dicitur, *Et omninò indigenus Mendicus non erit inter vos.* Quod pugnat cum versu ejusdem capitis 11. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ,* R. quod intelligitur de præcepto mutuandi pauperibus, idest curate né sint pauperes. Sed mutuate nè opprimantur.

4. Cap. 23. dicitur. *Non intrabit enuchus in Ecclesiam Domini.* Et Isaiæ 56. dicitur. *Enuchis qui tenuerint fœdus meum dabo in domo mea locum, & actorum*

8. *ecce vir Enuchus ætiops venerat adorare in Ierusalem*. R. quod per Ecclesiam intelligitur primates Ecclesiæ vel cætus Judeorum, & sic non erunt de jure civium & societatis & magistratus.

Circa librum Josue objiciunt primo. cap. 1. V. 11. dicitur. *præparate vobis Cibaria quoniam post diem tertium transibitis Iordanem*: Tamen cap. sequenti dicitur *Iosue misit exploratores in Ierico qui præter tempus per triduum lati erunt in montanis quibus ad locum egreßis eius iussu Aebrei moverunt castra ad Iordanem. Ibique hæserunt tres alios dies. ergo*. Et 6. dies antecesserunt. R. quod exploratores priusquam daretur illud præceptum juerant ad locum destinatum..

2. Cap. 15. V. 17. dicitur. *Cepitque eam Othoniel filius Cenes frater Calob Iunior*. & cap. 32. numerorum præter Calob filium Sephone Cene suum. Ergo Caleb non erat frater Othoniel. R. quod frater hic idem est ac cognatus: propterea dicitur junior idest cognatus.

Circa librum judicum objiciunt hæretici. Primò, cap. 10. V. 1. dicitur. *Post Abimelech surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimelech vir de Achar*, & cap. 6. V. 15. dicitur Jedeon fuisse de tribu manasses: non vero Isachar, Ad. quod dicit D. Aug Gedeon & Phua fuerunt fratres uterini; ita ut mater eorum nupserit primò Joas manassensi: ex quo genuit Gedeon deindè nuptio alterius de tribu Isacard ex quo genuit Phua.

2. Cap. 10. V. 4. dicitur. *Hebreos triginta filios sedente super triginta pullos asinarum, & principes 30. civitatum, quia ex nomine eius sunt appellatæ Hanot Iairri idest oppida: Iair*. Et numerorum 23. V. 41. dicitur civitates appellatas esse ab alio Iair filio manassis longo antiquiore. R. quod antea vocabantur aliæ 30. civitates Iair quod nomen confirmatum est.

Circa librum Ruth tantum explicationes diversas afferunt.

Circa libros Regum objiciunt primò lib. 1. cap. 1. V. 1. dicitur. *fuit vir unus de Ramathein Sophin de monte Ephrain nomen eius Elcana* & Paralipo. 6. 33. dicitur, fuisse de tribu levi. Resp. Elcana fuisse de tribu levi per Caath non verò per Amyam, proinde fuisse levitam non Sacerdotem, solum ex dispensatione functus est Sacerdotio. 2. cap. 8. V. 6. ubi habetur. *Displicuit sermo in oculis samuelis eo quod dixissent. Da nobis Regem*. Et deuterono. 17. dicitur Deum concedisse populo regem. Ergo non

displicuit Deo. R. quod non displicuit eo quod petiisset Regem sed eo quod petiissent inconsulto Moyse. 2. quia hac petitione abijciebant Samuelem & sic etiam displicuit Deo.

3. Cap, 13. legitur. *Vnius anni erat Saul cum regnare cæpisset, duobus autem annis regnavit.* Aliqui hæretici dicunt vitiatum esse hunc locum, & ponendum esse 30. non unius anni erat R. quod unius anni erat ob simplicitatē & candorem & duobus annis regnavit in illa simplicitate, postea mutatus est.

Cap. 13. legitur. *Quod si non fecisses jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum.* Et Genesis 49. 10. dicitur non auferunt sceptrum de Juda. Ibi enim promitit regnum perpetuum Iudæ, hic Sauli qui non erat de tribu Juda, sed Beniamin. R. Deum quidem decrevisse Sauli & suis posteris perpetuare regnum si fuisset obediens, & sic prævidit culpam saulis, ut transferret sceptrum post aliqua sæcula transferre ad Judam & Davidem.

Cap. 14. dicitur. *Achias filius Achilob fuit Pontifex*, & cap. 22. dicitur. Achimelech fuisse Sacerdotem. Ad quod Abias alio nomine vocabatur Achim Aech.

Cap. 21. *Venit autem David in Noe ad Achimelech Sacerdotem*, & Alarei cap. 2. dicitur David venisse ad Abiathar. R. quod Abiathar vices agebat Archimelech ægrotantis quia nomen utriusque erat commune Patri & filio.

Cap. 29. habetur. *Non ignoratis David qui fuit servus Saul Regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis.* Et cap. 27. dicitur quatuor tantum mensibus mansisse. R. quod Achil respexit ad primam commutarionem Davidis quæ ante annos 6. incohata fuerat.

Cap. 2. dicitur. *Isboset duobus annis regnavit.* Et versu sequenti dicitur regnasse 7. annis cum dimidio. R. intelligitur regnasse duobus annis pacificè.

Cap. 15. dicitur *Post 40. autem annos dixit Absalenael Regem.* Josephus dixit legendum esse pro 40. quatuor. R. quod vulgata dicit 40. cap. 18. legitur *Factum est prælium in Saltu Ephrahim.* Et cap. præcedenti dicitur utrumque exercitum transiisse Jordanem in Galaatide: tribus autem Ephrain tota habitabat cis Jordanem. R. Saltum fuisse trans Jordanem in tribu ad ibidem legitur non habeo filium & erit monimentum nominis mei. Et cap. 14. legitur habuisse tres filios, & unam filiam R. quod erant mortui.

In lib. 3. Regum cap. 5 legitur. *Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum, & non est Satan, neque accursus malus,& cap. 11. dicitur. eratque adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis.* R. quod hoc est secundum diversa tempora. Nam Salomon nullum habuit hostem quandiu fuit obediens postea adsurrexit quando in idolatriam lapsus est.

Cap, 7. legitur. *Tulit tiram de Tyro filium mulieris viduæ de tribu naphtali, patre tyria* cap. vero 2. 13. Paralipo. Dicitur tyram natum ex matre quæ erat de filiabus Dan. R.quod vocatur tyrus ob diuturnam habitationem.

Ibidem versu 15. Dicitur. *Et finxit duas columnas æreas decem, & octo cubitorum altitudinis columnam unam*, & cap. 3. paralipo. Legitur duas columnas quæ 35. cubitos habebat. R. quod utraque columna simul sumpta habebat 38. cubitos.

Ibidem versu 20. Dicitur. *Duo millia batos capiebat.* Et lib. 2. paralipo. cap. 4. Dicitur *capiebat tria millia metretas*: cum enim batus Ephi & metreta æqualia sint, sintque decima pars cori videtur contradictio. R. quod si mare æneum moderate tantum implebatur continebat duo millia batorum. Si tota usque ad apicem capiebat tria millia sive metretarum. cap. 15. dicitur. *Igitur in 18. anno Ieroboam filij Nabod regnavit. Abiam super Iudam tribus annis regnavit*: Dicitur tamen versu. Nono quod Abjam mortuus fuerit anno 20 Roboam 19. duobus tantum annis regnavit. R. quod hic numerandus est annus 18. qui fuit primus annus Abiam annus 19. 2.& 2. 3.

Ibjdem versu. 2. vocatur *Manacha filia absalonis*. & lib. 2. regum cap. 14. legitur. *Filiam unicam absalonis vocari Tamar.* R. illam Moacham dici filiam idest nepotem Absalonis more scripturæ. cap. 21. legitur. *Si mortuus fuerit Achab in civitate Comedent eum canes; sin autem in agro volucres*, & cap. subsequenti legitur corpus ejus fuisse sepultum in Samaria; canes vero tantum linisse ejus sanguinem R. hoc fuisse comminatorium si Acab pœnitentiam non agat, propterea dicit Dominus ad Eliam nonnè vidisti humiliatum Achab.

Libro 4. regum cap. 86. legitur *anno quinto Ioram filij Achab Regis Israel & Iosaphab Rex Iuda.* Et cap. 3. legitur quod Joram cepit regnare anno 18. Regis Juda, & Josaphat annis 25. ab anno autem 18. usque ad 25. sunt septem anni postquam moriente, Josaphat successit & filius

Joram pro quo nota, & pro alijs similibus cronologicis.

Sciendum est primò quod duo reges ejusdem nominis in idem tempus incurrisse, Joram regem Israel, & Joram regem Juda.

2 Multiplex initium huic Joram tribus regnandi in scriptura primo annos. Josaphat. Quando dicitur anno natus 25. 2. anno 27. quo ipso cum Achab iturus erat ad bellum contra Syros, tunc Ioram iterum à Iosaphat regis titulum accepisse videtur 3. post 6. annos. Scilicet anno 23. Iosaphat quo ipso in bello contra Moabitas profectus est, tunc enim Iosaphat rursum Ioram filium declaravit regem cum illis facilè respondetur ad difficultates.

3 Libro. 4. cap. 8. dicitur. *Vade dic ei sanaberis, porrò ostendit mihi Dominus quia morte morieri.* R, quod in primo Eliseus ironice locutus est. Vel 2. Sanaberis quantum est ex parte morbi qui non erat lethalis non morieris. Sed quia occidit & suffocavit Renadad morte morieris; nam tunc directè respondit ad interrogatum ubi petebat an morbus esset lethalis & tunc respondit Senaberis, idest non est lethalis sed justo judicio Dei in pœnam sceleris fit lethtalis. & tunc dixit morte morieris.

Circa libros Paralypomenon, Objiciunt Primo Euthichiani, & Nestoriani, & ex Modernis Lutherus tomo primo colloquiorum, pagina 34. ubi ait. libris. plus credendum est, quã Paralipomenon: dicunt igitur, quod est contrarietas in libro primo cap. 3. ubi dicitur, *Porro in Ierusalem nati sunt ei filij Simmaa, & Iobab, & Nathan & Salomon de Bersabæa*: Tamen Proverbiorum 4. habetur. *Salomon unigenitus coram matre sua.* Respo. quod dicitur unigenitus, quia erat unicus dilectus, 2. libro 2. cap. 1. dicitur. *Venit ergo Salomon ab exselso gabaon in Ierusalem coram tabernaculo fœderis.* Resp, quod verè erat in gabaon, & sic debet legi in vulgata de coram tabernaculo. 3. cap. 3. dicitur. Præpositos quæ eorum tria millia sexentos. Et libro 3. Regum sunt tantum tria millia trecenti. Resp. quod in libro Regum non numerantur præpositi superiores, qui præerant inferioribus; scilicet trecenti, quos supplet liber Paralipomenon.

4. Cap. 14. dicitur. *Asa subvertit altaria peregrini cultus, & excelsæ*: Resp. quod duplicis generis fuerè exselsa apud Iudæos, alia pro prophanis, alia pro vero Deo dicata, prima sustulit,

alia reliquit.

Cap. 36. Dicitur. *Octo annorum erat Ioachim cum regnare capisset*; tamen libro primo Regum cap. 24. legitur 18. *annorum*; Resp. quod Joachin octo annis erat cum à Joachim parente fuit assumptus in consortium regni, post quos habuit bellum cum Caldeis, & rebus in Babilone compositis rediit, & octo annis regnavit cum regnasset per decem annos cum parente.

Circa libros Esdræ Euthichiani, Nestorianus, & Anabatistæ negant libros esdræ, sed quia pauca afferunt quia putant esse fabulosa contenta in illis, ideo supersedeo.

Circa librum Tobiæ fuere ex antiquis Patribus origenes, libro 1. cap. 18. Eusebius libro 3. cap. 25. Atanasius in Synopsi. Hylarius in præfatione in Psalmos. Epiphanius hæresi 8. Cyrillus Hierosolimitanus Cathechismo quarto. Nazianzenus in carmine de libris sacris. Hieronimus in prologo Galeato putarunt hunc librum esse fabulosum, vel symbolice dictum. Post ipsos Cajetanus, Lyranus, abulensis secuti sunt. modo Lutherani, & Calvinistæ negant & reijciunt.

Uuitacherus hæreticus obijcit contra nos caput 3. ubi habetur. *Saram filiam Raguelis habitasse in Rages civitate medorum*: tamen quando Tobias venit cum Angelo in domum saræ; ut eam in uxorem acciperet, dicitur. Misisse Angelum ad gabelum in Rages civitate medorum. Ergo uel falsum est quod Sara habitasset in civitate Rages in qua sara habitare dicitur, vel falsum est gabelum in eadem civitate habitasse, quia non fuisset necesse ipsum mittere ad saram, Resp. quod sara habitabat prope Rages, & qui propè sunt alicujus civitatis dicuntur illius civitatis.

2. Dicitur cap 5. *Ego sum Azarias Ananiæ magni filius*. Quod non potest dici, nam Angelus non potest dici filius ananiæ, ergo mentitus est, ergo ille liber non fuit à Spiritu Sancto dictatus, ergo non est Canonicus inquit idem hæreticus, Resp. quod verè Raphael poterat dici filius Ananiæ; quia acceperat effigiem & formam ejus, quandiu fuit in comitatu Tobiæ.

Ultimo obijcit idem Uticherus quod est fabulosum dicere, cor & Jecur piscis habere virtutem expellendi dæmones, Resp. quod Jecur, & cor non habent virtutem nec naturalem, nec supernaturalem expellendi dæmones, sed Angelum id præstitisse, ut signum ad cujus

cujus positionem per merita, & orationes Tobiæ virtute propriâ fugavit Dæmonem, ut dicitur; Raphael aprehendit Dæmonem; & ut patet capite sequenti.

Circa librum Iudith Lutherani, & Calvinistæ negare esse canonicum, & putant esse fabulosum, & multas contradictiones involuere.

Obijciunt primo caput 5. ubi legitur. Hanc historiam contigisse post reditum populi ex captivitate Babilonicâ; tamen capite primo dicitur, quod Nabucodonosor pugnavit cum Arphasac Rege metorum qui ædificaverat Erbatana, quia duo inter se contrariantur. R. quod hic Nabucodosor alio nomine dictus est Merodath Baladan qui fuit etiam Rex Babilonis.

Secundo obijciunt quod non potest subsistere quod dicitur cap. 8. in oratione Judith ubi sic deprecabatur, *Quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum qui dereliquerunt Deum suum, & adoraverunt Deos alienos, pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis*; hoc dicebat quia tempore Manasses vigebat quando latria, sordes & immunditiæ, ut dicitur libro 4. Regum, ergo falsum est quod dicit Iudith R. quod Judith Locuta de civitate sua Bethulia, quia sola intacta remanserat, & sic optimè poterat sic deprecari.

3. Obijciunt cap. 9. Judith dicitur esse de tribu Simeon his verbis. *Deus Patris mei Simeon*. Et cap. 8. dicitur esse de tribu Ruben his verbis. *Salathiel filij Ruben* secundo Judith approbat factum Simeon, & Levi contra Sichimitas, quod tamen Deus reprobat, & vituperat Genesis 34. resp. quod Iudith erat de tribu Ruben, quando autem dicit Deus Patris mei Simeon, intelligit Patrem communem, ut vocantur in scriptura Patriarchæ Patres nostri; ad aliud resp. quod ibi approbat zelum Simeonis vindicando stuprum Dinæ, Sichimitæ, sed non approbat nec laudat modum vindicandi quem reprobat Deus.

Obijciunt ultimo multa dicit Iudith mendacia, ut patet in suis locutionibus resp. quod locuta est ambiguè; undè D. Augustinus ait non decuit mentiri pudicam, non intelligentibus dixit, fecit actibus quod promisit regi.

Circa librum Esther afferunt hæretici septem capita quæ

apud Hæbreos non habentur, & sic fuisse supposita; nam cum superioribus non cohæremus, v. g. cap. secundo narrantur insidiæ duorum Eunuchorum, industria Mardochæi, & cap. 11. & 12. eadem narrantur, sed priori loco dicuntur insidiæ factæ anno septimo assueri, & cap. 6. additur, nihil omnino mercedis accepisse Mardochæum, in loco posteriori dicuntur factæ anno secundo assueri, & additur datis pro delatione muneribus. Resp. quod narratio insidiarum quæ habetur cap. 12. in Latinis libris pertinet ad titulum libri, & sic anticipatur, & postea suo loco narrantur insidiæ factæ anno septimo, quia quod dicitur anno secũdo regnasse Artaxersem non pertinere debet ad narrationem insidiarum, sed ad ea quæ dicuntur cap. 11. id est ad somnium Mardochæi, antequam Esther conjungeretur cum assuero. Quoad secundum resp. quod Mardochæus non habuit mercedem pro delatione, sed postea; unde nota quod bis Hebraicè fuit scriptus istæ liber, sicut liber Tobiæ, primo brevius, secundo extensius, & sic quod in primo deerat suppletur in secundo.

Circa librum Iob multas inveniunt hæretici impossibilitates, Primo dicunt, est impossibile quod septem dies, & septem noctes immoti assiderent Iobo amici sine cibo, & potu. Resp. quod intelliguntur septem dies moraliter, & non phisice, ut dicitur psalmo 87. David, tota die expandi ad te manus meas.

Secundo dicitur capite 19. Orabam filios meos uteri mei, quomodo orabat illos, si omnes perierant, respondeo quod loquitur hic de filijs quos habuit ex concubinis qui non aderant in conviviis & sic non perierant.

Tertio multa fabulosa narrantur in capite 27. & est argumentum.

Hæretici in Synodo nona ut cum fit mentio de fluvio costo, quem finxit antiquitas. Secundo filiæ Iob vocantur dies, cassia quæ sunt nomina fabulosa, Respond. quoad primum, quod in vulgata author posuit speciem pro genere, ad secundum quod vocantur dies, cassia ob pulchritudinem.

Circa librum psalmorum, & Proverbiorum, & Ecclesiastem pauca obijciuntur, quæ facilè corruunt, circa librum cantici canticorum dicunt, nil aliud continere, quam amatoria prophana, resp. quod Salomon usus est illo modo loquendi ad

denotanda arcana divini erga nos amoris.

Circa librum ſapientiæ nil obijcitur notatu dignum, circa librum Eccleſiaſtici, Lutherus, & Calvinus reijciunt, propter contrarietates quas putant Inveniſſe.

Primo Kimniſius cum aliis. Quia negant bona opera eſſe neceſſaria affert caput 5. ubi legitur, *Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundum meritum operum ſuorum*, & conqueritur quod Catholici addiderunt nomen meriti, quod non eſt in Græco Diomate, prius Calvinus conquiſitus erat; R. quod cata erga quod eſt in Græco idem ſonat, ac meritum.

Secundo arguit; capite 47. legitur de Samuele, quod excitatus fuiſſet à pitoniſſa, quod eſt fabuloſum, reſpondent aliqui fuiſſe Phantaſticum Samuelem, alij Angelum, alij animam ejus accepiſſe corpus aereum.

Veniamus modo ad quæſtiones difficiliores, quæ reſpiciunt Sacram Scripturam in particulari ut totaliter veritas ſtabiliatur, & falſitas hæreticorum aperiatur. Primo.

QUÆSTIO IV.

An Deus ſit author Sacræ Scripturæ.

Conveniunt omnes quod duplex eſt author Sacræ Scripturæ principalis, & inſtrumentalis, Deus enim author principalis, ſcriptores ſacri ſunt inſtrumentalis.

Probatur: Deus res omnes contentas in Scriptura Sacra diverſis hominibus revelavit, aut illos in libris ſcribendis, ne errarent ſpeciali aſſiſtentia dirigebat, ut Sanctus Petrus, ait omnis Scriptura divinitus revelatus &c.

Sanctus Paulus ait 2. ad Thimotheum cap. 3. præcipua difficultas eſt, an Spiritus Sanctus ita ſit author, ut verba ſingula dictaverit, ſententias; & res revelaverit.

Dico. Quod de ratione Sacræ Scripturæ non eſt, ut ſingula verba formaliter ſumpta, ideſt ut Hæbraica, & Latina, aut Græca fuerint Sacris Scriptoribus revelata quia alioquin editio Latina non eſſet Sacra Scriptura contra Concilium Triden. ſeſſ. 4. hanc editionem authenticam eſſe habendam.

Dico 2. quod ſingula verba

nō sunt de ratione Sacræ Scripturæ; fateor quidem Spiritum Sanctum scriptorib. Sacris v.g. Moysi mundi creationem, aliisque Prophetis misteria sua expresse revelasse, eaque illis dictasse immitendo rerum species eorum intellectibus representantes misteria illa; eo quod sunt supernaturalis ordinis: idcirco solent prophetæ suis prophetiis præmittere, ut visio Danielis; atque visiones sunt actus vitales quæ producuntur ab intellectu Deo concurrente, ut causa particulari. Ergo fuerunt à Deo revelata simul cum verbis.

Quod Apostoli multa scripserint quibus Deus, neque verba, neque res revelavit. Probatur Quia multa à Christo audierunt. 2 quando S. Paulus scribebat in suis epistolis. *Mecum est lucas*, non erat opus ut tunc Deus revelaret.

CAPUT I.

Quod scriptura & traditio sunt adæquata fidei nostra Regula ut approbata ab Ecclesia.

SEnsus quæstionis est. Utrum præter illa quæ continentur in Sacra Scriptura, sint etiam alia fidelibus credenda.

Dico quod Sacra Scriptura seorsim ab interpretatione Ecclesiæ non est fidei regula, quia licet Scriptura Sacra sit in se infallibilis, quatenus authorem Deum habet, non constat nobis, quia non constat nobis libros esse Canonicos, aut quatuor Evangelia, nisi quatenus nobis Ecclesia tradit, & quod Evangelium, quod sub nomine Bartholomæi, Thomæ, Nicomedis, affertur, reijciatur. 2. in nullo loco potest deduci Scripturam Sacram esse ex se sufficientem. ut dicunt hæretici. Ergo.

Dico 2. Ecclesia Catholica, & Apostolica, & traditio sunt inadæquata regula nostræ fidei, quia Ecclesia per totum orbem diffusa habet à Christo, quod sit infallibilis, non haberet, nisi esset regula vera ergo.

Quod traditiones sint etiam; Probatur, quia sunt verbum Dei non Scriptum, ut dicemus suo loco; deinde sunt à Christo & duodecim Apostolis vivæ vocis oraculo traditæ, ut constat ex definitione Concilij Tridentini.

Dices traditiones sunt quidem infallibiles quoad se, non quoad nos, quia nescimus, an Apostoli tradiderint. R. quod Ecclesia hoc docet & determinat.

CAPUT II.

Sacra Scriptura & Divina.

HÆritici nostri temporis affirmant in Confessione sua quarta se cognoscere libros esse divinos ex testimonio, & interna persuasione Spiritus Sancti, Concilia esse figmenta, & Ecclesiam per solam scripturam esse examinandam.

Dico quod datur in Ecclesia regula infallibilis, quæ certe affirmat Scripturam Sacram esse divinam, quæ licet Scriptura Sacra sit verbum Dei; non tamen constat ex se: ergo debet dari aliqua regula infallibilis, alioquin portæ inferi prævalerent adversus eam propter tot controversias.

Dices. Primum sufficit ad credendum aliquod misterium fidei, ut sit à Deo revelatum, & quod sufficienrer proponatur. Ergo non est necessaria alia regula qua constet Sacram Scripturam esse divinam, & revelatam.

R. Si Sit confuse nego, si sit distincte concedo.

Dices secundo. Satis constat ex materia scripturarum esse divinam.

Respondeo. Illa omnia sunt obscura, deinde reperiunrur in illa contentiones apparentes.

QUÆSTIO V.

Scriptura non cognoscitur per spiritum privatum.

CAlvinistæ affirmant scripturam explicatam, prout quisque dictat, & revelat Spiritus Sanctus esse regulam infallibilem, & per illam cognoscitur infallibiliter esse divinam.

Dico primo quod regula infallibilis non est spiritus ille privatus, sive persuasio interna, qua unus quisque discernit Scripturam Sacram ab omni alia scriptura, & verum illius sensum à falso capite.

Probatur primo. Num. 12. *An non. Maria soror Moysis graviter à Deo objurgatur quod jactaret sibi, sicut & Moysi Deum fuisse locutum; nam per solum Moysem inquiebat, locutus est Dominus, nonne similiter locutus est nobis, quod cum audisset Dominus iratus est.* Hieremiæ 13. *nolite audire verba prophetarum, qui prophetant nobis visionem cordis sui; loquuntur enim non de ore Domini; sed de ore proprio, & particulari.*

Probatur secundo. Constat tempore Apostolorum eos sem-

per fuisse arbitros pro hæreticis, qui tunc spiritum particularem sequebantur; sic Cerinthus qui prestigias suas sibi ab angelo fuisse manifestatas affirmabat, ut constat ex D. Iræneo contra hæreticos.

Probatur 3. Joannis *Nolite credere omni spiritui*: & ex D. Paulo 2. ad Corinthios. *Et ipse satanas Transfigurat se in angelum lucis.* Respondent hæretici Spiritum illum privatum non esse regulam statim credendam, sed debere probari, an sit juxta scripturam. Sed contra. Omnes habent illum spiritum, ut dicunt, sed omnes non possunt probare, an sit bonus vel malus ex scriptura, quia multi sunt qui nesciunt legere ergo.

Objiciunt hæretici. Primo. Joannis capite 2. *Necesse habetis, ut quis vos doceat, sed onctio docet nos de omnibus.* Et primo Joannis 5. *qui credit in filium habet testimonium Dei in se* deinde primo ad Corinthios 2. *Nos non Spiritum hujus modi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus, quæ à Deo nobis donata sunt*; atqui Sacra Scriptura à Deo nobis donata est.

R. quod per onctionem intelligitur gratia actualis, & de fidelibus loquitur apostolus jam edoctis, Ad secundum.

R. Non accepisse Spiritum sanctam, ut sciamus per fidem, sed quanta bona recepimus.

Denique constat ex apostolo ad Ephesios 4. *Quosdam autem dedit apostolos, quosdam prophetas, ut doceant, ergo ex nobis ipsis non possumus.*

Colliges primo Scripturam Sacram solam non esse judicem; absurdum enim esset in re tanti momenti habere mutum, & curdum judicem; nullus enim fuit hæreticus qui dogmata Sacræ Scripturæ authoritate non munierit.

Colliges 2. potestatem illam judicandi de dubiis fidei non convenire Ecclesiæ, quatenus est collectio fidelium, quia mulieres essent judices, ratio est, quia nullibi constat in scriptura Christum dedisse hanc authoritatem multitudini fidelium, pueris, & mulieribus, sed tantum prelatis, & pastoribus, ut docet Apostolus ad Ephesios, & in omnibus conciliis.

Colliges 3. hanc potestatem non convenire principibus, & magistratibus, ut patet ex veteri testamento paralipomenon Ergo sic enim rex Josaphat alloquitur. *Omnem causam quam advenit, tunc amasia Sacerdos & Pōtifex in illis quæ ad Deum pertinent presidebit; porro Abdias qui est in domo erit super ea quæ ad regis filium pertinent. Ergo &c.*

Patet etiam in novo testamento ad Ephesios 4. *ipse dedit quosdam pastores, quosdam doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij in ædificationem Christi, ut non simus sicut particuli fluctuantes omni doctrinæ. 2. attendite vobis, ut universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Apostolos regere Ecclesiam cherịsti* Ergo est potestas in Ecclesia.

QUÆSTIO VI.

Quomodo constat libros Sacræ Scripturæ esse canonicos.

Suppono successu temporis fuisse controversiam unam de non admittendis quibusdam libris, & aliam de admittendis, propterea orta est divisio de Canonicis qui semper ut tales habiti sũt, & de Deuterocanonicis qui non sunt admissi. Tobias, Judith sapientia, Ecclesiasticus Baruc, Daniel, historia Susannæ, & draconis Hymnus triumpuerorum, Machabæi, Marci caput ultimum; historia de Chrisogone, & Angelo de adultero Joannis vetera epistola ad Hæbreos. 2. Petri 2. & 3. Joannis epistola judæ, & Jacobi; denique Apocalypsis. Aliqui patres dubitarunt an essent Canonici, alij non

Dico constat ex traditione apostolica usque ad nos continuata libros quibus Sacra Scriptura constat esse Canonicos, & divinos, quia ut jam diximus, quamvis verbum Dei ratione ueritatis divinæ sit divinum, sive scriptum, sive non, ut tamen à nobis prudenter acceptatur, ut illi assentiamus, debet nobis constare esse verbum Dei, vel per se, vel per aliquid aliud, atqui non innotescit in nobis per se, & immediate; nam Scriptura Sacra non dicit se esse scripturam divinam. Ut 2. Petri cap. 1. & secunda ad Thimotheum: 3. dubitare tamen possumus, an vere de se ipsa dicat, cum constet multa falsa de se ipsis scripsisse, & propterea nullibi scriptura affirmat libros quos continet esse Canonicos, quod aliud debet constare; neque enim cognocitur per spiritum privatũ ut diximus, neque immediaté Deus revelavit unicuique per nova miracula. Eo fine facta reddit credibile tot libros Canonicos, & non plures, tot periodis, & verbis constare. Itaque ut argumentãtur libro 2. de locis Theologicis cap. 5. post S. Augustinum lib. 13. contra faustum cap. sicut in libris Ethnicorum non alia ratione veros eorum authores magis exploramus, quam

ex communi testimonio eorum qui nos antecesserunt, scilicet Platonis, Aristotelis, &c. libros novimus testimonijs eorum; similiter via tutissima agnoscendi libros Canonicos erit traditio eorum qui scriptores sacros agnoverunt, & sufficienter probatur esse divinos acceperunt: nullus est enim liber Canonicus in quo non extent testimonia Catholicorum scriptorum ab apostolis ad nos usque derivatos; qui tamen omnes non conveniunt; propterea fuit necessaria Ecclesiæ definitio, quæ per infallibilem assistentiam Spiritus Sancti minime errat in definiendis Rebus fidei.

2. Si nullum sit inconveniens, ut per Ecclesiæ judicium nobis innotescat Christũ esse Deum, esse Baptisma, Spiritum Sanctum procedere à patre, & filio, non erit inconveniens ut Ecclesia determinet circa libros Canonicos.

Porro circa Scripturam Sacrã Canon est aprobatus ab Ecclesessione 4. Decreto 1. sub ex cõmunicatione in illos qui libros illos cum omnibus partibus prout in Ecclesia legitur, & in vulgata editione habetur pro sacris determinatur nõ credũt. Ex Canonicis fuerat Canon editus in Concilio Carthaginiensi, gratiapolitanensi 3. Florentino ille Canon approbatus fuit ab Ecclesia.

Calvinistæ rejiciunt Tobiam Judith, Sapientiam. Ecclesiasticum Machabæos, Lutherani epistolam ad Hebræos, Jacobi, Judæ & Apocalysim. Objices cum hæreticis, si Scriptura Sacra ut divina judicaretur ab Ecclesia, erit superior, utpote judex scripturæ.

Respondeo quod debet distingui duplex judicium, unum discretionis, quo unum ab alio discernitur. Aliud authoritatis quo aliud ab alio demonstratur; Primum non requirit superioritatem in judicante, & illud judicium exercet Ecclesia circa Scripturam Sacram; aliud exercet in subditos fideles quos obligat ad acceptandum scripturam quam discernit.

Adde quod judicium pastorum ex Spiritu Sancto, Decretum non est inferius scriptura.

Objicies secundo Ecclesia fundatur supra fundamentum Apostolorum, quod prius est scriptura divina, quam declaretur ab Apostolis ut divina, quia in ea divina fundatur Ecclesia.

Respond. doctrinam Divinam non contineri in sola scriptura, cum contineatur etiam in traditionibus Apostolicis, quas Ecclesia

clesia sequitur, & quâ utitur ad discernendos libros Canonicos, doctrina Apostolica respiciebat illos qui illam credebant tanquam diuinam: deinde aliunde sumebant suam certitudinem à miraculis, postea verò Ecclesia per hanc Doctrinam fundatam potuit esse fundamentum posteris credendi illam divinam esse; nam idcirco Apostolus ait ad Ephæsios 2. Ecclesiam fundari supra doctrinam Apostolorum, ait etiam ipsam Ecclesiam esse columnam veritatis.

Obijcies 3. Scriptura dicitur regula, quâ Ecclesia debet uti in controversiis divinis dirimendis, atqui si Ecclesia declararet talem scripturam esse divinam, ipsâ propriâ authoritate declararet, sibi constitueret hanc regulam, sed non potest se ipsam judicare, ergo Resp. quod Ecclesia declarat per assistentiam Spiritus Sancti, ut regula infallibilis, quia tunc Ecclesiâ propria authoritate non facit, sed ex Spiritu Sancto ipsi revelante. Instant, quod committitur vitiosus circulus, quia per judicium infallibile probatur infallibilitas divina, & per scripturam infallibilitas Ecclesiæ, Resp quod aliunde probatur scilicet per traditiones.

Obijciunt 4. Concilium laodicæum eos libros veteris testamenti omittit, dum rescenset libros Canonicos qui non sunt in Canone librorum quos hæretici negant, ergo. Resp. quod non negat.

QUÆSTIO. VII.

Vtrum versio Latina sit authentica.

NOta; quod vertio hæbraica, est in multis viliata ut videre est, vel per inscientiam librariorum, vel negligentiam.

Dico quod vertio latina est authentica quâ utitur Ecclesia & est authoritatis divinæ, &, de fide pro quo: observabis, versionem illam esse authenticam: nam quo ad vetus testamentum, partim est Itala à sancto Augustino laudata libro 2. de doctrina Christianâ cap. 16. partim Hierosolimitana ab eodem Aug. laudata lib. 10. de civitate Dei cap. 40. quoad novum testamentum est itala à S. Hieronimo emendata Jussa Damasi Papæ, ut fusius docet Baronius Tomo 2. anni. 131. & Belerminus lib. 2. de verbo Dei cap. 8.

Probatur conclusio authoritate Concilij Tridentini his verbis, *Sacre Sancta Synodus dei*

clarat, ut & ipsa vetus, & vulgata editio quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia approbata est, in publicis lectionibus, prædicationibus, disputationibus & expositionibus pro authentica habeatur: Sanctus Gregorius lib. Job cap. 4. ait lectam fuisse per mille annos, & Concilia testimonia sumpsisse ex illa ad cōfirmanda nostra misteria, & dogmata fidei; certe nisi hæc editio latina esset divina, jam portæ inferi prævalerent.

Observa 2. quando Concilium Trid. approbat istam editionem, non approbare errores qui possunt esse ex imperitia librariorum.

Dices. fuit emendata à S. Hieronimo, ut tunc ab Ecclesia recepta, ergo. &c. Resp. quod fuit emendata juxta codices emendatiores ab Ecclesia approbatos, vel restituisse clariores significationes.

Observa 3. Quod sufficit ut Ecclesia habuerit assitentiam Spiritus Sancti infallibilem ad approbandum quod dicit D. Hieronimus.

QUÆSTIO VIII.

Quid sit vetus Testamentum.

VEtus testamentum nil est aliud quam libri quibus nobis promittitur Messias, & præcepta legis antiquæ, sicut novum est collectio librorum, qui nobis exhibent Christum, & præcepta novæ legis: Quod si quæras cur dicatur vetus testamentum, Resp. quia res de quibus agit sunt veteres, Primo ratione temporis præcedentis, nam lex nova subsecuta est aliam.

Quæres secundo quare utrumque dicitur testamentum, Resp. sicut testamentum est Codex quo declaratur ultima volontas hominis, similiter in libris sacris continetur voluntas Dei, quam vult servari ab hominibus, ut hæreditatem æternam obtineant; dicitur etiam pactum, & promissum, quia est unus Deus qui cum hominibus pasciscitur. Dicitur fædus, quia solebant veteres fædera victimis, & sāguine sancire, ut cōstat Levitici 10. & ex virgilio: nam par per partes animalium divisas transibat, fæderator ferrum manibus tenens, quo feriebantur fædera frangentes: hoc fædus factum fuit cum Moyse & Judæis. similiter si quis victimas divideret, censeretur fædus violasse; similiter sanguine violatum fidem evicturum, quia verè erat pactum inter Deum, & populum Israël. Constat ergo exodi 24. his verbis. *Venit*

ergo Moyses, & narravit plebi omnia verba Domini, quia locutus est faciemus; scripsit enim Moyses omnes sermones Domini, & mane consurgens ædificavit altare ad radicem montium 12. tabulas pro 12. tribubus, misitque Iuvenes de filiis Israël; & obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas Domino, vitulos tulit Moyses, Dimidiam partem fudit super altare, assumens fœderis legem audiente populo qui dixerunt, omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes; illi vero sumptum sanguinem respersit super populum; dicens hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus nobiscum super cunctis sermonibus, neque ullius est momenti quod dicit Beda. Testatur inquit qui semel tantum moritur morte sua potest unum testamentum confirmare, sed Christus semel tantum mortuus est, ergò unicum est testamentum, nempè novum.

Resp. duplicem esse mortem Christi; una figurata, alia realis, Christus in sacrificiis legis veteris mortuus est in figura, quatenus illa sacrificia repræsentabantur. In cruce vero realiter mortuus est, ac proindè duplex testamentum confirmavit.

Quæres quando Cæperit vetus testamentum, & quo loco, Resp. cæpisse post exitum de Ægypto in monte sinai, & inde ipsa Die Pentecostes inter crebra tonitrua, & densas Cæliginas lex vetus data fuit Moysi; unde videtur Deum duplicem legem constituisse, unam quæ Religionem & præcepta continet, aliam quæ ad Disciplinam civilem pertinet, de furtis, usura, falso testimonio &c.

QUÆSTIO IX.

De Multiplici sensu Sacræ Scripturæ quod Detur.

NOta quod sensus Sacræ Scripturæ est duplex, litteralis, & moralis. Litteralis sequitur veram significationem verborum, quod improbatur ab Vitachero, librando, Kokermano hæreticis libro Systematum Theologiæ cap. 9. qui sensus litteralis dividitur in proprium, & improprium. Primus est qui in propriâ significatione fundatur, alius in metaphorâ est translativâ.

Rursus litteralis proprius dividitur in historiam, Ethiologiam & analogiam, ex D. Aug opere imperfecto in genesim cap. 2. & libro de utilitate credendi cap. 8. historia est illa quæ simpliciter factum aliquod narrat, Ethiologia est

quæ assignat causam ejus quod narratur, ut cum Mathæus cap. 1. dicere, *Vocabis nomen ejus Iesum, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum*, ad hanc reducitur æthimologia, idest nominis ratio, analogia est quando ostenditur veritatem unius loci veritati alterius loci non repugnare, sicut quando unus locus intelligitur per alium, ut Marci decimo, Joannis baptista dixit Pharisæis, *Ego vox clamantis in deserto &c.* sicut scriptum est in Isaïa Propheta; ad analogiam etiam refertur simplex similitudo, quia est absque tropo, v. g. Lucas 6. quando Christus assumpsit exemplum vel factum David qui panes propositionis; ut se in necessitate aleret, comederat, ad tuendos discipulos suos qui in die sabathi spicas ad comedendum confricantes à pharisæis exprobrabantur. Spiritualis est sicut anima in corpore, id est includitur in vocibus significatis; Mysticus est quasi occultus, & absconditus; qui sensus dividuntur in allegoricum tropologicum, & anagogicum.

Littera gesta docet, quid credas allegoria.

Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

Sciendum est ultimo, quod Varij sunt modi interpretandi scripturas: primus est punctuarius, qui ex diversis vocalium punctorum posituris sonos, voces prolationes, ac significata singularum dictionum, & sensuum totius sanctæ lectionis ostendit, qui pertinet ad Hæbreos.

Secundus est notorius, qui per notas quasdam, sive caracterum, sive litterarum, vel punctorum divinis scripturis, vel appositas, vel insertas, verborum, ac sententiarum, & latentium sensuum rationem demonstrat, quod frequens est apud Græcos.

Tertius est paraphrasticus, qui ipsam divinæ scripturæ narrationem in aliam vertit narrationem, & proportioné respondentem, quorum unus expressior & strictior, alius fusior, & letior.

Quartus est expositio scholastica, vel glossalis, qua quoties deest ad conficienda comentaria, brevibus interpretationibus illustrantur ea, quia in sacris Litteris obscuriora, vel magis insignia videntur.

Quintus est expositio commentaria, sive commentatio, qua colligimus ea quæ sunt in authoribus insignia.

Sextus est expositio sciographica, sive picturalis quæ per varias figuras clarius præ oculis

ponit.

Septimus est expositio tabellaria, sive columnaria.

Octavus est expositio narrativa, quæ dividitur in homeliam, & declamationem.

Nonus est collativa expositio, quæ divina eloquia familiaribus colloquiis exponit.

Decimus est affectiva expositio ad excitandum affectum.

Undecimus est poetica expositio, quæ divina eloquia variis carminibus exponit.

Duodecimus est expositio epistolaris quæ ad amicos mittitur;

13. Est expositio inquisitiva, quæ per solutiones tractat.

14. Est expositio collactanea, quæ ad proprium usum convertit.

15. Est expositio scholastica, ultimus est elementaria.

ANALISIS.

Sive Explicatio. Historica Psalmorum.

IN isto tractatu mens prophetæ regij explicatur sicut fundamenta unius cujusque psalmi, ubi primo ponitur fundamentum quare in particulari fec t talem psalmum v. g. primum. 2. quid contineat ut breviter unusquisque sciat quanta misteria contineant psalmi & uti possit in omnibus occasionibus.

EXPLICATIO I. Psal.

Beatus vir qui non abijt &c.

NOtandum est 1. quod iste psalmus fuit factus ab esdra propheta qui compilavit,& in unum redegit omnes Psalmos prophetæ Regij pro quo prologum fecit qui incipit beatus vir &c. In quo duo ostendit. 1. vult elogium epilogare David loquens in persona indeterminata. 2. Beatitudinem Christi: 3 ultionem impiorum unde.

Notandum est. 2. Quod duo sunt quæ faciunt perfectam beatitudinem. 1. Carentia omnis mali.2. abundantia sive possessio omnis boni, & quia verum, & solum malum est peccatum quod tripliciter committitur voluntate, opere, & consensu, & consuetudine quod figuratur per tres illos resuscitatos à Christo. Primus fuit resuscitatus in domo id est qui latebat, quod significat voluntatem 2. In porta civitatis qui significat patens opere 3. In monumento, id est consuetudine peccandi, ideo incipit istum Psalmum per ista verba, *Beatus vir*

qui non abijt. In consilio Impiorum id est qui non peccavit per voluntatem. *Et in via peccatorum non stetit*, id est, opere, *& in Cathedra pestilentiæ non sedit*, id est, consuetudine.

2. Tripliciter quis operatur ut assequatur beatitudinem, voluntate opere & verbis, sive doctrina: ideo ponuntur alia verba. *Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte*, id est voluntate. *Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore, suo*, id est opere. *Et folium eius non defluet & omnia quæcumque faciet prosperabuntur*, id est verbis & doctrinis.

3. Abundantia omnis boni, cætera verba ostendunt ultionem contra peccatores per ista verba. Non sic impij non sic.

EXPLICATIO II. Psal.

Quare fremuerunt gentes &c.

IN isto Psalmo David agit quomodo inimici sui ubique ipsum obsident, quem Psalmum dividit in tres partes 1. Agit de multitudine inimicorum. 2. quomodo qui sperat in Domino nihil timere debet. 3. hic instruit reges quomodo se gerere debent in periculis.

In prima parte agit de Philistinorum persecutione dicens. *Quare fremuerunt gentes*, secundo agit de populi persecutione dicens. *Et populi meditati sunt inania* 3. Tractat de regum impugnatione: nam Philistai habuerunt 5. Reges dicens *principes convenerunt in unum*.

In 2. Parte agit 1. De maxima fiducia quam habebat in Deo dicens. *Qui habitat in Cælis irridebit eos*. 2. Exponit suam dignitatem dicens. Ego autem constitutus sum *Rex*. id est Deus me constituit Regem, quis pugnabit contra me 3. ponit victoriam reportatam de inimicis suis dicens. *Postulavi & dabit mihi gentes*. In 3. parte instruit Reges dicens, *& nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram*, id est discite à me confidere in Domino.

EXPLICATIO III. Psal.

Domine quid multiplicati sunt.

ISte Psalmus fundatur in persecutione filij sui Absalon cum socijs suis: In quo figurative loquitur de Christi passione & resurrectione ubi.

Tria explicat 1. crudelitatem & pertinaciam inimicorum Christi loquens in persona filij sui. 2. Victoriam de inimicis.

3. Extermninatione eorum. In primo tria dicit. Obstinationem inimicorum. Devotam Christi orationem & impetrationem eorum quæ postulavit. *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me*, denotat contumaciam inimicorum Christi, quasi dicens quid feci quare tam vehementer patior ab inimicis ab apostolis & à Discipulis meis; *Multi dicunt animæ meæ non est salus in Deo ejus*, idest si filius Dei est, inquiunt, salvet semetipsum.

In 2. apparet oratio Christi per ista verba *tu autem Domine susceptor meus es gloria mea & exultans caput meum*, In 3. Impetratio orationis manifestatur dum dicit. *Voce mea ad Dominum clamavi &*, *exaudivit me de monte sancto suo.*

2. Pars agit de victoria sua his verbis. *Ego dormivi & soporatus sum, exurrexi, quia Dominus suscepit me.* Id est per resurrectionem omnia vici.

3. Pars tractat de exterminatione inimicorum Christi idest diaboli & Judæorum per ista verba. *Quoniam tu percußisti adversantes mihi sine causa dentes peccatorum contrivisti.*

EXPLICATIO IV. Psal.

Cum invocarem exaudivit me Deus.

ISte Psalmus est per modum Cantici in quo David cantat, quomodo liberatus fuit à persecutione Saul, qui cum suo exercitu circumdederat locum, ubi absconderat se Regius Propheta qui infallibiliter captus fuisset, nisi nunciatum fuisset Sauli Philistæos devastare civitates: quare coactus regredi salvus factus est David oratione sua ad Dominum.

Hic tria facit David 1. Conatur abducere homines ex vanis suis cogitationibus. 2. prædicat laudes Christi.

3. Homines incitat ad pœnitentiam. Unde incipit. *Cum invocarem exaudivit me Deus*: id est cum persequeretur me Saul oraui ad Dominum & liberavit me, videte quam vanæ sunt cogitationes hominum evanuerunt in ictu oculi quando Dominus adjuvat nos.

Filij hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium, id est quare non sequimini vestigia Domini, scitis veritatem, & quæritis mendacium, pulsat, & docet Christus induratum cor est

peccatorum, nolunt intelligere ut male agant, *Scitote quoniam magnificavit Dominus sanctum suum*; ideſt Chriſtum. *Sacrificate Sacrificium Iuſtitiæ*, ideſt facite fructus dignos pœnitentiæ, qui fiunt per ſubmiſſionem ad voluntatem Dei, per immolationem proprij corporis, & per rerum corporalium averſionem.

EXPLICATIO V. Pſal.

Verba mea auribus percipe Domine.

CUm nullus ſit fere pſalmus qui aliquem non habeat ſenſum litteralem, fere omnes fundantur in aliqua hiſtoria, iſte fundatur in hiſtoria ſacra, quæ videns ancillam de qua natus fuerat filius ex Abraham marito ſuo, timebat ne Heros fieret, procuravit, ut nato ſibi filio ejiceretur ancilla cum filio ſuo, ut ſuccederet filius libere. Ex quo ſumpſit occaſionem David Pſalmum iſtum dividendi in tres partes; in prima petit hæreditatem continua oratione ſicut ſara, *Verba mea auribus percipe Domine, intende orationi meæ, intellige clamorem meum.*

In ſecunda parte petit auxilium gratiæ ad vincendos ſuos inimicos dum dicit. *Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies orationem meam.*

In 3. Parte oſtendit bonos gloriari, & malos cruciari per iſta verba. *Secundum multitudinem Impietatum expelle eos, & gloriabuntur. In te omnes qui diligunt nomen tuum*, vide quomodo optime quadrant iſta verba cum petitione ſaræ.

EXPLICATIO VI. Pſal.

Domine ne in furore tuo arguas me, ibi ſunt partes confeſſionis.

ISte Pſalmus eſt primus inter 7. qui vocantur pœnitentiales, quos compoſuit David dolore tactus intrinſecus: propterea hic tres partes adducit veræ pœnitentiæ. Quarum 1. Eſt dolor de peccatis. 2. confeſſio, ſeu accuſatio peccatorum, 3. ſatisfactio pro peccatis. 1. Timet dum dicit; *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me* 2. Docet de peccatis dum ait, *Miſerere mei Deus, quoniam infirmus ſum*, dat cauſam ut exaudiatur.

2. Fatetur peccatum ſuum dum dicit. *Convertere Domine & eripe animam meam, ſalvum me fac propter miſericordiam tuam*, ideſt parce Domine peccatum quod coram te feci.

3. Eſt ſatiſfactio dum dixit. *Laboravi*

Laboravi in gemitu meo lavabo per singulos Dies lectum meum, turbatus est à furore oculus meus.

EXPLICATIO VII. Psal.

Domine Deus meus in te speravi salvum me fac &c.

ISte Psalmus qui incarnationem, passionem, resurrectionem, & Ascensionem Christi præfigurat: totus fundatur in historia litterali.

Nam cum fugeret David à facie Absalon, petijt Absalon Consilium, quid esset agendum, ut caperetur pater suus David, Architofer voluit, ut congregarentur.

12. Millia hominum, qui circumdarent David antequam fugeret in arcem Chusivaro dicit, quod melius erat si David fugeret in arcem, quia inde non posset aufugere, & facile caperetur, placuit istud consilium Absalon, prætcrea præ tristitia laqueo se suspendit Architofer, & Chusi monuit inoculto David, ut fugeret; ut fecit.

1. Igitur tractat de Incarnatione Christi dum ait *Domine Deus meus in te speravi salvum me fac ne quando rapiat ut leo animam meam dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat*, ideft nisi salves genus humanum nemo est qui possit liberare illud à potestate diaboli.

2. Agit de passione Christi dum ait. *Domine, si feci istud si est iniquitas in manibus meis.* Id est si omnium peccata sustineo, licet Innocens libenter mortem subibo ut genus humanum redimatur.

3. Agit de Resurrectione Christi dum dicit. *Exurge Domine exurge in finibus inimicorum meorum*; ideft victoriam de inimicis reportavi, tempus est ut resurgam.

4. Agit de misterio Ascensionis Christi his verbis. *Propter hanc in altum regredere, Dominus Iudicat populos.* Id est vicisti oportet, ut unde venisti revertaris totus de inimicis oneratus spoliis.

5. Agit de ultimo judice dicens, *Iudica me Domine secundum justitiã meam & secundũ Innocentiam meam super me*, ultimo ostendit quomodo exercet misericordiam suam erga Bonos & judicium in malos puniendos.

EXPLICATIO VIII. Psal.

Domine Dominus noster quam admirabile nomen tuum.

HIc David videns elevationem suam per dignitatem regiam sumit occasionem mag-

nificandi Deum in operibus suis. 1 Loquitur de victorijs Christi, 1. Quoad divinitatem. 2. Quoad humanitatem.

Incipit ab admirabile nomine suo quo mirabilia patravit dicens. *Quam admirabile est nomen tuum in universa terra.* Idest per illud convertisti gentes, perduxisti peccatores ad pœnitentiam, vicisti diabolum.

2. Magnificat gloriam suam dicens. *Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos Deus*, & finit gloriam nominis sui, dicens. *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem*, idest infantes Innocentes sanguine suo perfecerunt laudes nominis sui sicut & martyres.

3. Magnificat humanitatem loquendo de privilegijs suis dicens. *Quid est homo quod memor est ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum, minuisti eum Paulo minus ab Angelis gloria & honore coronasti eum; omnia subjecisti sub pedibus ejus*, idest voluisti uniri humanitati & extollere eam super Angelos quando semen abrahæ accepisti & Angelos dereliquisti; ô inefabilis bonitas Dei.

EXPLICATIO IX. Psal.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Mortuis Saul & Absalon narrat David mirabilia Dei in favorem sui, & prophetico sermone narrat mirabiles Christi victorias quas reportavit de Dæmone quem expulit ex corporibus obsessorum: conversiones infidelium, & punitionem Judæorum, sicut peccatorum ad pœnitentiam revocationem.

Igitur tractat 1. De victorijs Christi quas reportavit sua prædicatione martyrum tolerantia humilium custodia prostrata superbia persequentium summa Dei justitia. Ultimo agit de Antichristi adventu de quibus omnibus agit ut probet contra hæreticos omnia non fieri à casu.

EXPLICATIO X. Psal.

In Domino confido quomodo, dicitis animæ meæ.

In isto Psalmo loquitur David contra hæreticos qui volunt, quod vere Ecclesia sit apud ipsos: unde dividit in duas partes. In prima agit de

bonorum & malorum meritis. In 2. agit de illorum præmijs & supplicijs aliorum:

Dicit 1. *In Domino confido*, quia confidere in Domino fit per virtutes justorum, sic agit de meritis bonorum, addit. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum paraverunt sagittas suas in pharetra*, idest per sua demerita. Et malas actiones, sive machinationes & astucias venenatas, postea dicit. *Dominus in templo Sancto suo Dominus in cælo sedes ejus*, id est explicat merita justorum quia omne bonum de-cursum est procedens à parte luminum pluet super peccatores laqueos, denotat suplicia diaboli & impiorum.

EXPLICATIO XI. Psal.

Salvum me fac Domine quoniam defecit sanctus.

Iste Psalmus totus fundatur in historia, & sensu litterali; nam David illum composuit liberatus à persecutione Saul in civitate ceilæ, ubi apparet perfidia hominum'; legitur enim primo Regum, quod David fugiens à facie Saulis evenit quod Philistei oppugnarent civitatem Saulis nomine Ceila, quod audiens David pietate motus descendit cum suis, ut impugnaret philisteos, & sic liberavit obsessam civitatem, sed viri ceilitæ nuntiaverunt Sauli quod David esset. In illa civitate, tunc Saul movit exercitum, ut caperet David qui rogavit prophetam abjatam, ut peteret à Domino, utrum caperetur, uel non qui respondit quod si remaneret in civitate infallibiliter caperetur aufugit igitur David: quare dividit suum psalmum in tres partes.

In 1. Parte tria facit. 2. postulat à malis liberari, quia videt quod fere omnis defecit sanctus 2. Ostendit omnia esse plena periculis: propterea petit non ruinã peccatorũ, sed scelerum.

In 2. Parte tractat quomodo propter miseriam inopum & gemitum pauperum liberat Christus populum suum:

In 3. Parte narrat quomodo Deus adjuvit ipsum per diversas consolationes, dum ait. *Eloquia Domini eloquia Casta*, id est suavia, tandem concludit quomodo diabolus circuit quẽ devoret his verbis. *In circuitu Impij ambulant.*

EXPLICATIO XII. Psal.

Usquequo Domine oblivisceris me in finem.

In isto Psalmo David loquitur de ruina totali Judæo-

rum 1. De ruina post mortem ipsius David 1. Regnum babilonicum captivavit populum Israel, templum destruxit, & civitatem Jerusalem. 2. regnum assiriorum quod tempore Oseæ Prophætæ captivum fecit populum. 3. fuit regnum Græcorum per quod fuit posita abominatio in templo, populus occisus, & compulsus ad Idolatriam, ab istis liberavit Deus. 4. fuit regnum Romanorum quod cæpit Jerusalem, destruxit templum, & captivum duxit totum populum, igitur ab illis omnibus petit David liberari populum suum propterea ait.

Usquequo Domine oblivisceris me in finem usquequo avertis faciem tuam a me quia videt quod ultima persecutio durabit usque in finem mundi, sic prosequitur lamentari.

EXPLICATIO XIII. Psal.

Dixit insipiens in corde suo.

IN isto Psalmo David (si litteraliter loquamur) agit de insipientia Nabucodonosoris, si moraliter loquamur agit de stultitia & malitia Judæorum qui negarunt Christum esse Deum, licet viderint tot prodigia, & miracula facientem, & impletam Isaïæ Prophetiam; propterea incipit.

Dixit insipiens in corde suo non est Deus: unde facti sunt corrupti, & abominabiles in studijs suis, non est qui faciat bonum non est usque ad unum, sic prosequitur malitiam Judæorum.

EXPLICATIO XIV. Psal.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

HIc tractat David de virtutibus quæ necessariæ sunt ut consequamur beatitudinem 1. De Justitia 2. de veracitate in verbis 3. de charitate erga proximum, tandem de vitijs oppositis ut averteret Judæos ab illis.

EXPLICATIO XV. Psal.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te.

IN isto Psalmo continetur tota vita, mors; & resurrectio, & Ascensio Christi. 1. agitur de oratione Christi in horto, ubi ostendit conditiones veræ orationis; nam perfecta oratio debet fundari in tribus virtutibus Theologalibus charitate, fide, & spe propterea incipit per ista verba:

Conserva me Domine, id est

per gratiam & charitatem 2. ait. *Quoniam speravi in te* 3. *Domine Deus meus es tu*, id est Credo, quod Deus meus est qui potens est.

2. Agit de prædicatione Christi dum ait *Mirificavi voluntates meas in eis, multiplicatæ sunt infirmitates eorum*, idest idolatria, sed postea acceleraverunt, id est conversi sunt.

3. Agit de electione prædestinatorum 2. dicit. *Non Congregabo conventicula eorum de sanguinibus*, idest non congregabo eos per sanguinem hircorum aut taurorum, sed per proprium sanguinem.

4. Agit de Passione ejus per ista verba. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei*, & addit. *Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Ubi loquitur de effectu passionis scilicet glorificatione;

5. Agit de Resurrectione Christi dicens. *Quoniam non derelinquet animam meam in inferno nec dabit sanctum suum videre corruptionem.*

6 Loquitur de Ascensione dicens. *Notas Mihi fecisti vias tuas, adimplebis me lititia & exultatione delectatione in dextera tua usque in finem*, idest sedere me fecisti ad dexteram tuam.

EXPLICATIO XVI. Psal.

Exaudi Domine justitiam meam

HIc David loquitur de oratione sua, ut liberetur de inimicis suis, sicut Christus de Judæis; unde narrat quas conditiones debeat habere ut sit efficax.

2. Debet esse justa. Unde ait. *Exaudi Domine justitiam meam*, id est vide quam justa sit petitio mea. 2. debet esse simplex: unde ait. *Auribus percipe orationem meam non in verbis dolosis.* 3 debet esse conformis voluntati Dei dicens. *De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem.* 4. debet esse pura innocens; unde ait. *Igne me examinasti, non est in me iniquitas.*

EXPLICATIO XVII. Psal.

Diligam te Domine fortitudo mea:

SI loquamur litteraliter; iste Psalmus tractat de beneficijs, quæ recepit David à Domino: si vero mistice, agit de orationibus sanctorum patrum ad obtinendam incarnationem Christi: unde ait.

Ascendit fumus in ira ejus, exaudivit de templo suo vocem meam; postea ponitur Incarnatio his verbis. *Inclinavit cælos & descendit*, & prosequitur narrare effe-

ctus incarnationis, ut liberationem à captivitate, & lætitiam.

EXPLICATIO XVII. Psal.

Diligam te Domine fortitudo mea.

IN isto Psalmo si litteraliter loquamur tractat David de his quæ passus est, & quomodo Deus liberavit eum; ubi multa dat documenta salutis animæ fideli.

Si loquamur moraliter & mustice agit de Christo; propterea incipit ab ejus erga nos amore, dicens. *Diligam te domine quia tu est fortitudo mea & refugium meum in tribulationibus.*

2. Ostendit quæ passus est Christus pro nobis circundederunt *me dolores mortis pericula inferni invenerunt me: sed in tribulatione mea invocavi Dominum. & exaudivit me.*

3. Ostendit quomodo perfidi Judæi puniti sunt dicens. *Commota est, contremuit terra, id est peccatores; quoniam iratus est eis.*

4. Ostendit quomodo Sancti Patres suis orationibus obtinuerunt Messiam, *Ascendit fumus in ista ejus carbones succensi sunt ab eo.* Idest Charitate; *Inclinavit cælos & descendit ascendit super Cherubim, & volavit.* Et videant æquitatem. Idest videant quomodo conformis est tuæ voluntati Domine.

5. Debet provenire à corde puro. Unde ait. *Igne me examinasti & non est inventa in me iniquitas.*

EXPLICATIO XVII. Psal.

Diligam te Domine fortitudo mea

In Isto Psalmo David secundum sensum litteralem loquens de se ipso gratias agit Deo de superatis suis inimicis ubi multa affert documenta salutaria; secundum verò sensum mysticum loquitur de Christo & de suis membris.

2. Ait. *Diligam te Domine fortitudo mea & Refugium meum in tribulationibus.* 2. Affert ea quæ passus est pro nobis dicens. *Circumdederunt me dolores mortis pericula inferni invenerunt me.*

3. Ostendit quantum efficax fuit oratio sua dicens. *In tribulatione mea invocavi Dominum & liberavit me.*

4. Quomodo perfidi Judæi puniti sunt dum ait. *Commota sunt contremuit terra quoniam iratus est eis.* per terram significantur Judæi & peccatores.

5. Narrat quomodo sancti Patres in lymbo obtinuerunt Christum suis orationibus dicens. *Ascendit fumus in ira. Ejus carbones succensi sunt ab eo*, charitate inclinavit Cœlos & descen-

dit, ascendit super Cherubim & volauit sua sciencia.

6. Narrat conversionem infidelium & gentilium prædicatione Apostolorum, dum ait. *Præ fulgore ejus nubes transierunt*. Ideſt errores tranſierunt, *intonuit de cœlo Dominus* Charitate Chriſti; *emiſit Spiritus ſagittas ſuas & diſſipavit eos*, ideſt linguis Apoſtolorum quæ ſunt ſagittæ: 7 gratias agit Deo ex tot victorijs reportatis ſuper inimicos ſuos narrando quæ fecit.

EXPLICATIO XVIII. Pſal.

Cœli enarrant Gloriam Dei.

IN iſto Pſalmo narrat mirabilia quæ facit Chriſtus & Apoſtoli, quare ait. *Cœli enarrant gloriam Dei & opera manuum ejus anuntiat firmamentum.*

2. Oſtendit quomodo in veteri teſtamento figurato per noctem, & in novo figurato per diem inveniuntur omnia quæ fecit Chriſtus dicens. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*: & quomodo Apoſtoli Evangelizaverunt Chriſtum per totum orbem dum ait. *In omnem terram exivit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum*.

3. Oſtendit adventum Chriſti in mundum dum ait. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de talamo ſuo. exivit ut Gigas ad Currendam viam à ſummo cælo, egreſſio ejus*; & ultimo narrat perfectiones evangelij dicens *deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum*.

EXPLICATIO XIX. Pſal.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis &c.

AD intelligentiam iſtius Pſalmi ſciendum eſt, quod cum Philiſtei moviſſent exercitum contra Iſrael, accurrit David cum ſuis qui tanto impetu invaſit exercitum inimicorum, ut ſine adjutorio Abizai filij Salviæ trucidatus fuiſſet; quare totus rogavit exercitus Iſraël ut deinceps remaneret in ſuo Palatio ne ipſo occiſo totus Iſraël periclitaretur, ſciens quod plus Juvare poſſet precibus, quam armis; unde David ſic Rogat pro exercitu dicens,

Exaudiat te Dominus in die tribulationis protegat te nomen dei Iacob.

EXPLICATIO XX. Pſal.

Domine in virtute tua lætabitur Rex &c.

IN iſto Pſalmo David deſcribit myſterium Incarnationis, Paſſionis, & Reſurrectionis Chriſti, & in fine narrat quo-

modo mali puniuntur pœna damni, & ſenſus quare dicit.

Domine in virtute tua, id eſt meritis Chriſti, quia verbum eſt virtus Patris; *lætabitur Rex & ſuper ſalutare tuum*, ideſt ſalvatione generis humani, *exaltabit vehementer*.

2. Affert merita Paſſionis Chriſti dicens. *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo* ideſt de paſſione quam vocat lapidem precioſum ſicut & apoſtolos.

3. Loquitur de gloria Chriſti dicens, *Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriam & magnum decorem impoſuiſti ſuper eum*. Ultimò loquitur de imperio Chriſti ſuper impios, dum ait. *De terra tua inveniet eos qui te oderunt*. Ibi per terram intelligit peccatores. *Vt Clybanum ignis in tempore vultus tui*. Ideſt in ultimo judicio, *Dominus in ira ſua conturbabit eos, & devorabit eos ignis*.

Si loquamur litteraliter dicemus quod David loquitur de ſe, de ſua gloria, dignitate, regia, & ruina inimicorum.

EXPLICATIO XXI. Pſal.

Deus Deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti &c.

IN iſto Pſalmo David deſcribit quæ paſſus eſt quantis anguſtijs oppreſſus eſt, ubi oſtendit quod vanæ ſunt cogitationes hominum ſi rebus terrenis adhæreant, & hoc ſecundum litteram.

Secundum ſenſum moralem & myſticum loquitur de Chriſto, quare in tantis anguſtijs petit à Deo patre auxilium & lamentatur, quare ait.

Deus Deus meus reſpice in me longe à ſalute mea verba delictorum meorum, tu autem in ſancto habitas, ideſt delicta generis humani opprimunt me, ſed tu Deus qui es in cœlis adjuvabis me. Dat rationem quando dicit. *In te ſperaverunt patres noſtri & liberaſti eos, ego autem ſum vermis non homo opprobrium hominum & abjectio plebis, omnes videntes me deriſerunt me*.

2. Ratio. *De ventre matris meæ Deus meus es tu ne diſceſſeris à me, quoniam tribulatio proxima eſt, & non eſt qui me adiuvet, circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me* (ideſt viri delicioſi) *operuerunt os ſuum ſuper me ſicut leo Rugiens ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, factum eſt cor meum ſicut cera liqueſcens &c.*

Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, ideſt hæreditatem meam, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem, ſed modo ait propheta. *Liberaſti me narrabo fratribus nomen tuum qui timetis Deum laudate Deum*, deinde

de narrat quæ acciderunt in Regno suo pacifico dicens. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum, reminiscentur & convertentur ad Dominum manducaverunt & saturati sunt.

EXPLICATIO XXII. Psal.

Dominus regit me & nihil mihi deerit.

IN Isto psalmo describitur locus amenissimus ad quem fugiens persecutionem Saulis fugit ex mandato prophetæ Gad. Sciendum est quod David fugiens à facie Saulis fugerat in cavernâ nomine Adolla ex qua exivit, ut maneret apud moabitas, sed quia moabitæ erant Idolatræ Jussit Propheta Gad ex mandato Dei, ut abiret in terram Juda dequa ait.

Dominus Regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit, sic prosequitur descriptionem illius loci.

EXPLICATIO XXIII. Psal.

Domini est terra & plenitudo eius.

DAvid voluit istum psalmum decantari diebus solemnioribus prævidens Salomonem filium suum ædificaturum templum, in quo psalmo ostendit quæ sint vere membra veræ Ecclesiæ; propterea ait, *Tollite portas principes vestras.* Id est principaliores super flumina præparavit eam, id est Ecclesiâ, postea ostendit quænam sint membra illius dicens. *Quis ascendet in montem Domini aut quis stabit in loco sancto ejus, Innocens manibus & mundo corde,*

EXPLICATIO XXIV. Psal.

Ad te Domine levavi animam meam.

DAvid hic describit bonitatem Dei erga ipsum liberatum à persecutione Saulis; secundum vero sensum mysticum loquitur de Ecclesia quam prævidit afflicturam, ut nos doceret quomodo patienter tolerandæ sunt persecutiones impiorum & quid in angustiis positi à Deo petendum sit, quare incipit.

Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam: id est fac Domine ut non peccem, sed confundantur iniqua à gentes supervacue, & hæc est explicatio Augustini pro quo, sciendum est quod quando erubescimus pecasse sanguis fugit exteriores, ut ita dicam abscondit, refugit ad cor, ut confortet illud, tunc homo pavescit quare dicit, quod qui male agunt erubescant, non vero pavescant, sic omnis Chri-

ſtianus ſe debet gerere quando peccavit.

Vias tuas Domine demonſtra mihi & ſemitas tuas edoce me dirige me in veritate tua & doce me quia tu es Deus Salvator meus. Hæc eſt petitio veri Chriſtiani.

2. *Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris ſecundum miſericordiam tuam memento mei, & propter bonitatem tuam Domine dulcis ac propter hoc dabit delinquentibus in via, diriget manſuetos in judicio, & docebit mites vias ſuas.* Hæc eſt ſecunda petitio.

Vniverſæ viæ Domini miſericordia, & veritas requirentibus teſtamentum, eius & teſtimonia eius propter nomen tuum propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timét Dominum legem ſtatuit ei in via quam elegit, anima eius in bonis demorabitur & ſemen eius hæreditabit terram, firmamentum eſt Dominus timentibus eum, & teſtamentum eius manifeſtetur illis.

Deinde narrat quæ petit ut obtineat liberari ab illis dicens. *Reſpice & miſerere mei, quia tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt, vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte univerſa delicta, mea, reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt,*

EXPLICATIO XXV. Pſal.

Iudica me Domine quoniam ego in Innocentia mea ingreſſus ſum.

DAvid in iſto Pſalmo petijt à Deo mortuo ſaule an pergeret in civitatem Juda, ſed Deus juſſit, ut iret in Ebron, ubi unctus eſt in regem à Samuele, tunc regnavit ſuper ſolam tribum juda, & Isboſet filius Saul ſuper reliquas, quare compoſuit hunc pſalmum in quo petit 1. conſervationem, & poſperitatem ſui regni. 2. abſolute, regnare ſuper omnes tribus Iſrael juxta promiſſiones Dei, quia multiplicitas, regum eſt deſtructio populorum quare ait.

Iudica me Deus quia in Innocentia mea ingreſſus ſum, proba me, & tenta me, vere renes meos, & cor meum, quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in veritate tua, non ſedi cum conſilio vanitatum & cum iniqua agentibus non introibo, odivi Eccleſiam malignantim, & cum impijs non ſedebo, lavabo inter Innocentes meas manus & circumdabo altare tuum Domine ut audiam vocem laudis ejus ut enarrent univerſa mirabilia tua, Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ &c. Loquitur ſicut ſi jam gratiam accepiſſet & narrat ea quæ facit ut recipiat.

EXPLICATIO XXVI. Psal.

Dominus illuminatio & salus mea.

PRo explicatione Istius psalmi sciendum est quod David tribus vicibus unctus est in Regem. Prima vice in Bethleem per Samuelem, dum adhuc esset in domo Patris sui, & per istam unctionem habuit jus in regnum Israel, licet non habuerit jus in re. 2. Vice in Ebron, & tunc vere regnavit super tribum Juda: Isboset vero regnauit super alias septem annis & sex mensibus, donec interficeretur Abecha, & banneya. 3. Vice in Ebron & tunc fuit Rex 12. tribuum: unde abijt in Ierusalem ubi mortuus est. Post duas primas unctiones fecit istum Psalmum qui est præparatio ad tertiam unctionem.

Sed ista omnia figurative exprimebant triplicem unctionem Christianorum. Prima fit in Baptismate & in alijs sacramentis. 2. fit quando anima sola glorificatur. 3. Quando anima, & corpus glorificabuntur tunc regnabimus in pace in die judici; igitur David in isto Psalmo vult ut post primam unctionem Christianus non torpeat, sed se præparet diligenter ad alias duas, quare incipit, *Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo Dominus vitæ meæ à quo trepidabo si consistant adversum me castra non timebit cor meum, si exurgat in me prælium in hoc ego sperabo.* Id est quando Deus elevat aliquem ad dignitatem, si fideliter se gerat conservabitur ab illo postea se præparat ad alias unctiones dicens,

Vnam petij à Domino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam voluptatem Domini, & visitem templum eius, quoniam abscondit me in Tabernaculo suo in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui in petra exaltavit caput meum super inimicos meos. Id est merita Christi qui est petra angularis exaltabit me.

Circumivi, & immolavi Hostiam vociferationis. Idest altare sanctissimi sacramenti. *Cantabo & Psalmum dicam Domino.* Ultimo petit à Deo exaudiri, & quod non derelinquat eum in hora mortis, quia post mortem suam Pater, & Mater derelinquent eum; unde ait, *ne avertas faciem tuam à me, ne derelinquas me quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, ne tradideris me in animas tribulantium, testes iniqui & mentitas est iniquitas sibi, quia credo videre bona Domini in terra viventium.*

EXPLICATIO XXVII. Psal.

Ad te Domine clamabo Deus Deus meus ne sileas à me.

DAvid à filio suo Absalon undequaque afflictus reliquit Ierusalem, ut fugeret ad proclive montis cum Prophetis suis nudis pedibus, de cooperto capite gemensi tunc Abjatar ascendit ad summitatem montis, ut consuleret Deum à quo nullum audivit Responsum; quare putans David Deum adhuc sibi iratum propter adulterium, & homicidium suum jussit asportari arcam fœderis in locum suum pristinum se indignum reputans tanti beneficij; postea ipse ascendit ad summitatem montis ex qua faciliter posset intueri & Ierusalem, & tabernaculum ad quod versa facie rogavit Deum, tunc cognoscens filij sui perditionem, & reditum in Ierusalem composuit istum psalmum ut peteret à Deo suam libertatem: ista oratio significat orationem Christi in monte Oliveti pro quo sciendum est quod Christus multoties ad Deum Patrem clamavit. 1. In campo nutriendo turbas. 2. In templo prædicando populis, 3. In Calvario resurgendo mortuos. 4. In corde inferius docendo. 5. In Cruce moriendo & invocando patrem David clamavit petendo liberari à persecutione filij sui. Quare ait,

Ad te Domine clamabo Deus Deus ne sileas, me nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, ne simul tradas me cum peccatoribus.

EXPLICATIO XXVIII. Psal.

Afferte Domino filij Dei afferte Domino &c.

IN isto Psalmo perfectissime inveniuntur omnia septem sacramenta novæ legis explicata pro quo sciendum est, quod cum arca fæderis capta esset à Philisteis in campo Hebreorum, & duobus filijs Heli occisis tulerunt eam in ozoto prope idolum Dagon quod tribus vicibus cecidit in terram ab ipso capite & præcisis manibus, tunc iratus est Dominus contra, Ozotios, & afflixit eos dissenteria; ita ut intestina affluerent imo ubicumque arca transibat simili plaga puniebantur populi: quare remiserunt arcam in Ierusalem cum quinque muribus aureis juxta numerum provinciarum tunc arca remansit in domo Abinadad quam Benedixit Deus, sed post mortem

Saulis, & filij sui Isboset conduxit David arcam in Ierusalem cui ædificavit tabernaculum in propria domo pro qua immolavit Victimas, tunc composuit hunc psalmum. Si loquamur mistice dicemus quod sic. David ostendit dona Spiritus Sancti, quibus Ecclesia illustratur; scilicet septem sacramenta quibus immolamus Deo ut videbimus in explicatione istius Psalmi.

1. Sacramentum Baptismi figuratur his verbis. *Vox Domini super aquas multas Deus majestatis intenuit vox Domini super aquas multas*, quia quando baptisatus est Christus vox patris audita est quæ dedit aquis virtutem regenerativam; propterea dicit vox Domini super aquas multas.

Sacramentum confirmationis Innotescit per ista verba. *Vox Domini in virtute* id est in excellentia, quia sunt tantum Episcopi qui possunt conferre hoc Sacramentum quod habet tres effectus. 1. Auget gratiam Sacramenti baptismi. 2. fortificat ad pugnandum contra visibiles & invisibiles inimicos salutis. 3. parit audaciam ad confitendum nomen Domini Iesu Christi.

Sacramentum pœnitentiæ apparet per ista verba *Confringentis cedros libani.* Per cedros intelligitur superbus peccator qui confringitur] per humilitatem quam parit istud Sacramentum. Sacramentum Extremæ unctionionis explicatur per ista verba. *Comminuet eos tanquam vitulum libani*, quia istud Sacramentum comminuit peccata venialia, tanquam vitulum libani qui nutriebatur in libano pro sacrificio & immolatione, unde sciendum est quod istud Sacramentum habet octo effectus. 1. delet peccata venialia. 2. diminuit pœnam debitam pro peccatis venialibus, & mortalibus. 3. Auget gratiam acceptam in confessione. 4. auget gloriam. 5. confortat animam in hora mortis contra diabolum. 6. diminuit potestatem dæmonis ut debilitet ejus vires. 7. sanat infirmitates corporales. 8. facit ut homo moriatur ut verus Ecclesiæ filius per protestationem fidei quam exigit ab eo Sacerdos.

Sacramentum Matrimonij his verbis explicatur. *Vox Domini intercidentis flammam, ignis*, idest extinguentis ardorem concupiscentiæ, quia istud Sacramentum fuit institutum ad procreandum filios & moderandum fomitem concupiscentiæ; quare addit. *Vox Domini concutientis desertum*, idest peccatum luxuriæ figuratum per desertum.

Sacramentum ordinis explicant ista verba. *Vox Domini praeparatis cedros*, ideſt Epiſcopos propter mitram, & revelabit condenſa, ideſt ignorantias diſſipabit, quia Sacerdotes debent eſſe docti: *& in templo eius omnes dicant gloriam*, quia pertinet ad Sacerdotes ratio ad officij cantare laudes Dei. Sacramentum Euchariſtiæ apparet per iſta verba. *Dominus diluvium habitare facit inhabitare* Propter abundantiam gratiarum quod continet iſtud Sacramentum dicitur. *Dominus Rex in æternum*, quia Chriſtus ſemper manet in hoc Sacramento.

EXPLICATIO XXIX. Pſal.

Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me.

OCcaſio iſtius pſalmi eſt ædificatio templi à Solomone futura quam ipſe propter adulterium & homicidium tantum incohavit, ſed non fecit. compoſuit igitur iſtum pſalmum ut cantaretur in die dedicationis templi in quo duo facit. 1. Gratias,agit Deo laudando ex eo quod pepercerit ipſi ſuum peccatum. 2. Invitat omnes ut ſimilia agant: unde incipit.

Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me,clamavi ad te & ſanaſti me.

2. Invitat ſanctos ad laudandum Deum, dum ait. *Pſallite Domino omnes ſancti eius, & confitemini Domino memoriæ ſanctitatis eius, quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius*, id eſt ſanat quos vult.

Ad veſperum demorabitur fletus, id eſt per peccatum Adæ remanet fletus, *Et ad Matutinum lætitia*, id eſt per reſurrectionem Chriſti figuratā per matutinum. *Tunc dixi in abundantia mea non movebor in æternum.*

Poſtea loquitur de proprietatibus reſurrectionis dicens. *Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem, numquid confitebitur tibi pulvis*, id eſt ſi non reſurgat, Deus ad quid ejus paſſio, unde addit. *Convertiſti planctum meum in gaudium mihi conciſdiſti ſuccum meum*, id eſt mortalitatem, *& circumdediſti me lætitia.*

EXPLICATIO XXX. Pſal.

In te Domine ſperavi non confundar &c.

HIc David in humanitate Saulis oppreſſus affert rationes: quare petit à Deo ſuam liberationem 1. dicit.

In te Domine ſperavi non confun-

dat in æternum inclina ad me aurem tuam & accelera, ut eruas me, esto mihi in Deum protectorem, quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu, propter nomen tuum educes me & enutries me. Prima ergo ratio petitur à sua confidentia in Deum.

2. A potestate Dei, & ab efficacia nominis sui.

3. Ratio sumitur à qualitate Redemptoris; unde ait. *In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me odisti omnes observantes vanitates ego autem in Domino speravi, & sic liberabis. Me.*

4. Ratio sumitur à malis, & gravi persecutione quam patitur; unde ait. *Miserere mei quoniam tribulor defecit in dolore vita mea & anni in gemitibus infirmata est virtus mea.*

EXPLICATIO XXXI. Psal.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates.

SCiens David per revelationem quod Deus pepercisset ipsi sua peccata jam certior factus composuit istum psalmum in quo veræ confessionis partes explicans incipit à remissione peccatorum dicens.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata & dat rationem quare antea non erant remissa dicens. *Quoniam tacui inveteraverunt ossa mea dum clamarem tota die, quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua.* Id est tacui quæ debebam populare, & dixi quod debebam tacere, sed quia per confessionem quæ est.

2. Pars. *Delictum meum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi, tu remisisti impietatem peccati mei.* Sequitur satisfactio dicens. *Pro hac orabit in tempore oportuno verumtamen in diluvio aquarum multarum*: Id est divitiarum. *Ad Deum non approximabunt*, sed per eleemosinas.

EXPLICATIO XXXII. Psal

Exultate justi in Domino rectos decet collaudatio.

DAvid composuit istum Psalmum decantandum à levitis in templo in quo duo narrat. 1. motiva laudandi Deum 2. mercedem pro laudantibus à Deo promissam.

1. Motivum est quia *rectum est verbum Domini & omnia opera eius in fide*: unde ait. *Exultate justi in Domino rectos decet collaudatio, confitemini Domino in Cithara, in psalterio decem cordarum, propter præcepta decalogi.*

2. Motivum est, *verbo Domini cæli firmati sunt spiritus oris eius omnis virtus eorum, congregans sicut in utre aquas maris, ponens in*

thesauris Abissos, ipse dicit & facta sunt ipse mandavit & creata sunt, Dominus dissipat consilia gentium: reprobat cogitationes populorum & referebat consilia principum, consilium autem Domini in æternum manet.

3. Motivum est, *Beata gens cujus est Dominus Deus eius populus quem elegit in hæreditatem sibi, de cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum, non salvatur Rex per multam virtutem & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.*

Postea affert mercedem dum ait. *Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant in misericordia eius, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.*

EXPLICATIO XXXIII. Psal.

Benedicam Dominum in omni tempore.

ISte Psalmus toties est in gratiarum actionibus propter summum quod recepit David à Deo beneficium; nam David fugiens persecutionem saulis ivit ad regem Achis incognitus, sed ab aliquibus recognitus finxit se fatuum coram rege apud quem ductus fuerat & à quo tanquam fatuus dimissus est; propterea in gratiarum actionem composuit hunc psalmum. *Benedicam Dominum in omni tempore.*

EXPLICATIO XXXIV. Psal.

Iudica Domine nocentes me.

IN isto Psalmo sicut in sequenti David describit crudelitatem saulis: moraliter vero crudelitatem Judæorum erga Christum: quare rogat Deum, ut pugnet pro se dum ait. *Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.*

2. Affert omnes dolores malitias & crudelitatem inimicorum suorum quæ passus est, dicens, mea ossa dicent quis similis tibi surgentes iniqui retribuebant mihi mala pro bonis.

EXPLICATIO XXXV. Psal.

Dixit injustus ut delinquat in semet ipso &c.

DUo hic facit propheta. 1. Narrat malitiam & impietatem saulis, qui jusserat Jonatæ, ut occideret David qui ostendit sauli non esse licitum occidere Innocentem & me meritum de regno, cui Saul juravit se parcere David, cui nuntians Jonathas persuasit, ut veniret apud Regem, sed Impius Rex juramenti oblitus voluit lancea perfodere David, sed inutiliter, propterea incipit suum psalmum dicens; *dixit iniustus ut delinquat in semetipso non est timor Dei*

Dei ante oculos ejus.

2. Loquitur de misericordia dei erga se dicens. *Domine in cœlo misericordia tua & veritas tua usque ad nubes justitiæ tuæ sicut montes dei, Iudicia tua Abissus multa &c.*

EXPLICATIO XXXVI. Psal.

Noli æmulari in malignantibus

SUo describitur apparens prosperitas malorum & adversitas bonorum, ut confundat hæreticos, qui dicunt nullam curam Deum habere rerum sublunarium, & melius esse sociari malis quam bonis. David probat unico argumento fugiendam esse prosperitatem, & adversitatem amplectendam. Sic nullus debet amplecti quod cito transit, & quod pessimum secum trahit exitum, sed prosperitas, sic est; ergo adversitas vero bonorum optimum habet exitum quod probat dicens.

Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem, quoniam tanquam fænum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident, noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, & in homine faciente injustitias, quoniam qui Malignantur, exterminabuntur, adhuc pusillam & non erit peccator, & quæres locum ejus, & non invenies, Dominus autem irridebit eos, quoniam prospicit quod veniet dies eius. gladium evaginaverunt peccatores intenderunt arcum suum ut decipiant pauperem, & inopem, ut trucidant rectos corde, gladius eorum intret in corda eorum, & arcus eorum confringatur. Brachia peccatorum conterentur; inimici Domini ut exaltati fuerint deficientes, quemadmodum fumus deficient; injusti punientur, & semen eorum peribit; vidi impium super exaltatum sicut cedros libani, transiit, & ecce non erat, & inventus locus eius, sed justi aliter se habent; unde ait. *Spera in Deo & fac bonitatem. inhabita terram & pasceris divitijs ejus, delectare in Domino, & dabit tibi petiones cordis tui &c.*

EXPLICATIO XXXVII. Psal.

Domine ne in furore tuo arguas me.

IN isto psalmo David describit infelicem statum peccatoris. 2. Quomodo quando pœnitet remittuntur ei omnia peccata tua. 3. Quam terribile sit incidere in manus Dei, & argui à Deo irato: unde ait. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax oßibus meis à facie peccatorum meorum.*

EXPLICATIO XXXVIII. Psal.

Dixi custodiam vias meas ut non delinquam.

COmposuit David istum psalmum ut decantaretur ab Idethon magistro cantorum in quo vult instruere nos à spretis rebus mundanis ad cælestia elevari. Unde 1. docet nos nunquam deficere in linqua. 2. petit à Deo ut cognoscat ultimum diem vitæ suæ, ut ostendat quã vani sunt homines qui tam brevi vitæ adhærentes divitias quærunt, palatia ædificant, ultimo videns finem vitæ suæ petit à Deo liberari à malis animæ, & corporis unde.

Sciendum est quod David instituit 28. cantores ad decantandas laudes Dei in templo quos divisit in tres choros. Azar erat magister, & caput 1. Chori Emen 2. Et Idethon 3. & hoc fecit postquam liberatus est à persecutione Absalon, & dum fugerat, Semet increpavit eum dicens. *Ascende vir homicida.* Cui David pepercit, & impedivit, ne occideretur à suis dicens, sinite Deus permisit, ut maledicat mihi, sic incipit. *Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in linqua mea posui ori meo custodiam cum consisteret peccator adversum me obmutui & silvi à bonis & dolor meus renovatus est, conculcavit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis,* idest quando vidi offensam Dei, ignis charitatis meæ angustiavit me, deinde petit à Deo quantum remaneant adhuc dies vitæ suæ dicens. *Locutus sum in lingua mea notam fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi;* postea ostendit vanitatem hominum dicens.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos & substantia mea tanquam nihilum ante te: veruntamen universa vanitas omnis homo vivens. In imagine pertransit homo, thezaurizat & ignorat cui congregat ea.

EXPLICATIO XXXIX. Psal

Expectans expectavi Dominum.

IN isto psalmo explicantur misterium incarnationis, prędicatio Evangelij, conversio gentilium, & miracula Christi. Quare incipit.

Expectans expectavi Dominum & intendit mihi & exaudivit preces meas, eduxit me de lacu Miseriæ, & de luto fæcis. Id est per Incarnationem. *Statuit supra petram;* id est Christum *pedes meos, & direxit Gressus meos & immisit in eos canticum novum carnem Deo nostro.* Post Incarnationem loquitur

Christus dicens. *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi ecce venio, in capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam.*

3. Sequitur prædicatio Evangelij dicens. *Anuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine, scisti justitiã tuam, nõ abscondi in corde meo veritatem, & salutare tuum dixi;* ultimo loquitur de persecutionibus quas passa est Ecclesia in Sanctis Apostolis &c.

EXPLICATIO XL. Psal.

Beatus vir qui intelligit super egenum &c.

ISte Psalmus continet Atham, & Abiron, pro quo, sciendum est, quod cum Atham, & Abiron incensassent coram Domino usurpando authoritatem Aron absorti sunt, & Core cum 250. personis, & familiis suis igne consumpti sunt, sed filij core elevati sũt à David, ut servirent in templo, quia noluerant adhærere patri suo in malitia sua quare ex hoc sumpsit David occasionem describendi quæ passus est ab inimicis suis: unde incipit.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem in die mala liberabit eum Dominus: Dominus conservet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, idest petit liberari quia sperat in Domino, sic prosequitur describere quæ passus est.

EXPLICATIO XLI. Psal.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontem aquarum.

IN isto Psalmo David describit quomodo anxiatur anima fidelis desiderans videre Deum, quæ modo patitur, modo timet, ne amitat gratiam, modo pro statu amissæ gratiæ unde ait.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus sitivit anima mea ad te Deum fontem vivum quando veniam, & apparebo ante faciem Dei, sic in toto psalmo nihil apparet nisi continua aspiratio, & desiderium videndi Deum animæ amore succensæ.

EXPLICATIO XLII. Psal.

Iudica me Deus & discerne causam meam.

SEcundum sensum litteralem David hic loquitur de captivitate babilonica tempore re-

gis Joachim de qua orat liberari.

Secundum sensum Moralem loquitur de captivitate animæ peccatricis, & generis humani à demone, &. Secundum litteram loquitur de se ipso fugitivo quare ait.

Iudica me Domine & discerne causam meam de gente non sancta & ab homine iniquo erue me, id est vide quomodo injuste oprimor ab inimicis meis; *eripe me quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare affligit me inimicus* id est peto quare affligit me inimicus, sis fortitudo mea, qui potes me liberare, & tunc *Confitebor tibi in cithara Deus meus*: id est. *Si emitas lucem tuam, & veritatem tuam.*

Postea animat se; dum dicit. *Quare tristis es anima mea, spera in Deo, quoniam confitebor illi.*

EXPLICATIO XLIII. Psal.

Deus auribus nostris audivimus.

IN isto Psalmo David affert defferentiam quæ est inter vetus, & novum Testamentum; scilicet quod in veteri testamento Deus promisit bona temporalia, in novo vero æterna pro quibus vult ut patiamur continuas tribulationes, sicut caput nostrũ Jesus Christus, unde ait *Deus auribus nostris audivimus patres nostri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, manus tua Domine gentes disperdidit, & plantasti eos, afflixisti populos, & expulisti eos* & ubi explicat quomodo Deus destruxit inimicos Israel, ut possiderent terram, modo Deus afflixit populum suum propter peccata sua dicens.

Nunc autem repulisti nos & confudisti nos, avertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos sibi deripiebant, dedisti nos tanquam oves escarum, & in gentibus dispersisti nos, posuisti nos oprobrium vicinis nostris &c.

Quare ergo ostendit quomodo Deus videt omnia & punit graviter peccata, ut nos avertat ab iniquitatibus nostris; dicens. *Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deum alienum, nonne Deus requiret ea, ipse enim novit abscondita cordis.*

Ultimo petit misericordiam, dicens, *Exurge Domine ne repellas in finem, quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, conglunatus est in terra venter noster.*

EXPLICATIO XLIV. Psal.

Eructavit cor meum verbum bonum.

SEcundum litteram; iste psalmus significat epitalamium

regis Assueri cum Ester, vel Salomonis cum filia Pharaonis, vel David cum Belzabea de qua multi sancti prodierunt, ut Ezechias, Josias, &c. de quo Propheta regius lætatur. Secundum sensum mysticum significat unionem verbi cum humanitate, vel Christi cum Ecclesia de qua affert proprietates pro quibus, primo exigit attentionem lectoris dicens.

Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Id est loquor de mirabilibus quæ operatus est Rex regum. *Lingua mea calamus scribere velociter scribentis.* Id est loquor per virtutem Spiritus Sancti.

1. Proprietas illius Epitalamij est santitas, & plenitudo gratiæ: unde ait. *Speciosus forma præ filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.*

2. Est potestas. *Accingere gladio super femur tuum potentissime, specie tua & pulchritudine tua intende, prospere, procede, & regna, propter mansuetudinem, & justitiam deducit se mirabiliter dextera tua,* id est super humanitatem tuam ostende potentiam tuam.

3 Est convertio gentium. *Sagittæ tuæ acutæ sub te cadent in corda inimicorum regis.* Sagittæ id est verba tua, *virga directionis virga regni tui.* idest regnum tuum est plenum dulcedine.

4. Est plenitudo virtutum. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus oleo lætitiæ, myrra, & gutta, & cassia in vestimentis tuis,* id est humanitas tua habet pro ornamento mortificationem, humilitatem, fidem figurâ per tres illos fructus.

1. Describit proprietates suæ sponsæ Ecclesiæ, quarum, prima est. Fides unde ait. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiat rex speciem tuam.* Id est obliviscere gentiles & idola, & Deus erit Deus tuus.

2. Est fæcunditas. *Filii tiri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis,* id est magi & sapientes mundi erunt filij tui.

3. Est puritas conscientiæ. *Omnis gloria eius filij regis abintus in fimbreis aureis,* id est gloria tua veniet à puritate conscientiæ ab intus, & charitate ad extra.

Ultimo loquitur de Reginis & Regibus sanctis quos habuit. *Adducentur regi virgines post eam, afferentur in templum regis, pro patribus tuis nati sunt filij, constitues eos principes super omnem terram memorei erunt nominis tui.*

EXPLICATIO XLV. Psal.

Deus noster refugium, & virtus.

SEcundum sensum historicum hic loquitur David quomodo filij Core miraculose liberati sunt; nam cum Core, Dathan, & Abron omnes principes voluissent usurpare officium Aaron Sacerdotis, Moyses dixit eis. *Venite cras mane cum 350. turiabilis juxta numorum vestrorum separet populus se ab Athan, Core, & Abron*, & statim aperta terra absorpti sunt omnes cum suis & familiis, exceptis filiis Core, qui in medio apertuæ remansi sunt suspensi, quia noluerant adhærere impietati patris sui, & cooperta apertura salvati sunt propter tantum miraculum David composuit ipsum psalmum.

Secundum sensum mysticum loquitur de beneficio incarnationis quo genus humanum salvatum est, unde ait.

Deus noster refugium, & virtus, adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis, propterea non timebimus dum turbabitur terra, quod accidit in morte Christi; nam tunc templum pacis Romæ cecidit de quo dixerunt Idola quod persisteret usquequo vir- virgo parturiret, quod impossibile putarunt Romani. *Transferuntur montes in cor maris* id est apostoli, *Invenient, & turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius*; id est turbabunt potentes mundi.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Id est nona lex lætificabit Ecclesiam. *Santificabit tabernaculum suum altissimus*, id est Christus Sanguine suo; *Deus in medio eius non commovebitur*, id est semper nobiscum erit in sacramento Eucharistiæ.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, id est convertentur; *dedit vocem suam, mota est terra* per prædicationem. *Venite & videte opera Domini quæ posuit prodigia super terram auferens bella usque ad fines terræ, vocate & videte quoniam ego sum Deus.*

EXPLICATIO XLVI. Psal.

Omnes gentes plaudite manibus.

SEcundum litteram David composuit istum psalmum in gratiarum actionem propter possessionem terræ promissæ post victorias Josue. Secundum sensum mysticum significat adventum Christi cui totus mundus subjugatus est; unde incipit.

Omnes gentes plaudite manibus jubilate Deo in voce exultationis sui-

ijcit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris, eligit nobis hæreditatem suam speciem Iacob quam dilexit: Deinde comparat lætitiam Apostolorũ in ascentione Christi, *Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ, psallite regi nostro psallite quoniam rex omnis terræ Deus regnavit Deus super gentes &c.*

EXPLICATIO XLVII. Psal.

Magnus Dominus & laudabilis nimis.

COmposuit David istum psalmum decantandũ pro plena possessione terræ sanctæ; pro pacifico regno Salomonis debellatis 30. regibus; & pro ædificatione templi moraliter significat diem in quo Christus fundavit Ecclesiam scilicet secundo sabbato post resurrectionem suam quare incipit. *Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri in monte sancto eius*, id est stabiliendo Ecclesiam figuratam per civitatem Jerusalem situatam supra montem sion. *Latera aquilonis civitas regis magni*; id est in meridie, quia charitate accenditur: *Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipiet eam.* Id est cognoscitur per diversitatem ordinum, & religionum, quibus splendet; *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt convenerunt in unum*, id est per fidem ipsi videntes. *Sic admirati sunt conturbati sunt.* Ut hæredes.

Sicut audivimus sic vidimus, suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, scilicet in die circumcisionis. *Secundum nomen tuum Deus* sicut *laus tua in fines terræ*, id est sicut nomen tuum est magnum, ita, lætitia nostra debet esse magna *lætetur mons sion*, id est Jerusalem exultent filiæ Judæ &c.

EXPLICATIO XLVIII. Psal.

Audite hæc omnes gentes,

HIc David nos incitat ad contemptũ mundi per differentiam quæ est inter bonos, & malos, quare incipit à preambulo ad captandam audientiam.

Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habetis terram simul dives, & pauper, os meum loquetur sapientiam & meditatio cordis mei prudentiam, inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.

Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circumdabit me, id est quare timebo in die judicij, nonne quia circumdabor iniquitates. *Qui confidunt in virtute sua & in multitudine divitiarum*

suarum gloriantur. id est hic timor provenit ex hoc, quod homines confidunt in propriis meritis *frater non redimit, non redimet homo, non dabit Deo placatione suam, & prætium animæ suæ*, id est solus Christus potest nos redimere *Laborabit in æternum*, id est in inferno, & adhuc vivet. *Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes, simul sapiens & stultus peibunt, & relinquent alienis divitias suas & sepulchra illorum domus in æternum &c.* Sic prosequitur; postea ostendit quis sit finis malorum & bonorum.

EXPLICATIO XLIX. Psal.

Deus deorum Dominus locutus est.

IN hoc psalmo David loquitur de adventu Christi, de cessatione væteris legis, & principio novi Testamenti dinumerando motiva quibus lex vetus cessavit unde incipit.

Deus deorum locutus est, & vocavit terram, à solis ortu usque ad occasum ex sion species decoris eius, Deus manifeste veniet, & salvabit nos, ignis in conspectu eius exardescat, & in circuitu eius tempestas valida & vocat cælum desursum, & terram decernere populum suum. Id est Deus accipiendo nostram naturam locutus est, veniet de Jerusalem, vocabit angelos, qui separabunt bonos à malis.

Cessatio legis antiquæ.

Audi populus meus & loquar Israël, & testificabor tibi Deus Deus tuus sum ego in sacrificiis tuis arguam te; holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper, non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ sunt omnes feræ sylvæ, jumenta in montibus, & boves, cognovi omnia volatilia cæli: si esuriero non dicam tibi; meus est enim orbis terræ, immola Deo sacrificium laudis, & redde Deo vota tua. Id est nolo amplius sacrificia materialia, sed spiritualia per fidem, quia nova lex veniet & cessabit vetus.

Rationes quare cessavit lex vetus.

Tu vero odesti disciplinam & projecisti sermones meos retrorsum si videbas furem currebas cum adulteris portionem tuam ponebas, os tuum abundavit Malitia & lingua tua concinnabat dolos sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversum filium Matris tuæ ponebas scandalum hæc fecisti, & tacui.

EXPLICATIO L. Psal.

Miserere mei Deus secundum &c.

PRopheta Regius admonitus à Propheta Natan Deum sibi

ſibi eſſe iratum propter adulterium & homicidium Humiliat ſe: quare hic utitur ſimplici ſtilo & familiari.

EXPLICATIO LI. Pſal.

Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate.

HIc loquitur David de perſecutione Græcorum Rege Anthioco qui propter crudelitatem comparatur perſecutioni anti-Chriſti. Secundum ſenſum moralem loquitur de perſecutione Judæorum adverſus Chriſtum unde.

David videns iniquitatem conſummatam Saulis fugit apud regum Geth in terram Philiſtinorum, & tranſiens per civitatem Nobè petiit à ſummo Sacerdote enſem Goliæ fingens ſe miſſum à Saule; ſed Doog amiciſſimus, & fideliſſimus Saulis nuntiavit Sauli quidquid actum erat qui miſit ſatellitas, ut occiderent David, qui fugit, ex quo iratus Saul juſſit. Doog interficere ſummum Sacerdotem cum omnibus habitatoribus civitatis uſque ad animalia excepto filio Achimelec qui fugit poſt David, ut nũtiaret ipſi quæ acta fuerant, quare David hunc compoſuit Pſalmum.

Secundum ſenſum moralem David vult inſtruere fideles, ut non timeant iniquorum perſecutiones: quare incipit.

Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate, tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua ſicut novacula acuta, feciſti dolum, dilexiſti malitiam ſuper bonitatem, iniquitatem magis quam æquitatem. &c. Ego autem quaſi oliva fructifera in domo Dei ſperavi in miſericordia Dei in æternum.

EXPLICATIO LII. Pſal.

Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.

HIc loquitur David de perſecutione Græcorum quæ propter crudelitatem ſub rege Anthioco comparatur perſecutioni Anti-Chriſti. Moraliter vero loquitur de perſecutione judæorum adverſus Chriſtum: unde incipit.

Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus ſuis, non eſt qui faciat bonum non eſt uſque ad unum &c.

EXPLICATIO LIII. Pſal.

Deus in nomine tuo ſalvum me fac.

NIhil melius Davide, ſicut nihil pejus Saule pauper David cogitur fugere in montem Zeph, ubi putans eſſe inter amicos invenit perfidos; quare

iterum cogitur fugere in cavernam terræ Emgaddi, ubi providentiâ divina Saul deposita clamide ad purgandum ventrem, David tunc extremitates clamidis cadens clamavit à longe: ô Rex vide quomodo potui te occidere, & nolui, ad quem Saul, fili mi tu semper bona pro malis tribuisti mihi, ego vero mala pro bonis. Quare David composuit hunc psalmum in quo docet homines quomodo se gerere debent in occasionibus vindicandi se.

Moraliter ostendit quomodo unus quisque debet confidere in Domino qui nullum deserit; unde ait. *Deus in nomine tuo salvum me fac quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum in conspectu suo, ecce enim Deus adjuvat me & Dominus susceptor est animæ meæ, &c.*

EXPLICATIO LIV. Psal.

Exaudi Deus orationem meam, ne &c.

ABsconditus David in saltu daret, rescivit quod philistei obsedeiãt civitatem Saul, descendit cum suis, & liberavit civitatem fugientibus Philisteis, quod sciens Saul venit ut caperet David vide quæ ingratitudo perfidi hominis. Moraliter significat ingratitudinem Judæorum adversus Christum de quibus ait. *Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem ubique, sed amicus meus, & notus meus* describit quæ passus est Christus.

Exaudi Deus orationem meam ne despereris deprecationem meam: quare quia. *Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & tribulatione peccatoris, quoniam declinaverunt in me iniquitatem, & in ira molesti erant mihi, cor meum conturbatum est in me &c.*

EXPLICATIO LV. Psal.

Miserere mei Deus quoniam conculcavit me homo.

NUmquam fuit David in majori periculo; nam persecutus à Saule fugit ad regem Achis in terram Geth, ubi cognitus à servis regis, & ductus in palatium se fatuvm simulavit; quare tanquam insensatum dimisit eum; unde in gratiarum actionem composuit hunc psalmum, ubi ostendit quod qui confidit in Domino non peribit.

Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo tota die impug-

nans conculcavit me &c. Ego autem in te speravi &c. sicut sustinuerunt animam meam; id est impulerunt in peccatum; *pro nihilo salvos facit illos*, id est pro minima re peccaverunt, propterea non salvabis eos &c.

EXPLICATIO LVI. Psal.

Miserere mei miserere mei.

AD perfectam cognitionem istorum sciendum est. 1. quod tribus vicibus David unctus est in regem, quod fuit seminarium persecutionum suarum à Saule.

Sciendum est 2. quod bis David abscondit se in caverna Adollam. 1. quando visitatus fuit à fratribus, & amicis. 2. quando cedit oram clamidis Saulis quam deposuerat ad purgandum ventrem; 3. Propter victoriam quam reportaverat supra se non occidens saulem, composuit istum Psalmum dicens.

Miserere mei Deus miserere mei quoniam in te comfidit anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas, misit de Cœlo & liberavit me, dedit in opprobrium comculcantes me, misit Deus misericordiam suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum &c.

EXPLICATIO LVII. Psal.

Si vere utique justitiam loquimini.

CUm David fugisset in desertum Ziph habitatores illius loci nuntiaverũt Sauli de adventu Davidis, qui venit cum toto exercitu, ut caperet David: sed providencia divina sopor irruit super totum exercitum, & Saul cum Abner profunde dormiebat, prope quem erat lancea & vas aquæ: tunc Abisai dixit ad David, vis ut accidam Saul; non respondit David, sed tantum accipe lanceam cum vase, postea fugientes David clamavit alta voce surge Abner, quomodo custodis regem, vide, deest lancea cum vase, Saul vero audiens vocem David ait, fili mi. Cui David, quid tibi mali feci quare me persequeris? propter quod composuit istum psalmum; ubi ostendit nobis quomodo Deus cogitationes evertit hominum describit malitiam judeorum in persona Saulis.

Si vere ubique iusticiam loquimini recte iudicate filij hominum; etenim *in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestræ concinnant*, id est male agunt. *Alienati sũt peccatores à vulna erraverunt ab utero, locuti sunt falsa, furor il-*

lis secundum similitudinem serpentis sicut aspidis surdæ obturantis aures suas quæ non exaudiat vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter, Deus conteret dentes eorum; molas bonum confringet *Dominus, ad nihilum devenient, tanquam aqua decurrens intendit arcum suum donec infirmentur, sicut cera quæ fluit auferentur, supercecidit ignis*; id est verbum Dei, *& non viderunt solem*, id est non cognoverunt Christum, *priusquam intelligerent spinæ vestræ Rhamum*, id est antequam cognoscatis peccatum vestrum figuratum per Rhamum &c.

EXPLICATIO LVIII. Psal.

Eripe me de inimicis meis Deus meus.

De novo apparet in humanitas Saulis contra David, & bonitas Dei erga servum suum; nam Saul contra suum juramentum de non nocendo David, accipit lanceam ut perfoderet David, qui declinans saulis perclusit ictum, & Michor filia Saulis & uxor David per fenestram Palatij obsessi dimisit illum: quare composuit hunc psalmum in gratiam tanti beneficij, moraliter loquitur de persecutione judeorum contra christum, unde ait.

Eripe me de inimis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me, eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salva me, quia ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine. Id est nullum est peccatum in me propter quod debeant me persequi inimici &c.

EXPLICATIO LIX. Psal.

Deus repulisti nos, & destruxisti nos.

Hic narrat David perniciosum consilium hamonitarum; nam post mortem Regis eorum David misit nuntios ad filium ejus nomine Hamon, ut consolarentur de morte patris sui, sed principes regni dixerunt Hamon. Vide O Rex isti venerunt ad te, ut fortilitia tua explorent, ut decipiant te; quare Hamon jussit ut dimidiam eorum barbam cum extremitatibus vestium vaderent usque ad renes, quod sciens David misit Joab cum exercitu obviam Hamon quem totaliter vicit; postea ipsemet David cum toto exercitu ivit ut aggrederetur syrios qui contra fidem auxilium dederant Hamon, qui miserunt muntios ad David, ut desisteret, quia fœ-

dus inierant cum Joab quod non licet in conſcientia frangere; quare David ſapientiores regni cõſuluit, qui reſponderunt ipſi primi fregerunt fædus licet tibi ipſos deſtruere. Tunc Dauid dato prælio accepit 700. currus, occidit 4000. equites, innumeros pedites & reges & omnes vicinos fecit tributarios.

Secundum ſenſum moralem loquitur de his quæ paſſa eſt Ecclesia militans, lætatur de ejus exaltatione, ſicut & de victoria parta contra Syrios, *Iratus eſt miſertus es nobis. Commoviſti terram & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia commota eſt, oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis, dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiam à facie arcus*, id eſt judiciorum tuorum. *Vt liberentur dilecti tui, ſalvum me fac dextera tua & exaudi me.*

Ad comprehendendum ſequentia ſciendum eſt.

Quod ſichima eſt locus ubi Jacob rediens de domo laban ædificavit tabernacula in quibus gentiles habitabant: quare Propheta regius alludens ad hoc ait. *Deus locutus eſt in ſancto ſuo*, id eſt verbo humaniſato. *Lætabor & partibor ſichimam.* Id eſt convertem gentiles, & *convellem tabernaculorum Melibor.* Id eſt qui ſunt in tabernaculis Jacob. *Meus eſt galand meus eſt manaſſes, & Ephrain fortitudo capitis mei*, id eſt ex illis faciam martyres, confeſſores & prædicatores.

Iuda Rex meus Moab, Olla ſpei meæ mihi aliigenæ, id eſt regnabit juda ſuper populum meum, qui cognoſcet quod per tribulationes figuratas per Moab, & olla itur ad Deum *quis deducet me in civitatem munitam, quis deducet me uſque in dumeam*, id eſt per totum mundum, extendam calceamentum meum, id eſt humanitatem meam.

EXPLICATIO LX. Pſal

Exaudi Deus deprecationem meam.

HIc David oſtendit quæ paſſa eſt Eccleſia, & quomodo perſecutionibus extollitur numerando beneficia quotidiana quæ tribuit Deus, fundat ſe in iſta narratione ſupra gratiam receptam à Deo cum fugerat à facie Saulis inveniens engaddi locum ſecuritatis 2. quomodo in vera Eccleſia ſola eſt ſalus: unde ait.

A finibus terræ ad te clamavi dum anxiaretur cor meum in petra exaltaſti me, id eſt meritis Chriſti, *Deduxiſti me quia factus es ſpes mea turris fortitudinis, à facie inimici. &c.*

EXPLICATIO LXI. Psal.

Nonne Deo subjecta erit anima mea.

COmposuit istum Psalmum cum esset securus in terra juda quem voluit decantari ab Ridethon magistro cantorum ubi ostendit quomodo Christianus semper debet confidere in Domino.

EXPLICATIO LXII. Psal.

Deus Deusmeus ad te de luce vigilo.

COmposuit hunc Psalmum cum esset in deserto judeæ derelictus ab omnibus: semper tamen sperans in Deo. Secundum sensum moralem explicat quæ patiuntur mali per comparationem ad tria mala comparabilia hominum scilicet Epileptiam. Ephiaste, & letargiam. Epileptia est Humor in cerebro quo homo inopinate cadit mortuus. Ephiastes est malum quod accidit dormiẽdo quo homo se suffocatum sentit. Letargia est quædam infirmitas soporans, & aliquando occidens.

Ambitiosi sunt sicut epileptij, quia quo plus elevantur eo facilius cadunt.

Luxurios; sunt sicut ephiastici, quia luxuria impedit ne cogitent de sua salute.

Avari sunt letargici, quia totaliter obliviscuntur Dei, & quo plus ingurgitantur, eo magis obliviscũtur beneficiorum Dei: quare incipit. *Deus meus ad te de luce vigilo &c.*

EXPLICATIO LXIII. Psal.

Exaudi orationem meam cum deprecor.

HIc prævidens David quod Daniel projecturus esset in fossam leonum rogat ut liberetur. Moraliter ostendit quomodo Deus conservat justos, & punit malos: quare incipit. *Exaudi orationem meam cum deprecor protexisti me à conventu malignantium à multitudine operantium iniquitatem &c.*

EXPLICATIO LXIV. Psal.

Te decet hymnus Deus in sion.

IN isto Psalmo David probat esse vitam æternam narrando quomodo Judæi post 70. annos captivitatis liberati sunt per regem persarum Cyrum nomine, propter quod David voluit decantari hunc psalmum in reditu captivitatis, & in introitu in Jerusalem. 2. per hoc vult consolari fideles in exilio nostro sperantes in æternum felicitatem quare ait. *Te decet hymnus Deus in sion & tibi redde-*

tur votum in Ierusalem exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet, verba iniquorum prævaluerunt super nos & impietatibus nostris tu propitiaberis, beatus quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis & replebitur in bonis domus tua

Modo laudat Deum, sumit totam laudem ab incarnatione verbi quæ est origo omnium bonorum, dicens.

Exaudi nos Deus salutaris noster. spes omnium finium terræ & in mari longe, id est peccarorum per figuram terræ & maris, *præparans montes*, id est prædicatores, *qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius, turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos terræ à signis tuis exitus matutini, & vespere delectabis*, id est in adversitatibus & prosperitate lætabuntur videntes miracula.

Visitasti terram & inebriasti eam, id est accipiendo naturam nostram visitasti, & implevisti gratia.. *Flumen Dei repletum est aquis*, id est fideles tui repleti sunt gratia.

Parasti cibum illorum. Id est Eucharistiam, *quoniam ita est præparatio eius, rivos ejus inebria multiplica genimina eius*, id est per guttas ejus, Lætabitur germinans; id est per guttas illius sacramenti germinabit fidelis in lætitia &c.

EXPLICATIO LXV. Psal.

Iubilate Deo omnis terra

DAvid composuit hunc psalmum ad gratias agendas Deo de liberatione populi Israël, ex captivitate Egyptiorum. Secundum sensum moralem loquitur deliberatione animæ captivata peccato: unde 1. loquitur de modo quo judæi liberati sunt, 2. Quod passi sunt. 3. gratitudo ostenditur bonorum per charitatem, & orationem, sicut peccatorum ad pænitentiam revocati, figurati per hircos. Ultimo ostendit quod soli boni optinent quod petunt.

EXPLICATIO LXVI. Psal.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis.

HIc David gratias agit Deo de maxima fertilitate quæ accidit tempore jubilei; nam mos erat apud judæos congregari mense Septembri in quo fiebat festum expiationis tabernaculorum, & quo fertilitas illius anni erat major eo festum majori pompa celebrabatur.

Secundum sensum moralem significat hic Psalmus annum Incarnationis verbi in quo gentiles congregati sunt, quia tunc

major erat fertilitas fidelium quare ait.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri, ut cognoscamus in terra viam tuam in omnibus gentibus salutare tuum &c.

EXPLICATIO LXVII. Psal

Exurgat Deus & dissipentur inimici nostri.

SCiendum est quod in omnibus Psalmis, nullus est difficilior isto quotiescumque impugnabantur Judei Sacerdotes, elevabant arcam in aëre, tunc Moyses clamabat. *Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus*; unde secundum sensum mysticum agit de resurrectione Christi, de miraculis apostolorum, de descensu Spiritus sancti, de ascensu Christi, & conversione gentilium.

Sciendum est 2. Hic David tractat de exaltatione Ecclesiæ per exaltationem Christi de, ruina imperij dæmonum, & de lætitia electorum quare incipit.

Exurgat Deus & dissipentur inimici eius. Per incarnationem, *fugiant qui oderunt eum*, id est dæmones. *Sicut deficit fumus deficiant sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie Dei & iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, cantate Deo Psalmum dicite nomini eius iterfacite illi qui ascendit super occasum*, id est nos liberari auferendo impedimenta gratiæ, occurrite illi in die resurrectionis. *Exultate in conspectu eius; exultabuntur à facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum*; id est vos justi qui paratis viam Domino exultate, eo quod eripuit vas à vestris malis qui est pater orphanorũ, & uiduarum.

Deus in loco sancto suo Deus qui inhabitare facit unius moris in domo. Id est in cælo, Deus unius voluntatis per charitatem. *Qui educit iunctos in fortitudine*; id est fortitudine gratiæ; similiter subauditur educti. *Qui exasperant.* Subauditur Deum. *Qui habitant in sepulchris.* Subauditur vitiorum.

Deus cum egrederetur in conspectu populi, tui dicitur egredi per affectum novum; quem producit extra te Deus. In columna nubis per noctem, in columna ignis perdiem ante populum Israël cum pertransivit in deserto.

Terra mota est etenim cœli distilaverunt à facie Dei sinai à facie Dei Israel, terra cepit tremere quando Deus decendit de monte sinai, quando fulgura, & tonitrua, *cœli distilaverunt* quando manna pluit in deserto.

Pluviam voluntariam segregavit

Deus hæreditati tuæ & infirmata est: tu vero perfecisti eam, id est Christianis qui sunt hæreditas Dei, infirmata est, id est Sinagoga propter peccata, & Petrus quando negavit.

Animalia tua habitabunt, in ea parasti in dulcedine Tua populi Deus, id est spirituales oves tuæ, *nascentur in ea*, id est Ecclesia populi Deus, id est in deserto.

Dominus dabit verbum Evangelisantibus virtute multa. Id est apostolis; virtute multa, id est regibus,

Rex virtutum dilecti, & speciei domus dividere spolia. Dilecti tui id est filij sui Jesus, spolia id est regum prædicatione.

Si dormiatis inter medios cleros penna columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in pallore auri, si vos qui evangelisatis dormiatis inter medios cleros, id est inter duo testamenta, pennæ columbæ Deargentatæ: id est Ecclesiæ per fidem, dorsum est fides, & aurum.

Dum decernit celestis, reges super eam; id est dum Christus constituit Apostolos reges, super eam, id est Ecclesiam.

Mons coagulatus, mons pinguis, id est Ecclesia est mons propter abundantiam gratiæ. *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in ea, & etenim Dominus habitabis in eo.* Id est solus ille mons in quo Deus sibi complacuit id est Ecclesia.

Currus Dei millibus multiplex millia latentium Dominus in eis in sina in sancto millia multiplicatione. id est Angeli dicuntur currus Dei qui sunt Cherubin.

Ascendisti in altum, id est stipatus millibus Angelis. *Accepisti captivitatem*, id est patres in limbo, *accepistis bona in hominibus*, id est à patre distribuendo hominibus; *etenim non credentes habitare Dominum tuum*, non credentes, id est gentiles habitare per gratiam.

Benedictus Deus quotidie, id est beneficiis; *Prosperum Deus iter faciens, Deus salutarium nostrorum.* Id est Christus qui est author salvationis.

Deus Deus noster salvos faciendi, id est habet potestatem solitandi. *Dominus Dominus exitus mortis*, eo quod per suam mortem dextruxit peccatum.

Veruntamen Deus confringet capita eorum, docuit quod facit amicis nempe superbiam infirmiorum humiliabit, virtutem ambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus exbasam conversam, id est confusionem. *In profundum maris*, id est proiiciam ex voluptatibus in ultimam perditionem.

Vt intingatur pes tuus in sanguine

canum tuorum ex inimicis ab ipso, id est sanguine inimicorum fuso.

Viderunt ingressus tuos Deus; id est apostoli viderunt ingredientem in sancto loco suo.

Prævenerunt principes conjuncti psallantibus in medio juvencularum id est animarum sanctarum eo imitantium Christum ascendentem in cælum.

In Ecclesiis benedicite Domino, Deo de fontibus Israel, id est de libro prophætarum.

Ibi Benjamin adolescentulus in mentis eccessu, principes juda, principes zabulon, principes nephtali; id est apostoli orti ex illis gentibus.

Manda Deus virtuti tuæ, comfirma Deus quod operatus es in nobis impera potentiæ tuæ, ut confirfirmet apud illud eximium beneficium. *Ex templo tuo.* Id est Jerusalem. *Tibi offerunt reges munera*: intelligitur de sanctis qui sunt in eo qui offerunt sacrificia laudis. *In culpa feras arundinis congregatio taurorum in vallis populorum ut excludant eos qui probati sunt argento.* Hic inculpat hostes Ecclesiæ; scilicet hereticos. *Dissipa gentes qui bella volunt*; id est qui movent bellum Ecclesiæ *Veniant legati ex Egipto*, id est magi *psallite Deo qui ascendit cœlum cæli.* Id est super beatos. *Ecce dabit vocem virtutis suæ*, id est Christus evangelistis ex se dabit vocis suæ vocem virtutis, id est per Evangelia. *Date gloriam Deo super Israel*, id est Christo. *Magnificentia & virtus eius in nubibus*, id est in die ascensionis. *Mirabilis Deus in sanctis suis*, id est in apostolis *Deus Israel dabit virtutem & fortitudinem plebis suæ.* Id est apostoli.

EXPLICATIO LXVIII. Ps.

Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Hic describitur passio Christi, crudelitas Judæorum gravitas pœnæ salvatoris quæ omnia spiritu prophetice vidit David.

EXPLICATIO LXIX. Psal.

Deus in adjutorium meum intende.

Hic David fugiens persecutionem filij sui Absalon petit à Deo liberari à tribus inimicis. 1. ab ocultis 2. ab apertis 3. ab adventoribus.

EXPLICATIO LXX. Psal.

In te Domine speravi non confundar in æternum.

Hic David affert rationes quare in precedente psalmo, petiit à Deo liberari à per-

secutione filij, & putat optinere.

1. Ratio provenit à bonitate divina, unde ait, *in te Domine speravi in justitia tua libera me, inclina ad me aurem tuam & salva me.*

2. A potestate dei: unde ait. *Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu.*

3. A misericordia. *Quoniam tu es patientia mea, in te cantatio mea semper.*

4. Sumitur ex hoc, quia sunt mali à quibus patitur, quia dixerunt inimici mei dicentes. *Deus dereliquit eum, persequimini, comprehendite eum, non est qui eripiat.*

EXPLICATIO LXXI. Psal.

Deus judicium tuum regi da.

SEcundum litteram, David petit à Domino pro filio suo Salomone quæ necessaria sunt ad gubernationem perfectam regni.

Secundum moralem loquitur de his quæ acciderunt in nativitate Christi, ut lætitia angelorum & adoratio magorum.

EXPLICATIO LXXII. Psal.

Quam bonus Israel Deus iis qui recto sunt corde.

IN isto Psalmo David condemnat errorem eorum qui dicunt Deum nescire quæ sunt supra terram, & erroris Asaph multo plus Deum diligere malos, quam bonos, cum primi prosperentur in hac vita alij semper patiuntur: unde David probat bonitatem Dei affligendo bonos quia merces eorum post hanc vitam est magnanimis, labor & dolor malorum, describit vitam malorum plenam prosperitate, & bonorum pene derelictam.

EXPLICATIO LXXIII. Psal.

Vt quid Deus repulisti in finem.

HIc petit liberationem populi Israël ex tirannide & Vespasiani, affert rationes quare petit, & sperat 1. propter patriarchas. 2. Propter profanationes impiorum. 3. Quia cessant sacrificia, & adoratores veri Dei. 4. recurrit ad bonitatem Dei ut flectatur, & postea ad potentiam narrando quæ prodigia fecit pro ipso populo.

EXPLICATIO LXXIV. Psal.

Confitebimur tibi Deus confitebimur.

HIc loquitur David de potestate judiciaria Christi, qua judicabit vivos, & mortuos, bonos, & malos, quare. *Confitebimur tibi Deus narrabimus mirabilia tua cum accepero tempus.* id est non erit amplius. *Ego justitias judicabo*, id est bona opera. *Liquefacta est terra*; id est terra non erit amplius habitata, *omnes qui habitant in ea, ego confirmavi columnas eius*, id est electos sustinui per dona spiritus sancti, quæ sunt 7. columnæ: scilicet donum timoris, pietatis, scientiæ, fortitudinis, consilij intellectus, & sapientiæ propterea. *Dixi iniquis nolite inique agere, & derelinquentibus nolite exaltare cornu, nolite extollere cornu vestrum, quia neque ab oriente neque ab occidente, neque à desertis montibus*, id est quia ubique Deus erit, quoniam Deus est &c.

ENPLICATIO LXXV.

Notus in Iudæa Deus &c.

HIc describitur superbia humiliata in persona regis Sennacherit qui cum exercitu formidabili insultavit Deum Israel, dum sic loquitur judeis. cavete ne decipiat vos Deus vester, ne dicatis quod non tradet Jerusalem in manibus Assiriorum, an ignoratis quid quid fecerint reges assiriorum per universum mundum, scitis quod dij gentium non potuerunt liberare eos de manibus Assiriorum, quod audiens Ezechias rogavit Deum, ut liberaret populum suum de manibus impiissimi regis; quare misit Deus Angelum qui occidit 185. millia militum exercitus Sennacherit, qui videns tot corpora mortuorum fugit cum reliquis, quem proprij filij occiderunt; unde composuit istum Psalmum ut ostenderet potentiam Domini qui humiliat superbos, ut patet ex toto Psalmo.

EXPLICATIO LXXVI. Psal.

Voce mea ad Dominum clamavi.

HIc ostendit quomodo captivitas babilonica finivit instantibus præcibus populi, & quomodo peccatis eorum acciderat.

Secundum sensum moralem describit clamores animæ justæ derelinquentis mundum quæ tristatur, quia felicitas æterna differtur quare ait. *Voce mea ad Dominum clamavi voce mea ad deum, & intendit mihi in die tribulationis meæ, Deum exquisivi manibus meis*, id est ope-

tribus bonis, *nocte contra eum, & non sum deceptus. Tenuit consolari anima mea, memor fui dei, delectatus sum, & exercitatus sum & defecit spiritus meus, anticipaverunt vigilias oculi mei turbatus sum, & non sum locutus, cogitavi dies antiquos & annos æternos in mente habui, meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopobam spiritum meum &c.*

EXPLIBATIO LXXVII. Psal.

Attendite populus meus legem meam.

HIc David narrat quæ fecit Deus in gratiam judæorum. 1. In generali, deinde in particulari, ut fideliter serviatur Deus 2. Quomodo Saul usurpaverat regnum Israël, & Hierobaam Quia Saul erat de tribu Benjamin, & Hierobaam ex tribu Ephrain tamen regnum soli tribui judæ debebatur. Sic incipit.

Attendite populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei, aperiam in parabolis os meum quanta audivimus, & cognovimus ea, patres nostri narraverunt nobis narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius suscitavit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel. &c.

EXPLICATIO LXXVIII. Psal.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.

HIc describitur captivitas judæorum · Nabucodonosor, & sub rege Apthiocho quam deplorat Propheta, & pro cujus liberatione deprecatur.

Moraliter deploretur anima fidelis captivata suis passionibus, quia tunc amisit suam hæreditatem quæ est gratiæ quare sic incipit.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam polluerunt sanctum templum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam, posuerunt morticinia servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in civitate Ierusalem, & non erat qui sepeliret &c.

EXPLICATIO LXXIX. Psal.

Qui regis Israël intende qui deducis velut ovem Ioseph.

AD perfectam cognitionem istius psalmi. Sciendum est quod filij Jacob asportantes ossa Joseph, ut sepelirent ea in terra promissionis nullum invenerunt locum, quia tota terra inundaverat, sed ex ovibus una ductu angeli ostendit eis locum

unum aptū pro ossibus Joseph, ubi sepulta sunt:unde ex eo tempore ovis illaʃ vocata est ovis Joseph.

Sciendum est 2. Quod Jacob vocatur Israel, quia habuit 12. Patriarchas qui originem populo Dei dederunt qui divisi sunt in 12. tribus.

Sciendum est 3. Quod in deserto per 40. annos arca Domini mansit in medio exercitus ab oriente erant tres tribus; scilicet tribus Juda, Japhet, & Zabulon, quæ custodiebant illam à meridie erant tribus Simeon, Ruben, & Gad. à septentrione erant tribus Ephrain, Benjamin, & Manasses, qui erat locus ubi Deus loquebatur.

Secundum sensum moralem hic loquitur David de incarnatione, narrat quæ passa est Ecclesia veteris testamenti, quomodo cessavit, & successit nova. Unde ait:

Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Ioseph qui sedes super Cherubin, & manasses, exita potentiam tuam & veni, & salvos faciat nos Domine Deus virtutum converte nos, & ostende faciem tuam, & salvi erimus, quoad usque irascaris super orationem servi tui. id est Domine qui ducis fideles tuos sicut ovem Ioseph, fac ut cognoscamus te, sicut coram tres illos Patriarchas manifestum te fecisti.

Modo narrat quæ passa est vetus Ecclesia dicens, *cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrimis, posuisti nos in contradictionem vicinis nostris.*

Sequitur nova lex dicens. *Vineam de egypto transtulisti, & eiecisti gentes, & plantasti eam, plantasti radices ejus, & implevit terram, & operuit montes umbra ejus, & arbusta e us, cedros ejus,* id est parvuli erunt principes. Extendit palmites usque ad mare, ac usque ad flumen propagines ejus, quia in omnem terram exivit sonus eorum vide cessationem legis antiquæ. *Vt quid destruxisti materiam eius, & vindemiam meam omnes qui prætergrediuntur viam, exterminavit eam Apor de sylva,* id est Christus. *Perfice eam quam plantavit dextera tua, & super filium hominis quem confirmasti tibi.*

EXPLICATIO LXXX. Psal.

Exultate Deo adiutori nostro.

VOluit David ut cantaretur iste psalmus in gratiarum actionem de fructibus terræ receptis. Nam primo die Septembris id est in novi lunio propinquiore æquinoxij automnalis fiebat festivitas magna, & offerebatur vinum novum, quia tunc completæ erant vindemiæ. & collecti fructus quare incipit.

Exultate Deo adjutori nostro jubilate Deo Iacob, sumite psalmum, date tympanum psalterium jucundum cum cythara, buccinate in neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestræ, quia præceptum in Israel est & judicium Deo Iacob. Postea incitat judæos ad laudem Dei, narrat beneficia quæ facit Deus ipsis.

EXPLICATIO LXXXI. Psal.

Deus stetit in Synagoga judæorum.

HIc clamat David contra, judæos qui muneribus corrumpuntur, ubi narrat id ad quid tenentur, & quod non faciunt: Unde ait.

Deus stetit in Synagoga iudeorum, in medio Deus diiudicat, usquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis, judicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iudicate; eripite pauperem & egenum de manu peccatoris liberate, nescierunt, neque intellexerunt &c.

EXPLICATIO LXXXII. Ps.

Deus quis similis erit tibi.

IN isto Psalmo est continuatio alterius; scilicet notus in Judea Deus ubi narrat quod fecit Rex Sennacherit; moraliter loquitur de ultimo judicio, de Anti christo. Pro perfecta cognitione istius Psalmi.

Sciendum est quod Idumei originem sumant ab Edon, id est Esau fratre Jacob inimico populi Dei qui negaverat transitum Moysi. Ismaelitæ veniunt ex Ismaël filio Abrahami, Moab à quo Moabitæ erat filius Loth quam habuit ex filia sua dum esset Ebrius. Agarreni sunt Sarraceni, sive Ismaelitæ. Gobar significat crudelem. Ammon erat alter filius Loth quem habuit ex altera filia sua Ebrius.

Amaleth à quo Amalecitæ erat filius primo geniti Esau. Assur à quo assirij, idem est ac Nabucodonosor. Sisara erat dux exercitus regis Cananeorum nomine Jabin, Oreb, & Salmana erant quatuor Reges Madianitarum quos Gedeon vicit cum 300. viris Hoc posito sic ait propheta regius.

Deus quis similis erit tibi, neque taceas, neque compescaris Deus, quoniam ecce inimicii tuis onuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput; Id est nullam facias pacem cum illis, quia oderunt te. *Super populum, tuum malignaverunt consilium & cogitaverunt adversus sanctos suos dixerunt venite disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra; quoniam cogitaverunt unanimiter simul adversum te, & testamentum disposuerunt tabernacula idumeorũ & Ismaelitæ,*

Moab, & Agarrens, Gebal & Ammon, & Amaleth Aligenæ cum habitantibus Tyrum: etenim Assur venit cum illis facti sunt in adiutorium filij Loth.

Fac illis sicut madiam, & sisara, sicut Iabin informate Ason, disperierunt in Endor, & facti sunt in stercus terræ. Pone principes eorum, sicut Ozeb, & Zabt, & Zobet, & Salmana. omnes principes eorum qui dixerunt hæreditate possideamus sanctuarium dei (Deus meus pone illos) ut rotam & sicut stipulam ante faciem nenti, sicut ignis qui comburit sylvas, ista faciliter explicantur suppositis jam superius notatis.

In isto Psalmo non immoror quia repetit propheta ea quæ dixit in psalmo notus in judæa Deus, scilicet crudelitatem regis Sennacherit qui succedit civitates multas Israel quare est.

EXPLICATIO LXXXIII. Psal.

Quam dilecta Tabernacula tua, Domine.

SEnsus istius psalmi est contemplatio æterna, felicitatis ad quam nos incitat propheta dicens. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* Id est mansionis beatorum. *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Quia *etenim passer invenit sibi domum, & turtur nidum ubi reponat pullos suos*, nos vero *altaria tua Domine virtutum Rex meus & Deus meus*: unde. *Beati qui habitant in domo tua Domine in sæculorum sæcula laudabunt te.*

Modo ostendit quomodo beatitudo potest adipisci dicens, *Beatus vir cuius nō est auxilium abs te, assentionis in corde suo in valle lachrimarum, in loco quem posuit, etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in sion.* Proterea rogat, ut in ista valle lachrymarum ipsum adjecat dicens. *Protector noster aspice Deus, respice in faciem Christi tui.* Quia *melior est dies una in atriis suis super millia.* unde *elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Quia *gratiam & gloriam dabit Dominus, non privabit eos qui ambulant in Innocentia.*

EXPLICATIO LXXXIV. Ps.

Benedixisti Domine terram tuam.

TOtus iste Psalmus litteraliter agit de adventū Christi in mundum per quem maledictio dita primo parenti tota est benedictionem mutata expoliatur infernus, & apertus paradisus, unde.

Incipit dicens. *Benedixisti Domine*

mine terram tuam avertisti captivitatem Iacob, remisisti *iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum inligasti iram tuam, numquid in æternum irascaris nodis, non sed Deus tu conversus vivificatis nos, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui convertuntur ad cor, ut inhabitet gloria in terra nostra, justitia & pax osculatæ sunt, veritas de terra orta, est* (ecce adventus Domini) & *Iustitia de cœlo propterit iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.*

EXPLICATIO LXXXV. Ps.

Inclina Domine aurem tuam.

IN isto Psalmo continetur oratio David qua petitur. Primo à sua indigentia dicens. *Inclina Domine aurem tuam quia inops & pauper sum ego.* 2. à sua innocentia dicens. *Quoniam sanctus sum.* 3. quia recurrit ad eum dicens. *Miserere mei Domine quoniam ad te clamavi tota die.* 4. quia Dominus est bonus dicens. *Et multæ misericordiæ tuæ omnibus invocentibus te*, & sic continuat afferre rationes quare petit exaudiri.

EXPLICATIO LXXXVI. Ps.

Fundamẽta eius in mõtibus sanctis.

IN isto Psalmo agitur de Ecclesia militante & triumphante per quod vult nos incitare ad amorem cælestis Jerusalem.

Primo agit de Ecclesia militante dicens. *Fundamenta eius in montibus sanctis*, id est Apostolis, quia incepit in tribus montibus sanctis, scilicet in monte Tabor, in monte Calvario, & in monte Olivarum. *Diligit Dominus portas sion super omnia tabernacula Iacob.* Portæ sunt 7. Sacramenta.

Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei, prop,er charitatem, *memor ero Zabab & Babilonis.* Id est gentium propterea addit. *Ecce alienigenæ & populus Ethiopum hi fuerunt illic*, id est conversi ad fidem. *Numquid sion dicet homo, & homo natus est in ea*, id est Christus, & *ipse fundavit eam altissimus, sicut lætantium omnium habitatio est in te*, id est Ecclesia triumphante.

EXPLICATIO LXXXVII. Psal.

Domine Deus salutis meæ.

HIc tota passio Christi explicatur: nam primo tractat de oratione Christi relicti à patre dicens. *Domine Deus salutis*

meæ in die clamavi & nocte coram te, intret in conspectu tuo oratio mea, quia *repleta est malis anima mea, æstimatus sum cum descendentibus in lacum*, id est in infernum, *& sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber*, id est licet moriar liberè: tamen sum sine adjutorio.

Super me confirmatus est furor eius longe fecisti notos meos à me id est discipulos dispersos, *traditus sum*, scilicet à Juda & *non aggrediabar, occuli mei præ inopia languerunt*, id est Apostoli qui sunt oculi Christi.

Deinde ostendit quomodo peccatoribus non proficit Passio dicens, *numquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt*, id est prædicatores Apostoli suscitabunt peccatores, numquid narrabit in sepulchro, id est obstinatis misericordiam tuam.

EXPLICATIO LXXXVIII. Psal.

Misericordias Domini in æternum cantabo.

Litteraliter iste Psalmus intelligitur de stabilitate regni David, vel Christi, vel Ecclesiæ, quia privilegia quæ hic enumerat optime possunt attribui singulis istorum ex quo prędicatores possunt sumere probationes ad ostendendam Ecclesiæ perpetuitatem, & stabilitatem.

Unde sic incipit *Misericordias Domini in æternum cantabo*, postea affert rationes tantæ laudes dicens. *Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cœlis*, id est Apostolis, quia mihi revelasti quod misericordia tua ædificabitur in Apostolis qui totum mundum ædificabunt, *veritas tua in eis*, per incarnationem verbi, *disposui testamentum meum*, id est legem vestram & sic prosequitur ejus stabilitatem.

2. Ratio, est potestas Dei quam exercuit Deus pro populo suo dicens. *Tu dominaris potestati maris*, id est toti mundo, *tu humiliasti superbum vulneratum*; scilicet Diabolum per novam legem, *Thabor & hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium.* Hermon est paruus mons prope ripam Jordanis per quem transivit Josuè, quando miraculosè transivit Jordanem, quo transacto fuerunt in illo monte exultantes. Thabor est mons in quo prævisa fuit victoria quam habuit Baruch de Zizara: cætera satis ostendunt stabilitatem Ecclesiæ.

EXPLICATIO LXXXIX. Psal.

Domine Refugium factus est nobis

IN isto Psalmo duo removentur errores. Primo erant aliqui qui voluerunt quod Deus esset factus. 2. alij voluerunt quod vita nostra esset longior, quam sit ut differrent suam conversionem.

Unde 1. ait. *priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis à sæculo & in sæculum tu es.* Id est ab æterno. 2. affert brevitatem vitæ, dicens. *Quoniam mille anni tanquam dies externa quæ præteriit, mane sicut herba transeat mane floreat, & transeat, vespere decidat, induret & arescat* Et dat rationem illius brevitatis dicens, *quia defecimus in ira tua & in furore tuo turbati sumus, posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, quoniam omnes dies nostri defecerunt, anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potestatibus octoginta annis amplius eorum labor & dolor quis novit potestatem iræ tuæ.*

EXPLICATIO XC. Psal.

Qui habitat in adiutorio altissimi.

DAvid Spiritu prophetico prævidens tētationes quas patimur à Diabolo composuit istum psalmum, ut nos disponeret ad vincendas illas, unde 1. ait *Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione Dei cæli cōmorabitur,* id est qui adjuvatur à Deo facile vincit tentationes: unde ait. *quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.* Id est desperatione. *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pēnis eius sperabis.* Aliquando tentat nos Diabolus ocultè: propterea dicit. *Scuto circumdabit te veritas eius à timore nocturno*. Aliquando aperte unde ait, *à sagita volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & Dæmonio meridiano, sed cadent à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis, non accedet ad te malum, & flagellum non appro-ximabit tibi, quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis in manibus portabunt te, ne forte offendas ab lapidem pedem tuum super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Draconem & Leonem quoniam speravit liberabo eum.*

EXPLICATIO XCI. Psal.

Bonum est confidere in Domino.

SEnsus litteralis est quod iste Psalmus decantabatur in diebus sabbati, pro beneficio creationis, ille Psalmus explicat quomodo à bonis celebraban-

tur festa, & à malis male custodiebantur.

Unde ait 1. *Bonum est confiteri Domino.* Id est debent celebrari cum laudibus. 2. tam in adversis quam prosperis laudare Dominum dicens *ad annuntiandum mane misericordiam tuam*, id est in prosperis. *& veritatem tuam per noctem.* Id est in adversis. 3. in observatione præceptorum Dei dicens. *In Decachordo Psalterio cum cantico in cithara*, id est observatione Decem præceptorum, quia istud, instrumentum constabat decem cordis. 4. in gratiarum actione. Unde ait. *Quia delectasti me Domine in factura tua & in operibus manuum tuarum exultabo.*

Secundo agit de iniquis qui male celebrant festa, dum ait. *Vir incipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.*

Tertio ait de præmio justorum qui custodiunt sabbata dicens *Iustus ut palma florebit sicut Cedrus libani multiplicabitur, plantati in domo Domini florebunt, adhuc multiplicabuntur in senecta uberi &c.*

EXPLICATIO XCII. Psal.

Dominus regnavit, decorem indutus est.

HIc agitur de regno Christi & Ecclesiæ quod licet multis persecutionibus agitatum: tamen semper crevit: unde ait. *Dominus regnavit, etenim firmavit orbem terræ qui non commovebitur.* Id est Ecclesiam per spiritum sanctum, *Parata sedes tua Deus ex tunc à sæculo tu es*, per ascensionem scilicet.

Elevaverunt flumina vocem suam, id est tiranni, & Judæi, sed licet sint *mirabiles elationes maris*, id est persecutiones, tam est *mirabilior in altis Dominus*, qui defendit eam, quia *testimonia tua credibilia facta sunt nimis in longitudinem dierum.*

EXPLICATIO XCIII. Psal.

Deus ultionum Dominus liberè egit.

HIc litteraliter seu historice confunditur error qui creverat tempore Moisis apud populum ejus de quo loquitur Iob contemporaneus Moisis: scilicet quod Deus, illa inferiora non regit quia inquiunt sunt inordinata; cælestia vero semper eodem modo se habent, quod non redolet sapientiam Dei. 2. videmus quod indistincte bona, & mala dantur bonus; & malis: imo plura bona dantur malis, quam bonis: unde vult hic ostendere Propheta quod malos Deus punit in ista, & alia vita, & bonos præmiat.

Unde 1. ait. *Deus ultionum Do-*

minus, quia punit malos, exemplificat in Egyptiis qui submersi sunt in mare rubrum dicens. *usquequo peccatores gloriantur*, id est quia superbi erunt, *populum tuum humiliaverunt*, *humilitatem tuam vexaverunt viduam & advenam interfecerunt, & pupillos occiderunt, & dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob submersisti eos.* 2. Probat quomodo Deus cognoscit ista inferiora dum ait. *Stulti aliquando sapite; qui plantavit aurem non audiet, qui finxit oculum non considerat, qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam*, id est fieri ne potest ut qui dat aliis auditum, & visum, nec audiat, nec videat: propterea addit. *Dominus scit cogitationes hominum*, quia vanæ sunt. *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua edocueris eum, ut mitiges eum à diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea*; Ecce quomodo præmiat bonos, & punit malos. Quia. *Non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non relinquet.* Id est bonos. *Quis mihi consurget adversus malignantes, aut quis stabit mecum adversus operantes, iniquitatem*, id est quis me impediet punire malos. Unde 3. ostendit quomodo Deus adjuvit ipsum dum ait. *Si dicebam motus est pes meus misericordia tua Domine adjuva me secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificaverunt animam meam*; Impio vero ait. *Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto, reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos.*

EXPLICATIO XCIV. Psal.

Venite exultemus Domino jubilemus Deo salutari nostro.

Historicus sensus est quod iste Psalmus fuit factus propter filios Israel qui remanserunt in deserto, & intraverunt terram promissionis; nam omnes qui intraverunt desertum post submersionem Pharaonis, mortui sunt in illo, excepto Josuè propter enumerationes suas, filij autem eorum qui nati fuerant in deserto per spatium 4. annorum intraverunt terram promissionis cum Josuè & Caleb.

Per istum igitur Psalmum vult Propheta in cithara ipsos in gratiarum actionem de tanto beneficio, ne sicut patres pereant si mandata Dei non custodiant. Divus Paulus hunc explicat de æterna requie, & possessione quando Christus in ascensione portas cæli nobis aperuit.

Undé 1. vult ut dum tempus habemus operemur bonũ, dum, ait, *Venite exultemus Domino, præ-*

ocupemus faciem eius in confeßione. Subauditur peccatorum & ad rationem illorum, dum ait. *Quoniam magnus Dominus, Rex magnus super omnes Deos, quia in manu eius sunt omnes fines terræ*, & sic ratione potestatis, ratione vero nostræ utilitatis dicens, *Quia ipse fecit nos, nos populus eius & oves pascuæ eius* 3. ab Exemplo dum exemplificat in Patribus qui mortui sunt in deserto, nec intraverunt terram promissionis, propter transgressionem mandatorum Dei dum ait, *Nolite obdurare corda vestra sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto ubi me tentaverunt Patres vestri, probaverunt & viderunt opera mea, Quadraginta annis offensus fui generationi huic, isti non cognoverunt vias meas ut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*, id est non introibunt.

EXPLICATIO XCV. Psal

Cantate Domino canticum novum, Cantate Domino omnis terra.

CIrca sensum litteralem & historicum istius Psalmi aliqui putant fuisse factum, ut decantaretur post reædificationem templi tempore Zorobabel, postquam Nabucodonosor destruxerat, alij intelligunt de vero templo ædificato post messiam quem spiritu Prophetico prædixerat venturum, & quem Judæi putarunt regnaturum in magnificentia temporaliter, & sic intelligunt de templo materiali Jerusalem.

Hic Psalmus agit de modo quo laudandus est Deus, unde incipit, *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra, cantate & benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem salutare eius*, id est Christum qui salutem attulit mundo, *Annuntiate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius*; dat rationem dicens: *Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis* Quia *omnes dii gentium. dæmonia, Dominus autem cælos fecit.* Per quod dãnat superstitiones gentilium, unde addit. *Confeßio & pulchritudo in conspectu eius*, id est prædicatores, & martyres sunt ejus pulchritudo; *& magnificentia in sanctificatione eius* propter sacramenta propterea dicit.

Afferte Domino Patriæ gentium gloriam & honorem, id est gentes conversæ ad fidem, tollite hostias id est immolationes, *& introite in atria eius, Adorate* Dominum *in atrio sancto eius* id est in Ecclesia, *Cõmoveatur terra à facie eius, dicite in gentibus quia* Dominus *regnavit*, id est convertimini genus, quia Christus venit. Qui *Iudicabit populos in æquita-*

te, unde. *Lætentur Cæli & exultet terra gaudebunt campi*, quia in illis mirabilia faciet, *judicabit terram*. Id est Phariseos terrestras.

EXPLICATIO XCVI. Psal

Dominus regnavit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.

HIc Psalmus historice intelligitur quomodo Absalon invasit regnũ Patris sui propter quod fugit David de Jerusalem, sed Divina providentia dato prælio fugies Absalon sub quercu suspensus, per capillos remansit quo mortuo, David regnavit in pace, propter quod fecit istum Psalmum.

Moraliter narratur quomodo persecutus est Christus à Juda, altero Absalon qui voluit invadere regnum ejus, sed suspensus Judas crepuit medius, & Christus resuscitatus regnavit in pace, ut ait *Dominus regnavit exultet terra lætentur insulæ multæ* conversæ ad Christum.

Describit prætereà quæ faciet, Christus, 1. quid veniet ut Judæ in ultimo judicio dicens. *nubes & Caligo sub pedibus eius*, quia judicium illud fiet in aëre, *judicium & correctio sedis eius*, quia tunc condemnabit impios. *ignis ante ipsum præcedet*, *& inflammabit in circuitu inimicos eius*. Id est igne inferni, ex quibus sequitur *motta est terra*, id est homines turbabuntur.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, id est potentes homines postea addit præmia justorum dicens. *Annuntiaverunt cæli*. Id est Apostoli justitiam ejus, *& viderunt omnes populi gloriam eius*. Hic arguit Impios qui non audierunt Apostolos, dicens. *Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis*, & ultimo invitat Angelos & justos, ut lætentur, & adorent Deum dicens. *Adorate eum omnes Angeli eius qui diligitis Dominum odite malum, quia custodit Dominus animas sanctorum suorum*, & ille qui præmiabit venit dicens. *Lux orta est justo, & rectis corde lætitia.*

EXPLICATIO XCVII. Psal.

Cantate Domino canticum nouvum quia mirabilia fecit.

IN isto Psalmo David loquitur de duplici adventu Christi, ut nos à peccatis retrahat, & ad amorem Dei inducat, per duo, 1. per amorem gloriæ, & timorem pœnæ, timor pœnæ contrahitur à malo, & amor gloriæ inducit ad bene agendum, & sic primus adventus qui fuit cum maxima directione inducit ad

bonum, secundus qui est judicium rigorosum retrahit à malo unde.

Incipit à primo adventu dicens. *Cantate Domino canticum novum quia mirabilia fecit; scilicet & salvavit sibi dextera eius & brachium sanctum eius, notum fecit salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam. Recordatus est misericordiæ suæ viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.* Propter quæ dicit. *Iubilate Deo omnis terra Psallite Domino in cithara.*

Secundo agit de 2. adventu dicens. *Flumina*, id est Apostoli *plaudent manu, quoniam venit Iudicare terram, judicabit orbem terrarum in justitia, & Populos in æquitate.*

EXPLICATIO XCVIII. Psal.

Dominus regnavit Irascātur populo.

HIstorice David sic loquitur de regno suo pacifico propter quod Philistæi israscabātur, unde ait. *Dominus regnabit irascantur Populi.*

Moraliter loquitur de regno Christi qui vult honorari, & affert motiva, 1. dicens. *Dominus in sion magnus, & excelsus super omnes populos Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile & sanctum est,* & quia *honor regis judicium diligit.*

Secundo quia Patres sic fecerunt. dicens. *Moises & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui invocant nomen eius, invocabant Dominum, & exaudiebat eos in columna nubis, loquebatur ad eos,* quare quia, *Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.*

EXPLICATIO XCIX. Palf.

Iubilate Deo omnis terra;

IN isto Psalmo David incitat nos ad confitendum Domino peccata nostra, & affert rationes; unde 1. dicit. *Iubilate Deo omnis terra, introite in conspectu eius in exultatione.* Quare 1. quia. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, non ipsi nos.* 2 *Populus eius, & oves pascuæ eius,* propterea. *Introite portas eius, atria eius in hymnis confitemini illi.* 3. Quia *suavis est Dominus, in æternum miseticordia eius.*

EXPLICATIO C. Psal.

Misericordiam, & judicium cantabo tibi.

SEcundum historiam fecit istum psalmum David, postquam fuit in pacifica possessione sui regni, in quo promittit duas præcipuas exercere virtutes quæ sunt propriæ regibus; &

& prælatis. Misericordiam scilicet erga bonos, & justitiam erga malos. 2. Se exhibere exēplar aliorum bene vivendo.

Unde incipit, *Misericordiam, & judicium cantabo tibi Domine, psallam*, & intelligam in via immaculata quando venies ad me *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ non proponebam ante oculos tuos rem injustam facientis prævaricationis odivi, non adhæsit mihi cor pravum, declinantem a me malignū non cognoscebam.*

2. Exercet justitiam erga malos, dicens, *detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Non habitabit in domo mea nec in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum; in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.*

EXPLICATIO CI. Psal.

Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

Historicé, & litteraliter continet iste psalmus, orationem quam fecit David pro libertate populi sui vexati à rege Anthiocho, propterea statim incipit, petere accelariorem suæ petitionis; dicens; *Domine exaudi orationem, & clamor meus ad te veniat, in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam, & in quacumque die invocavero te velociter exaudi me.*

2. Affert rationes quare statim vult exaudiri, quarum prima est continuus gemitus populi sub crudelitate Anthiochi, dicens. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt*; id est sicut qui crematur in patella; nam cremium est illa grassisies quæ remanet in patella post consummationem olei; *percussus sum fœnum, & aruit cor meum à voce gemitus mei adhæsit os meum carnis meæ.* Hoc denotat credulitatē *similis factus sum pellicano*, qui luget pollos suos. *Et sicut nisetigorax in domicilio*, qui est avis nocturna odiosa ab aliis. *vigilavi & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Hæc denotat dispersionem, & fugam; nam Machabeus fugit, & latitabat in cavernis dicens. *Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant adversum me iurabant*, Propterea, *cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam*, & tanto malum fuit gravius, quo fortuna erat major; ut ait. *A facie iræ indignationis tuæ quia elevans allisisti me*, id est dum eram elevatus humiliasti me, *Ego sicut fœnum arui.*

Ultimo loquitur de gratia

liberationis ab illa crudelitate. Dum ait; *tu exurgens miseraberis sion, respexit orationem humilium, & sprevit praeces eorum, quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram prospexit, ut audiret gemitus compeditorum, & solveret filios interemptorum.*

EXPLICATIO CII.

Benedic anima mea Dominum & omnia quæ intra me sunt.

INtentio Psalmistæ est incitare nos ad laudandum Deum, & affert rationes.

1. Sumitur ab exemplo suo, dum ait: *benedic anima mea Dominum, noli oblivisci omnes retributiones eius.*

2. Quia absolvit nos cum peccavimus, dicens; *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.*

3. Quia dat perseverantiam in bonis, dicens, *Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat in misericordia, & miserationibus.*

4. Quia nos replet bonis, dicens. *Qui replet in bonis desiderium tuum, renovabuntur ut aquilæ iuventus tua.*

5. Quia dedit legem populo suo, dicens, *notas fecit vias suas Moysi filiis Israel voluntates suas.*

6. Quia ira sua non durat, sed statim delinit, dicens, *non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.*

7. Quia multus est ad ignoscendum, dicens, *non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis, quoniam secundum altitudinem à terra corroboravit misericordiam suam quantum distat ortus ab occidente longe fecit á nobis iniquitates nostras.*

1. Dat rationes quare tam faciliter miseretur, quia est pater, dicens, *quomodo miseretur pater filiorum misertus est timentibus se.*

2. *Quia cognovit figmentum nostrum recordatus est, quoniam pulvis sumus, homo sicut fænum, dies eius tamquam flos agri, sic efflorebit.*

3. Quia sumus mutabilis, dicens. *Quoniam spiritus pertransibit & non cognoscet amplius locum suum.*

4. Quia est misericors, dicens, *misericordia autem Domini ab æterno & usque in æternum super timentes eum iustitia illius in filios filiorum qui servant testamentum eius.*

EXPLICATIO CIII. Psal.

Benedic anima mea Dominum Domine Deus meus.

IN isto Psalmo invitat omnes creaturas ad laudandũ Deum: incipit à cælo empireo, dicens, *Confeßionem, & decorem induisti amictus lumine, sicut vestimento,* quia ibi habitant angeli qui faciunt decorem lo.i. *Amictus lu-*

mine, quia empireum est totum lucidum.

2. A Cælo sidereo, dicens. *Extendens Cælum sicut pellem qui regit aquis superiora eius.*

3. Ab elementis. 1. agit de aëre, dicens. *Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.*

2. De igne, dicens. *Qui facis angelos tuos spiritus ministros tuos ignem urentem.*

3. De terra, dicens. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam.*

4. De aqua, dicens. *Abissus sicut vestimentum amictus eius super montes stabunt aquæ.* 2. affert proprietates & utilitates elementorum singulorum.

1. Beneficia aquæ, dicens. *Qui emittit fontes aquarum in convellibus, inter medium montium pertransibunt aquæ, potabunt omnes bestiæ agri, rigans montes de superioribus terræ.*

2. Beneficia terræ, dicens, *producens fænum iumentis & herbam servituti hominum, ut educas panem de terra, & vinum lætificat cor hominis, ut exilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi, istic passeres nidificabunt.*

3. Ostendit quæ fecit Deus pro nobis, dicens, *fecit lunam in tempora, sol cognovit occasum suum, posuisti tenebras & facta est nox in ipsa pertransibunt omnes bestiæ agri, catuli leonum ut rapiant, & hoc pro nocte.* pro die ait. *ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, & sic exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam.*

4. Affert in particulari opera dei, dicens. *Quam magnificata sunt opera tua Domine impleta est possessione sua. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus*, id est ad operandum. *Illic reptilia quorum non est numerus animalia pusilla cum magnis, illic naves pertransibunt.*

Ultimo gratias agit de tot beneficiis, dicens. *Sit gloria Domini in seculum, lætabitur Dominus in operibus suis, qui respicit terram facit eam tremere; qui tangit montes, & fumigant;* id est potentes hujus seculi.

EXPLICATIO CIV. Psal.

Confitemini Domino & invocate nomen eius.

HIc describuntur à propheta quæ fecit Deus in gratiam populi sui, ut gratias agent, & non sint ingrati, & est primum Alleluia.

Unde incipit. *Confitemini Domino, & annunciate inter gentes opera eius, cantate ei, narrate omnia mirabilia eius. memento te mira-*

bilium eius quæ fecit prodigia & iudicia oris eius.

1. *Semen Abraham servi eius, filij Iacob electi eius*, quia Christus est ex semine Abrahæ.

2. *Tibi dabo terram chanaam funiculum hæreditatis tuæ*, id est terram promissionis dedit eis.

3. Cum essent in numero brevi, paucissimi incolæ, tamen transierunt de gente in gentem; juxta illud, *multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli.*

4. *Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges, nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.*

5. Ostendit mirabilia quæ acciderunt tempora Joseph usque ad Moysem, *vocavit famem supra terram, misit ante eos virum in servum venundatus est Ioseph. Humiliaverunt in compedibus pedes eius. ferrum pertrãsiit animam eius*, quia in cœlo creatus est, sed misit rex & solvit eum, *qui constituit eum Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, ut erudiret principes eius; intravit Israel in Ægyptum, auxit populum suum vehementer Convertit aquas in sanguinem tempore Moysis, occidit pisces eorum, dedit terra ranas eorum venit cyconia & cinifes in omnibus finibus, posuit pluvias eorum grandinem, & ignem comburantem, percussit vineas ficulneas.* Venit *locusta & brachus qui comedit omne fœnũ, percussit primo omne genitum.*

Postea in gratiam populi, dicit. Cap audit nubem in protectionem eorum, *patierunt, & venit coturnix pane cæli satutavit eos, dirupit terram, & fluxerunt aquæ, & eduxit populum suum in exultatione, & dedit illis regiones gentium.*

EXPLICATIO CV. Psal.

Confitemini Domino quoniam bonus.

In isto 1. Psalmo David describit mala quæ fecit populus Dei, & in olio pericula à quibus liberavit eum, propter quæ vult, ut gratias agant, qui psalmi eodem modo incipiunt. *Confitemini Domino quoniam bonus*, unde in primo Psalmo dicit; *Peccavimus cum patribus nostris iniuste egimus, iniquitatem fecimus Patres nostri in Ægypto intellexerũt mirabilia & non fuerunt memores multitudinis misericordiæ suæ*, irritaverunt ascondentes in mare. tamen salvavit eos. Sic prosequitur narratio eorum quæ fecit Deus pro ipsis tamen *non crediderunt verba eius, murmunaverunt in tabernaculis suis, imitati sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, effuderunt sanguinem innocentem*, tamen liberavit eos & pepercit eis.

EXPLICATIO CVI. Psal.

Confitemini Domino quoniam bonus.

IN isto Psalmo enumerantur pericula à quibus Deus eripuit populum suum ut incitet ad gratiarum actiones quæ sunt sex quorum.

Primum fuit error in itinere, unde ait. *Erraverant in solitudine in inaquoso, viam civitatis habitaculi non invenerunt*, ex quo secuta est penuria, unde ait. *Esurientes, & sitientes anima eorum in ipsis deficit: tamen ab isto periculo liberavit eos Dominus, dicens eduxit eos in viam rectam satiavit animam innanem & animam esurientem satiavit bonis.*

2. Fuit incarceratio, & oppressio ab Ægiptis; unde ait. *Sedantes in tenebris, & in umbra mortis*, vinctos in mendicitate & ferro, quia dulcia eloquia Dei; tamen liberavit eos dicens, *eduxit eos de tenebris, & in umbra mortis & vincula eorum dirupit, contrivit portas æreas, & vectas ferreas confregit.*

3. Fuit infirmitas corporalis dicens. *Omnem escam abominata est anima eorum, & apropinquaverunt usque ad portas mortis.* A quo periculo liberavit dum ait. *misit verbum suum & sanavit eos & eripuit eos de interitionibus eorum.*

4. Fuit maris fluctus ventorum procellæ, unde ait. *Qui descendunt mare in navibus, & stetit Spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius, ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos*, quibus turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, (quibus liberavit eos Dominus cum dicat. *Statuit procellam eius in auram & siluerunt fluctus eius, læta ti sunt,*

5. Fuit stentilas, & inopia pluviæ, unde ait, *posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, & terram fructiferam in salsuginem*: E quo liberati sunt cum dicat, *posuit desertum in, stagna, aquarum seminaverunt agros, plantaverint vineas.*

6. Fuit discordia, & divisio inter eos dicens. *Pauci facti sunt, & vexati sunt in tribulatione malorum*, qua liberati sunt, cum dicat *Audivit pauperem de inopia, & posuit sicut aves familias.* Videamus quomodo non sine ratione; dicit David. *Confitemini Domino quoniam bonus.*

EXPLICATIO CVII. Psal.

Paratum cor meum Deus.

IN isto psalmo continetur lætitia quam percepit David de quatuor beneficiis quæ recepimus per Christum 1. lætatur de resurrectione Christi qui

lætitiam attulit mundo : unde dicit *Exurgo psalterium & cythara*, id est Christus qui primo præcepta legis veteris implevit, exurgant diluculo.

2. De fructu resurrectionis dum ait. *Exaltare super cælos Deus ut liberetur dilecti tui salvum fac dextra tua & exaudi me Deus locutus est in sancto suo.*

3. De gentium conversione dum ait. *exultabo & dividam sichiman*, id est gentiles ut jam explicuimus alibi, *& convellem tabernaculorum demetiar, meus est galaad meus est manasses, & ephrain susceptio capitis mei, Iuda meus moalosses spei meæ, in idumeam extendam calceamentum meum, mihi alie gena amici facti sunt* hic loquitur de fructu prædicationis evangelii.

EXPLICATIO CVIII. Psal.

Deus laudem meam ne tacueris quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

INter omnes Psalmos qui agunt de passione Christi, nullus est, nec expressior nec diffusior. unde dicit. *Os peccatoris apertum est locuti sunt adversum me lingua dolosa posuerunt me mala pro bonis.*

1. Loquitur de peccato judæ dicens, *Diabolus stet à dextris ejus cum iudicatur exeat condamnatus, oratio eius fiat in peccatum, fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter, fiant filij eius orfani, & uxor ejus vidua, scrutetur fenorator omnem substantiam eius, non sit illi adiutor, in memoriam redeat iniquitas, quia persecutus est innocentem, dilexit maledictionem.* 2. Agit quomodo Christus passus est, & quæ, dicens, *factus sum opprobrium illis, viderunt me, & moverunt caput &c.*

EXPLICATIO CIX. Psal.

Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis.

ISto Psalmo usus est Christus contra judæos, ut probaret suam Divinitatem, ut optime enim advertit D. Augustinus quia Dominus de quo loquitur psalmista non potest esse alius à patre qui voluit ut filius suus sederet à dextris suis in remunerationem passionis suæ.

Sunt aliqui qui dicunt quod iste psalmus intelligitur de gratiarum actione pro victoria quā reportavit Abraham Rex Sannaal, Rex Ponty, Rex clamitarum & rex gentium simul venerunt contra regem Sodomorum, regem Gomoræ contra regem Adam, Saboin, Bala, Aselsegor qui à malecitarum

regiones ocupaverunt cum tota substantia Loth: quare hoc sciens Abraham misit 318. vernaculos suos, ut liberarent Loth pro quo Melchisedech obtulit Deo panem & vinum; sed melius hic psalmus intelligitur de Christo.

EXPLICATIO CX. Psal.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

IN isto Psalmo David tractat de sacramento Eucharistiæ, in quo narrat mirabilia ejus. primo ejus institutionem, dum ait. *Memoriam suorum mirabilium misericors & miserator Dominus escam dedit timentibus se . memor erit in sæculum testamenti sui virtutem operum suorum annunciabit populo suo.*

2. Ostendit cumulum mirabilium suorum esse istud sacramentum dando nobis ad manducandum suum corpus usque in finem mundi, suo testamento in cruce derelictum: quare ait: *Magna opera Domini exquisita in omnes volontates eius, confessio, & magnificentia opus eius & justitia eius manet in sæculum sæculi.*

3. Suum officium dicens. *Vt det illis hæreditatem gentium opera manuum ejus veritas, & judicium,* quia dedit nobis suum corpus quod est hæreditas nostra in veritate, & realiter, & quod est judicium pro bonis & malis.

4 Suam excellentiã fidelia inquit. *Omnia mandata ejus in sæculũ sæculi facta in veritate, & æquitate.* Omnia sacramẽta mandata ejus sunt fidelia, sed istud principaliter propter quod dedit suũ corpus consecrandum dicendo. *Hic est corpus meum*, quod continet veritatem sui sermonis.

5. Suam narrat institutionem dicens, *Redemptionem misit Dominus populo suo, mandavit in æternum testamentum suum.*

6 Ostendit quam puritatem, exigat à sacramentibus dicens. *Sanctum & terribile nomen eius, bonus omnibus faciẽtibus eum, lauda io eius manet in sæculum sæculi,* si est terribile quomodo audebit homo accedere ad tantum Sacramentum cum peccato aliquo.

EXPLICATIO CXI. Psal.

Beatus vir qui timet Dominum.

IN isto Psalmo David ostendit qua mercede digni sunt qui timent & diligunt Deum, dicens; *beatus vir qui timet Dominum in mandatis eius volet nimis, potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur, gloria divitiæ in domo eius, & iustitia*

eius manet in sæculum sæculi, exortum est in tenebris lumen rectis misericors & miserator iustus, iucundus homo qui miseratur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commovebitur: ecce pro misericordibus.

In memoria æterna erit justus ab auditione mala non timebit. Id est in ultimo judicio: *dispersit, dedit pauperibus justitia eius manet in sæculum sæculi.*

EXPLICATIO CXII. Psal.

Laudate Pueri Dominum, laudate.

IN isto Psalmo David affert rationes quare sit laudandus Deus, primo bona facit. 2. quia ubique est dicens. *A Solis ortu usque ad ocasum.* 3. Quia *magnus excelsus supra omnes gentes Dominus* 4. Propter providentiam suam; *humilia respicit in cælo, & in terra, suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet cum principibus, qui habitare facit sterilem in domo,* id est gentiles in Ecclesia.

EXPLICATIO CXIII. Psal.

In exitu Israel de Egypto.

IN isto Psalmo David ostendit quod Deus solus laudandus est, quia solus facit prodigia. propterea iste Psalmus decantabatur in egressu ex Egipto. *In exitu eius de Egipto domus Iacob de populo barbaro*, primo. *Mare vidit & fugit, jordanis conversus est retrorsum*, quia divisæ sunt aquæ ut daretur liber aditus populo.

2. montes recesserunt. unde ait: *Montes exultaverunt ut arietes & colles sicut agni ovium, à facie Domini mota est terra quando* apropinquavit circa Dominũ.

3. Percutiendo morsis, paruus lapis dedit abondantiam aquarum. *Qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*

In fine lætatur & ostendit quomodo Deus benedixit populum suum.

EXPLICATIO CXIV. Psal

Dilexi quoniam Exaudivit Dominus.

IN isto Psalmo David ostendit quæ patiũtur animæ in purgatorio dicens. *Tribulationem & dolorem inveni & nomen Domini invocavi, O Domine libera animam meam misericors, & miserator Dominus custodiens parvulos, Dominus humiliatus sum, & liberavit me converte Domine in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte.* Id est de inferno; *oculos*

los meos à lachrymis , pedes meos à lapsu, placebo Domino in regione vivorum id est in cælo.

EXPLICATIO CXV. Psal.

Credidi propter quod locutus sum.

HIc loquitur Psalmista de martiribus , & utilitate martirij. primo homo qui cupit martirium debet credere;quare ait. *Credidi propter quod locutus sum ego autem humiliatus sum nimis.* Id est qui confessus sum fidem humiliatus sum.

2. Debet se fateri peccatorem unde ait. *Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax.*

3. Oportet mori pro fide. Unde ait. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, calicem salvatoris accipiam.*

4. Debet publice fateri fidem; quare dicit : *vota mea Domino reddam coram omni populo eius, pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*, postea ait. *Dirupuisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis*, id est sacrificabo vitam meam.

EXPLICATIO CXVI. Psal.

Laudate eum omnes gentes confitemini Domino quoniam bonus, quoniam.

HIc invitat Ecclesiasticos ad laudandum Deum quare ait, *Confitemini Domino quoniam bonus, dicat domus Aaron quoniam bonus : dicant nunc qui timent Dominum quoniam in sæculum misericordia eius*, quare dicit , quia. *De tribulatione invocavi Dominum & exaudivit me in latitudine Dominus, Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo.* 3. tractat de persecutionibus Ecclesiæ dicens. *omnes gentes circuierunt me & in nomine Domini quia ultus sum in eos , circondantes circondiderunt me sicut apes , & exarserunt me sicut ignis in spinis, & in nomine Domini , quia ultus sum in eos.* quomodo reddendo bonum pro malis.

Lapidem quem reprobaverunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Ad intelligentiam istius sciendum est , quod quando ædificabant templum Domini , erat magnus lapis præparatus qui nullibi apponendus aptus videbatur, sed providentia Divina factum, ut positus in angulo mirabiliter convenit loco, quia erat figura unionis Christi cum Ecclesia, nam Christus qui fuit reprobatus à Judæis factus est in caput anguli , id est unionis Ecclesiæ cum ipso.

EXPLICATIO CXVII. Psal.

Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini.

ILle Psalmus divisus est in 2. partes juxta numerum litterarum Hæbreorum. una quæque pars incipit ab una littera, una quæque in 8. versus qui incipiunt ab eadem littera ut Aleph.

Prima pars incipit à littera prima Aleph, & tractat de via activa, & contemplativa quare ait. *Beati immaculati in via quia ambulant in lege Domini.*

2. Versus dicit. *Beati qui scrutantur testimonia eius*, id est qui contemplatur.

3. Tractat de impedimentis ad contemplationem dicens. *Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulant, tu mandasti mandata tua custodiri nimis.*

2. Pars agit de beatitudine æterna dum ait. *Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas instificationes tuas tunc non confondar cum perspexero in omnibus mandatis tuis*

In quo corrigit adolescentior viam suam.

2. Littera Betli agit de modis quibus corriguntur mores fidelium. *In quo corrigit adolescentior viam suam* discendo, *in custodiendo sermones tuos*, primus modus.

2. *In toto corde meo exquisivi te*, id est per confidentiam in Deum. 3. *In toto corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Id est attribuendo actiones omnes Deo non sibi: 4. *Benedictus es Domine doce me iustificationes tuas.* Id est desiderium penetrandi mandata Dei.

5. *In labiis meis prononciavi omnia iudicia oris tui*, id est publicando beneficia Dei.

6. *In via mandatorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis.* Id est plus æstimando custodiam mandatorum Dei quam divitias.

7. *In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas*; id est per exercitium mandatorum Dei.

Retribue servo tuo vivifica me.

3. Littera Grimel.

Hic petitur auxilium contra tentationes carnis, & alias infirmitates corporales: quare primo petit fidem, *retribue servo tuo vivifica me, ut custodiam sermones tuos.*

2. Contra ignorantiam petit intelligentiam mysteriorum: *revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.*

3. Contra vanitatem petit intelligentiam judiciorum Dei *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.*

4. Contra infirmitatem carnis petit constantiam. *Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.*

5. Contra opprobria petit Clementiam. *Auffer a me opprobrium, & contemptum, quia testimonia tua exquisivi.*

6. Contra malitiam inimicorum petit perseverantiam. *Etenim sederunt principes adversum me servus tuus exercebatur in iustificationibus tuis.*

7. Contra labores petit patien. tiam. *Nam testimonia tua meditatio mea consilium meum iustificationes tuas.*

Adhæsit Pavimento anima mea.

4. Littera Dalepti.

In isto Psalmo agit de continua petitione, ut liberetur à periculis hujus vitæ. quare ut obtineat se humiliat; *adhæsit*, inquit, *pavimento anima mea vivifica me secundum verbum tuum &c.*

Legem pone mihi mihi &c.

5. Littera.

In hoc 8. Versibus agit de lege Evangelica in quibus 8. petit. 1. istam legem. *legem pone mihi.* 2. gratiam ut observet. *Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, & custodiam illam.* 3 in aliis agit de directione ad observantiam illius. *Deduc me in semitam mandatorum tuorum, inclina cor meum averte oculos meos ne videant vanitatem.*

Vt veniat super me misericordia tua.

6. Littera Vau.

In isto Psalmo petit incarnationem verbi quia nobis 8. Secum bona affert, primo reparationem generis humani; *Vt veniat super me misericordia tua Domine salutare tuum secundum eloquium tuum.*

2. Victoriam de inimicis nostris. *Et respondebo exprobantibus mihi verbum qui speravi in sermonibus tuis.*

3. Cognitionem veritatis. *Ne aufferas a me verbum veritatis.*

4. Firmitatem in bono. *Vt custodiam legem tuam semper.*

5. Augmentum charitatis. *Et ambulabam in latitudine quia mandata tua exquisivi;* per charitatem scilicet.

6. Audaciam in tormentis. *Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum.*

7. & 8. Amorem Dei meditando sua misteria, *ut meditabor in mandatis tuis quæ dilexi*

Memor esto verbi tui servo tuo.

7. Littera Zain.

Iste Psalmus continet elogia virtutis spei quæ sunt 8.

Primo est consolatio in hac miserabili vita, *Memor esto verbi tui servo tuo in quo mihi spem dedisti; hæc me consolata sunt in humilitate mea.*

2. Observatio legis divinæ: *Superbi inique agebant, à lege tua non declinavi.*

3. Recordatio judiciorum Dei. *Memor fui judiciorum tuorum & consolatus sum.*

4. Compassio infirmitatis proximi. *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelenquentibus legem tuam.*

5. Consolatio in peregrinatione nostra. *Cantabiles mihi justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.*

6. Nos affirmat in observantia legis Divinæ. *Memor esto, tui nocte nominis tui Domine, & custodivi legem tuam, hæc facta est mihi, quia justificationes tuas exquisivi.*

Portio mea Domine Dixi custodire legem tuam.

Littera 8. Betli.

Hic afferuntur effectus timoris Dei, quorum primus est implorare misericordiam Dei, *Portio mea dixi custodire legem tuam deprecatus sum faciem tuam jn toto corde meo.*

2. Timor Dei nos inducit, ut pœniteamus. *Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in testimonia tua.*

3. Dat vires contra inimicos. *Paratus sum, & non sum turbatus ut custodiam mandata tua.*

4. Submittit carnem spiritui. *Furies peccatorum circomplexi sunt me & legem tuam non sum oblitus.*

5. Facit, ut laudemus Deum. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justificationis tuæ.*

6. Participamur meritis aliorum. *Particeps ego sum omnium timentium te, & custuditentium mandata tua.*

7. Elevat mentem in Deum. *Miseriaordia tua Domine plena est terra justificationes tuas doce me.*

Bonitatem fecisti cum servo tuo,

Littera 9. Teth.

Iste Psalmus agit de effectibus martirij, quorum primus reddit nos filios Dei. *Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine secundum verbum tuum.*

2. Nos instruit in fide. *Bonitatem & distiplinã, & scientiam doce me.*

3. Producit in nobis veram humilitatem. *Priusquam humiliare ego deliqui, propheta eloquium tuum custodivi.*

4 Facit onus leve: *Bonus es tu, Et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.*

5. Non timemus iniquos. *Multiplicata est iniquitas super bonum ego autem scrutabor mandata tua.*

6. In adversitatibus dat vires custodiamus legem Dei. *Coagulatum est sicut lac cor eorum ego autem legem tuam meditatus sum.*

7. Multiplicat merita nostra. *Bonum mihi quia humiliasti me bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti.*

Manus tuæ fecerunt me &c.

Littera 10. Jod.

Hic agit de beneficiis Dei. Primo de creatione *Manus tuæ fecerunt me, & Psalmaverunt me.*

2. De dignitate hominis, justi. *Qui timent te videbunt me & lætabuntur quia verba tua super speravi.*

3. De justitia Dei humiliando peccatores. Cognovi Domine quia. *Æquitas judicia, tua & in veritate tua humiliasti me.*

4. De charitate Dei consolando miseros. *Fiat misericordia tua ut consoletur me secundum eloquium tuum servo tuo.*

5. De punitione iniquorum in favorem justorum; *Veniant mihi miserationes tuæ & vivam confundantur superbi quia iniquitatem fecerunt in me.*

6. De conservatione justorum: *Fiat mihi cor tuum immaculatum in justificationibus, ut non confundar.*

Deficit in salutare tuum anima mea.

Littera 11. Capli

Hic agitur de effectibus humilitatis quorum. 1. est elevatio mentis in Deum. *Deficit in salutare tuum anima mea, & in verbis tuis supersperavi*: id est reliqui mundana.

2 Separatio totalis à terrenis rebus. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando consolaberis me*; id est oculi mei reliquerunt mundum.

3. Reprimisti motus carnis. *Factus sum sicut uter in pruina.* Id est mortuus sum quia fit ex animali mortuo, in pruina id est in carne.

4. Mors carnis. *Quando facies de persequentibus me iudicium*, id est carne; judicium, id est mortis.

5. Fuga vanitatum. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes sed non ut lex tua.*

6. Observatio mandatorum Dei. *Omnia mandata tua veritas paulo minus consommaverunt me in*

terra, ego autem non dereliqui mandata tua.

In æternum Domine verbum tuum.

Littera 12. Lamed.

Hic instruit nos quomodo debemus servire DEO, & credere omnia quæ præcipit Ecclesia. *Quia in æternum Domine permanet verbum tuum.*

Quomodo Dilexi legem tuam Domine.

Littera 13. Menz.

Hic loquitur de effectibus charitatis. primo charitas nos conducit ad DEum. *Quomodo dilexi legem tuam Domine*, id est quomodo te diligo cum juxta D. Augustinum debemus amare sine modo.

2. Facit ut diligamus inimicos: *Super inimicos meos prudentem me ficisti: mandata tua.*

3. Facit ut credamus DEO in omnibus: *Super omnes docentes me intellexi quia testimonia tua meditatio mea est.*

4. Facit ut credamus legi DEI novæ: *Super senes intellexi*, id est legem ueterem quia mandata tua exquisivi.

5. Impedit otium. *Ab omni viâ malâ, prohibui pedes meos ut custodiam veiba tua.*

6. Reddit mandata DEI dulcia, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo, unde odivi omnem viam iniquitatis*, & est ultimus effectus.

Lucerna pedibus meis verbum tuum.

Littera 14. Num.

Hic ostendit quomodo Christus est exemplar nostrum. Primo. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

2, Christus servavit mandata patris. ergo & nos debemus observare *juravi, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.*

3. Sicut se humiliavit, ita & nos. *Humiliatus sum usquaquaque Domine.*

4. Sicut voluit in omnibus conformari patri suo, ita & nos. *voluntaria oris mei bene placita fac Domine.*

5. Sicut fuit liber, ita, & nos. *Anima mea in manibus meis semper.*

6. Sicut passus est, ita & nos. *Possuerunt peccatoris laqueum mihi*, & per hoc obtinuit gloriam, *hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum, inclinavi ad faciendas iustificationes tuas. propter retributionem.*

Iniquos odio habui.

Littera 15. Sameth.

In isto Psalmo instruit nos David circa ea quæ audire debemus ad salutem necessaria.

Primo iniquos mores odisse, juxta illud. *iniquos odio habui & legem tuam dilexi.*

2. Semper in Domino sperare *Adiutor, & susceptor, meus es. sic in verbum tuum speravi.*

3. Fugere so ietatem malorum *declinant à me maligni.*

4. Meditari in justificationibus Dei.

5. Punire vitia nostra

6. Detestari in observantia.

7. Timere justitiam Dei.

Feci iudicium & iustitiam.

Littera 16. Hain.

Hic agitur de effectibus considerationis ultimi judicij. Primò causat confidentiam in Deum. Feci *judicium & justitiam non tradas me calumniantibus me.*

2. Dat perseverantiam in bono. *Suscipe servum tuum in bonum.*

3. Peccatores incitat ad pœnitentiam. *Defecerunt oculi mei in salutare tuum.*

4. Obtinet veniam peccatorum. *Fac cum servo tuo misericordiam tuam.*

5. Nos humiliat. *Servus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.*

6. Obligat nos fateri peccatores. *Tempus faciendi Domine dissipaverunt legem tuam.*

Mirabilia testimonia tua.

Littera 17. Phæ.

Hic instruit nos, quomodo possumus relinquere peccatum 1. custodiendo legem Dei. 2. credendo verbis Christi 3. petendo gratiam 4. petendo misericordiam &c.

Iustus es Domine & certum iudicium tuum.

Littera 18. Sindac.

Hic afferuntur modi quibus consolari possumus in nostris miseriis 1. quia Deus justus est. *Iustus es Domine.* 2. quando patimur propter zelum honoris Dei 3. quando humiliamur &c.

Clamavi in toto corde meo.

Littera 19. Caph.

Hic docet nos quid agere debeamus intentationibus 1. oportet recurrere ad Deum 2. petere salutem animæ. 3. sperare in Deo 4. humiliter petere misericordiam Dei: & pro peccatoribus orare 5. confidere promissis Dei ita sunt clara in spalmo.

Vide humilitatem meam eripe me.

Littera 20. Res.

Hic enumerat elogia humilitatis, quorum primum eſt, nos liberat à malis. *Vide humilitatem & eripe me* 2. Purgat nos à peccatis ſecundũ promiſſa Dei. *Propter eloquium tuum vivifica me.* 3. Corrigit peccatores. *Longa peccatoribus ſalus & terror.* 4 Lenit perſecutiones. 5. Facit amemus Deum.

Principes perſecuti ſunt me gratis.

Littera 21. Sin.

Hic agit de efficacia verbi Dei. Primò cauſat in nobis timorem filialem *á verbis tuis formidavit cor meum.*

2. Cauſat gaudium. *Lætabor ego ſuper eloquia tua.* 3. Cauſat odium peccati *iniquitatem odio habui.* 4. Sollicitat ad laudandum Deum *Septies in die laudem dixi tibi.* 5. Purificat intellectum. *Pax multa diligentibus Deum.*

6. Cauſat ſpem. 7. juſtificat animam.

Appropinquat deprecatio mea.

Littera 22. Tan.

Hic tractat de emendatione vitæ quæ multa exigit. Primò cognitionem perfectam peccatorum. *Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo juxta eloquium tuum da mihi intellectum.*

2. Exigit auxilium Dei. *Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo ſecundum eloquium tuum eripe me.*

3. Exigit gratiarum actionem. *Eructabunt labia mea hymnum cum docueris me.*

4. Exigit obſervantiam mandatorum Dei. *Fiat manus tua ut ſalvet me quoniam mandata tua elegi.*

5. Meditationem legis & confeſſionem peccatorum. *Erravi ſicut ovis quæ periit quare ſervum tuum Domine quia mandata tua non ſum oblitus.*

EXPLIC. 119. Pſ. & 14. aliorum

Ad Dominum cum tribularer clamavi.

Hic Pſalmus primus inter 15 Graduales quare ſciendum primò, quod ad templum Salomonis ſupra montem ſion in medio Jeruſalem ſituatum per 15. Gradus aſcendebatur, poſt ſingulos 5. Gradus erat pauſa parum longior gradibus & quò propinquior erat templi, eo latior videbatur. Quoties levitæ aſcendebant in templum ad ſacrificandum, toties decantabatur unus ex 15. ſplamis & in pauſa

ſa dicebatur una oratio, ſicut mos eſt in Eccleſia.

2. Sciendum eſt quod tres ſunt gradus aſcendentium in cœlum. Primus eſt incipientium. 2. proficientium, 3. perfectorum pro incipientibus ſunt 5: Gradus. Pro proficientibus. 5. & pro perfectis 5. Sed quia incipientes mult's involuuntur difficultatibus majori indigent auxilio DEI: quarè in primo gradu cantabatur Pſalmus. *Ad Dominum clamavi.* 2. Quia indigent maximâ confidentiâ in DEUM, cantabatur pſalmus. *Levavi oculos meos in montes unde veniet auxilium mihi.*

3. Quia ex illa confidentia debet ſequi ſpes. Ideo cantabatur ſpalmus. *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus.*

4. Acquiſita ſpe oportet relinquere terrena: ideo cantabatur pſalmus. *Ad te levavi oculos meos unde veniet auxilium mihi* 5. Quia omnia proveniunt à DEO: ideo nihil ſibi tribuendum eſt: unde dicebatur: *niſi quia Dominus erat in nobis.*

5. Sciendum eſt quod proficientibus ſunt alij 5. pſalmi; nam uirtuoſus homo victis paſſionibus occupari debet in exercitio virtutum, & petere à DEO. Perſeverantiam in gratia: quare cantabatur pſalmus. *Qui confidunt in Domino ſicut mons ſion non commovebitur in æternum.* 2. debet exerceri in contemplationem: quare dicebatur. *In convertendo Dominus captivitatem ſion facti ſumus ſicut conſolati.* 3. debet habere charitatem erga proximum, & ſic dicebatur. *Niſi Dominus ædificaverit domum in vanum laboraverunt qui ædificant eam.* 4. Non debet expectare mercedem ab hominibus: unde dicebatur. *Beati omnes qui timent Dominum.* 5. debet petere à Domino, ut perſecutionibus exerceatur: quare dicebatur pſalmus 10. *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea dicat nunc Iſrael.*

4. Sciendum eſt quod primo perfecti debeant rogare Deum pro perſequentibus ſe, & pro inimicis: quare cantabatur pſalmus. *De profundis clamavi ad te Domine. Si iniquitates obſervaveris Domine Domine quis ſuſtinebit.* 2. debet rogare Deum ne intret in aliquam vanitatem. Quare dicebatur: *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.* 3. debet eſſe totus in Deo, & in ejus ſervitiò: quare cantabatur. *Memento Domine David & omnis manſuetudinis eius ſicut iuravi Domino votum vovi Deo Iacob.* 4. debet eſſe perfectus in amore Dei, & proximi: quare dicebatur: *Ecce quam bonum eſt, quam iucundum habitare fra-*

tres in unum.

5. Debet occupari rebus cœlestibus & relinquere terram: unde cantabatur. *Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini.*

EXPLICATIO CXXXIV. Pſ.

Laudate nomen Domini laudate servi Domini.

HIc afferuntur rationes, quare præcipuè Religiosi, & Ecclesiastici laudare debent Deum: quare incipit. *Qui statis in domo Domini.*

EXPLICATIO CXXXV. Pſ.

Confitemini Domino quoniam bonus.

IN isto psalmo afferuntur perfectiones Dei quibus laudari debet. Primo propter bonitatem. *Quoniam bonus.* 2. Propter divinitatem *Deo deorum.* 3. propter dignitatem propter potentiam per creationem, per prodigia.

EXPLICATIO CXXXVI. Pſ.

Super flumina babylonis illic flevimus dum recordaremur tui sion.

PLangit hic David captivitatem babylonicam, sive prædestinatorum istius vitæ, & dat rationes quare plangit.

Primo propter periculum idolatrandi cum Idololatris: unde ait. *In salicibus*, id est Idolatris quia salices nullum fructum afferunt, *suspendimus organa nostra,*

2. Quia timet populi ruinam: unde est, quia, *Illic interrogaverunt nos verba cantionum.* Id est adulteria quia addit. *Quomodo cantabimus canticum novum in terra aliena.* Postea narrat crudelitatem babylonicam.

EXPLICATIO CXXXVII. Pſal.

Confitebor tibi in toto corde meo quoniam audisti verba oris mei.

COmposuit istum psalmum Propheta Regius postquã fuit liberatus à persecutione filij sui Absalon ad gratias, agendum Deo: unde ait. *Confitebor tibi in toto corde meo quoniam audisti verba oris mei.*

EXPLICATIO CXXXVIII. Pſal.

Domine probasti me & cognovisti me.

IN isto psalmo describitur immensitas Dei: quomodo ubique est quomodo omnia cognoscit & videt, præterita, præsentia, & futura, novissima, & antiqua.

EXPLICATIO CXLX. Pſal.

Eripe me Domine ab homine malo.

Hic tria ostendit David. primo malitiam extremam Saulis 2. orationem suam pro ipso 3. Ejus punitionem quare incipit.

Eripe me ab homine malo, ab homine iniquo eripe me; qui cogitaverunt iniquitatem in corde suo, tota die constituebant prælia, acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum Et omnia faciliter explicantur.

EXPLICATIO CXL. Psal.

Domine clamavi ad te exaudi me.

AD comprehendendum istum psalmum sciendum est quod multoties peccavit David peccato linguæ.

Primo pronunciando sententiam contra Miphiboset; nam Sylla servus Miphiboset venit cum duobus asinis onustis pane, & vino ad David, dum fugeret Absalon, cui David. Ubi est Dominus tuus. In Jerusalem inquit Sylla cogitat de impetrando regno Israel, quod erat falsum: tamen David secundum allegata pronunciavit sententiam contra Miphiboset spoliando ipsum omnibus bonis, & assignando Syllæ, quæ tamen cognita falsitate restituit.

2. Quando consiliavit Uriæ, ut rediret in domum suam dormiretque cum uxore sua, & sic putaret uxorem gravidam à se, & non à David.

3. Quando jussit Joab ut numeraret populum, & hoc cum vanitate: quare composuit istum psalmum, ut peteret à Deo ne amplius offenderet ipsum lingua: unde incipit.

Domine clamavi ad te exaudi me, dirigatur oratio mea in conspectu tuo, pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis, non declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatē non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autem peccatorum non impinguet caput meum. Id est adulatores figuratos per oleum non me decipiant sed justus me corripiat sine affectatione. *Quoniam adhuc oratio mea in benè placitis eorum absorpti sunt iuncti petræ judices eorum.* Id est sapientes mundi uniti Christo apud peccatores nil videntur esse. *Audient verba mea quoniam potuerunt.* Id est peccatores audient quæ dicam ipsis quia verba mea habent vim ut audiantur. *Sicut crassitudo terræ erupta est super terram.* Id est difundantur per orbem sicut crassitudo terræ.

EXPLICATIO CXLI. Psal.

Voce mea ad Dominum clamavi

HIc ostendit David quæ passus est quando post reditum ex Achat apud quem insanus visus est, fugerat ad cavernam Adollam, petit à Deo liberari.

EXPLICATIO CXLII. Psal.

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam.

MUltos David composuit psalmos, ut ostenderet persecutionem filij sui Absalon: modo tractat de ejus crudelitate de qua liberari petit à Deo, & affert rationes suæ petitionis.

1. Quia. *Persecutus est inimicus animam meam collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi, anxiatus est super me spiritus meus in me turbatum est cor meum.*

2. Gratias agit de sua libertate. *Memor fui dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabor expandi manus meas ad te anima mea sicut terra sine aqua tibi,* quia anima ejus sterilis erat, & sicca.

EXPLICATIO CXLIII. Psal.

Benedictus Dominus Deus meus qui docet &c.

COmposuit istum psalmum in gratiarum actionem de victoria quam reportavit supra Goliad. Unde primò petit auxilium Dei contra tam terribilem inimicum dicens.

Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum. Misericordia mea & refugium meum, protector meus in te speravi qui subdit populum meum sub me

2. Miratur quod Deus fecerit tantam gratiam pauperi pastori fratrum minimo dicens.

Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis quia reputas eum, cum homo similis vanitati factus est: dies eius sicut umbra prætereant, Domine inclina cœlos, & descende fulgura coruscationis, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos, quorum os loquutum est vanitatem. Dextera eorum, dextera iniquitatis.

Deus canticum novum cantabo tibi qui das salutem regibus, qui redemisti David servum tuum de gladio maligno eripe me, erue me de manu filiorum alienorum quorum filij sicut nouvellæ plantationes in juventute sua, filiæ eorum compositæ circum ornatæ similitudo templi, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Id est granaria plena. *Oves eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis.* Id est oves sunt crassæ & fœcundæ. *Non est ruina materiæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.* Id est

palatia eorum sunt firma, & stabilia nullos habent hostes ecce fœlicitas impiorum.

Sed *Beatus populus cui hæc sunt, beatus populus cuius Dominus Deus eius*. Id est solus ille est beatus qui habet Deum pro se.

EXPLICATIO CXLIV. Psal.

Benedicam nomini tuo in sæculum.

IN 6. Ultimis psalmis David affert modum quo laudandus est Deus; nam in primo laudat Deum propter tot quotidiana beneficia.

2. Propter suam elevationem. 3. Propter sanctitatem 4. Propter mansuetudinem 5. Propter misericordiam, & 6. Propter fidelitatem instandis promissis.

In 145. Laudat Deum quia liberavit nos à peccato. 2. quia curam habet viduarum & orphanorum. 3. Quia sustinet justos. 4. Quia punit malos.

In 146. Laudat eum de productione tot creaturarum.

In 147. Laudat de beneficiis collatis populo suo.

In 148. Laudat de creatione cælestium creaturarum.

In 149. Laudat de beneficiis quæ ipsemet recepit.

In 150. Loquitur de laudibus quas dant beati in cœlo his positis.

Dico primo quod Sacra Scriptura sub una littera habet plures sensus contra hæreticos; scilicet litteralem juxta significationem vocum, & spiritualem, juxta rerum significationem.

Probatur primo pars authoritate Sacræ Scripturæ. Divus Paulus ad Galatas 4. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera, sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per repromissionem quæ sunt per allegoriam dicta, hæc enim sunt duo testamenta perscriptum est, denotatur sensus litteralis, sivè historicus; nam revera duos filios habuit, ut habetur genesis 16. scilicet Ismaelem ex Agar ancilla, & Isaac ex Sarra uxore libera. Per quæ sunt per allegoriam dicta, importatur sensus spiritualis allegoricus, ergo scriptura sacra continet plures sensus sub una littera.

Probatur secunda pars ex D. Augustino epistola 49. quæstione ultima. Sicut humana consuetudo verbis, ita divina potentia factis loquitur. Divus Gregorius magnus moralium cap. 21. Scriptura Sacra scientias omnes atque doctrinas ipse etiam locutionis suæ morè transcendit, quia uno eodemque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium D. Thom. 1.

p.q.1 a.10.hoc habet.Ista scientia,quod ipsæ res significatæ per voces,etiam significent aliquid, ergo.

Probatur ratione sensus litteralis est juxta vocum significationem spiritualis juxta rerum significationem sed hic duplex sensus soli Sacræ Scripturæ convenit, quia Deus omnium conditor propter perfectam rerum comprehensionem, & supremum suum Dominium,res prout in ordine rerum spectantes in prima productione ad alias,iterum res significandas ordinat, quod non convenit rebus naturalibus ab authoribus naturalibus traditis.

Objicies. Si Sacra Scriptura haberet plures sensus hoc haberet ex intentione Spiritus Sancti, sed nullibi constat nec in Sacris Scripturis, nec in traditione. Ergo.

Respondeo quod constat ex Sacra Scriptura, & authoritate Ecclesiæ,& ex communi sensu sanctorum patrum.

Dico 2. Quod Sacra Scriptura habet sensum litteralem.

Probatur. Christus Dominus, & Apostoli usi sunt sensu litterali sicut cum Christus Mathæi 22 probat resurrectionem futuram ex illo exodi. Ego sum Deus Abraham, ubi concludit quod Abraham vivat, cum Deus non sit Deus mortuorum. Item ex Psalmo 109. *Dixit Dominus Domino meo.* Probat Messiam esse filium Dei: ita de Apostolis ergo.

Probatur 2.revelatio mysteriorum fidei continentur in Sacra Scriptura, sed si Sacra Scriptura non habet sensum litteralem, nil est certum, cum solus sensus litteralis sit efficax. ergo.

Objicies. Ex Nicolao de tyra. Plura sunt Sacræ Scripturæ loca quæ carent sensu litterali, quia Sacra Scriptura sæpè utitur figuratis locutionibus, ut Christus dicitur Leo &c.

Respondeo quod in figuratis locutionibus est sensus litteralis, sed improprius; unde quando Christus dicitur leo est secundum fortitudinem.

Dico 3. Sacra Scriptura habet plures sensus litterales sub una littera, & voce.

Probatur Oseæ 11. *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Qui locus communiter interpretatur de populo Israël redeunte de Ægypto, & tamèn S. Mathæus cap. 2.explicat litteraliter de Christo revertente ex Ægypto. Isaïæ. 40. *Vox clamantis in deserto*, hic locus intelligit litteraliter, tum de Isaïa, tum de Joanne Bapt. ut constat marci 1. & Lucæ 3. ergo.

Michaël de Medina libro sex.

to de recta in Deum fide cap. 27. vasques disput. 15. cap. 3. dicunt contrarium.

Dico ultimo quod Sacræ scripturæ sensus dividitur 1. in litteralem, & spiritualem; sive misticum, 2. litteralis in proprium, & metaphoricum. 3. Spiritualis in allegoricum, & moralem, sive tropologicum, & Anagogicum.

Probatur ex D. Tho. 1.p.q.1. a.10. sensus spiritualis trifariè dividitur, sicut dicit Apostolus ad Hæbreos 5. lex vetus est figura novæ legis: nova lex ut dicit D. Dionysius in Ecclesiastica hierarchia est figura futuræ gloriæ, in nova enim lege ea quæ in capite sunt gesta, sunt signa eorum quæ nos agere debemus; Secundum ergo quæ in Christo sunt facta, vel in iis quæ Christum significant, sunt signa eorum quæ nos agere debemus, est sensus moralis: prout vero significant ea quæ sunt in æterna gloria, est sensus Anagogicus.

Sensus igitur litteralis est secundum litteram; & historiam. Moralis secundum mores. Allegoricus est per figuras. Spiritualis respicit actiones. Anagogicus gloriam.

QUÆSTIO X.

An lex nova justificet.

Ratio dubitandi est satis gravis; nam leges ut leges non justificant, nisi quatenus procurant gratiam ad servanda præceptà, atqui in lege antiqua dabatur gratia tali, quia de fide est, hominem non posse viribus naturæ elicere actum per quem consequatur salutem sine gratia; imo in natura lapsa nullus potest observare omnia præcepta, nec quoad substantiam, nec quoad modum sine illa, licet potuerit homo quoad substantiam in statu naturæ integræ. Quomodo igitur lex nova præ antiqua dicitur justificare.

Dico quòd lex nova justificat ex opere operato, quia in illa sunt sacramenta, quæ conferunt gratiam ex opere operato.

Probatur ad Romanos 1. *Evangelium est virtus Dei in salutem omni credenti*, sed virtus Dei dat vires & gratiam per sacramenta, ergo 2. ad Corinthios 15. *Notum vobis facit Evangelium per quod salvamini*. 3. D. Thomas 12. q. 28. docet in lege nova duo esse præcepta fidei, & gratiæ, quæ in illis præceptis continentur; docet legem novam per

ſua præcepta non juſtificare, ſed per ſpiritum, quia præcepta, ut præcepta non juſtificant, quia præceptum, ut tale attendit tantum ad bonum faciendum, & malum fugiendum, & ut tale eſt extrinſecum hominis ergo non juſtificat; nam juſtificatio eſt quid intrinſecum, & hoc erat in veteri lege, in qua erant auxilia ad quæ omnia eſt reſpondendum.

Reſpondeo quod ideo juſtificat quia continet Sacramenta quæ juſtificant, quod non erat in alia lege. 2. quia promittitur fælicitas ſub conditione ponendi aliquod opus.

DISPVTATIO VI.

De veteri & novo teſtamento.

POSTQUAM vidimus Sacram Scripturam in genere oportet videre illam in ſpecie, & primo de veteri teſtamento, præmittendo authoritatis utriuſque teſtamenti diſcuſſionem.

QUÆSTIO I.

Vtrum divina authoritas veteris & novi teſtamenti contra infideles probari poſſit.

RAtio dubitandi eſt incompoſita, vel enim divinæ ſcripturæ authoritas probatur per definitionem Eccleſiæ quæ eſt fundamentum, & columna veritatis, ut loquitur Apoſtolus, vel per ſcripturam ipſam, quæ de ſe ipſa divina quidem teſtimonium perhibet, paginis minimè adhibenda à quibus negaturi ſunt, aliæ igitur rationes quibus fiat evidentur credibilis ſunt adhibendæ.

Nota tamen prius, quod non committitur vitioſus circulus, quando eſt mutua relatio inter duo quæ ſe mutuo probant, & ſic quando probatur veritas ſcripturæ per Eccleſiam, & Eccleſia per ſcripturam non eſt vitioſus circulus propter mutuam dependentiam.

Primum argumentum ſumitur ex antiquitate veteris, & novi teſtamenti: primo quidem certiſſime conſtat vetus teſtamentum eſſe ſcripturam antiquiſſimam; quin imo omnium primam, ut fatentur quam plurimi, affirmantes Moyſi omnium primo fuiſſe infuſã artem ſcribendi, vt libros ſacros conſcriberet. Divinitus fuerit infuſo ars fabrilis ex marmore, auro, &c. ut templum conſtrueretur;

&

& revera si quis alius author fuisset, hauddubie de illo Moyses fecisset mensionem; quippeque de genere humano bene merito, sicut meminit de alijs artium authoribus; ergo cum Sacra Scriptura alias scripturas prophanas antecesserit, debuit omnes alios scriptores præcedere, ergo est antiquissima, ergo est divina, ergo illi credere debemus, sicut credimus fide humana fuisse ciceronem, Aristotelem &c.

Secundum argumentum petitur ab excellentia objecti de quo tractatur in libris sacris; in illis enim agitur de uno Deo, de prædestinatione, de justificatione, de glorificatione, quæ omnia hic captum superant, utpote supernaturalis ordinis, cum duntaxat fide supponantur, tum quia exactissime docentur media omnia, quæ ad summam sanctitatem, morumque integritatem conferre possunt; agunt enim de virtutibus omnibus, aliisque mediis quæ ad felicitatem conducunt. Geminum, ait Isidorus, lib. 3. de summo bono, *donum confert sacramentum, scripturarum.* lectio, quia mentem elevat à mundi veritate, abstractum hominem ad amorem celestium perducit. Hic scribenda sunt omnia quæ actenus sancti Patres scripserunt de commendatione Sacræ Scripturæ: cum igitur scripturam sacram legimus non Aristotelem. non platonem &c. sed Deum ipsum omnibus hominibus loquentem, docentem, monentem, exhortantem, bona æterna legem suam servantibus promitentem &c. Hæc omnia evidenter inferunt libros illos in quibus prædicta continentur esse divinos. Miror sane quomodo inventi fuerint hæretici qui legentes Sacram Scripturam, tot mysteria, tot miracula, tot Sacramenta, tot veritates inconcussas, tot signa, & prodigia, cum tanta simplicitate tractata ausi fuerint negare illam esse divinam, multis mendaciis plenam, imò vidiculam esse asseruerint. Si in illa aliquis modus vivendi daretur, vel perniciosus saluti, vel contrarius bonis moribus, vel alienus à vera ratione, vel tandem parum conformis veritati, justum negandi ipsum viderentur habere fondamentum; Certè clarè apparet quomodo in his omnibus Deus loquatur, cum unus homo hæc scire ex se ipso non possit.

Tertium argumentum sumitur à propheciis quæ in illis continentur quæ exactè adimpletæ evidenter ostendunt illos libros esse authoritatis divinæ: juxta illud Isaiæ cap. 41. *Dicite*

nobis quæ ventura sunt, & dicemus quod dij estis vos.

Probatur ratione quia, ut docent Theologi, Deus solus potuit revelare prophetis futura libera, cum solus Deus per infinitam vim attingat præsentia, ac præterita, non est opus ut illius objectum existet, neque per se, neque per sui speciem, ut movere possit intellectum divinum ad sui cognitionem, eo quod Deus sit sibi species, & infinita vis cognoscitiva dices Dæmones sæpe prædicunt futura libera.

Respondeo Dœmones non cognoscere ea ex certa scientia, sed tantum conjecturis; ideoque eorum prædictiones non sunt certæ, sed tantum probabiles; cum igitur Dœmones apti sint ingenij ad conjecturandum, sunt valdè propensi modo quo id faciant recenset S. Augustinus lib. de devinatione Dœmonum: inde etiam fit ut in suis conjecturis sæpè errant, & falsa veris miscent, & ambigua respondent, quibus homines facilè decipiuntur, ut patet de illo: aio Ete acida vincere posse Romanos.

Quartum argumentum est. quod inter tot tantasque tyrannorum, & hæreticorum persecutiones contra vetus, & novum testamentum ad nos usque scriptura sacra interrupta inveniatur, ut constat ex libris scriptorum, & sanctorum Patrum per tot sæcula usque ad istud successivè citatis, & explicatis; constat enim eandem quam nos legimus scripturam legisse, eosdem libros, eadem capita, eosdem versus, quod sane sine providentia Dei particulari non potest fieri.

Objectiones.

Obijcies 1. Cum infidelibus primo Deus non potest esse author specialis hujus scripturæ, quæ continet rationales contrarietates, & manifestas, sed continet. Probatur minor. Quarto Genesis de *Enoch, cæpit invocare nomen Domini*, cum Abel & Caim jam inceperint; nam immolatio, & sacrificium quod uterque fecerant de arietibus, & de fructibus invocationem Dei continent; imo sacrificium est ipsamet invocatio Dei item constat sapientiæ primo. Adam jam fuisse justificatum à Deo per pœnitentiam; peccavit ait Adam, sed eductus est a peccato, id est justificatus, atqui justificatio in adultis supponit invocationem Dei; nam nullus adultus potest justificari, nisi per actum contritionis, actus contritionis non potest fieri, nisi

præcesserit actus fidei, & spei, qui actus inducunt invocationem Dei; ergo Enoch non incepit invocare nomen Domini. Item libro 2. Paralipomenon cap. 36. dicitur *Ioachim fuisse 4. annorum cum regnare cepisset.* lib. 2. Regum cap. 24. scribitur. *Decem & octo annorum fuisse Ioachim cum regnare cæpisset*, & sunt quam plurimæ aliæ ex Sancto Augustino, & aliis patribus quæ afferri possunt contradictiones.

Secundo in novo testamento sunt multæ aliæ. Nam Apostolus cap. 9. ad Hebræos in arca fuisse urnam auream habentem mamna, virgam Aaron, & tabulas legis. Et 3. Regum cap. 6. legitur. Nil fecisse in arca nisi tabulas; item Christus videtur ter respondisse iis quæ dubitanter tantum credebatur quasi affirmaretur respondebat; ut cum Judas Apostolus interrogat Rabi tu dixisti, interrogatus: imo adjuratus an esset filius Dei respondit. *Tu dixisti*, & Pilato sicitanti an esset ipse Rex respondit. *Tu dicis quia Rex sum. Ergo.*

Tertio multa sunt in novo testamento quæ si conferantur cum veteri videntur adversari. Actuum 5. Sanctus Stephanus refert historiam Patriarcharum aliter, quam referatur in Genesi; ait enim. *Iacob fuisse ingressum in Ægyptum cum 75. animabus familiæ suæ*: cum in Genesi 46. & Exodi 570. numerentur. item Christus Mathæi cap. 27. sibi attribuit illud Zachariæ, *Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis*: quod tamen Zacharias de Pseudo Propheta: non autem de Christo dicit, ergo non potest dici quod Deus sit author utriusque testamenti.

Quarto denique petitur ex variis rationibus, quia in Scriptura Sacra leguntur, quæ vel fabulosæ sunt, vel incredibiles, vel si credibiles ad malum potius quam ad bonum inducunt. Genesis 3. Scribitur. Serpētem fuisse locutum cum Eva, ut eam ad præceptum Dei violandum alliceret: item quod David, & Sanson ursos, & leones suis manibus discerpserint, & quod idem Sanson mandibula Asini 1000. Philistæos occiderit; item quod Ezechiel volumen ederit, & in ore tanquam mel fuerit.

Respondeo ad ista omnia, sed antequam respondeam dico quod constat certissimè has omnes contradictiones jam dudum à SS. Patribus fuisse planè solutas, itaque.

Ad primum. Enoch cæpit invocare nomen Domini, quia fuit primus qui cæpit congregare homines ut Deum simul invocarent sub certis quibus-

dam ritibus antea non usitatis, tum quia ipse instituit cultum. Ad ætatem Joachim, quia in scriptura variari videtur.

Respondent multi locum paralegoin esse inutilem, & deesse particulam decem quæ in aliis legitur; nam quod ab uno au thore ommissum est, ab alio potest suppleri; sic enim quod ab uno Evangelio omittitur, ab alio suppletur; nam lucæ 11. Dæmoniacus quia Christo sanatus est, dicitur tantum surdus, à Mathæo surdus, & cæcus.

Ad locum Epistolæ ad Hebræos respondet Cornelius à lapide. More Hebræorum hic ample sumi, & complecti etiam ea quæ prope erant in arca, quia propè, & juxta erant urna, & virga; sic dicitur Christus Dominus passus in Jerusalem, cum tantum sit passus juxta, & propè; sic vulgo dicimus Romæ, Chamberij, contigisse quod propè illas urbes contigit: Ita &c.

Ad aliud respondeo esse modestam Hebræorum responsionem: & sic quando Christus respondet Pontifici. *Tu dixisti*. Exclamavit. *Reus est mortis*, quod non dixisset, si Christus locutus fuisset æquivocè, aut veritatem dissimulasset.

Ad Responsum Sancti Stephani in actis Apostolorum & Sancto Luca. Dico nullo modo esse contrarium iis quæ dicuntur in Genesi nam in Genesi recensentur tantum illi qui erant in Ægypto. Si qui numerantur à Santo Stephano numerantur 760. quia numerat etiam illos qui nati sunt in Ægypto. Ad aliud. Percutiam, non est inconveniens quod etiam de Christo intelligatur, & non aufferet aliam intelligentiam.

Ad aliud Respondeo, quod nulla est contradictio inter Evangelistam, & Prophetam; licet enim istud Zacharias dixit de Pseudo p o pastore, verba in Zacharia tam bonis, quam malis conveniunt, quia si uterque percutiatur, procul dubio dispergentur oves.

Ad Rationes quæ inducunt fabulosa. ℞. quod nihil est fabulosum; nam ad primum dico, quod Dæmon ingressus est in corpus serpentis, & ibi fuit locutus ad Evam, quod potest fieri ad illud de David. & Sansone. Dico hoc fecisse divina virtute, non propria.

Ad manducationem voluminis. Dico quod non fuit realis, & Physica, sed tantum Metaphorica, ita ut quando dicitur, Ezechieli. Comede volumen istud, vult dicere quod ea quæ in illo volumine continentur, intelligeret. Ideo fuit tanquam

Mel dulce, quia intelligentia rerum divinarum est cibus dulcissimus.

DISPVTATIO VII.

De materia particulari veteris Testamenti id est à Prophetia.

CUm certum sit Prophetiam locum habere in utroque testamento, quando quidem in utroque fuere Prophetæ. Antequam agamus de veteri,& novo testamento in particulari, operæ pretium duxi aliquid enucleare de Prophetia tanquam parte nobilissima Sacræ Scripturæ.

QUÆSTIO I.

De Existentia Prophetiæ

SUppono Prophetiam Græce προφήτης propriè dici illamque ex revelatione prædicere rem aliquam, antequam eveniat: derivatur enim in latino à pro & fari. In Græco pro idem est ac ante loquor. Generaliter in scripturis dicitur facultas certius arcana Dei cognoscendi, & enarrandi ad Ecclesiæ utilitatem divinitus datam,

Dico 1. quod Deus in omni sæculo Prophetia Ecclesiam suam illustravit, qua Ecclesia vera à falsa dignosceretur.

Probatur 1. Debuit Deus suæ Ecclesiæ dare signum aliquod quo infallibiliter cognosceretur, sed hoc fit per Prophetiam. Probatur Isaiæ cap. 41. *vox loquebatur Isaia Propheta Idonea, & ab illis vetebat prædictionem cui respondere debent.*

Probatur 2. Prophetia attingit ea quæ revelatione divina cognosci possunt. Ergo Prophetia est caracter veræ Ecclesiæ, & veræ religionis.

Pr.3. Inductione cujuslibet legis: videlicet, naturæ, scriptæ, & gratiæ in quibus semper verus cultus Dei fuit, in quibus semper extitere prophetæ.

Primo quidem fuere in lege naturæ Prophetæ nam Enoch fuisse Prophetam affirmat Judas in sua epistola: *Prophetavit, ait, de suis ab Adam Enoch.* Noë prædixit diluvium. Abraham multas prophetias de Isaac, & Christo ex se nascituris dedit. In lege Mosayca, fuere Moyses, Josuè, Samuel, David. In novo testamento fuere Christus, Apostoli, & innumeri alij sancti; testis est Sanctus Justinus martyr in dialogo contra Triphonem, qui affirmabat usque ad tempora sua in Dei Ec-

clesia non extitisse Prophetas: idem de suo sæculo affirmat sanctus Augustinus de civitate Dei, & de aliis sæculis fusius demonstrat Josæus libro de votis, signo 19. in nostro sæculo sunt quam plurimi.

Dico 2. Prophetia propriè dicta, est donum Dei gratis datum prædicendi certo, & infaillibiliter sua Evangelia pendentia à creaturæ libertate angelica, vel humana.

Expl. Dicitur donum Dei gratis datum, nullibi alteri ex donis gratis datis convenit producere certò futura] libera quæ sunt prophetiæ proprie dicta.

Dicitur donum, sive revelatio divinæ mentis Prophetæ impressa: nam primo elevatur intellectus à Deo. 2. recipit species quibus determinatur ad cognoscendum aliquod objectum, ita eventurum, sicut propheta prædicit. 3. loquitur Deus, cum intendit Prophetæ judicium. Ultimo audit Propheta quando illud in se recipit.

QUÆSTIO II.

Quotuplex sit Prophetia.

ORigenes tract. 6. in Matthæum dicit prophetias non esse diversas, cum omnes sint ex Spiritu Sancto revelatæ tanquam ex una voce; si tamen considerentur ex parte naturæ, & circonstantiarū sunt diversæ.

Dico 1. Prophetia dividitur in strictè, & late sumptam. 1. Est illa qua prædicuntur futura libera certo. 2. Est illa qua non tantum prædicuntur futura libera, sed etiam multa manifestantur. 2. Dividitur in intellectualem, & sensibilem. 1. est illa quæ fit à Deo tanquam causa particulari, producit speciem in intellectu, & cum eo concurrit ad judicium formandum de re futura: sensibilis, sive imaginativa est illa quæ fit dependenter, & concurrente imaginatione cum intellectu ad judicium. Immissiones & revelationes fuere communiter sensibiles. Sic Jeremias vidit ollam succensam, virgam vigilantem, Danie vidit arborem: summium, Reges, Ezechiel vidit rotas, & animalia cum curru, sed quæ sit illa Prophetia, & qualis semper recte dicimus, quod Prophetare sit idem quod procul videre, & fari, quia res distantes Prophetæ prædicunt.

3. Alij sunt Prophetæ ex officio, qui eliguntur ut Deum consulant, ut Moyses, & Josuè. Alij ex missione qui missi sunt à Deo ad annonciandum in quibus fuit Jonas.

4. Alij sunt Prophetæ Judæo-

rum, & Gentilium. Ex parte Judæorum erant tantum ex Judæorum prosapia, ait sanctus Augustinus libro 19. contra faustum. cap. 2. Gentilium fuere Baalam, & Cybillæ. Novi testamenti fuere Joannes Evangelista in Apocalypsi, Divus Paulus, & apostoli.

Cybillæ non Dæmonis, sed Dei fuere Prophetiæ, quæ merito virginitatis, ut affirmant Hieronimus libro contra Jovinianum, & multi alij patres.

Donum Prophetiæ adepte de futuris, præsertim de Christo, ejusque mysteriis prænotionis certitudine, ac claritate vaticinantur, ut præterita scribere magis videantur, quam futura fuere 19. Secundum aliquos. 76. secundum alios.

QUÆSTIO. III.
De objecto formali & materiali Prophetiæ.

DIco 1. Prophetiæ lato modo sumptæ sunt illa omnia quæ naturaliter cognosci non possunt, vel defectu speciei impressæ, vel defectu applicationis potentiæ ad objectum, vel defectu existentiæ objecti, & tamen cognoscuntur.

Probatur quia illud quod cognitione attingitur est objectum materiale illius cognitionis, atqui dum Moyses v. g. cognovit creationem mundi à Deo factam, ea cognovit quæ naturaliter cognosci non possunt, ut per se patet, ita de aliis qui futura cognoverunt; ergo illa omnia ita cognita ab illis propter cognitionem super naturalem sunt objecta cognitionis illius super naturalis, quia discurrimus de objecto materiali cognitionis naturalis.

Dico 2. Omnis cognitio prophetica rei alicujus futuræ, sive judicium supernaturale quo aliquis cognoscit, & affirmat actum aliquem futurum liberum non est objectum formale, id est non assentitur quia Deus revelavit, sed indistinctè assentitur huic actui propter se.

Probatur. Illud est objectum formale alicujus actus intellectus, quo movetur intellectus ad illum actum efficiendum. atqui intellectus Prophetæ movetur ad actum liberum futurum cognoscendum intelligibilitate, & veritate alicujus actus futuri, clare, cognoscitur enim posita cognitione speciei divinitus factæ; si enim peteretur à Propheta quare certissimè affirmat actum esse futurum, responderet quia cognoscit clare illud infaillibiliter esse futurum; evidentia objecti est sufficiens motivum determinans per se po;

tentiam ad actum, ut constat; species enim repræsentat actum, & Deus affirmans fore ut actus tali tempore producatur, tunc intellectus prophetæ sufficienter determinatur ad discernendum certissime talis actus existet hoc tempore, neque enim opus est ut objectum aliquod existat ad determinandam potentiam; si enim oculus haberet in se species albedinis, videret albedinem: quamvis albedo non existeret, quia potentia tunc visiva propter illam speciem esset proximè potens, & completa ad eliciendam visionem, ergo illam eliceret, cum sit potentia necessaria.

Dico 3. quando Deus verbis, aut signis externis manifestat rem aliquam futuram naturaliter occultam, objectum formale illius assensus est revelatio divina.

Exp. Deus verbis externis, vel aliquibus aliis signis alicui homini manifestat v. g. Ante-Christum peccaturum tali die, vel talem hominem moriturum in peccato mortali, motivum illius actus est revelatio divina.

Probatur veritas quia motus quo assentitur homo Anti-Christum v. g. peccaturum tali die est revelatio divina; duobus enim modis Deus potest revelare Prophetis rem eliquam 1. infundendo judicium evidens rei futuræ prodictis speciebus propriis rei futuræ in intellectum prophetæ; nam res, vel est spiritualis, vel materialis cognoscenda, si sit spiritualis potest à Deo produci species repræsentans rem illam existentem, aux excituram tali tempore; si sit materialis potest manifestari à Deo Prophetis abstractivè; si in aliquo signo noto, vel vocibus Prophetis de primo jam diximus, de 2. Motivo est revelatio divina, quia cum connectio illius speciei cum existentia rei futuræ non sit evidens, non potest sufficienter determinare intellectum hominis ad assensum præbendum; superest igitur quod revelatio divina sit objectum formale illius assensus, quo propheta assentitur rem aliquam esse certo futuram; eodem enim modo sic discurrendum est quod discurrimus in actu fidei, quo assentimur objecto revelato propter revelationem divinam.

QUÆSTIO IV.

An prophetæ suas omnes Prophetias intellexerint.

SEnsus est, an prophetæ semper intellexerint significationem symbolorum v. g. orlam accensam, virgam vigilantem, currum igneum.

Dico

Dico quod prophetæ, vel narrant, & scribunt quod signant, vel non narrant. Si primum dicitur prophetas cognovisse, & intellexisse prophetias: ratio est, quia non potuissent scribere visa, aut audita nisi ea cognovissent, alioquin falsa dixissent; cum vero ea non scribunt, incertum est, an ea cognoverint: credibile est tamen aliquando cognovisse, & aliquando non ratio est quia voluit Deus illos suorum secrectorum conscios facere præ aliis hominibus; ex alia vero parte voluit sibi quædam secreta servare quæ nec Apostolis nec ulli alteri communicavit, sicut Rex quilibet quidam secreta servat, sibi servat quæ nulli conciliario manifestat. Id sane constat pluribus exemplis Scripturæ Sacræ Daniel cap. 40. vidit visionem quatuor bestiarum, sed illam visionem non intellexit ac proinde versui, 646. Angelo petit illius intelligentiam, & eam accepit id est illi accidit in visione Arietis, & hirci; nam explicationem illam accepit ab Angelo Gabriele: rursus, cap. 2. diserto ait Daniel, *Et ego audivi & non intellexi & dixi Domine mei, quid erit post hæc, & ait unde Daniel quarto, clausi sunt signatique sermones usque ad definitum tempus.* Constat Danieli clausos fuisse neque explicationem accepisse. Sic Zacharias vidit cap. 4. candelabrum, cum 10. Lucernis, & duas olivas; neque tamen intellexit, quid hæc significarem, cui Angelus explicuit, & c. 6. vidit ut 4. quadrigas variorum equorum dixit Angelo, quid sum hæc Domine, & ab illo audivit, illi sunt quatuor venti, quid & quales sunt hi venti, aut litteralis aut potius parabolici à mystici. non audivit seu non intellexit, quid Spiritus Sanctus intenderit significare per illa Symbola; denique in apocalipsis, S. Joannis licet majores & Clariores Prophetias & revelationes acceperit, quam alij Prophetæ, utpote Propheta novi Testamenti & discipulus à Christo dilectus: dubium tamen est, an omnia symbola quæ vidit intellexerit v. g. quid significarent 24. sersiores & quatuor animalia, & quatuor equites & equos, & alia, quam plurima in Apocalipsi expressa, non enim constat an ea omnia plane intellexerit, quia nil horum explicat, qua causa est cur Apocalipsis sit obscura; scribit enim S. Hieronimus in prologo galento Apocalipsim habere tot Sacramenta quot verba, quæ sane omnia non intellexisse S. Joannes, neque ullus mortalium credibile fatemur; tamen cum interpretibus prophe-

tas non vocari tales, respectu rerum quas non intellexerunt & idcirco, neque Caiphas, neque Nabucodonosor fuerunt vere Prophetæ, quia non intellexerunt significativas res per verba, & per symbola, ut recte observat S. Thomas 22. q. 159. a. 4. post S. Augustinum, ratio à priori est, quia prophetia est cognitio rei alicujus futuræ à Deo data & infusa, ut proprie formaliter cognoscatur res aliqua, quando ignoratur, quid sit & quid significet, ut per se patet: colliges judicium illud quomodo Prophetæ cognoscebant res futuras fuisse semper conjunctum cum alio judicio, quomodo Prophetæ certissime cognoscebant (Deum est) qui sibi revelabat ea futura, ut docent Theologi post D. Thom. ibidem cap. 3. ratio est quia eadem certitudine, qua prophetæ affirmabant res sibi fuisse revolatas, eadem affirmabant Deum hæc sibi revelasse; dicunt enim prophetæ dum proferunt suas prophetias, hæc dicit Dominus, hæc locutus est, vel sermo Dei factus est ratio est propterea, quia revelatio Dei ita se ostendit in his, vel illis circonstantiis intellectui prophetæ, ut evidenter cognoscant vocem illam non fieri, neque ab Angelo, neque à dæmone, sicut ego audiens distincte vocem articulatam, ex natura illius vocis evidenter cognosco esse vocem humanam, & ex modo, & ex sono, quo cognosco esse vocem amici mei, vel patris, quamvis illũ non video, Nam illud judicium est illud supernaturale propheticum conjunctum cum sapore quodam ut affirmat S. Gregorius libro quarto dialogorum cap. 4. & S. Augustinus libro 6. confessionum cap. 131. qui sapor non potest certis verbis exprimi, neque enim dubitabat Abraham Deum sibi fuisse locutum.

QUÆSTIO V.

De officio & munere prophetarum.

TRia distinguntur officia Prophetarum. Primum docere credenda, & agenda ad vitam æternam consequendam, quia prophetæ fuerunt à Deo instituti, magistri cælorum in rebus fidei; idcirco enim revelationes mysteriorum à Deo accipiabant, ut eas manifestarent, id enim sępe docet S. Chrisostomus homilia decima in Mathæum: sicut enim inquit nobis pluviam bajulam, ita prophetæ Apostoli verba accipiunt à Deo & effundunt super rationalem terram, idcirco Spiritus Sanctus

in Ecclesiastico cap. 39. Sapientem & Theologum monet ut indefessum in prophetis legendis, meditãdisque studium; cum à pijs precibus adhibeat his verbis. Sapientiam antiquorum exquiret sapiens & prophetis vacabit; lectionem prophetarum suos erant principes omnes. S. Cyprianus libro 2. epist. 2. ad donacum, sit tibi oratio assidua vel lectionẽ cum Deo loquere; nonne Deus tecum; in oratione autem loquimur cum Deo, & in lectione Deus per librum nobis loquitur oratio impetrat intelligentiam, lectionis saporem, & fructum. S. Hirronimus in præfatione Isaiæ, sic scribit. Quidquid sanctarum est scripturarum: quidquid logicos, Philosophias Ethico. Quidquid potest humana lingua proferre, & mortalium sensus accipere, isto volumine continetur. Alios omitto.

Secundum munus prophetarum fuit concionari, tunc fit, ut eorum scripta videantur esse conciones perennes atque ardentes, & efficaces, quasi mallei conferentis corda lapidea: agebant enim prophetæ cum durioribus, & obstinatissimis judeis, ac proinde non suo sed spiritu Dei & Dei, & Dei conciones promebant: imo Deus per illos tanquam per sua oracula sese explicabat ardebant in se ipsis, ut alios inflammarent, idcirco præter omnes & antiquos Ecclesiæ doctores tempus pone omne omnique opera scripturæ sacræ & prophetis legendis irrependebant, indeque feruentes & efficaces homilias ad populum habebant.

Tertium munus prophetarum fuit prædicare judæis & gentibus futura, sed presertim Ecclesiæ & Christianis, ratio est quia cum Christus fuerit finis legis & Prophetarum, in illum tanquam in scopum collimarunt lex & prophetæ: igitur Christi incarnationem, nativitatem, vitam, passionem, & præsertim Synagogæ Judæorum reprobationem, Ecclesiæ Christi successionem, gentilium vocationem, ubicationem alii sexcentis, alij 700. alij 800. annis prædicaverunt quæ sane prædictio judæos omnes, gentesque conveniebant Christum esse verum messiam in lege promissum, non unus Isayas id prædixit, sed omnes prophetæ uno ore, & uno spiritu; quod evidentissimum argumentum effici Deum veritatis authorem ipsammet veritatem per singularum prophetarum ora fuisse locutum.

QUÆSTIO VI.

Regulas ad intelligendos prophetas.

REgula prima. Deus aliquando docebat prophetas res suas per voces externas, aliquando per uniones rerum oculis objectas aliquando per imagines sensui externo, seu imaginationi demonstratas, sic Daniel vidit quatuor animalia significantia quatuor Monarchias; sic Ezechiel vidit Currum Cherubin, qui significabât Dei magnificentiam & victoriam tam de judæis, quam de gentibus, tam de peccato & dæmone per Christum hinc fit ut quæ propria sunt, oculorum prophetæ tribuant verbis ita ut dicant se vidisse verbum & visionem audivisse; ratio est quia tunc Deus loquebatur Prophetis, non lingua, neque voce, sed rebus ipsis à factis; per species rerum aut vocum, quæ erant rerum significativa, imaginationi, aut menti objectas; ac proinde verba Dei sunt non tam ipsæ voces externæ quam ipsa facta, & gesta; res enim quando geruntur fiunt evidenter: dum igitur intellectus noster clare cognoscit, dicitur illud videre, ac audire ideo res à Deo revelatæ vocantur modo visio modo auditio.

Observabis; ubi primum prophetæ acceperunt à Deo revelationes, eas prophetis in concione explicare solere, deinde earum somma describebatur, & ut censent nonnulli vulvis templi affigebantur legendæ, quæ post aliquot dies à vulvis templi auferebantur, & reponebantur in exedras templi in posterum servandæ.

Regula 2. cum prophetæ prædicunt de sion & Jerusalem de Ciro & Zerobabel &c. si verba nil habeant contrarium aut fidei aut bonis moribus, ut sonant sunt intelligenda & hic est sensus litteralis, ut docet D. Aug. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10, & D. Hieronymus prologo in Isaiam. Si vero prædicationes majores seu quam ut possint convenire illis rebus tunc certum est eos non loqui ad litteram.

Regula 3. Prophetæ solent uti preterito pro futuro & viceversa ut probent certa esse quæ dicunt, v.g. quando preteritum tempus antecessit, & sequuntur futuræ cum copula; hæc enim copulæ cum tempore conjungit, significat in eodem tempore preterito futura esse explicanda.

Regula 4. Scriptura Sacra

de provintjis, & urbibus loquitur, ac si mulieres, aut virgines essent, ob illarum pulchritudinem, & iterum quando urbibus idolatriam exprobat vocat eas meretrices; verum enim est prophetas vocare Idolatriam fornicationem, & adulterium, quia scilicet per ea omnia, vel urbs, derelicto Deo sponso suo adheret idolo, quasi adultero: urbes vocant virgines, tum ob earum pulchritudinem, tum quia urbs tamquam virgo stricte servatur, ne hostium armis succumbat.

Regula 5. Prophetæ utuntur frequentissimæ metaphoris, allegoris, parabolis, phrasibus, ut stilus sit magis Propheticus, quia hoc loquendi modo fit magis obscurus; hinc fit, ut vocent vulpes, lupos, leones, eos vertendos in agnos, & ex adverso de animalibus, plantis, & rebus innanimatis loquuntur ac si homines essent, cum prosopepeja dant illis sermonem, lætitiam, dolorem, ut cum dicunt exulrabit solitudo; simili figura comparant homines, eorum que vitia deserto arido, & campo virenti & fæcundo, arboribus, vineis & fontibus.

Regula 6. Prophetæ sepe dicunt Deum judæos, aliosque judices obecasse; quod sane intelligendum est non positive, & directe, quasi proprie Deus causaverit duritiam, vel cæcitatem intellectus, ut blasphemavit Calvinus.

QUÆSTIO. VII.

De Prophetis majoribus & minoribus.

INter prophetas majores primus est Isayas filius Amos ex stirpe regia, quem Sanctus Hieronimus non solum prophetam appellat, sed Evangelistam, & Apostolum, cum non modo quæ in fine mundi, & in ultimis sæculis eventura sunt; sed quæ Christi Domini adventum, prædicationem, mortem, regnum pertinent, tam clare, ac distincte prædixit, quam si suis oculis conspexisset, itaque Isayas splendore generis illustris, utpote nepos Samasiæ Regis Judeæ; 2. vitæ sanctitate, 3. Eloquentia, 4. Constantia in adversis, & martirio.

Secundus fuit Ieremias Jacerdos, & Propheta ab utero matris sanctificatus, fuit immediate missus à Deo ad prædicandum judeis adventum Nabucodonosor; Eccidium urbis Hierosolimitanæ, & vicinarum Provinciarum. Agit etiam de redimendo mundo per Christum, & de multiplici felicita-

te & gratia novi Testamenti.

Threni sunt lamentationes, & flectus Jeremiæ; Threnas Græce lamentum seu Luctus, Latine dicitur; sicut enim in Scriptura Sacra reperitur canticum canticorum, ita lamentationes lamentationum; licet enim hæc scriptura Threnorum in Concilio Trid. sess. 4. nominatim non reperiatur in Cathalogo Librorum Canonicorum; sufficit tamen quod inter opera Jeremiæ recenseantur; quod autem sit canonicum defide est. Baruch fuit scriba Jeremiæ, ea quod collegerit sermones Dei ex ore Jeremiæ, de fide est librum esse Canonicum post determinationē Concilij Trid.

Tertius fuit Ezechiel Sacerdos, Propheta, & martyr oriundus ex tribu Levi, ut testatur Sanctus Hieronimus in cap. 47. Ezechiel idem fere scribit quod Jeremias; in hoc tamen different, quod ea quæ Jeremias Clare judeis Jerosolimæ predixit eadem quoque Ezechiel judeis in Babilonia per figuras, & enigmata proponit.

Quartus Daniel ea semine regum judæ ortus, vir fuit omnium hominum illius sæculi sapientissimus; fuit propheta & somniorum interpres. Librum illius secundum omnes suas partes esse Canonicum Constat ex Concilio Trid. Prophetæ minores dicuntur respectu majorum, non quod minores fuerint sententiarum gravitate, sed propter sermones & librum abreviatum, potuissent enim majora volumina efficere, sed studio humilitatis omiserunt; tum ut facilius memoriæ mandarentur. Tum ut Avidius congerantur; in hac tamen brevitate magna misteriorum includuntur opera, in hoc imitati Deum qui hominem compendium universi fecit.

Fuere prophetæ minores 12. Quia ad 12. tribus Israel missi sunt à Deo; & 12. apostolorum figuræ veteris testamenti porro ex eo volumine comprehenduntur 12. prophetæ minores tamquam partes integrantes illius libri.

DISPVTATIO VIII.

De veteri testamento.

CUm vetus testamentum novum præcesserit de illo prius agendum est.

QUÆSTIO I.

An & quid sit vetus testamentum.

DIco primo, quod est de fide dari vetus testamen-

tum in Scriptura Sacra, & probatur. Libri divini, & canonici ex quibus constat vetus testamentum à Concilio Trid. sess. 4. numerantur in Canone Sacrorum librorum: propterea in numeris locis veteris testamenti mentionem faciunt, sicut; & ipse Christus cum Apostolis in novo testamento loquitur.

Quæritur primo, quid sit vetus testamentum. R. esse libros qui nobis promittunt Messiam, & præcepta legis antiquæ sicut novum est collectio librorum qui nobis exibent Christum & precepta novæ legis continet, quod si quæras, cur dicatur vetus testamentum. R. quia res de quibus agit sunt veteres, primo ratione temporis precedentis; nam nova lex subsecuta est aliam.

Quæres 2. quare utrumque dicatur testamentum R. sicut testamentum est codex, quo declaratur ultima voluntas hominis, similiter in libris sacris continetur voluntas Dei, & fertur lex quam vult Deus servari ab hominibus, ut hæreditatem æternam optineant. Dicitur etiam pactum, & promissum, quia est unus Deus qui cum hominibus pascisscitur, & promitit hæreditatem. Dicit fœdus, quia solebant veteres fædera victimis, & sanguine sancire, ut constat. Levitici. 10. & ex virgilio, nam pax per partes animalis divisas transibat fœderantes ferrum manibus tonentes, quo feriebantur, fœdera frangentes. Hoc fœdus factum fuit cũ Moyse, & judeis; similiter si quis victimas divideret cenleretur fœdus violasse; similiter sanguine violatum fidem Evicturum, quia vere erat pactum inter Deum & populum Israeliticum. Constat ergo Exodi 24. *unus ergo Moyses. Et narravit plebi omnia verba Domini quæ locutus est faciemus*; Scripsit enim Moyses omnes sermones Domini, & mane consurgens edificavit altare ad radices montium 12. Tabulas pro 12. tribubus Israel, misitque juvenes de filiis Israel, & optulerunt holo causta, inmolaveruntque victimas Domino; vitulos tulit Moyses, dimidiam partem fudit super altare; assumens fœderis legem audiente populo, qui dexerunt omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes: illi vero sumptum sanguinem respersit super populum dicens. *Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus*, neque ullius est momenti quod dicit Beda insignis Cavisti ista testatur inquit *qui semel tantum moritur morte sua, potest*

unum tantum testamentum confirmare, sed Christus semel tantum mortuus est. Ergo unicum est testamentum, nempe novum.

Respondetur duplicem esse mortem Christi figurata una, alia realis, Christus in sacrificiis legis veteris mortuus est in figura, quatenus illa sacrificia repræsentabunt ; in cruce vero realiter mortuus est, ac proinde duplex testamentum confirmavit.

Quæ itur, quando inceperit vetus testamentum, & quo loco R. cepisse à die post exitum de Ægypto in monte Sinai, & inde ipsa die Pentecostes inter crebra tonitrua, & densas caligines lex vetus data fuit Moysi, nempe de Calogus: unde videtur Deum duplicem legem constituisse, una quæ religionem, & Dei præcepta continet, alia quæ ad disciplinam civilem pertinet nempe de furtis, usura, falso testimonio.

QUÆSTIO II.

An vetus testamentum sit divinæ authoritatis, & quid contineat.

SUppono duobus modis Scripturam aliquam esse divinam primo quando Deus illam immediate revelavit 2. Quando Deus potestatem, & authoritatem dedit alicui illam scribendi per specialem assistentiam Spiritus Sancti ; quo posito aliqui affirmant decalogum fuisse à Deo, ut in mediato legis latone : reliqua vero præcepta pentatonei fuisse tradita à Moyse, ut immediate legislatore.

Dico, quod vetus testamentum, quod continetur, à Genesi usque ad deuteronomium inclusive est divinæ authoritatis.

Probatur 1. illa scriptura est immediate revelata à Deo cujus author Genesis usque ad deutero inclusive Deus est author.

Probatur 2. Si Moyses tulisset aliqua præcepta per authoritatem sibi à Deo datam, & Deus alia, nesciremus quænam præcepta essent divinæ authoritatis, & quænam authoritatis humanæ, quod esset grave inconveniens.

Probatur 3. Si Moyses tulisset aliqua præcipia, maxime illud de libello repudij, atqui non tulit, ut constat ex Evangelio, ibi enim dicitur. Moyses permisit vobis ad duritiam cordis vestri libellum repudij: solius enim Dei est, ut Christus affirmat soluere vinculum matrimonij, cum illius solus sit author.

Dico 2. vetus testamentum dividitur in præcepta moralia cere

ceremonialia,& judicialia præcepta moralia sunt quæ continẽt materiam legis naturalis,ut sunt præcepta decalogi, eccepta determinatione diei sabbati quæ est dies modo dominica. Præcepta ceremonialia sunt quæ institutionem sanctorum sacrificiorum continent, & aliarum seremoniarum, quæ pertinebant ad Dei cultum, judicialia vero sunt quæ pertinebant ad bonum reipublicæ judaicæ.

Ratio illius est, quia in toto veteri testamento nil aliud reperies quod non ad illa revocari possit.

Observa tamen, quod licet lex naturalis jam antea obligaret homines ad ista observanda; tamen Deus legem positivam addidit, ut major esset obligatio observãdi; tum quia lex naturalis docet præcepta universaria, v. g. Colendum esse Deum.

Quamvis præcepta moralia sint quasi actiones deductæ ex principiis communibus legis naturalis; tamen, quia ratio humana sœpissime errabat, voluit Deus huic utrique difficultati subvenire; idcirco præceptis moralibus addita sunt præcepta ceremonialia judicialia.

Observa 2. Materiam veteris legis non tantum comprehendere actus externos, sed internos, eo quod homines in ipsis non habent authoritatem, secus autem Deus; cum ergo lex vetus contineat actus internos diliges Dominum tuum ad actus spei, & charitatis, eos quoque imperabat ratio, quia cum Deus in illa lege perduceret homines ad vitam æternam, actus illos quos vita æterna constaretur inperavit, tamquam media ad illam ostendendam.

QUÆSTIO III.

An lex mosaica sit imperfecta.

Divus Augustinus lib. de hæresibus cap. 7. refert manicheos duo principia admisisse, unum bonorum, aliud malorum affirmabant, veterem legem esse malam, & à malo principis latam legem, novam à bono principio esse, ex non nullis testimoniis Sacræ Scripturæ male intellectis utebantur, Zechielis. *Eis dabo legem non bonam.*

Dico primo lex Mosaica non fuit imperfecta positive, seu mala, & iniqua, sed bona, & sancta.

Probatur ad Romanos. *Lex sancta & mandatum sanctum, & bonum.* 2. Ad Timotheum 1. *Lex bona, si quis legitime ea utatur.* 2. Mathei 5. *Non veni legem solvere, sed adimplere*, sed si lex esset

mala Christus non adimplevisset ergo.

Dico 2. lex Mosaica fuit imperfecta negative, & comparative ad novam legem.

Probatur primo. Ad hebræos 7. Tum quia lex nova fuit pro omnibus, ut patet ex illo Christi. *Docere omnes gentes.* Lex vetus fuit pro solis judeis. Item lex vetus est minus perfecta ratione præceptorum ceremonialium, & judicialium, quæ erant observatu difficillima, ut affirmat apostolus: quamvis in lege nova sint præcepta creditu difficillima, scilicet incarnatio verbi Trinitas personarum & similia.

Neque dicas legem illam præcipere quæ mala sunt; *Odio habebis inimicum, oculum pro oculo.* Et levitici 19. 2. Deus permisit usuras circa alienas gentes. Item libellum repudij quæ omnia per Christum fuere sublata, ergo est mala.

R. Ad primum odium inimicorum fuit additum à Scriptoribus legis. Ad. 2. Legem illam pœnæ talionis fuisse justam, & Christus non improbavit: ad 3. Licet matrimonium validum, & consummatum sit potuit Deus recindere, ob certas causas.

Ad ultimum R. Paraclitas titulo compensationis fœnus illud accepisse ab aliegenis. Ad locum Apostoli: constat ipsum loqui de veteri testamento; si enim prius culpa vacasset non utique locus inquireretur: neque enim vocem culpa, minime significare peccatum, ut volebant manichei, sed infirmitatem, defectionem legis, eo quod peccatum ut propria sua virtute vim sacramentorum illius legis non tollebat, itaque opus fuit, ut ait Apost. testamento, quo fit ut veteres patriarchæ mandata illius legis observantes, & qui gratiam habuerunt fuere justificati ex opere operantis, scilicet per actus fidei, spei, & charitatis, quos eliciebant, & ad quos Deus gratiam actualem suppeditabat.

QUÆSTIO. IV.

Quænam sint præcepta veteris legis.

DIco primo quod moralia præcepta quoad mores hominum componendos sunt præcepta naturalia, ut præcepta decalogi hoc melius intelligetur si.

Observes præcepta moralia hic intelligi sola præcepta naturalia, quia solent esse in moribus hominum, ac proinde perpetua, & immobilia.

Observa 2. Quia inter præ-

cepta moralia perpetua, esse quæ continentur in decalogo, tum quia, à Deo fuere modo peculiari tradita, tum quia sunt alia præcepta quæ ad decalogum revocantur, ut docent Theologi; tum denique alia præcepta moralia vel sunt declarationes, ampliationes, vel terminationes eorum quæ in præceptis decalogi continentur.

Dico 2. Omnia præcepta simpliciter super naturalia ut fidei, spei, & charitatis pertinuisse ad præcepta etiam moralia legis veteris, quia suposita elevatione hominis ad finem supernaturalem, & homo non possit illum obtinere, nisi per actus super naturales, naturalis ratio dictat credendum esse Deo loquenti in sperandum, & cum amandum esse super omnia.

Neque dicas si illa lex vetus præcipit illos actus fidei, spei, & charitatis super naturales. Ergo lex vetus justificat cōtra Apost. affirmantē legem ad perfectionem nihil adducere R. Negando causam, quia ut lex illa præciperet, actus illos ad justificationem obtinendam debuisset dare auxilium gratiæ ad actus illos eliciendos, quod non dabat, sed illud auxilium erat ex meritis Christi in lege gratiæ contentis.

Neque dicas 2. Non constat ex veteri testamento ubinam actus fidei, & charitatis præcipiantur. R. Quod eo ipso quod præcipiebatur amor Dei super omnia: præcipiebantur actus supernaturales, voluntas enim cum non feratur in cognitionem debet apponi bonitas divina per cognitionem supernaturalem, quæ cognitio latè dicitur actus fidei.

Dico 3. Omnia ad quatuor genera revocari posse alia pertinebant ad sacrificia, alia ad sacramenta, ut agnus pascalis, consecratió Sacerdotum, manducatio panis propositionū, quædam de rebus sacris, quædam ad divinum cultum: v.g. tabernaculum, arca fœderis, propitiatorium altare holocausti, & varia variorum genera.

Dico 4. Præcepta judicialia ad quatuor capita revocari posse, ut dicit D. Tho. ratio est, quia vetus ordo quadrupliciter describi potest; ad principium, ad cives, inter se ipsos, ad extraneos, & ad domesticos ejusdem familiæ. 1. in Scriptura sacra inveniuntur præcepta quomodo creandus sit princeps, & quomodo se gerere debeat erga populum, & populus erga ipsum; similiter pro civibus quomodo se debeant gerere ad invicem; sunt enim præcepta

empſionis, venditionis & aliorum pro extraneis dantur præcepta quomodo recipi debent de modo gerendi bellum erga hoſtes, & ſimilia.

Differunt præcepta illa judicialia à moralibus, quod moralia ad legem naturæ proxime pertineant, judicialia valde remote, cum ſint tantum determinationes quæ in jure continentur generaliter, v. g. jure naturali fures ſunt puniendi, jure vero judiciali pœna illis taxatur: differunt quoque à ceremonialibus quod ceremoniæ veteres ordinentur ad Chriſtum, vel ad ſacrificia, & ſacramenta novæ legis ſignificanda, utp[illegible]te eorum figuræ.

Error fuit judeorum, vetus teſtamentum fore æternum ex quibuſdam locis Sacræ Scripturæ male intellectus.

QUÆSTIO V.

An lex uetus fuerit abrogata.

SUppono primo. Tanquam certum legem veterem à Deo immediate latam non potuiſſe ab alio immutari: quia inferior non habet vim mutandi legẽ ſuperioris, deinde quia qui habet jus principi, ille tantum poteſt mutare quod fecit.

Suppono 2. Deum potuiſſe legem veterem abrogare, quia Deus potuit voluntatem ſuam hac de re explicare: dupliciter potuit Deus. Primo aliquid abrogare velle, aut abſolute & imperpetuum, aut conditionate determinando durationem: certũ eſt quod ſi Deus voluiſſet. 1. modo non potuiſſet abrogare.

Dico primo. Lex vetus ceſſavit: ſeu deſiit obligare.

Probatur 1. Ex definitione, Apoſtolorum actorum. S. Paulus affirmat 1. ad Romanos 6. Apoſtolus enim tota illa epiſt. argumentatur contra judæos; tranſlato inquit Sacerdotio neceſſe eſt legis tranſlationem fieri, & qui tranſlatum eſt Sacerdotium veteris legis in ſacrificium novæ legis. ergo.

Major patet, quia Sacerdotium legis cum illa indiſſolubiliter connectitur; non enim poteſt eſſe Sacerdotium linea legibus. Minor etiam conſtat quia Deus promiſerat populos ſuos ſe aliam legem daturum, juxta illud Chriſti. *Si vis ad vitã ingredi ſerva mandata*: Teſtamentum itaque nouvm dicitur pactũ novum; quia nova affert promiſſa, nova præcepta; nova Sacramenta, & Chriſtus confirmavit in ara Crucis, & fœdus illud fuit promulgatum die pentecoſtes.

Neque dicas debere nos ob-

servare legem, quia Christus observavit R. Christum illam observasse non quod ad illam teneretur; legislator enim est supra legem, sed ut eam honorabilius sepeliret, & ut manifestaret eam fuisse bonam.

Neque dicas. Lex aliqua non abrogatur, nisi per expressam revocationem, vel per legem posteriorem incompatibilem cum illa, atqui nil est in novo Testamento, quod expresse revocet, neque quod sit cum illa incompatibile ergo R. negando majorem; nam si lex aliqua fuit lata à principe ad certum tempus eo absoluto cessat lex illa. Atqui fuit tantum data usque ad adventum, data usque ad adventum Christi ergo.

QUÆSTIO VI.

An lex Mosaica cessaverit quo ad omnia sua præcepta.

DIximus superius triplicis generis præcepta in illa lege contineri; moralia, ceremonialia, judicialia. Quæritur an cessaverit quoad illa omnia obligare, an vero secundum aliqua & quænam sint illa.

Dico 1. lex illa cessavit quoad omnia sua præcepta à Moyse promulgata, id est ut illa promulgatio neminem amplius obliget, quamvis teneamur servare illa, quæ ex parte naturæ erant, seu naturalia vi legis naturalis permanentis & vi legis Evangelicæ.

Probatur primo, quia plurima loca scripturæ sacræ quæ affirmant legem illam Cessasse loquuntur universaliter, & absolute. Ad Romanos 6. *non enim sub lege estis sed sub gratia.* Et Actuum 15. *visum est Spiritui Sancto, & nobis nil ultra imponere vobis.* Et mutato Sacerdotio necesse est legem transferri, atqui hic loquitur Apostolus absolute de illo veteri testamento. Ergo sicut Sacerdotium Mosaicum translatum est, ita lex Mosaica ergo.

QUÆSTIO VII.

Quo tempore cessaverit obligare vetus Testamentum.

SVppono vetus testamentum non cessasse eo momento quo Christus venit, cum constet Christum servasse hanc legem.

Dico quod cessavit postquam fuit sufficienter promulgata, quia tandiu duravit, quandiu non obligavit lex nova, sed hoc fuit tantum post promulgationem legis novæ, quia promulgatio est de essentia legis obligationis.

QVÆSTIO VIII.

An lex vetus fuerit mortua, vel tantum mortificata.

SEnsus quæstionis est, utrum eo ipso quod mortua fuerit lex Mosaica adhuc potuerint usurpari ejus ceremoniæ. Ratio dubitandi est gravissima, nam videntur Apostoli, est eis uti voluisse; nam Paulus actuum 17. circuncidit Timotheum cap. 25. ipse D. Paulus purificavit se juxta consuetudinem legis. D. Paulus cap. 2. ad Galatas narrat reprehendisse D. Petrum eo quod videretur observare quasdam ceremonias & addit illum fuisse reprehensibilem. Ocasione locorum istorum gravissima fuit eccitata disceptatio inter augustinum, & D. Hieronimum, ipse enim dicebat istas ceremonias fuisse omnino illicitas, & ab Apostolis usurpatus dispensatione simulatoria, ut facilius judeos lucraretur: ille vero talem simulationem esse illicitam, & intrinsece malam.

Suppono cum Theologis duobus modis aliquid posse usurpari, vel formaliter, vel materialiter, vel utroque modo. Primus modus est quando usurpatur eadem fide, qua olim Ponendo in illis spem salutis, & talis usus, est peccatum, ex Apostolo ad Galatas 2. Si ex lege justitia est, gratis Christus mortuus est, & ad Galatas. 5. Si circumcidimini Christus vobis non proderit. Secundum est quando sine ulla intentione usurpatur modo non sit scandalum.

Dico lex Mosaica est mortifera quoad præcepta ceremonialia vg. sacrificia non possunt usurpari sine peccato.

DISPVTATIO IX.

De principiis ad novum Testamentum intelligendum.

QVÆSTIO I.

Quod sit novum Testamentum & an Christus sit legislator.

SVppono de fide novum Testamentum inter scripturas Canonicas numerari ex Concilio Trid. Cess. 4.

Suppono 2. dupliciter accipi. Pro ultima testatoris voluntate vel pro pacto, & sic novum Testamentum est in quo continetur Dei voluntas per Christum manifestata, & dan-

da felicitate æterna observantibus mandata ejus.

Suppono 3. variis nominibus appellari ab Apostolo. Vocatur lex fidei Ad Romanos 4. Lex libertatis, lex nova : ab hæreticis post Lutherum lib. de libertate, & post Calvinum in Epistola ad Romanos dicunt legem Christi non esse legem & Christum non esse legislatorem.

Dico, quod Christus fuit vere legislator, ut est definitum in Concilio Trid. Cess. 6. Canone 21. constat Isaiæ 33. *Dominus & judex legislator noster, Domine miserere nostri te enim expectavimus.*

Dicunt quod est tantum in actu primo, id est habuit voluntatem ferendi leges, non tulit; sed contra vere tulit juxta illud, *qui servat mandata mea salvus erit.* 2. *luca cap.* 1. *ego autem constristatus sum Rex super Sion.*

Objicies ex D. Hieronimo; novum Testamentum est jugum Christi suave. 2. Dicitur lex libertatis. Ad Galatas 5. non estis sub lege, sed sub gratia. R. quod dicitur lex libertatis, & gratiæ propter precepta innumera veteres leges.

Objicies secundo. Ad Romanos 8. Evangelium dicitur. *Vbi Spiritus ibi libertas.* 2. ad Galatas 5. *Si Spiritu ducimini non estis sub lege*, sed ubi est libertas non est lex ergo R. dicitur Spiritus vitæ, id est lex vitæ, ad aliud. R. Quod Spiritus Domini non liberat nos ab obligatione legis Mosaicæ, ut dicit D. Augustinus lib. de continentia cap. 3. *non sumus inquit sub lege, sed sub gratia*, quia quod lex jubet, & facit nos libere amare, quod jubet.

QUÆSTIO II.

An in novo Testamento contineantur vera precepta.

Dico quod Christus verà dedit precepta, & est difinitum in Concilio Trid. Cess. 6. Canone 19. probatur. Joannis 14. *præceptum do vobis ut diligatis invicem.*

Dices quomodo dicitur novum, cum sit naturale: R. Dicitur novum, quia à Christo noviter datum.

Dicunt hæretici, quod non sunt nova, quia naturalia. R. Quod hæretici volunt quod. Datum non fuerit à Christo præceptum suscipiendi baptisma, *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto.* Item illud. *Hoc facite in meam commemorationem* pro quo.

Dico. quod in novo Testamento continentur tantum præcepta moralia, & aliqua cere-

monialia, ita ut Christiani tantum obligentur ad ea.

Observa. Præcepta moralia sunt illa quæ sunt conformia naturæ rationali, & sunt præcepta decalogi, præcepta vero ceremonialia sunt illa, quæ pertinent ad administrationem sacramentorum legis novæ, ad cultum Dei externum. Probatur 1. quod continentur in lege nova præcepta moralia *si vis vitam ingredi, serva mandata mea*. 2. *si diligis me serva mandata*. 3. Constat ex axiomate omnium Theologorum. In lege nova nulla alia esse præcepta, quam ea, quæ ad fidem pertinent, & ad Sacramenta, administranda, aut recipienda.

Observa. Christum in nova lege nullum preceptum addidisse preceptis moralibus legis veteris, quia precipiebatur actus Fidei, & Spei, & Charitatis sicut modo, quia nullus in lege antiqua, non minus, quam in nova potuit amare Deum amore supernaturali, & sperare beatitudinem sine fide, sine cognitione supernaturali. Ergo cum igitur fuissent judæi elevati ad finem supernaturalem tenebantur elicere actum positivum Fidei, Spei, & Charitatis, quia tenebantur adhibere media necessaria ad illum, qui sunt illi actus.

Dices. Tenebantur credere explicite mysterium, Incarnationis, sicut modo. R. quod tunc sufficienter instructi etiam tenebantur ad illud.

Dico ultimo, quod præcepta ceremonialia sunt tantum 7. Sacramenta, & sacrificium quod instituit Christus.

Observa. Quod illa materia ceremonialis non cadit sub præcepto eccepto baptismo, & penitentiæ pro relapsis an ad alia non teneantur, ut ad matrimonium, & ordines, &c.

DISPUTATIO X.

De Deo loquente per Ecclesiam visibilem.

IV. FUNDAMENTUM

Moralis Theologiæ.

Suppono primo, quod Ecclesia potest considerari in tota sua latitudine prout abstrahit à militante, patiente, & triomphante, quæ potest sic definiri, quod sit societas creaturæ intellectualis supernaturali cognitione Deo adherens, vero cultu inter se communicans. Dicitur Societas, quia Ecclesia non subsistit in uno solo, sed

sed in duobus ad minus, aut tribus, qui in jure dicuntur capitulum, constituere, ut dicitur cap. 3. dicitur creaturæ intellectualis, ubi tam Angeli, quam homines comprehenduntur, ut docet Divus Bernardus sermone 22. in Cantica. *Cum Deus inquit haberet sponsam inhærentem sibi, multitudinem Angelorum placuit, & de hominibus vocare Ecclesiam, atque universali quæ de Cælo est, ut sit una sponsa, & unus sponsus.* Dicitur inhærens Deo, ut distinguatur à societate politica, & civili. Dicitur supernaturali cognitione, ut fidem, & visionem Dei complectatur. Dicitur inter se communicans, quia Ecclesia dicit multitudinem cujus membra debent inter se communicare. Ultimo dicitur vero cultu Dei, quia communicatio petit commercium in cultu divino.

Suppono 2. Quod hæc Ecclesia generaliter sic sumpta dividitur ex parte materiæ, in Ecclesiam Angelorum, & hominum, quæ divisio est accidentalis. 2. Ex parte formæ in militantem, patientem, & triumphantem, quamvis aliqui non distinguant Ecclesiam patientem à militante, sed male; nam Christus est caput animarum purgatorij, quia ad illas per fidem ambulantes pervenit fructus passionis ejus per suffragia Ecclesiæ militantis, licet illæ simpliciter non sint viatrices, sed secundum quid, ut dicit D. Thomas dist. 49. quæstio. 2. art. 7. *status viæ, in qualibet rationali creatura dicatur esse, ille in qua à Beatitudine deficit, in hac parte viatrices dicuntur.* Quare Cathechismus Romanus tantum in bifariam dividit, militantem scilicet, & triumphantem cap. 9. n. 5. & sic status animarum reductive pertinet ad militantem.

Ecclesia militans dividitur in Ecclesia legis naturæ, legis scriptæ, & legis Evangelicæ, de qua tantum est modo quæstio, & dicitur Ecclesia Christianorum.

Ista Ecclesia Christianorum definitur. Congregatio, sive societas visibilis fidelium Baptisatorum in unius veri Dei cultum per fidem, & fidei Sacramenta adunata sub uno capite invisibili Christo in Cælis, & Vicario ejus visibili in terris Romano Pontifice per quam definitionem exprimuntur. Omnes ejus causæ. Per illa verba societas Fidelium baptisatorum causa materialis. In unius veri Dei cultum causa finalis. Per fidem, & fidei Sacramenta adunata exprimitur causa formalis,

Per alia verba ſub uno capite inviſibili Chriſto cauſa efficiens. Summus Pontifex eſt cauſa miniſterialis. Hoc poſito duobus iſtis argumentis probatur vera Chriſti Eccleſia.

In ſtatu novi Teſtamenti datur Congregatio viſibilis fidelium Baptiſatorum in unius veri Dei cultum per fidem, & fidei Sacramenta adunata ſub uno capite inviſibili Chriſto in cælis & Vicario ejus viſibili in terris Romano Pontifice, ſed talis Congregatio, eſt vera Chriſti Eccleſia, ergo in præſēti ſtatu novi Teſtamenti datur vera Chriſti Eccleſia iſta omnia patent ex diffinitione allata.

Probatur 2 hæretici non poſſunt negare Eccleſiam fuiſſe à Chriſto fundatam quæ deficere non poteſt, ut vidimus, & videbimus, licet negent ejus Vicarium, & perpetuitatem propter quod eſt.

QUÆSTIO I.

Quando incepit Eccleſia novi Teſtamenti, & quandiu durabit.

SVnt aliqui qui putant Eccleſiam incepiſſe, à creatione Angelorum alii ab Adam, in quo diviſi ſunt alij putant incepiſſe in ſtatu Innocentiæ, alii poſt lapſum per actū pœnitentiæ, alii ab Abel.

Dico 1. loquēdo de Eccleſia Angelorum reduplicatiuè quandiu fuere viatores, quod incepit ab illorū creatione, quia in gratia, & fide creati ſunt, & unam conſtituebant Eccleſiam, ſivè rempublicam, quæ ad eundem finem referebatur, ſub eiſdem legibus, ſub uno eodemque paſtore Deo; imo ſub Chriſto, ut legitur ad Eph. 1. *ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam*: licet illa Eccleſia non fuerit viſibilis: fuit tamen viſibilis ſpiritualiter; nam ſicut lucifer fuit averſus à Deo, ita Michaël cultum tribuit Deo, illa Eccleſia numquam defecit; quia perſeverat in cælis.

Dico 2. ſi ſermo ſit de Eccleſia Militante, prout abſtrahit à diverſis ſtatibus legis naturæ, & Evangelii incœpit ab Adamo in ſtatu Innocentiæ. Tam materialiter, quam formaliter; ita tamen quod fuerit in ſtatu imperfecto uſque ad Abel. Probatur quod ad ſingulas partes. Dicitur materialiter Eccleſiam in adamo incepiſſe, quia revera fuit cum Eva creatus, in gratia, & fide juxta, illud. *Fecit Deus hominem rectum ab initio.* Et profeſſus tot veram Eccleſiam, cujus fuit membrum; dicitur 2. formaliter, quia Adamus erat rector Eccleſiæ, à Deo inſtructus de divinis, filios ſuos

progressu temporis in fide, & timore Dei erudicurus.

Dices requiritur ad rationem membri, Ecclesiæ, ut ejus gratia sit ex meritis Christi, & habeat illius fidem, quod non potest dici de Adam, & Eva in statu Innocentiæ.

R. cum D. Thoma 22. q. 2. art. 7. quod primi parentes in statu Innocentiæ habuere gratiam ex meritis Christi, & fidem explicitam de Christi Incarnatione, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriæ, non ad liberationem, à peccato originali per Passionem & Resurrectionem, quia homo tunc non fuit prescius Incarnationis Christi; propter hoc relinquit homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, ut habetur Gen. 2. & ad hoc Eph. 5. *Sacramentum magnum est in Christo, & Ecclesia*, quod Sacramentũ non ignoravit primus homo.

3. Dicitur in statu imperfecto, quia Ecclesia non potest coalescere in statu perfecto ex duobus, sed statim adveniente Abele fuit in statu perfecto, quod placuit ex sacrificiis & oblationibus quæ denotant verum cultum.

Dices non minus requiritur ad veram Ecclesiam sanctitas, quam fides, sed in hoc statu temporis intervallo, non fuit sanctitas, imo per lapsum defecit. Ergo.

R. Concedendo majorem; si intelligatur de sanctitate legis de qua dicitur Ecclesia sancta. Si de Sanctitate personali negando: sufficit enim in statu imperfecto quod remaneat vera fides; & vera per consequens sanctitas legis actu, quæ non defuit tempore adami.

Dicitur 4. statum completum cœpisse ab Abel, quia tunc fuit sufficiens numerus personarum in Ecclesia, & sic sunt intelligẽdi S. Patres qui dicunt Ecclesiam cœpisse ab Abel.

Dico 3. quod Ecclesia veteris testamenti non defecit hoc docet D. Paulus. Et omnes Catholici hoc tenentur admittere, quia per novum Testamentum in meliorem statum mutata est; erat enim figura novi Testamenti quæ per realitatem perfecta fuit.

Modo est difficultas nostræ quæstionis enucleenda; scilicet quando inceperit Ecclesia Christi novi Testamenti, sive baptisatorum.

Nota quod Ecclesia Christi potest accipi, 1. pro ea quæ non tantum unum Deum & trinum colit, sed insuper Christum mediatorem, 2. pro illa quæ nunc Christiana dicitur à Chri-

sto fundata, à quo accepit Sacramenta, & suam disciplinam. Si Consideretur Ecclesia primo modo sumpta certum est quod incepit ab origine mundi nam ut docet D. Augustinus lib. 18. de civitate Dei, veteres patres Christum venturum crediderunt si consideretur 2. modo certum est quod incepit statim, ac verbum fuit incarnatum, quod non negat Marcus Antonius de Dominis qui videtur nobis adversari lib. 1. de republ. cap. 10 n. 22. tamen ut ordine quodam procedamus.

Dico 1. Quod Ecclesia in statu Novi testamenti suam perfectam originem habuit ante Christi Ascensionem.

Probatur Christus Dominus ante Ascensionem suam sacramenta instituit, ut patet de Baptismo quam instituit, quando à Joanne Baptisatus est, ut tenent graviores patres. De Eucharistia quam instituit ante mortem suam, ut dicitur Math. 26. de cæteris sacramentis quæ instituit post resurrectionem suam, ut dicitur actu. cap. 1. *Præbuit se ipsum vivum Apostolis post passionem in multis argumentis per dies* 40. *apparens eis*, & eodem tempore D. Petrum instituit suum vicarium his verbis. *Pasce oves meas*. Sicut ante mortem Apostolos Novi Testamenti ministros, & 70. discipulos designaverat. Ergo vere ante Ascensionem suam Christus fundavit Ecclesiam quia Ecclesia dignoscitur per sacramenta, & ministros visibiles.

Dico 2. Quod si spectetur Ecclesia quantum ad complementum, sacramentorum, virtutem per Passionem Christi cæpit tantum post passionem suam, & quantum ad dilatationem post Ascensionem, ut dicitur psalmo 2. *Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem suam*, & Mathæi 16. *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quantum ad alteram partem, scilicet de duratione Ecclesiæ in statu Novi Testamenti, hæretici admittunt ejus antiquitatem. & indeficiendam usque ad consummationem, & patet in confessione August. cap. 7. ubi dicunt, *Quod una sancta Ecclesia perpetuo mansura est.* In saxonica cap. 12. dicitur, *ut contra has dubitationes magis confirmarentur omnes sancti. Articulus in simbolo propositus est, Credo esse Ecclesiam sanctam.* In Ethnica cap, 17. dicitur. *Quando Deus ab initio salvos fieri voluit homines. Et ad agnitionem venire veritatis, oportet omnino semper fuisse, nunc, esse, & ad finem usque sæculi futuram esse Ecclesiam.* In scotia dicitur cap. 16. *Sicut in unum Deum patrem fi-*

lium, & *Spiritum Sanctum credimus*, *ita etiam ab initio fuisse*, & *nunc esse*; & *in consummationem usque mundis futuram unam Ecclesiam constanter credimus*, in belgica art. 27. dicitur. *Ecclesia ut ab initio fuit*, *ita* & *usque ad finem est perduratura.*

Lutherus quoque hoc tenet tomo 7. de notis veræ Ecclesiæ fol. 175. *Ecclesia inquit dici debet sanctus Christianæ cœtus*, & *omnium sæculorum ad finem usque mundi*, *ut ita perpetuo in mundo existat*, & *vivat sancta aliqua Christiana multitudo in qua*, & *Christus sit efficax*; ita Calvinus lib. 4. inst. cap. 1. Besa in confessione fidei cap. de Ecclesia. Kimnitius in loco de Ecclesia cap. 2. & multi alij hæretici tamen illi omnes hæretici dicunt quod Ecclesia quæ est duratura est quædam Ecclesia invisibilis, non visibilis contra quos est.

Conclusio 2. Scilicet quod Ecclesia fundata à Christo nec unquam defecit, nec unquam deficiet pro quo.

Notandum est primo, quod aliud est Ecclesiam errare in fide, aliud deficere, quia errori essentialiter connectitur deficientia, non deficientiæ connectitur error, saltem juris, quidquid sit de errore facti, ut si totus mundus post idola curreret nil docendo contra fidem, aut definiendo tum circa errorem juris, sive in docendo esse non desineret Ecclesia, quamvis in illo cultu idolatrico esset error de facto.

Notandum est 2. Quod Ecclesiam semper duraturam intelligitur successivé, quia licet ministri mutentur eadem tamen est Ecclesia.

Probatur conclusio 1. Ecclesia militans visibilis, tam ab adamo usque ad Christum, quam à Christo usque ad presens tempus vera semper fuit, & erit Ecclesia. Ergo numquam defecit, nec deficiet, Probatur antecedens nullum fuit tempus in quo aliqui salvi non fuerint, & non fiant, sed in sola vera Ecclesia aliquis salvus fieri potest, & extra illam nullus. Ergo.

Probatur 2. Quod competit alicui per modum proprietatis debet illi semper convenire, sed veram Christi Ecclesiam deficere non posse, competit illi per modum proprietatis. Ergo nunquam defecit, nec deficiet. Probatur minor. Mathæi 16. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, & *portæ inferi non prævalebunt adversus eam ergo.*

Probatur 3. Ex Scriptura Sacra veteris testamenti. Psalmo 88. 11. 30. *Pœnam in sæculum sæculi semen eius. Et thronum eius sicut dies cœli.* Oseæ 2. *Desponsabo*

te mihi in fide in sempiternum. Micheæ 4. *regnabit Dominus super eos in monte sion ex hoc nunc & usque in æternum.* Lucæ 22. *Ego autem rogavi pro te petre, ut non deficiat fides tua.* Joannis 14. *Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum.* Sed quia hæretici dicunt quod hæc intelliguntur tantum de Ecclesia invisibili, non visibili, probamus contra ipsos multis rationibus.

Probatur 4. Psalmo 18. *In sole posuit tabernaculum suum*, id est dicit D. August. *In magnifestatione posuit Ecclesiam suam non in occulto*, quod confirmat Epistola 165. ad donatistas. *Ipsa est Ecclesia in sole posita, id est in magnifestatione omnibus nota usque ad terminos terræ.* Isaiæ. 59. *Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posuit in ore tuo non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui dicit Dominus a modo, & usque in sempiternum* item cap. 2. Micheæ 4. *& erit* inquit *Isaias in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes.* Per talem similitudinem significari Ecclesiam visibilem docent omnes Sancti Patres, Joannes Christ. heraclia in Isaiam, D. Cyrillus lib. 1. D. Augustinus lib. 4 contra Cralonium cap. 58. & libro. 3. contra Epistolam permeniani D. Hieronimus libro 6. ubi ait. *Plenius atque perfectius in Domino salvatore, atque Apostolis, hoc completum est quando edificata est civitas in excelso suo, de quo scriptum est, non potest civitas abscondi quæ in monte sita est,* & templum *Iuxta ordinem suum, caremoniasque fundatum, ut quidquid in priori populo fiebat carnaliter, compleretur.*

Probatur 5. Ex novo testamento Mathæi 16. *Tu es petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* Mathæi 18. *dic Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.*

Probatur 6. Illa Ecclesia est visibilis in qua sunt pastores qui regunt, qui docent subditos ejus, qui administrant sacramenta, qui corrigunt delinquentes, à communione separant contumaces, & vicissim subditi tenentur eos agnoscere tamquam superiores, ab illis sacramenta recipere, deinde in qua celebrantur Concilia, sanciuntur Canones, dirimuntur controversiæ de fide, de Religione, sed hoc invenitur in Ecclesia, ergo est visibilis. Minor est certa, juxta illud. *Pasce oves meas, tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, & act. 20. *Attendite vobis, & universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*

7. Mathæi & Marci ultimo habetur. *Et dixit eis euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ, qui crediderit. & baptisatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur.* Ergo Ecclesia debuit esse ubique visibilis. Illa enim omnia denotant visibilitatem Ergo.

8. Probatur a sanctis Patribus. S. Clemens lib. 3. recognitionum ait *Quid ergo putat quid in terram diffusam abscondurit Deus veritatem, & montes ei super imposuerit, ut ab iis qui in profundum fodere valent tantum modo inveniri posit non ista est.*

Sanctus Ireneus lib. 5. adversus hæreses cap. 20. ait. *Ecclesiæ quidem prædicatio vera, & firma apud quam una, & eadem salutifera in universo mundo ostenditur; huic enim creditum est lumen Dei, & propter hoc sapientia Dei per quam salvat omnes homines in exitu canitur, in plateis autem fiducialiter agit, in summis muris prædicatur, in portis autem civitatis constanter loquitur; ubique enim Ecclesia prædicat veritatem, & hæc est lucerna Christi baiulans lumen.*

Tertulianus de testimonio animæ. *In veritatis Ecclesiæ Christianæ testimonium advocat non doctam, non litteratam animam sed, rudem, & indoctam, & idioticam de composito, de trivio, de textrino,* quod denotat visibilitatem. D. Joannes, Chrisostomus oratione adversus gentes ait. *Nam à die qua dictum est constat Ecclesia solida, stabilis, & invicta florens, ac fulgens, ut in dies magis urgens.* Et homilia in cap. 6. Isaiæ ait *facilius est solem extingui, quam Ecclesiam obscurari.*

D. Augustinus contra litteras parisiani cap. 33. ait. *Ecclesia vera neminem latet, sed ex tot potius cunctis clara, atque conspicua quippe civitas quæ abscondi non potest super montem constituta per quæ dominatur Christus à mari usque ad mare & à flumine usque ad terminos terræ tamquam semen Abraham multiplicatum, sicut stellæ cæli, & sicut arena maris in quo benedicentur omnes gentes.*

9. Lutherus Tomo 7. item bergæ edito anno 1557. ait. *Quod se cessarunt jam Apostoli, Evangelistæ, & propheta necesse est alios ipsis successive, & post hoc successuros esse usque ad finem mundinam Ecclesia duratura est usque ad consummationem sæculi. Et Ecclesia non potest esse sine huiusmodi Episcopis, pastoribus concionatoribus, Sacerdotibus, nec ipsi è contra sine Ecclesia.*

Calvinus sibi in titut. cap. 10. ait. *In Simbolo ubi profitemur nos credere Ecclesiam, id non solum ad visibilem refertur, sed omnes quoque electos Dei.*

10. Potest probari per conti-

nuationem fidei Christianæ ab Adam usque ad præsens tempus, sed quia Jam vidimus in alijs disputationibus illam seriem continuatam, ideo super se Deo. Hæretici aliqua loca sacræ Scripturæ afferunt contra nos.

Primò dicunt hæretici habemus in lib. regum. 3. cap. 19. tempore Eliæ fuisse ecclesiam invisibilem, quia Propheta Elias relictus est solus fidelis ergo.

Resp. quod licet apud 10. Tribus quibus Achab imperabat ob ejus idolatriam, ac tyrannidem fideles essent occulti tamen apud alios duas, nempe benjamin, & Juda cultus; veri Dei vigebat in Jerusalem imò levitarum tribus quotidie inmolabat Deo vero, & sic Elias loquebatur de illis decem tribus, non de aliis possumus dicere quod fideles illarum 10. Tribuum erant tantum occulti, non Infideles. Et sic apud illas erat ecclesia visibilis.

Dicunt 2. Psalmo 88. habetur, quod Ecclesia comparatur lunæ, sed luna potest deficere, ergo Ecclesia deficere potest Resp. Quod comparatio non est adæquata, nam comparatur etiam soli, ut dicitur. *Thronus ejus sicut sol in conspectu meo*, & sic comparatur lunæ non quo ad deficientiam, sed quoad perfectionem, & perpetuitatem, ut dicit D. Ambrosius libro 4. exameron cap. 2. *Ecclesia inquit tempore suo habuit persecutionem & pacem; nam videmus sicut luna deficere, sed non deficit, obumbrari potest deficere, non potest.*

3. Synagoga defecit tempore Christi, ergo etiam ecclesia aliquando deficiet, ut dicitur Danielis cap. 9. n. 27. *deficiet hostia, & sacrificium.* Respond. multi Catholici 1. admittendo antecedens negando consequentiam, quia 1. ecclesia novi Testamenti habet securitatem de sua indeficientia juxta illud. *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, non vero Synagoga. 2. Ecclesia Christi est libera, alia ancilla, 3. Synagoga non erat Catholica, id est universalis, bene Ecclesia Christi. Ad illud Danielis, bene ecclesia Christi. Resp. Quod intelligitur de eversione Jerusalem. Resp. ego quod Synagoga non deficit in ratione ecclesiæ sed tantum in ratione status.

4. Dicunt Donatistæ ex Cantico Canti. 6. indica mihi ubi pascas ubi cubes in meridie, ex quo loco sic arguunt. Ecclesia cubat in meridie, sed Affrica est in Meridie: ergo sola Affrica habet

habet Ecclesiam, ergo extra Affricam non est Ecclesia.

Resp. D. Augustinus, & refutat illum errorem his verbis libro de unitate Ecclesiæ cap. 16. *scrutamini scripturas canonicas & eruite aliquid magnifestum quo demonstretis Ecclesiam in loco Africæ remansisse, & aliquid profecto quod non egeat interprete, nec inde convincamini quod de alia re dictum sit, & vos illud ad vestrum sensum detorquere conamini; videtis enim nunc illud unicum, quod proferre consuevistis ubi Pascas, ubi cubes in meridie, quam admodum excussis omnibus ejusdem loci verbis benge aliud indicat, quod vos putatis, & si hoc sonaret quod vultis, Maximinianistæ vos in eo vincerent; magis enim meridies Provintia Bisontium, tripolis ubi illi sunt, quam numidia, ubi vos præpolletis ita ergo illi possunt Germanius, & distintius gloriari de Meridie, & eos excludere ab hac sententia non potestis, nisi in illis verbis verum sensum, & Catholicum teneatis.*

Ita possumus refellere nostri temporis hereticos scrutantur scripturas canonicas, & eruant aliquid magnifestum, quo demonstrent Ecclesiam aliquando defecisse, aut defecturam esse. 5. Dicunt fortissimè ad veram Ecclesiam visibilem requiritur unitas Ecclesiæ & unitas: sed in lege naturæ non potest assignari caput. Ergo vel ad veram Ecclesiam non requiritur unitas capitis, vel nostra Ecclesia non est eadem, ac Ecclesia legis naturæ.

Resp. 1. quod ad unitatem Ecclesiæ ut sic non requiritur ex natura rei unitas capitis visibilis, & sic quod Christus instituit post se caput visibile, hoc arguit tantum diversitatem statuum, non unitatem Ecclesiæ in eadem fide permanentis. vide D. Augustinum super Psalmum 73.

Resp. 2. quod vere in quolibet statu fuit caput visibile Ecclesiæ,& rector: licet sit difficile assignare.

QUÆSTIO II.

Quænam sint notæ visibilitatis Ecclesiæ.

NOtandum est 1. tria esse cognitionum genera primo cognoscimus res per suas causas, & per suam essentiam, 2. cognoscimus eas per suas proprietates fluentes necessario, ab essentia 3 per qualitates aliquas, aut circonstantias; quæ distinguunt rem per illas significatas; nobis tamen non magnifestant, quod fit ut rudiores, ac ingeniosi sciant leonem ab equo, v. g. distinguere.

Notandum est 2. quod sæpe Theologi confundunt proprietates & Ecclesiæ notas, licet defacto distinguantur, quia licet illud quod habet rationem notæ, sit etiam proprietas; non tamen viceversa, omne illud quod habet rationem proprietatis dicendum est nota: siquidem per Ecclesiæ notas debent intelligi quædam signa, quibus cum Ecclesia reddatur visibilis debent esse quid ea clarius, alias frustra dicerentur notæ, ac per Ecclesiæ proprietates intelliguntur singularia quædam illius privilegia, quæ ita sunt ex natura sua obscura, ac est ipsamet Ecclesiæ veritas secundum se considerata, quam sola fide credimus, ut quod sit verus Dei cultus, sincera verbi Dei prædicatio, quod regatur à Spiritu Sancto; his positis.

Dico primo. Quod dantur notæ visibilitatis Ecclesiæ probatur 1. Authoritate D. Augustini lib. de unitate Ecclesiæ cap. 2. usque ad 7. ubi Donatistis cencesso quod ad derimendam controversiam illorum recurrendum quidem esse ad divinas Scripturas; noluit tamen ut ad illas haberetur recursus ad ferendum judicium de doctrina ab una, aut altera parte tradita, sed ut solum disceretur quibus notis in scripturis designaretur Christi Ecclesia.

2. Idem author lib. de Baptismo capite 4. non quærit in scriptura, utrum Baptisati ab hæreticis iterum sint baptisandi imò asserit hoc non inveniri in scriptura sacra, sed tantum ibi quærit, quænam sint notæ in Ecclesia quibus ex illis à cæteris dignosci possit, & quia invenit veram Ecclesiam esse toto orbe diffusam, infert illam Ecclesiam non esse veram quæ est tantum in Angulo orbis terrarum, ut est apud donatistas ergo vera Ecclesia dignoscitur per suas notas, & qualitates. Probatur 3. cum Ecclesia sit ratione formæ, id est fidei invisibilis, voluit Deus reddere visibilem per quasdam notas, ut Christus voluit demonstrare se esse Deum qui videri non poterat per opera quæ foris edebat, ita quod Ecclesia Militans per figuram, & formam redderetur visibilis. Probatur 4. cum sub pœna damnationis æternæ debeamus credere nos perseverare debere in vera Ecclesia, voluit Deus nobis administrare modos quibus dignosceretur; revelatio enim non sufficeret, ubi ipsemet melanto tomo 1. folio 439. ait. *Vt à] nobis agnosci possit Ecclesia, necesse est eam certas notas externas habere*; Humfredus ad rationem

5. Campiani ait. *Visibilis est Ecclesia quia notæ insignes sunt, & perspicuæ.* Confessio Belgica art. 29. ait. *His notis vera Ecclesia à falsa discernitur*; Scotica art. 18. *necesse est ut vera Ecclesia inquit ab hujusmodi fordidis Synagogis perspicuis, & perfectis notis discernatur.*

Dico 2. quod hæc sunt notæ veræ Ecclesiæ. 1. provenit ex parte ejus cui creditur; scilicet miracula, vaticinia, causæ illius principalis quæ est Christus, instrumentalis, scilicet Apostoli, & Discipuli Domini. 2. sumitur ex parte ejus quod creditur: scilicet integritas; & sanctitas Doctrinæ, concordia ejus cum ratione, & humanis disciplinis, vis & efficacia inmutandis animis.

3. Sumitur ex parte eorum qui credunt, scilicet sanctitas, mutatio admirabilis, patientia invincibilis, multitudo credentium innumerabilis ex omni conditione, ætate, & sexu, 4. sumitur ex modo propagendæ, & stabiliendæ Ecclesiæ, ut tot difficilia creditu à Philosophis, & viris doctis contra dicentibus Tirannis, & imperatoribus, à viris indoctis, & rusticis quod omnia, & regna, & imparia se subderint. Ergo vere dantur notæ quibus vera Ecclesia à falsa dignoscitur.

QUÆSTIO III.

Quænam sint vera membra Ecclesiæ Christi.

DIco 1. quod infideles, & non Baptisati non sunt membra Ecclesiæ Christi; ita docet Christus Mathei 18. *sit tibi inquit ethnicus* 1. Corint. 5. *Quid mihi de his qui foris sunt judicare* probatur ut aliquis sit actuale membrum Ecclesiæ in instatu novi Testamenti, requiritur: vel fides, & ejusdem professio exterior, vel baptismus, quia ista sunt janua quasi Ecclesiæ, sed non baptisati; & infidelis non habent nec fidem; aut professionem exteriorem, nec baptismum ergo.

Dico 2. quod Cathecumeni non sunt membra Ecclesiæ Christi. Pro quo notandum est, quod Cathecumeni alij sunt, qui nihil credunt, sed tantum se instrui sinunt in Religione Christiana. Alii instruti jam credunt, sed deest illis tantum Baptismus. De primis non est difficultas, sed de secundis. His petitis. Dico, quod isti non sunt membra Ecclesiæ, nisi incoativè.

Probatur primo ex Concilio Florentino in instrutione Armenorum quod docet homines

fieri membra Ecclesiæ Christi, quando Baptisantur juxta illud Ephesiorum 4. *Quicumque in Christo baptisati estis Christum induistis.*

Probatur 2. ex praxi Ecclesiæ quæ non admittit illos ad nostra mysteria, nec possunt illis interesse.

Probatur 3. Ecclesia nullam habet & jurisdictionem super illos, nec potest ipsos punire, etiamsi ab ipsa recedant. Ergo

Probatur 4. Ut aliquis sit membrum Ecclesiæ non sufficit fides interior, sed requiritur exterior fidei professio per aliquod signum externum pro tempore institutum ut docet D. August. libro 18. de civitate Dei cap. 47. sed illud signum fit per baptismum, ergo. dicit Christus *Nisi qui renatus fuerit ex aqua non introibit in regnum cælorum.*

Dicunt adversarij 1. Qui habet fidem formatam potest salvari, sed soli illi possunt salvari qui sunt intra Ecclesiam, & Cathecumeni possunt habere fidem formatam, ergo, possunt salvari, ergo sunt membra Ecclesiæ.

Respondet author libri de Ecclesiasticis dogmatibus. Quod illi non salvantur cum illa fide formata, quod est nimis durum, Respondeo quod nemo extra Ecclesiam potest salvari si nec in voto, & desiderio sit de Ecclesia concedo si non sit in voto, & desiderio, nego. Non sicut dicitur de Baptismo in voto, etsic illi Cathecumeni sunt vere in desiderio membra Ecclesiæ dicunt 2. quidquid requiritur ad veram Ecclesiam reperitur in Cathecumeno. Ergo est de Ecclesia, probatur antecedens requiritur fides, & exterior professio fidei, sed habent fidem ac nobiscum conveniunt, & professio fidei, sed habent fidem ac nobiscum conveniunt, & profitentem fidem publicè, Summo Pontifici adhærent, & tandem assistunt ceremonijs Ecclesiæ. Ergo vere habent omnia quæ requiruntur.

Resp. licet habeant fidem, tamen si resilirent, fierent hæretici coram Deo, non coram Ecclesia, quia Ecclesia habet tantum jus supra Baptisatos, ad aliud dico, quod illa signa, & ceremoniæ solemni tantũ baptismi susceptione perficiuntur, & sic sunt tantum in semine de Ecclesia.

Dices Cathecumenus qui esset in purgatorio vere esset capax fructuum sacrificiorum, & suffragiorum Ecclesiæ, ergo. Resp. quod hoc facit quod propter fidem formatam in qua discessisset esse merito de Ecclesia, non numero, sive talis par-

ticipatio fiat ex opere operato, sive per modum impetrationis, ut dicit D. Thomas in 4. dist. 12. q. 2. art. 2. ad 4. ita dicendum est de Ecclesiastica sepultura, de qua Paludanus in 4. dist. 4. Antoninus 3. part. q. 14. cap. 13. Angelus & Silvester verbo baptisma petant Cathecumenes esse sepeliendos in sepultura sanctæ. cap. nullus. 13. q. 2.

Dices Concilium Bracarense prohibuit sepulturam Cathecumenis. Resp. quod tantum prohibuit solemnitatem, & pompam.

QUÆSTIO IV.

Vtrum hæretici sint membra Ecclesiæ.

ALphonsus à Castro lib. 2. cap. 24. de justa hæreticorum punitione, Cajetanus Tomo. 1. Opusculo de authoritate Papæ 22. 23. & alij docent omnes hæreticos, & Apostolos à fide esse membra Ecclesiæ ratione Caratheris Baptismi, Bellarminus & alij multi lib. 3. de Ecclesia militante tenent, quod hæretici qui veram fidem exterius fingunt esse de corpore Ecclesiæ licet sint membra putrida.

Dico 1. Quod hæretici qui exterius profitentur hæresim non sunt membra Ecclesiæ nisi putrida.

Probatur primo ex D. Paulo ad Romanos 8. *Qui non habent spiritum Christi hic non est eius.*

Probatur 2. Sanctus Justinus martir qui floruit in principio 2. sæculi in dialogo cum Triphone ait. *Sunt & fuerunt multi qui docent dicere, & facere impias res, & contumeliosas in Deum; cum tamen in nomine Iesu veniant, & sunt internis distinctis cognominibus de nominati à quibusdam viris, ut quisque fuit aut hoc alicuius novæ doctrinæ; & sententiæ cum quibus nihil est nobis communicationis, Atheos atque à Deo alienos impios & iniustos, & iniquos esse; scientibus quippe qui pro eo ut Iesum nomine dumtaxat profitentur & christianos eo modo colant.*

Probatur 3. ex D. Aug. in Enchiridio ad Laurentium cap. 5. *si inquit, diligenter quæ ad Christum pertinent cogitantur nomine tenus invenitur. Christus apud quoslibet hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, revera ipse non est apud eos*; & exponens illa verba psalmi 44. *Quoniam inter multos erant mecum.* Sic ait. *Baptismum habebamus, erant in eo mecum. Festa martium celebrabamus, erant ibi mecum, in schimate non mecum, sed in his paucis in quibus non mecum*

non eis pro sunt multa, in quibus mecum. Nihil clarius dici potest ad probandum hæreticos non esse de Ecclesia, & negativo articulo omnes alios corrumpi.

Probatur 4. Ratione, & deffinitione Ecclesiæ quæ vocatur Ecclesia Congregatio fidelium, ergo soli fideles sunt de Ecclesia, quia fides est ratio primariæ Ecclesiæ: ergo qui non habent fidem non sunt Ecclesiæ membra.

Dico 2. Quod etiam qui occulte, & interne, seu mentaliter tantum sunt hæretici, non sunt membra Ecclesiæ, sed tantum putativè.

Probatur 1. Joannis cap. 2. *Et nunc Anti-Christi multi facti sunt ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis mansissent utique Nobiscum. sed non exirent, si ex nobis essent antequam exirent, ergo non erant ex nobis, sic sunt in Corpore Christi quomodo humores mali.*

Probatur 2. Ex D. Aug. q. 11. in Mathæum & lib. 3. contra Donatistas cap. 19. *Huius inquit fraternæ charitatis inimici quam dixerat unitatem sive aperte foris sint, sive intus esse videntur, Pseudo Christiani sunt, & Anti-Christi; inventis enim occasionibus foras exeunt, sed etiam si occasiones desint, cum intus videntur, ab illa invisibili charitatis compage separati sunt, unde Ioannes dicit ex nobis exierunt sed non erant ex nobis, non ait quod exeundo alieni facti sunt, sed quod alieni erant, propter hoc eos exisse declaravit.*

Probatur 3. Esse de Ecclesia, est esse fidelem, ergo qui non est fidelis non est de Ecclesia, sed hæretici occulti non sunt fideles, ergo non sunt de Ecclesia.

Dicunt primo adversarij, quod nullus potest esse caput Ecclesiæ, nisi sit membrum sed multi pontifici, & Episcopi casu quo essent hæretici tantum mentaliter essent, summi Pontifices, & Episcopi, quia propter hoc non amittunt suam dignitatem, ergo sunt membra Ecclesiæ. Resp. quod essent tantum capita Ecclesiæ putative, quod sufficit ut jurisdictio, & acta valerent, quia communis error facit jus. præcipue cum constet nobis, quod Deus per tales vult regi Ecclesiam.

Dicunt 2. si fides interna requireretur, ut quis esset realiter de Ecclesia, sequeretur Ecclesiam esse invisibilem, & non posset infallibili certitudine constare quæ sit vera Ecclesia, quia nullus potest scire quis habeat fidem internam. Resp. quod sufficeret externa fidei protestatio interna protestativa, ad aliud dico quod certis

notis visibilibus constat ut vidimus.

Dico 3. Quid omnes fideles Baptisati sunt membra Ecclesiæ contra Donatistas, & novatianos qui putant solos prædestinatos esse membra Ecclesiæ quos Refert D. August. & D. Cyprianus fulti ratione ista.

Eadem est Ecclesia militans, & Ecclesia triumphans, sed Ecclesia triumphans constat solis prædestinatis, ergo & Ecclesia militans, Resp, quod est eadem substantialiter, non quoad statum. Probatur nostra conclusio primo Mathei 3. ubi comparatur Regnum cœlorum arcæ triticũ simul,& paleas continenti, & Mathæi 13. ubi comparatur sagenæ omne genus piscium congreganti; convivio nuptiali ubi sunt qui non habent vestem nuptialem 10. virginibus partim prudentibus, partim fatuis.

Probatur 2. ex Apostolo 1. Corinthiorum cap 12. ubi inquit *etenim in uno Spiritu omnes nos in unum Baptisati sumus quot quot enim inquit, baptisati estis Christum induistis.* Ergo ex Apostolo non solum prædestinati, sed etiam reprobi pertinent ad Ecclesiam, quia omnes illi sunt Baptisati.

Probatur 3. ex eodem Apostolo 1. Corinthior. cap. 10. *Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptisati sunt, in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, bibebant autem de speciali consequente eos petra, petra autem Christus, sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo; nam prostrati sunt in deserto; hæc autem in figura facta sunt nobis.*

Probatur 4. Mathæi 13. *qui seminat inquit bonum semen est filius hominis: Ager autem est mundus; bonum vero semen hi sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam: inimicus autem qui seminavit est diabolus; messis vero consummatio sæculi est: Messores autem Angeli sunt.* Ergo in Ecclesia sunt boni & mali.

Probatur 5. ex unanimi patrum consensu qui explicant omnes supradictas similitudines de electis, & reprobis sub eadem Ecclesia, ut videre est apud Sanctum Cyprianum epistola ad maximinum. Apud D. Hyeronimum in commentaria. Epistola ad Ephesios cap. 5. de Chrisostomum homilia de Baptismo, sed præcipue D. August. epist. ad Dardanum, & Psalmo 36. hoc docet vbi Iudam expresse vocat filium sponsi lib. 2. contra crescencium gramoiat cap. 34. libro

de Civitate Dei sic habet: *habet inquit Ecclesia secum connexos communione Sacramentorum, secum non mansuros in æterna sorte sanctorum.*

Dico 4. contra novatianos, Donatistas & Confessionistas, quod est de fide non solum imperfecte fideles qui levia tantum committunt, sed & impios peccatores, quamvis maximis criminibus obnoxios esse de Ecclesia Christi.

Probatur 1. Mathæi 23. dicitur. *Omnia quæcumque dixerint vobis facite, & servate* ubi probat quod non solum pessimi sunt membra Ecclesiæ, sed etiam capita.

Probatur 2. in epistolis ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas & in Apocalypsi cap. 2. dicuntur peccatores fideles multis sceleribus obnoxios, ad meliorem frugem revocari, qui supponuntur vere esse mébra Ecclesiæ.

Probatur 3. nil frequentius esse potest inveteri Testamento quam ista veritas, ubi Prophetæ acriter reprehendunt populum Israeliticum, & Sacerdotes, Reges, Principes de gravissimis sceleribus. Vt Isaïæ 1. *Ve genti peccatrici & 64. iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt*: nos tamen illum populum, Dei populum appellant his verbis. *Et tunc Domine pater noster es, & populus tuus nos omnes.* Jeremiæ cap. 9. *Prophetæ inquit* Dominus *Prophetabant mendacium, Sacerdotes applandebant manibus suis, & populus meus dilexit talia.*

In Canticis Canticorum, cap. 1. habetur. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Quod de S. Ecclesia dictum Agnoscit. omnis Christianus inquit *D. Augustinus libro* de unitate Ecclesiæ cap. 3 & subdit. *Vnde appellat spinas, nisi propter malignitatem morum: eandem inde filias, nisi propter Communionem sacramentorum*, & in Psal. 47. *sunt ergo filiæ malæ, & inter illas est lilium inter pinas*, & fidem explicans illa verba Cantici Cant. cap. 1. *Nigra sum sed formosa filia Ierusalem, sicut tabernacula cadar,* sicut pelles Salomonis observat, quod non dicit. *Fusca fui ut tabernacula cadar, & speciosa sum ut pelles Salomonis, sed utrumque eße dicit propter unitatem intra una retia piscium bonorum & malorum.* Probatur 3. ex patribus *Pacianus Episcopus Barcinonensis* contra Novatianos ait. *Ecclesia est non habens maculam neque rugam*, id est hereses non habens, & cælorum peccator & penitens non est Ecclesiæ macula, quia quandiu peccat & non pœnitet extra Ecclesiam est constitutus,

tutus, non extra Ecclesiam communem, sed specialem justorum.

Probatur 4. *ex D. Hieronimo in cap. 1. epistola ad Ephesios. ubi ait quomodo caput plurima sibi habet membra subjecta, ex quibus sunt nunnulla vitiosa, & debilia: ita Dominus noster Iesus Christus cum sit caput Ecclesiæ habet membra, omnes qui in Ecclesia Congregantur tam sanctos videlicet, quam peccatores.* Similiter ait libro 2. contra *Iovinianum cap. 13. in cap. 38. Ezechielis*, & contra Luteranos cap. 8. *Vt enim illa omnia animalium genera mundorum & immundorum, loquens de arca continebat, ita Ecclesia omnes omnium mores.*

Probatur 5. ex D. Aug. tractatu 6. in Ioannem. *Nos fatemur inquit in Ecclesia Catholica, & bonos, & malos esse, sed tamquam grana, & paleas, aliquando qui Baptisatur à grano palea est, & qui baptisatur à palea granum est:* ita contra Donatistas in Psal. 36. *suspicamini inquit de vobis quid vultis si boni sumus in Ecclesia Christi frumenta sumus, si mali sumus, in Ecclesia Christi. Palea sumus; tamen ab arca non recedimus.*

Probatur 6. ex D. Gregorio *Papa homilia 11. & 12. in Evangelia & lib. 6. moralium cap. 1. quod intra sanctam Ecclesiam positi, loquendo de carnalibus hominibus, quo per fidem bonis juxta sunt, eo per vitam durius promunt: quia enim quasi fideles vitari nequeunt à fidelibus tanto deterius, quanto, & interius tolerantur.*

Probatur ultimo. Quis quis habet fidem ab Ecclesia non est separatus, sed peccatores habent fidem. Ergo, quia per solam heresim ab Ecclesia separatur quis ab Ecclesia.

Dicunt Donatistæ Ecclesia est sine macula, sine ruga, ergo qui est peccator non est de Ecclesia, quia debet esse sine ruga ergo. R. Quod Ecclesia dicitur sine ruga propter sanctitatem capitis, nempe Christi. 2. dicitur sancta, quia sancto cultui dedica est, & à Spiritu Sancto regitur. Unde quod in Ecclesia sint impii, est per accidens, & præter intentionem.

Dicunt 2. Sæpè apud Sanctos Patres peccatores dicuntur ab Ecclesia extorres, eos non habere matrem, nec esse ejus filios aut membra, nec Dei nec Christi, Resp. quod non sunt membra viva C. mortua. n 2. non esse Filios Dei secundum adoptionem cum à gratia, & charitate exciderint, nec esse Filios Dei, & Christi secundum imitationem, sed secundum regenerationem per Baptismũ. Vt dicitur ad Galatas 4. filioli mei quos iterum parturio.

QUÆSTIO V.

Vtrum excommunicati sint de corpore Ecclesiæ.

THomas Vualdensis tomo 1. lib. 2. Cardinalis Turrelamata lib. 1. summæ cap. 8. dricdonis lib 4. de Ecclesiæ dogmatibus cap. 2. Bellarminus libro 3. de Ecclesia militante cap. 6. gravina lib. 4. Catholica præscriptio de Ecclesiæ controversia 2. à 5. putant fideles juste excommunicatos non esse vere, & proprie de Ecclesia dominicus Bannes, Gregorius de Valentia. Aragonius. Franciscus Suares. Andreas dualii 22. disputatione de Ecclesia tenent eos esse de Ecclesia.

Dico igitur quod fideles juste excommunicati sunt de Ecclesia simpliciter probatur 1. *ad Thessalonises capite ultimo. Vbi ait Apostolus, quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur, & nobile quasi inimicum existimare: sed corripite, ut fratrem.* Vbi Apostolus vocat eos fratres.

Probatur 2. ex D. Aug libro contra Donatistas post collationem cap. 20. ubi ait. *Neque enim à populo Dei separamus quos vel degradando, vel excommunicando ad humiliorum locum pœnitendi locum redigimus.* Bellarminus dicit quod ille locus est corruptus, sed sine fundamento.

Probatur 3. Ecclesia ut bona mater nullum vult perire, sed si excommunicati non essent amplius de Ecclesia vere vellet eos perire, vult enim eos punire, ut redeant ad communionem fidelium à qua separantur, excommunicati habent fidem, & adherent summo Pontifici ut capiti Ecclesiæ *ergo dicunt contra nos Mathæi* 18. habetur, si quis Ecclesiam non audierit *sit tamquam ethnicus, & publicanus.* Ergo ut separatus Resp. 1. quod ibi non dicitur sint ethnici simpliciter, sed tamquam propter eorum obstinationem 2. Resp. sint tanquam ethnici quantum ad communionem c. non quantum ad Ecclesiæ separationem.

Dicunt 2. & afferunt authoritatem D. Aug. qui comparat excommunicatos interfactoribus qui à republica in veteri testamento separabantur. Ergo.

Resp. Quod illa comparatio non quadrat in omnibus, sed sicut occisus quidem nullius est utilitatis reipublicæ, ita excommunicatus tamen in actu primo propter fidem est de Ecclesia, unde Andreas Duvallius tractatu de fide. q. 1. à 2. comparat excommunicatos, incarceratis sicut enim illi extra re-

gnum non sunt, ita excommunicati extra Ecclesiam.

DISPVTATIO XI.

De capite Ecclesiæ scilicet Christo.

SCiendum est quod ut probetur Christum vere esse caput Ecclesiæ, oportet 1. investigare contra Judæos, an verbum fuerit incarnatum, quia si verbum non fuit incarnatum christus non erit caput Eccle- unde est.

QVÆSTIO I.

An Messias venerit.

MUltis modis possumus comvincere Iudæos Messiam venisse. 1. Afferendo omnia testimonia veteris testamēti, quibus vere promittitur Messias venturus nullo designat tempore 2. afferendo testimonia quibus designatur tempus, 3. exprimendo circumstantias imo singulari personæ Mariæ tantum attribui possunt, sive Messiam esse possibilem, 4. illum jam venisse. 5. esse illum qui dicitur filius Mariæ.

Fundamenta Judæorum sunt 1. sumitur à ratione. In Christo non fuerunt ad impleta scripturarum oracula. Ergo non fuit vere Messias. Probatur Antecedens quia Messias dicitur venturus, ut sedeat super sedem David, & ut restauret regnum ejus, juxta illud Psalmi 13 *de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Amos. 9. *in die illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit*, ubi prædicitur maxima felicitas in populo Judaico, *ecce veniet dies dicit Dominus, & comprehendet orator Messorem, & calcator uuæ mittentem semen, & stillabunt montes dulcedinem.* Isaiæ 11. *Habitabit lupus cum agno, pardus cum Ædo, accubabit vitulus & leo & ovis simul morabuntur & puer parunlus minabit eos.*

Secundum est. Dicitur Messias venturus in novissimis diebus. ut patet Gen. 49. Isaiæ 2. Micheæ 4. Daniel. 2.

Tertium est illa lex quæ contrariatur præceptis divinis, non potest esse lex veri Messiæ, sed lex Evangelica contrariatur legi veri Messiæ, quia prohibet diem Sabbati, qui est determinatus in lege veteri, sicut circuncisionem quæ tamen duratura in æternum promittitur Genesi 17. ergo.

Dico quod Messias venturus est, probatur primo quod scri-

pturæ Prophetiæ significarunt esse aliquod futurum, aliquando Deum incarnatum, scripturæ, Prophetæ pronunciaverunt quod modo probabitur, ergo Deum incarnari est possibile ex omni parte.

Probantur 2. Genes. 49. *non auferetur sceptrum de Iuda & Dux de fæmore ejus, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* 2. Deuteron. 18. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut suscitabit tibi Dominus Deus tuus.* Quo testimonio usus est d. Petrus Act. 3. & Stephanus 3. Psalm. 2. *Dominus dixit à me Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psalm. 44. *quoniam ipse est Dominus Deus tuus & adorabunt eum.* Isaiæ cap. 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel* Isaiæ cap. 9. *parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus admirabilis, Deus fortis, Pater futuri sæculi Princeps pacis.* Ex Propheta Habacuh 3. *hic est Deus noster & non estimabitur alius adversus eum, post hæc in terris visus est, cum hohominibus conversatus est*, Aggei 2. *hæc dicit Dominus exercituum adhuc unum modicum est & ego commovebo cælos, & terram, & mare, & aridam & movebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus & implebo domum istam, gloria dicit Dominus exercituum meum est aurum, meum est argentum, magna erit gloria domus istius novissima plusquam primæ dicit Dominus Deus exercituum & in loco isto dabo pacem.*

Dico 2. quod Messias venit. Probatur primo. Primus locus quo determinatur tempus, quo erat venturus Deus Incarnandus sumitur ex capite 49. Genes. ubi Patriarcha Jacob comendans Tribum Iuda à nomine, à fortitudine Bellica, à dignitate & reverentia; quod scilicet ipsum fratres adorabunt, à victoriis, à regno, ab opibus, à frugum ubertate, & tandem à Christo ab ipso nascituro dicit. *Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Quasi diceret, non deerunt reges, duces, legislatores de Tribu Iuda donec veniat Christus, atqui jam pridem defecerunt reges, duces &c. fere ab annis 1600. ubi adverte quod dicet patriarcha quod non deficiet, donec veniat Messias, ergo si defecit signum, est quod venit Messias.

Iudæi conantur interpretari istum locum propter vocem Siloch. quæ habetur in textu Hebraicorũ, donec veniat Siloch.

divisi sunt inter se quid per illam intelligatur, aliqui dicunt locum Beatum significare in quo multo tempore mansit arca Dei. Alij de saule intelligunt, quia in Siloch unctus est, in regem, alij de Jeroboam qui separavit decem tribus ab Imperio regum Juda, hic sit prophetiæ sensus. Non recedet principatus a Juda donec veniat Siloch, idest donec in Siloch ungatur in regem Sauli qui erat de tribu Benjamin, in quem translatus est principatus ex tribu Juda, similiter, *Donec veniat siloch*, id est Hieroboam qui in ea urbe assumptus est in regem 10. Tribuum.

Alij referunt hoc vaticinium ad regem Nabucodonosor, regem Kaldeorum voluntque hunc esse germanum sensum. Donec veniat rex Nabucodonosor, ipse enim ademit regale Imperium ex tribu Juda, sedecia capto, & ducto in babilonem, & festis occulis, & post ipsum nullus fuit amplius rex apud judæos.

Altera judæorum interpretatio est, quod illa prophetia sit intelligenda de vero Messia, sed quod nundum advenisse, & talem prophetiam non esse impletam, quia nox Hæbrea Shencth, quæ significat sceptrum, sive virgam, significat virgam tribulationis, non dominationis, id est non recedet à tribu Juda tribulatio donec veniat Messias, Rabi Salomon dicit, quod Sceptum de tribu Juda manet adhuc; nam inquit sunt reges in media syria, & Babilone qui regunt populum Israel, de hac opinione loquitur origenes in initio

alij tandem dicunt quod hæc prophetia debet intelligi, quod statim ac veniet Messias sceptrum juda manebit in æternum, non verò quod deficiet.

Pro refutatione istorum, suppono primo, quod ab eo tẽpore quo David addidit hoc vaticinium usque ad nativitatem Christi fluxerunt anni 1695. nam id prophetavit Jacob anno ætatis suæ 147. quo mortuus est, qui fuit annus mundi 2255. Christus vero natus est anno mundi 3950: ergo à morte Jacob usque ad nativitatem Christi fluxerũt 1695. quia advertendum est quod à morte Jacob usque ad exodum computantur anni 198. Ab exodo ad annum quartum Salomonis anni 480. ab erectis fundamentis templi usque ad ultimam calamitatem sedeciæ regis anni 426. à casu urbis, & templi, sive à captivitate Babilonis usque ad Christum anni 591. qui omnes simul juncti conficiunt annos 1695. à morte

Jacobi ſcilicet uſque ad Chriſtum, quorum ultimo natus eſt Chriſtus, dum regnaret in Judęa Hærodes Aſcalonita ab annis 35. ſecundum aliquos, & ſecundum alios 29. & ſic ante nativitatem Chriſti jam defecerat ſceptrum de Juda per Hærodem.

Suppono 2. Quod ab Abraham, Iſaac, & Jacob, nulli fuere duces, nec reges uſque ad Moyſem à quo populus Iſraël à captivitate eductus: & ab illo gubernatus tanquam dux & ductor, poſt ejus mortem immediate Judei perit judices gubernati ſunt, quod duravit ab octoniale uſque ad Samuelem incluſive per annos 378. poſt mortem Salomonis diviſi ſunt reges in reges judæ, & Iſraël, à Saule incluſive uſque ad ſedeciam per annos 510. poſt ſolutam Babilonicam captivitatem uſque ad Hærodem pœnes Pontifices fuit gubernium, qui etiã ab alijs judices reges, & duces Appellabantur per annos 500. cum autem ſeſe mutuo propter regni cupiditatem colliderent, à Romanis oppreſſi regia dignitate exciderunt; retento tamen Pontificatu, & judeæ Rex fuit conſtitutus Hærodes Aſcalonita ab Auguſto antipatris filios.

Hærodes ergo qui magnus dictus eſt habuit ex pluribus uxoribus ſex filios. Tres primi, ſcilicet Archelaus Alexander, & antipater ipſo patre jubente occiſi ſunt. Archelaus qui fuit quartus filius Hærodis, ſecundus dictus qui occidit Joannem Baptiſtam, & Chriſtum, veſte alba induit tetrarcha Apellatur, regnavit de quo Mathæi cap. 2. audiens. *Autem quod Archelaus regnavit in Iudea pro patre quo Hærode timuit illo ire*; mortuo autem Hærode magno, id eſt ab aſcalonita qui totius terræ Sanctæ regnũ à Romanis optinuerat relictis tribus filijs. Auguſtus Cæſar diviſit regnum in tres partes; dimidiam partem dedit archelao natu majori, & aliam duobus alijs, Hærodis, ſcilicet, & Philippo.

Archelaus Certis de cauſis poſt aliquot annos regno pulſus eſt, & in exilium miſſus ab Auguſto, tunc in rempublicam redactum eſt regnum per præſides gubernatum, quorum primus fuit Pilatus Hærodes, ſecundus fuit tantum Galileæ præfectus qui vocabatur Tetrarcha, Philippus tureæ, & tetra conidis regionis fuit præfectus, hic erat maritus Herodiadis, qua Hærodes inceſtuoſe abutebatur.

Hærodes tertius qui Agrippa appellatur eſt filius, fuit ariſto-

buli primo geniti filij Hærodis ascalonitæ, hic vermibus perijt relicto filio quo Hærode, qui vocabatur Aggripa, his positis.

Respondeo ad effugium Hæbreorum, quod intelligatur illa prophetia de Messia, patet ex verbis illis. *Erit expectatio gentium*, de nullo alio potest hoc dici de quo dicitur Isaiæ 10 *erit radix Iesse qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur*, non potest dici de Saule, quia non fuit de tribu juda, sed benjamin. 2 Per id tempus non defuit sceptrum domui judæ, quia illud non optinuit usque ad David. 3. sine ratione dicitur Saulem unctum fuisse in Siloch, quia tunc arca Domini non erat in Siloch, sed in Carithiarim, ut dicitur primo regum cap. 7. unde dicitur cap. 9. unctus est in terra Suph, seu in Mesphah, nec est impleta illa prophetia in davide, aut Salomone, quia in ipsis non defecit, sed incepit sceptrum judæ, nec in Hieroboam, quia iste non fuit unctus in Siloch, sed in Sichen, ut patet 3. regum 12. deinde licet & tempore fuerit imminutũ sceptrum judæ per separationem tribuum, non tamen defecit, sed in Roboam, Asa, & alijs continuatum est; tandem non potest dici de Nabucodonosor, quia ipse non fuit expectatio gentium, deinde non fuit tunc ablatum regnum de juda, sed post Sedechiam, Zorobabel, & alij principatum tenuerunt, Zorobabel enim erat de tribu juda; imo de stemmate regio, ut patet in genealogia Christi apud S. Math. 1. tandem post Sedechiam prophetatus est Messias, ut Missurus, ut patet Danielis 9. in Prophetia 70. Hedomadarum, & agei *Veni desideratus cunctis gentibus.*

Secundum testimonium sumitur ex Daniele cap. 9. ubi sic ait. Et loquitur. *Ab exordio precum tuarum eggressus est sermo, ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es tu ergo animadverte sermonem & intellige visionem septuaginta Hebdomades abreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consumetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & de lectore iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum scito ergo, & animadverte ab exitu sermonis, ut iterum edificetur Ierusalem usque ad Christum ducem hebdomadæ 7. Et hæbdomadæ 62. erunt, & rursus edifficabitur platea, & muri in Angustia temporum, & post hæbdomadas 62. occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est, & civitatem, & sanctua-*

rium dissipavit populus cum duce venturo, & finis eius vestitas, & post finem belli statuta desolatio; confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in medio hebdomadis deficiet hostiæ, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consommationem, & finem perseverabit desolatio.

Nihil ad hoc possunt Respondere judæi, nisi quia nundum illud tempus præfixum ad impletum est.

2. Quod non loquitur ibi Daniel de Messia venturo, sed deprecabatur liberationem populi à captivitate, sed contra.

Primo debet intelligi tantum de Christo, quia ibi dicitur finem imponere peccato 2. debere iniquitatem. 3. Ungi Sanctum Sanctorum; ad aliud Resp. cum Ruperto lib. in Danielem cap. 16. *Si solam inquit litteram spectes, numquid ex ea responsa quæ dedit Angelus, Danieli oratio flagitaverat; illa enim pro solutione captivitatis, & urbis, ac templi reparatione Deo supplicaverat*: itaque si Solam litteram spectes nihil invenies, nisi illam 70. annorum Babilonicam captivitatem, nil præter civitatis, & templi manu facti cineres, quod deploret, aut recuperari dæsiderat: verum si ita erat, si hoc tantum in votis habebat, numquid pro ea re oportunam consolationem accepit, nonne potius contraria votis audivit; non enim dictum est illi edificabitur Jerusalem, & templum, atque omnis ceremoniarum cultus renovabitur, sed quod his valde contrarius est, occidetur Christus, non erit ejus populus qui eum Negaturus est, civitatem & sanctuarium dissipabit, populus cum duce venturo, & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio, & deficiet hostia & sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis & igitur cum dicit, *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum quam prædixit Ieremias, ut complerentur desolationis Ierusalem 70. anni. vigilanti lectori illud Sancto Spiritu Prophetico intellexisse insinuat, quod hodie revelata facie videt Christi Ecclesia: scilicet captivitatem illam unius populi Iudaici fuisse imaginem alterius magnæ captivitatis, quia uno peccante Adam universo generi humano accidit, & illos 70. captivitatis annos tempus omne significasse, quo populus Dei peregrinatur in hoc sæculo; quid enim magnum erat intellexisse, quod patet omnibus, verba sanabant Ieremæ*:

Ergo cum orat hoc loco Daniel pro captivitate populi, & pro refectione Jerusalem, ac templi sub illis vocibus, res majores intendit, & sic illam captivitatem solvi optat, ut pro majori

majori sollicitus sit, leviter lecturus illud majus templi, & civitatis excidium; de factum quoque Hostiæ, & sacrificij perpetuam desolationem templi abominabilis; dummodo fiat quod erat necessarium: scilicet ut consumetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & ungatur Sanctus Sanctorum.

Nota quod Hebdomada significat 7. annos, quod probatur ex hoc quod videmus oculis nostris jam impletum illud tempus tempore titi, & vespasiani; nam transactis Hebdomadis per 7. annos computatis, civitas, & templum fuit destructum, & devastatum, deinde nota & signa quæ inveniuntur in veteri testamento de Christo venturo jam magnifesta sunt. Prima nota sumitur ex Genesi cap. 49. ubi dicitur. *Quid non auferetur sceptrum de juda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est*. Daniel 9. 70. *Hebdomadæ abreviatæ sunt, quid* significat tempus in quo Christus venturus erat, ex quibus sic argumentor.

Per illa vaticinia significatur quod verus messeas veniet quando deficiet sceptrum de juda, & completum erit Hebdomadarum spatium, sed Christus natus est circa illud tempus, quo regia potestas à judæis ablata est, & completantur 70. Hebdomadæ Daniel. Ergo invenitur in Christo; prima nota ejus adventus. Ergo probatur minor, præsuponendo primo, quod per sceptrum judæ intelligitur specialis tribus de qua Jacob prædixit non defecturos principes, & duces populi judaici; donec veniat Messias. Hoc posito probatur quod nec ante, nec post natum Jesum defecerit sceptrum de Juda, id est quod Herode regnante populus judaicus caruit proprio rege, & duce de Tribu Juda orto primo.

Ante Christum natum non caruit populus Judaicus sceptro de tribu Juda, quia licet in jeconia sive Sedechia defecerit proprius filius qui sederet super solium David. Juxta illud Jeremiæ 22. *Scribe virum hunc*; neque enim de semine ejus erit vir, qui sedeat super solium David, & potestatem habeat ultra in Juda; simpliciter tamen non defecit, quia Zorobabel qui fuit princeps descendebat ex Jecenia, & erat de tribu Juda. 2. Intelligitur illa propheta non simpliciter de titulo. Regis, sed de duce. 3. licet tempore Machabeorum Rex fuissent Sacerdos, & ex tribu levi, erant

autem ex tribu Juda per maternum genus, sic in scriptura vocantur viri Juda.

Dicunt ad hoc, & est gravis difficultas, si ista responsio de materno genere sufficeret. Ergo non defecit regnum tempore Christi, quia tunc multi erant qui descendebant ex genere materno de tribu juda; imo ipse Herodes duxerat in uxorem marianam neptem Hircani Pontificis, quæ erat legitima hæres regni, & ex illa natus est Aristobulus, ex quo Herodes Agripa qui ut vidimus regnavit in judea, ut legitimus Rex post mortem Christi. Ex actorum 12. & 26. Respondeo quod tempore Herodis totaliter defecit sceptrum Juda, tam ex genere Paterno, quam materno, quia Herodes fuit idumeus; quod vero duxerat, Marienam neptem Sacerdotes, nihil facit, quia regnum non fuit datum uxori, sed Herodi, 2. Fuit datum ab Augusto, 3. judæi tamquam illegitimũ habuerunt imo quando petierunt tributum pro Christo non dixit, reddite Hærodi, sed Cæsari quæ sunt Cæsaris.

Dices licet Judæi fuerint sub persis; tamen semper remansit sceptrum Judæ. Ergo similiter tempore Herodis. Resp. quod remanserent duces sub persis, ut Zerobabel, tempore Herodis totaliter extincta fuit linea Judæ; extincto enim Antigono legitimo Herode qui erat ex familia Machabeorum, extincta fuit tota illa familia.

Superest aliud vaticinium explicandum de 70. Hebdomadis. Pro quo sciendum est, quod post captivitatem Judæorum quatuor vicibus decretum exiit de reædificanda Jerusalem, & templo primum decretum fuit tempore Cyri Regis Persarum, ut constat ex libri. Esdræ cap. 1. secundũ fuit 7. anno artakersis, ut constat ex libro esdræ cap. 7. qui vocatur etiam Assuerus; 3. fuit tempore darij, ut dicitur 1. Esdræ cap. 6. qui Darius duplex fecit decretum, unum anno 2. sui regni, ut habetur lib. 2. secundum decretum exivit anno 20. quo tempore missus est neemias. Igitur Hebdomada de qua est quæstio debet incipi à decreto secundo facto in 7. anno artakersis, qui sic numerando inveniuntur 490. anni qui efficiũt 70. Hebdomadas septenales.

Videamus modo finẽ Hebdomadarum; dico quod ab anno 7. artakersis à quo secundum edictum exiit dedifficanda Jerusalem, & templo usque ad mortem Christi fuerunt 490. numerando in qualibet olimpiade quatuor annos, quia meis

Christi contigit olimpiade 202 currente anno quarto: initium autem monarchiæ Cyri in persia incepit olimpiade 55. primo sui imperij anno, regnavit Cyrus 30. annis, Cambises ejus filius 8. Darius Histaspis qui illi successit 30. Xerces ejus filius is 21. Postea artaxerses dictus congimames; & sic ab initio regni Cyri in persia usque ad initium regni Artaxersis currum 95. anni quibus si addantur 7. quia 7. anno exiit sermo, vel decretum de reædificatione templi. Sic patet quod ex Olimpiade 55. quæ fuit initium regni Cyri, usque ad annum regni Artaxersis currunt 102. anni, qui faciunt Olympiades 25. & duos annos, addendo supra dictas 55. Olimpiades relinquitur quod annus 7. Artaxersis incepit Olimpiadæ 80. anno ejus 2.

Nota 2. sumitur Jeremiæ 23. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo germen justum, & regnabit rex*, quem locum intelligunt interpretes de vere Messia, quia Prophetiam impleta est ex Mathæo in exordio sui Evangelij generationis Jesu Christi.

Tertia nota sumitur ex modo conceptionis Messiæ ex Mater Virgine, Isaiæ 7. *Propter hoc ait. Dabit Dominus ipse vobis signum ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*, Jeremiæ 31. *creavit Dominus novum super terram fæmina circumdabit virum*; ista duo loca secundum omnes interpretes intelliguntur de B. Virgine Concipiente Christum, ut patet Mathæi. 1. *cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam convenirent inventa est habens in utero de Spiritu Sancto Luca* 1.

Simmacus Ebroneus Aquila, & alij Judæi dicunt juvencula concipiet, id est uxor Achat quæ fuerat sterilis concepit, & peperit filium Ezechiam Resp. quod hoc non potest dici, quia Erat jam natus ante istam Isaïæ Prophetiam Ezechias. 2. de isto non potest dici. *Vocabitur Emmanuel*; 3. Quomodo erat juvencula sisam genuerat Ezechiam, & alium peperit.

4. Nota sumitur ex loco, & modo qno Christus natus est; nam primo dicitur. *In Betleem Iudæ.* Juxta Michææ prophetiam, *Et tu Betheleem Terra Iuda nequaquam minima es, ex te enim exiet dux qui regat populum meum.* & Mathæi 2. *Cum natus esset Iesus in Betheleem Iuda.*

5. Nota deducitur ex adoratione magorum Mathæi 1. *Cum natus esset Iesus in Betheleem Iuda in diebus herodis regis ecce magi veniunt ab Oriente Hierosolimam dicentes ubi est qui natus est rex Iudæorum, videmus enim stellam eius*

in oriente, & venimus adorare eum, videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde, & intrantes domum invenerunt puerum cum matre eius &c. Hoc prius fuerat pronunciatum à propheta regio psalmo 71. *Reges tersis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes gentes, omnes reges servient ei.* Isaïæ 6. dicitur. *Innundatio camelorum operiet te dremedorij Madian, & Epha, omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem Domino anuncientes.*

6. Nota est ingessus Messiæ in templum Malachiæ, cap. 3. dicitur. *Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis.*

7. Nota sumitur ex fuga in Ægiptum. Isaiæ cap. 19. dicitur. *Ecce dominator ascendet super Nubem levem, & egredietur Ægiptum & commovebuntur simulacra Ægipti à facie eius,* quid intelligunt interpretes de Idolis Ægipti destructis per puerum Jesum, ut notat Rufinus lib. 2. cap. 7. *Vidimus inquit in Thebaide in finibus hermopolis templum in quo ingresso urbem salvatore ceciderunt omnia simulacra in faciem super terra.*

8. Nota sumitur ex modo vivendi, Messiæ, ut patet, Isaiæ cap. 8. *Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi Dominus insignum, & portentum in Israel à Domino exercituum.* Et Jeremiæ cap. 16. *Mittam ad vos piscatores, & piscabuntur eos, & venatores & venabuntur eos,* quod verificatum est, ut patet Mathæi 4. *venite post me faciam vos fieri piscatores hominum.* actor. 4. Lucæ 6. Mathæi 11. Lucæ 9. ad Corinth. 10. Mathæi 19. & ad Thimot. 1. psal. 77. 108. Isaiæ 35.

9 Nota sumitur ex modo quo Christus mortuus est, ut habetur Genesis 37. *Vendiderunt Ioseph 30. argenteis.* Zachariæ 11. & *appenderunt mercedem 30. argenteis, & dixit Dominus ad me proiice illud statuarium decorum prætium quo apretiatus sum ab eis.* Quod debet intelligi, de Christo ut loquitur D. Mathæus 26. *Quid vultis mihi dare, & vobis eum tradam,* & illi constituerunt ei 30. argenteos 2. Isaiæ, 53. *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperiet os suum. sicut ovis ad occisionem ducitur.* Et multis aliis locis, ut Zachariæ 13. Isaiæ 63. Micheæ 5. Psal. 26. sapientiæ 2. Job, 16. Isaiæ. 50. sap. 9. psal. 21. Amos 8. Psalmo 88. Isaiæ 11.

10. Nota sumitur à gloria Christi psal. 67. *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis in sina in sancto Ascendit altum captivam cæpisti captivitatem, accepisti dona in ho-*

minibus. Psal. 46. *Ascendit Deus in iubilo. Et Dominus in voce tubæ,* Isaiæ 63. *Qui est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra iste formosus in stola sua, & egrediens in multitudine virtutis suæ.*

11. Nota sumitur ex excellentia Messiæ, ut dicitur Isaiæ 9. *Parvulus enim datus est nobis, & filius natus est nobis, & factus est principatus eius super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, consiliarius, pater futuri sæculi, princeps pacis, multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis, super solium David, & super regnum eius sedebit & confirmet illud, & corroboret in iudicio & in iustitia & modo & usq; in sempiternũ,* ita Daniel 2. quæ omnia de Christo intelliguntur, juxta illud Lucæ 1. *dabit illi Dominus Deus sedem David Patris, eius, & regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius non erit finis.*

12. Nota sumitur à miserando Judæorum statu. ait Julianus cum voluisset stabilire tẽplum, ut Judæi sacrificarent ut Idolis suis Effossa terra, & fundamentis inceptis, terræ motus excitatus lapides omnes una cum ædifficio totaliter evertit, postea ignis de cœlo omnia operariorum instrumenta combussit, tandem effigies Crucis radiorum lumine figurata aparuit quam Iudæi nullomodo delere potuere, hoc referant Isocantes, & Ruffinus in historia Ecclesiastica, de quo Ioannes Chrisostomus *huius rei inquit nos omnes testes sumus; nostrâ enim ætate ante annos 20 hæc acciderunt: considera igitur insignem victoriam, non hæc evenerunt sub Christianis, & Pijs Imperatoribus, neque quis dicere potest, potentiæ christianorum vehementer depressæ erant, imperium Romanorum regente Iuliano Callidissimo, & crudelissimo, cum omnes Christiani periclitarentur de vita, & alij domi, alij in solitudinibus abscondebantur, cum floreret Hugonismus; tunc igitur ea quæ diximus evenerunt, ne qua vel Iudæis impudens fieret occasio tergiversandi tot prodigijs, tot vaticinijs, tot miraculis, tamen ad veritatem tam claram nullus ferè judæus conversus est.*

Sanctus Hieronimus in Epistola 129. ad dardanum ait *Multa judeæ scelera commisisti, cunctis, circa te seruisti in actionibus ob quod factum: atque propter Idolatriam, cumque servisses trebio tui misertus est Deus, & misit judices, & salvatores qui te de servitute moabitarum Ammonitarum, philistincrum & diversarum gentium liberarunt, novissime sub regibus offẽdisti Deum, & omnis tua provincia gẽte Babilonica vastante deleta est, per 70 annos templi solitudo permansit à Cyro Persarum Rege est laxata captivi-*

tas, extructum quoque est sub dario templum quæ passi litis à medis, Æhiptiis, & Macedonibus non à numero, nec tibi adducam in memoriam Anthiocum Epiphanem crudelissimum omnium Tirannorum, nec Pompeium Gabinium, Isarium varium, Cassium, sessiumque replicabo qui tuis urbibus præcipuè Hierosolimæ insultarunt. Ad extremum sub Vespasiano, & Tito Vrbs capta, templumque subversum, est deinde civitatis usque ad Adrianum Principem per 50. annos mansere reliquiæ. Post illam eversionem usque ad hanc diem paulominus quam per 400. annos & urbis & templi ruinæ permanentes ob quod tantum facinus; sed certe non cælis idola, sed etiam serviens persis, & Romanis & captivitatis pressus jugo Deos ignoras alienos, quomodo clementissimus quodam Deus, qui numquam tui antea oblitus fuerat, nunc per tanta spatia temporum non adducitur, ut solvet captivitatem, & ut verius dicam expectatum tibi mitat Antichristum, ob quod in quam facinus, & tam execrabile scelus avertit â te occulos suos, ignoras, memento vocis parentum tuorum, sanguis ejus sit super nos, & super filios nostros, & hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas, & non habemus Regem, nisi Cæsarem. Habes quod elegistis, & usque ad finem mundi serviturus & Cæsari, donec gentium intret plenitudo, & omnis Israel salvus fiat, & qui quondam erat in capite, vertetur in cudam.

Videamus quomodo nervose loquatur Tertulianus libro contra Iudæos cap. 13. *Hæc igitur inquit cum paci prædicarentur Iudæi propter Christum, & passos eos inveniamus, & in dispersione morari cernamus magnifestum est propter Christum Iudæis ista accidisse conspirante, seu scripturarum cum exitu rerum, & ordine temporum, aut si nondum venit Christus propter quam passuri prædicabantur? Cum venerit ergo patientur, & ubi tuncfilia Sion relinquendo quæ nulla hodie est. Vbi civitates exurendæ, quia jam in tumulis exustæ sunt ubi dispertiu gentis, quia jam extorris, redde statum Iudæum quem Christus inveniat, & alium contende venire.*

Iudæi non credunt tam claris testimoniis, 1. propter cæcitatem. Licet amiserint regnum, dignitates, & fuerit desolata civitas & templum 2. causa est quia Iudæi multa de Messia credunt liberaliter quæ tantum metaphorice sunt intelligenda. 3. est propter duplicem Messiæ adventum qui notantur in scripturis, & sic dicunt, quod scriptura loquitur tantum de secundo adventu. 4. causa est, ut dicit D. Ireneus lib. 4. adversus hæreses cap. 43. *omnis Pro-*

phetia antequam habeat effectum est ambigua propter hoc Iudæi Prophetias ut fabulas audiunt. Ad objectiones Resp. ad 1. quod non intelligit scriptura de regno temporali, nec de felicitate temporali sed æterna.

Ad 2. Resp. quod non sunt ista intelligenda literaliter, quia per Leonem intelligitur fortitudo.

Ad 3. resp. quod errant Iudæi non distinguendo diversum adventum unum ad liberandum, alium ad judicandum.

Ad 4. Resp. quod per Novissima tempora non debet intelligi in fine mundi.

Ad 5. Resp. quod nunc servantur præcepta legis veteris quo ad moralia, nam quo ad ceremonia. Ad aliud dico quod circumcisio. Erat duratura in perpetuum spiritualiter, non carnaliter, secundo modo erat duratura in perpetuum spiritualiter, non carnaliter, secundo modo erat duratura in perpetuum legis veteris non amplius. Ad illud de die Sabbati, quod fuit institutus, in memoriam creationis mundi, & liberationis populi Israel. Ita dies Dominica in memoriam liberationis generis humani à diabolo. Sufficit quod in una die celebretur hebdomadæ.

QUÆSTIO II.

Quod in Christo Domino unica sit personna adversus Nestorianos.

ANno 428. Nestorius ex viro Religioso Monacho factus lupus adversus Ecclesiam Catholicam statim, ac Episcopus constantinopolitanus electus est, cæpit docere publicè suam hæresim quæ totam orientalem plagam infestavit. ut sciamus quid sit illa hæresis audiamus vincentium Lirinensem lib. adversus hæreses cap. 17.

Dum se duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introduxit repente personas, & in audito scelere duos vult esse Filios Dei, duos Christos, unum Deum, alterum qui sit generatus ex matre, atque ideo Asserit Sanctam Mariam Theato con id est non Dei matrem, sed Christotocon, id est Christi matrem esse dicendum quia scilicet ex ea, non ille Christus, qui Deus, sed ille qui erat homo sit natus, quid si quis eum putat in litteris suis unum Christum dicere, & unam Christi prædicare personam non temere credat aut enim illud fallendi arte machinatus est, ut per bona facilius persuaderet, & mala, sicut ait Apostolus Rom. 7. per bonum mihi operatus est mortem, aut ergo

ut diximus fraudulentior causa quibusdam in locis scriptorum suorum unum Christum, & unam Christi personam credere se jactat, aut certe post partum jam virginis, ita in unum Christum duas prohibet convenisse personnas, ut tamen conceptus, seu partus virginis tempore aliquanto postea duos Christos fuisse contendat, & cum scilicet Christus homo communis primum, & solitarius natus sit, & necdum Dei verbi personæ unitate sociatus postea in eum assumentis verbi persona descenderit, & licet nunc in Dei gloria maneat assumptus aliquandiu, tamen nil inter illum, & cæteros homines interfuisse videatur. Hinc Vincentius Lirinensis, ante Nestorium docuerat Cherinthus duas esse personas in Christo.

. Fundamenta istius hæresis sunt primo. Nemo potest generare antiquiorem se, sed ubi est nova generatio novum debet esse suppositum, cum generatio terminetur ad illud, sed Christus est antiquior Virgine juxta illud Joaunis 8. *antequam Abraham fieret ego sum.* Ergo B. Virgo non potuit generare Christum Deum ergo generavit tantum Christum hominem habentem novum suppositum, à supposito divino distinctum.

2. Omnis filius debet esse ejusdem substantiæ cum matre, sed Christus Deus non est ejusdem substantiæ cum Maria. Ergo neque ejus Filius esse potest, ut Deus.

3. Illa non potest esse Mater Christi quæ nec divinitatem nec personalitatem: imo nec unionem tribuit, sed B. Virgo nullum ex illis tribuit, imo prius Verbum divinum fuit unitum partibus humanitatis, quam illæ partes unirentur inter se.

4. Mathæi 27. vbi Christus in cruce alloquens Deum dicit. Deus meus *ut qui dereliquisti me.* Ex quo videtur quod divinitas non erat ibi unita substantialiter.

5. Cap. 2. ad Philippenses 1. Filius Dei dicitur, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, ergo verus homo non fuit, sed vestitas humanitate, sicut in tunica, multis aliis locis tribuitur Christo quæ non possunt convenire, Deo, & homini simul, ut servus, vermis, opprobrium hominum, filius hominis, & Joannis primo verbum caro factum est, ergo homo factus est, sed homo importat suppositum ergo. Aliæ objectiones patebunt in instantiis adversariorum contra nostras rationes.

Dico quod in Christo est unica

ea personna & hæc divina & sit de fide.

Probatur 1. ex Conciliis generalibus. Postquam fuit definita à Celestino Papa I. Thom. 3. lib. 3. sessione 4. cap. 6. ex Concilio Ephesino 1. & Theodosio Imperatore ducentorum Episcop. ubi canone 2. 32. condemnatus fuit Nestorius, in Concilio Calcedonensi primo fuit simul comdennata hæresis Eutichiana: in Concilio Constantino 2. sub vigilio Pap. ubi sic habetur cap. 4. *Sancta Dei vere Ecclesia utriusque, id est nestorii & Eutiches perfidiæ impietatem ejiciens unitionem Dei verbi ad carnem secundum compositionem confitetur quod est secundum subsistentiam, unitio enim per compositionem in Christi misterio, non solum inconfusa ex qua convenire conservat. Sed neque divisionem suscipit.*

In Concilio Lateranensi sub Martino 1. Canone 6. & sexta pariter Synodo Constantin. contra Monatelistas sess. 17. & tandem in Synodo Generali Lateranensi 4. sub Innocentio 3. item ex Concilio Francforcendiensi 310. Episcop. Ex germania Italia & Britania in Concilio Toletano & in Concilio Arelatensi 4.

Probatur 2. ex scriptura sacra Mathæi 16. *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Marc. 14. ubi Christus respondet Pontifici interroganti utrum esset Filius Dei, respondit ego sum. Lucæ 1. *ideoque quod nascetur ex te vocabitur Filius Dei*, id est ille homo quem concipit. Joannis 1. *Vidimus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti à patre.* Joannis 8. ubi Pharisei dicentes. *Tu quis es* respondit. *Ego principium qui loquor vobis* & cap. 10. *Ego & pater unum sumus.* Ad Philipp. 2. *qui cum in forma Dei esset non rapiam arbitratus est esse se æqualem Deo.*

Probatur 3. Christus Dominus ita fuit verus Deus, & verus homo, ut nemo ille qui Christus est vere proprie fuerit Deus & Deus ille vere & proprie homo, sed, nisi admitatur secundum unam & eamdem personam Christum fuisse verum Deum & verum hominem Deus non potest uti modis loquendi scripturæ. Ergo fuit unica persona, probatur minor quotiescumque duæ integræ formæ de se non prædicantur invicem in abstrato, & in concreto prædicantur de se invicem, talis prædicatio mutua fieri non potest, si illæ duæ formæ non habent idem supositum quia omnis prædicatio fundatur in aliqua idemtitate. Ergo cum in propositionibus quæ formant, & de Christo,

duæ illæ formæ: ſcilicet divinitas, & humanitas non prædicentur de ſe in abſtrato ſed in Concreto; nam dicemus Deus eſt homo, homo eſt Deus aut loquendi modus ſcripturæ eſt falſus, aut debet eſſe in Chriſto, eadem perſona. Hoc exemplificatur in albedine, & dulcedine, quæ ſimul ſunt in lacte, ſicut non prædicantur de ſe invicem in abſtrato, nam non dicimus albedo eſt dulcedo, tamen in comcreto prædicantur, non poteſt dici dulce eſt album, & econtra, quia ſunt illæ duæ formæ in eodem ſubjecto. Ergo ſi divinitas & humanitas prædicantur in concreto debent habere idem ſuppoſitum.

Probatur 2. eadem minor, quotieſcumque duæ ſubſiſtentiæ integræ duabus ſubſiſtentiis conjunguntur accidentaliter ut volunt Neſtoriani eſſe in Chriſto. Ad invicem non poſſunt prædicari ſubſtantialiter. v. g. homo eſt veſtitus, veſtiſque importatur nomine veſtiti denotat. Aliud ſuppoſitum à ſuppoſito hominis, & ſic non dicitur homo eſt veſtis, ſed homo eſt veſtitus, ſed hæc duo concreta homo eſt Deus ex ſcriptura prædicatur de ſe invicem reſpectu Chriſti ſubſtantialiter, quia in concreto dicitur homo deificatus, ſed Deus non dicitur Deus humanatus, ſed homo. Ergo vel Sacræ Scripturæ ſenſus eſt falſus, vel debet dici eſſe unicam perſonam in Chriſto.

Probatur 4. à maternitate Mariæ Luc 1. dicitur. *Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur Filius Dei*, & verſu 43. *Vnde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me*, ſi præter divinam perſonam daretur perſona humana in Chriſto qui ſola Chriſtus, & homo ſubſiſteret Beata Maria non poteſt vocari Mater Dei, quia non eſſet ex ea natus Filius Dei, quia perſona eſt terminus generationis, ſed ex D. Luca B. Virgo dicitur Mater Dei ergo dices natura divina bet tres perſonas 2. eadem natura divina poteſt aſſumere plures perſonas divinas. 3. poterit natura humana terminari cum propria ſubſiſtantia terminari perſona verbi. Ergo poſſunt eſſe duæ perſonæ in Chriſto erg. Reſp. ad 1. qnod omnes perſonæ divinæ ſunt propriæ naturæ divinæ non alienæ, & ſic poſſunt eſſe tres; 2. per illas tres natura divina dicitur adæquate ſubſiſtere, & ſic requiruntur omnes per ſubſiſtantiam creatam dicitur natura humana adæquate ſubſiſtantiam, & ſic non poteſt aſſumere verbi ſub.

ſiſtantia, qui eſt ipſi aliena. Ad 2. dicitur, quod multi ſunt qui putant naturam humanam non poſſe terminari diverſi ſubſiſtentiis divinis, ſed quid quid ſit de hoc, Reſp. quod ſubſiſtentia creata eſt adæquatus terminus naturæ humanæ: ſubſiſtentiæ vero divinæ ſunt inadequati, & ſic poſſe ſubſiſtere pluribus divinis, non vero creata cum divina, quia creata ſubſiſtantia reddit naturam incommunicabilem totaliter.

Probatur 5. Ioannis, *verbum caro factum eſt*, ex quo ſic argumentor ſi illa unio verbi cum humanitate eſſet accidentalis, ut vult neſtorius verum, propriè ſolus Filius non diceretur incarnatus, ſed hoc eſt falſum. Probatur minor. unio accidentalis convenit duabus aliis perſonis, & imo Iuſtis, ſed duæ aliæ perſonæ non dicuntur Incarnatum, nec in anima juſti; in quibus non dicitur Verbum Incarnatum. Ergo eſt unio ſubſtantialis, non accidentalis; quod unio inveniatur Dei cum animabus Iuſtis tanquam in templo per inhabitationem probatur 1. Corint. 3. *quoniam Dei templum eſtis.* Ioan. 14. *ad eum veniemus, & apud illum manſionem faciemus*, Deus dicitur unicus per affectum, & conformitatem. Et 1. Corinth. 6. *qui autem adhæret Domino unus ſpiritus eſt.* Rerum trahitur per operationem in intellectus. 1. Corinth. 12. *Idem Deus qui operatur omnia* in nobis. Denique per participationem excellentiæ Pſalmo 81. *Ego dixi dii eſtis*, ſed hæ uniones ſunt accidentales ergo.

Dicunt ad hoc adverſarii quoad verbum dicitur incarnatum ſolum quia pleniori gratia habitat in homine, quam aliæ perſonnæ, ut quominus aliis juſtis, ſed contra, quia pateret Spiritus Sanctus tanta plenitudine habitare in humanitate, quam verbum. Ergo non magis diceretur proprie verbo quam aliis, ita de juſtis; nam illæ uniones relatæ non faciunt quod Deus dicatur incarnatus in illis. Ergo neque in humanitate.

Probatur 6. ad Galat. 4. dicitur. *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere* & Mathæi 1. *quod in ea natum eſt de Spiritu Sancto* eſt & ſic de tota Trinitate Act. 2. ubi D. Petrus ait Deum feciſſe Ieſum Dominum Chriſtum; quatenus ſcilicet Deus pro tota Trinitate ſuponens univit humanitatem perſonæ verbi. Ex qua unione tamquam totus, & adæquatus terminus reſultavit, licet ſolum verbum ſit tota cauſa terminativa ſi-

gnificans & sic solum verbum dicitur caro factum.

7. Probatur Ioannis 1. & ad Philipenses 2. quod, *Semetipsum exinanivit formam servi accipiens.* Ex quo Collige quod talis unio non potest esse accidentalis, illis modis quibus docet victorius, quia non est exinanitio Dei ex eo quod inhabitet per gratiam in anima rationali, sicut Pater & Spiritus Sanctus non dicimus exinaniri, ex eo quod inhabitant in animabus justis per gratiam. Ergo non alia ratione verbum dicitur exinanivit quia unio fuit hipostatice humanitati, & caro factum est, supra qvod ait D. Aug. Enchirid. cap. 35. *in unitate personnæ accessit verbo anima rationalis & caro*, & cap. 36. *Vt quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis & caro, ita sic Christus una personna verbum, & homo. Similiter. sextu* 19. in Ioannem. *Sicut anima habens corpus non facit duas personas, sed unum hominem sic verbum habens hominem non facit duas personas, sed unum Christum.*

Probatur 8. illa veritas patet ex determinatione, facta pro omnibus symbolis Canone, Atanasiano, & ex Sanctis Patribus tam Græcis, quam Latinis quod nimis longum. Esset recencere.

Responsiones Objectionum.

AD 1. Resp. Quod Filius Mariæ est prior matre ut terminet naturam divinam non ut terminet naturam humanam & sic ut terminat naturam divinam præexistit, ut terminus humanus. Est posterior Matre Virgine; ad 2. Resp. quod Filius debet esse ejusdem subsistentiæ cum Matre secundum quod procedit à Matre, & sic verbum dicitur consubstantiale Virgini Mariæ secundum quod dicitur ex illa generari, id est secundum naturam humanam quam verbum accepit ab ipsa, unde D. Athanasius ait. *Est ergo fides recta, ut credamus, & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, Deus & Homo est, Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, & homo est ex substantia matris in sæculo natus*; unde quia generatio sola terminat ad suppositum, filiatio enim est proprietas generationis, & supositum illud est Deus. B. V. Maria dicitur vere Mater Dei.

Ad 3. Resp. quod B. V. Maria non dedit Christo divinitatem; nisi eo sensu quo univit partes humanitatis inter se iam à verbo assumptas, ex quo non sequitur non esse matrem Dei,

quia ad hoc, ut aliqua fit mater non requiritur, ut det totum essensiale, ut patet in anima rationali quæ creatur, sed sufficit ut mater subministret materiam ad corpus formandum cum tali dispositione, qua exigat hanc formam, & veniat animam cum corpore introducendo ultimam dispositionem, & volunt aliqui, sive per virtutem unitivam; sed. B. V. Maria ministravit sanguinem ex quo fuit formatum corpus Christi; & consequenter ex semine virginali, citra tamen illius decisionem, resolutionem & seminationem, ultimam dispositionem posuit, quæ exigeret unionem animæ jam unitur verbo cum corpore etiam jam assumpta à verbo, & sic est vere mater Dei.

Ad illud quod dicitur. Quod verbum erat unitum prius partibus humanitatis, quam unirentur ad invicem, & sic B. Maria non potuit esse mater Dei, Resp. quod non impedit. quia sufficit quod Sanguinem suum purissimum jam assumptum à verbo uniret animæ rationali Christi jam assumptum ab eodem verbo, quia sic generavit totum Christum conceptum ex integra humanitate, & personalitate verbi.

Ad illud Mathæi 27. Resp. cum S. Cyrillo, quod illa vox. *Quare me dereliquisti.* Non est dubitātis, sed dolentis, & sic secundum aliquos dicitur derelictus quia passus est mori.

Ad 2 Authoritatem resp. quod dicitur templum, quod significat totam humanitatem Christi cum divinitate, & sic. *Solvita templum hoc*, id est occidetis me. 2. humanitas Christi vera ab humanitate potest dici templū divinitatis, sicut humanitas dicitur templum Spiritus Sancti.

Ad illud ad Philipenses. *in similitudinem hominum factus & habita inventus ut homo*; Resp. quod induit verbum, induit hominem, quia immutatum manens factum est homo Dei, in similitudinem hominis, quia accepit omnes miserias nostras, & sic factus est similis nobis passibilis.

Ad ultimū R. quod talis locutionis argumētum tantū, dualitatem naturarum denotat; Christus dicitur filius Dei, ut procedit ab æterno à patre, dicitur filius mariæ, ut temporaliter est à Maria ad illud quod dicunt, quod verbum assumpsit hominem, & dicunt patres, ergo supositum. Resp. quod per hominem intelligitur humanitas, ut dicit D. Thomas 3. p. q. 4. art. 2. nomen homo significat naturam humanam pro ut nata est in suposito esse, ut dicit Damacænus, dicimus hominē

assumptum, quia ejus natura est assumpta, & quia assumptio terminata est adhoc ut filius Dei sit homo.

Dicunt 1. ad ista omnia si non esset suppositum, sed sola natura humana unio facta fuisset in natura, & diceretur incarnata, sed talis unio non fuit falsa in natura, ego neque in persona verbi.

Dicunt 2. ubi sunt duæ naturæ completæ, & individuæ, ibi sunt duo supposita, sed in Christo sunt duæ naturæ completæ individuæ. Ergo probatur quia persona est individua naturæ rationalis subsistentia.

Dicunt 3. Si subsistantia verbi terminaret natura humana faceret compositionem cum illa quod est absurdum.

Ad primum R. quod licet vere, & realiter natura dici posset incarnata, tamen ex D. Thoma non potest dici, quia illud nomen incarnatum applicat tantum supra suppositum, sicut idem cum natura.

Ad 2. R. Quod individum sumitur pro incommunicabile, non pro supposito. Ad ultimum dico quod vere est compositio

---

QUÆSTIO III.

An Christus sit verus Deus contra Arrium & novos Arianos.

ARrius pessimus & Calidissimus hereticus suæ hæresis sumpsit originem ab Origene secundum D. Thomam 1. part. q. 34. art. 1. ad 1. ubi divinitatem, & consubstantialitatem cum patre negavit: propterea erat apud Arrianos proloquium: erat quando filius non erat, id est erat quidem verbum ab æterno; non tamen filius quando urgebatur contra ipsos illud Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt, ergo ipse filius non fuit factus, alioquin omnia non essent facta ab ipso, respondebant quod per verbum internum patris omnia facta sunt, sed non per filium nisi instrumentaliter, & sic filiũ esse extra Deum.

Fundamentum Arrij fuit quod filius à patre procederet. Ergo factum ab ipso. 2. Quod non poterat concipere quomodo esset indistinctus à patre in natura propter diversa scripturę loca in quibus videtur filius minor patre.

Arrius constantinopoli mortuus est, crepuit medius, sicut Judas, & diffusa sunt omnia viscera ejus, cujus hæresis ingemiscere fecit totum orbem, ut refert Hyeronimus anno 330 postquam à Niceno 1. Concilio anno 325. in quo aderant 318. Episcopi sub Silvestre Papa, & constantino magno ariani condemnati sunt. In illo Concilio 1. addita fuit in symbolo illa vox homousion id

est consubstantialis patris. Ad quod Arrius dicebat esse exatuam in scriptura sacra numquam inventam , contraquem audiamus D. Athanasium libro de Synodis.

Ubi inquit, *Etsi amborum conciliorum Patres, id est antiocheni. & Niceni diversimode de consubstantiali mentionem fecerit non tamen eadem causa ab illis dißidere debemus, sed illorum mentes scrutari. Quod si fecerimus omnino inveniemus ambas Synodos inter se convenire ; quia enim Samosetani sustulerunt hanc vocem consubstantialis corporaliter accepere : cum Paulus sophisticari vellet, ut diceret. Si Christus non ex homine factus est igitur consubstantialis est patri, & necessario sequitur tres esse substantias, unam quidem quæ prior sit ut princeps; reliquas vero duas ex eo oriundas, ideoque merito vitantes illud Pauli sophisma, dicere Christum non eße consubstantialem; non enim ita se habet filius ad patrem , ut iste cogitabat. Et Paulo post utraque Synodus justam habet, & rationabilem causam cur illa ad illum : illa vero ad illum modum verba ista temperaverit ; quando quidem enim , & Somosatenus sentiebat filium ante mariam non fuisse, sed ab ea incepisse, ideo Episcopi tunc Congregati, hominem hæreseos condemnatum abdicarunt, & de filii divinitate simplicius scribentes, non exquisitam diligentiam in tractatu huius vocis consubstantialis adhibuerunt, sed ut acceperant de consubstantiali, ita locuti sunt ; in eo enim omnem curam habebam, ut quod Somosatenus exsagitarat tollerent, & docerent ante omnia fuisse filium , eumque non ex homine Deum esse factum ; sed, cum Deus eßet induisse servi speciem, & cum verbum esset, carnem esset factum quemamodum locutus est Ioannes. Atque ita adversus Pauli Blaphemias factum fuit. Postea in Concilio Ephesi : Confeßio fidei facta est sic Confitemur Dominum Iesum Christum, ante sæcula quidem ex patre per Spiritum Sanctum ; novißimis vero temporibus ex virgine secundum carnem natum unam dum taxat personã ex cælesti divinitate , & humana carne conflata subsistantem totum Deum , & totum hominem. Totum Deum etiam cum corpore, sed non secundum corpus Deum. Totum etiam hominem cum divinitate, sed non secundum divinitatem hominem; totam reorsus adorabilem, etiam cum corpore, sed non secundum corpus adorabilem totum adorantem Patrem, etiam cum divinitate, sed non secundum divinitatem adorantem. Totum increatum, etiam cum corpore, sed non secundum corpus increatum. Totum etiam formatum cũ divinitate, sed non secundum divinitatem formatum. Totum Deo homousion consubstantialem etiam*

cum corpore, sed non secundum corpus consubstantialem quemadmodum neque secundum divinitatem quoque hominibus consubstantialis est; est autem nobis secundum carnem consubstantialis, etiam in divinitate existens; & enim cum illum secundum spiritum Deo consubstantialem dicimus: non dicimus hominibus secundum Spiritũ consubstantialem: contra autem cum illum secundum carnem hominibus consubstantialem prædicamus: non prædicamus illum secundum carnem Deo consubstantialem; ut enim secundum spiritum nobis consubstantialis non est (nam secundum hunc Deo consubstantialis est, ita vicißim Deo secundum carnem consubstantialis non est. Secundum hunc autem nobis consubstantialis est quemamodum autem hæc distinta, & discreta inter se pronunciamus, non ad inducendam unius indivisæ personæ divisionem, sed ad denotandam naturarum & proprietatum verbi, & carnis distinctionem, & inconsubstantiabilitatem: ita illa quæ ad divisæ unionis compositionis ve rationem faciant unitas prædicamus, & veneramur.

Arriani convicti tali declaratione Concilij Niceni docuere solum patrem esse ingenitum, ut filium genitum, facerent factum, & creatum: propterea Concilium addidit genitum, non factum, mortuo Arriano Constantio Imperatore ejus fautore ocasione dedicationis novi templi ab imperatore constructi. Adfuere 36. Episcopi. Sulebriani Novam formulam fidei conceperunt, in qua sublata voce consubstantialitatis, dixerunt filium esse expressam divinitatis imaginem, sed licet faterentur esse Deum, non tamen negarunt esse creaturam, quia hoc nomen Deus reperitur convenire creatura in scriptura, & Psal. 81. *Ego dixi dij estis* propterea mutarunt vocem hoc mousion id est consubstantialem, in homiousion, hoc est similem in substantia; Arriani postea utrumque abstulere.

Insuper cum æcumenica Synodus anno 359 sub liberio Papa præsidente legato Apostolico convocata fuisset, Arriani in duas partes diviserunt Synodum; itaut una pars ageretur Arimini Italiæ urbis in æmilia altera Selentiæ in Isauria, in Ariminensi Synodo erant 400. Episcopi ex quibus erant 80. Arriani, qui instantibus ursacio, & valente determinarunt auferendam esse illam vocem, consubstantialis, quibus invicti Orthodoxi Episcopi pacis, & concordiæ causa subscripserunt, propter quod ait dicens hieromimus. *Ingenuit totus orbis, & Arrianum*

Arrianum se esse miratus est; unde.

In Concilio Niceno fuit Canon editus, sed penes Episcopos Catholicos secreto retentus, ratione cujus quædam tessora, ut ait Tertulianus, seu formatæ litteræ dabantur peregrinantibus, ut pro Catholicis dignoscerentur, v. a. 6. Arrianis distinguerētur litteræ erant *nua*. Novi Arriani succellere Arrianis; nam Michaël Severus Hyspanus, Valentinus Gentilis. Blædrata; Bernardus Ochinus, & ministri transsilvaniæ Poloniæ, Lituaniæ docuerunt Christum non esse Deum; fundamenta ipsorum sumentur ex scripturæ locis, & ex eo quod nostræ rationes non sufficienter præbant nostram conclusionem.

Primo Joan. 17. habetur. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* 1. ad Thim. cap. ultimo ubi loquens de Christo comparative ad patrem ait. *Quem suis temporibus ostendit Beatus, & solus potens rex regum & Dominus dominātium qui solus habet immortalitatem, & lucem inhatare inacessibilem.*

2. Joan. 14. ubi affirmat Christum minorem esse patre ait. *Quia pater major me est.* 1. ad Corinth. 15. dicitur. *Cum autem subjecta illi fuerint omnia* hæc verba non possunt intelligi de Christo secundum naturam humanā quia illi non subijciuntur omnia, unde ad Collos. 1. vocatur primo genitus omnis creaturæ ergo.

3. Dicitur Marci 13. *De die autem illa nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius, nisi pater*, & Math. 20. dicitur. *Sedere ad dexteram vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre* tandem Joan. 5. dicitur *Non potest filius à se facere quidquam nisi quod viderit patrem facientem.* His positis.

Dico contra Arrianos, novos Arrianos, Ebienem, Chorintum Paulum samosatenum, & photinum, Christum vere esse Deum, non creaturam tantum quod ad probandum possumus uti 8. modis locorum Sanctæ Scripturæ, quæ possunt dici classes.

Primus modus, sive prima clasis locorum continet illa omnia loca, quibus natura divina, tam tribuitur Christo, quam filio, & quædam attributa quæ non possunt attribui creaturæ.

2. Classis continet loca quibus Christus loquens de seipso declarat se Filium Dei naturalem, ut videbimus.

3. Continet loca in quibus attribuuntur proprietates Christo, quæ soli Deo possunt convenire.

4. Continet loca in quibus operationes quædam attribuuntur Christo quæ soli Deo conveniunt.

5. Complectitur illa loca quibus dicitur Christus consubstantialis, & æqualis Patri.

6. Continet illa loca quibus Christus vocatur vere Filius unigenitus Patris.

7. Continet loca quibus cultus soli Deo debitus tribuitur Christo, ut adoratio Fides, Spes, Charitas, ut gloriam meam alteri non dabo.

8. Continet loca quibus probatur Christum non esse purum hominem omnis ergo substantia quæ non est pura creatura est Deus.

Probatur primo conclusio. Mathæi 16. & Ioan. 6. habetur. *Tu es Christus Filius Dei vivi*, ubi vere vocat Petrus Christum Filium Dei naturalem, quia si vocasset tantum Filium adoptivum locutus fuisset secundum mentem Iudæorum, qui putabant Christum virum justum, & sic Filium adoptivum, sicut alij justi per gratiam & sic non distinxisset ipsum à Prophetis, & non fuisset propter hanc confessionem remuneratus. Quod Christus se vocat Filium hominis, est tantum ad probandum fidem Apostolorum.

2. Probatur ex verbis Ioan. Baptistæ *Ecce Agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi, hic est qui post me venit, cujus non sum dignus solvere corrigeam calceamenti.*

3. Joan. 1. dicitur. *in principio erat verbum, & verbum, erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Pro quo audiamus Cyrillum supra illa verba in principio erat Verbum lib. 1. in Ioan. cap. 1. *principii autem inquit vocabulo commodissime verbum erat connectit, nec solum decorus, verum etiam æternus, & ante sæcula Filius intelligatur, in profundissimam enim, & in comprehensibilem generationem, quæ cuncta superat tempora, erat illud cogitantis sententiam adducit, erat enim per se indeterminate probatum nullis umquam terminis circumscribitur, cum natum sit scrutantem semper intellectum procedere; adeo ut quocumque arbitreris quasi ad ultimum exitum, & quietem ipsum erat jam pervenisse, inde superioris cursus initium statim factum esse videntur.*

Recte igitur Concilium Nicenum damnavit Arrianos dicentes *aliquando tempus, quando filius non erat,* & optime D. Ambrosius libro 1. de fide ad Gal. cap. 5. argumentatur. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, erat in quid apud Deum. Erat. Erat. Erat. Erat. Ecce 4. Erat. ubi impius*

in venit quod non erat.

Dicitur Verbum erat apud Deum quod distinctionem à Patre, & consubstantialitatem cum patre insinuat.

Dices quaredicitur apud Deũ non apud Patrem. Resp. quia in principio non dixerat, filius erat, sed verbum, & sic si dixisset, filius erat, debuisset dicere apud patrem, quia pater, & filius sunt correlativa: propterea dixit, Deus erat verbum. Pater vero non est verbum. Ergo bene dicitur Deus non pater. Super quod D. Ambrosius lib. 1. de fide cap. 5. ait *omnes hæreses hoc capitulo brevi piscator noster exclusit, quod erat enim in principio non includitur tempore, non prævenitur principio. Ergo Arrius concenserat quod erat apud Deum non commixtione confunditur, sed manentis verbi apud patrem solida perfectione distinguitur, & sabellius obmutescat, & Deus erat verbum. Non ergo in prolatione sermonis hoc verbum est, sed in illa cælestis virtutis designatione, ut confundatur Photinus.*

Probatur Joan. 19. Christus ait. *Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere, & ut cognoscatis, quia ego in patre, & pater in me est*, & subjungit: *quærebant eum aprehendere*; deinde ait. *Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia Filium Dei se nominat.*

5. Prob. Joan. 7. *ab ipso sum & ipse me misit.* Ibi utraque Christo origo aperitur Æterna per illa verba. Ab ipso sum, id est Dei Filius. Temporalis. Per illa verba. Ipse me misit, quia homo factus sum unde D. Aug. tractatu 31. in Ioan. ait. *Vtrum, que monstravit, ab ipso inquit sum, quia Filius de Patre, & quidquid dicimus de Deo, patrem non dicimus Deum de Deo, sed tantum Deum dicimus Dominum Iesum Christum, lumen de lumine: Patrem non dicimus lumen de lumine sed tantum lumen: ad hoc ergo pertinet quod dixit. Ab ipsorum: quod autem videtis me in carne, ipse me misit, ubi audis ipse me misit, noli intelligere naturæ dissimilitudinem, sed generationis authoritatem.*

6. Joan. 8. dicitur. *Amen amen dico vobis antequam Abraham fieret ego sum.* & Ioan. 9. *Cæcus natus interrogatus à Christo. Tu credis in filium Dei. Respondit qui est Domine, ut credam in eum dicit eis Iesus, vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est, at ille ait. Credo Domine, & procidens adoravit eum.* Ponderate verba.

7. Joan. 10. *Ego & pater unum sumus.* Joan. 11. ubi Maltha respondet *utique Domine ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi. Qui in hunc mundum venisti.* Joan. 14. *Phillippe qui videt me, videt,*

& patrem, non creditis quia ego in patre, & pater in me est.

8. Legitur Ioan. Epist. 1. cap. 5. *Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, scimus in vero filio ejus, hic est verus Deus, & vita æterna.*

9. Ad Romanos 9. habetur. *Ex quibus est Christus secundum carnem qui est super omnia Deus benedictus in secula.*

10. Et est argumentum insolubile ad Hæbreos 8 *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissimis vero diebus illis locutus est nobis in filio; quem constituit hæredem universorum per quem fuit & secula qui cum sit splendor Patris, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verba virtutis suæ purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram Majestatis in excelsis, tanto melius Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando Angelorum Filius meus es tu, ego hodie genuit te.*

Responsiones ad Objectiones.

AD 1. Resp. quod authoritates allatæ pro nostra conclusione optime probant, quia licet Christus loquatur de se ipso, hoc non impedit, quin sit verum. 2. sufficit quod illa omnia testimonia allata sint, & fuerint semper ab omnibus Patribus intellecta de Christo, ut vero Filio Dei.

Ad 2. scilicet Ioan. 7. *Hæc est vita æterna, &c.* Resp. quod illa particula solum sumitur copulative, id est, ut cognoscant te solum Deum atque inmisisti Iesum Christum, id quod solus Pater cum Christo est Deus, non alia creatura. Ita Hylarius & D. Joan. Chrisostomus, Cyrillus, D. Ambrosius lib. 5. de fide D Augustinus tractatu 105. in Ioan. ut te & quem misisti Jesum Christum cognoscam solum Deum verum,

Ad 3. Ioan. 14. *Pater major me est.* Resp. quod hoc intelligitur secundum naturam humanam. Ita Sancti patres Græci, ut Sanctus Atanasius sic docebat. *Christus se redire ad Patrem secundum naturam assumptam, ita dicitur filius subjectus erit patri secundum humanitatem.*

Ad 4. D. Marci 13. Resp. D. Thomas contra Gentes. *De die judicii nil scit quemadmodum ignorantis se exibuit, ut homo de illo tacendo, se nil revelando.* Ad illud, *non est meum dare vobis*, intelligitur secundum propinquitatem carnalem, ad aliud Ioan. 5. *non potest facere à se quidquam*: intelligitur quod nil facit, nisi ut genitus à patre, & sic nihil potest, nisi ipsum videndo, &

intelligendo ab eo accipere, à quo accipit potentiam operandi. Igitur illud non posse filium à se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem, non significat eum non facere propria virtute quæ tota est à se, id est increata, sed tantum quod non potest facere à se, ut persona ingenita, sed ut procedens à patre. Ita D. August. interpretatur tractatu 20. in Ioan. ubi ait. *Inseparabilia sunt opera patris, & filii, sed non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem, quia videre filii, hoc est natum esse de patre non alia visio ejus, & alia substantia eius, nec alia potentia ejus, totum quod est de patre est, hoc ergo est. Non potest filius à se facere quidquā, quod est, si diceret. Non est filius à se; & enim si filius est, natus est. si natus est, ab illo est de quo est natus. In super hoc intelligitur illis verbis. Non potest filius à se facere quidquam nisi quod viderit patrem facientem hoc est quidquid filius habet ut faciat, à patre habet, ut faciat, quare habet à patre ut faciat, quia habet à patre ut filius sit filius, hoc est esse quod posse. Rursus tractatu 21.*

Omnia per filium facta sunt. Verbum Patris est filius, nil dixit Deus quod non dixit in filio, dicendo filium genuit, non carnaliter accipiamus illud, nisi viderit opus patris; videndo enim natus est, & nascendo videt in eo, quod est illi videre in eo est illi natum esse.

Ad illud quod dicitur. Filium facere omnia tantum ministerialiter Resp. D. Thomas 1. pa. q. 36. art. 3. *Propositionem per posse dupliciter considerari, 1 ut medium in virtute, & authoritate, 2. in instrumento, ut quando dicitur Ballivus operatur per regem semper authoritatem regis 2. Quando Rex operatur per suum ballivum, tunc intelligitur ministerialiter. In divinis pater operatur per filium tanquam per personam à se genitam eadem virtute, & authoritate cum illa, tunc est ordo in personis, nam in virtute, & potentia operativa, sic particula per nullam in filio, denotat inferioritatem.*

QUÆSTIO. IV.

Quod duæ sint naturæ in Christo; non vero una conversa in aliam ut vult Eutiches.

SCiendum est quod eutiches Monasterii Archimandria Constantinopoli docuit, ut author illius hæresis, quod in Christo sit unica natura conflata ex duabus, sicut compositum resulta ex materia, & forma, & sic illa natura quæ ex ipso resultat ex materia, & forma, & sic illa natura quæ ex ipso resultat, est divina, & humana, quæ

habet utriusque proprietates, ex cujus errore sequitur Christum esse ubique, sicut, ut Deus est ubique, naturam divinam fuisse conversam in humanam, & vice versa, & sic Deum passum fuisse mortuum, &c.

1. Fundamentum istius hæresis consistit in hoc. Vbi sunt duæ naturæ, ubi sunt duo suposita, sed unicum est supositum, ergo unica natura.

2. Sicut Pater, Filius & Spiritus Sanctus sunt unus Deus propter unitatem naturæ: ita si essent duæ naturæ duo Christi: sed hoc non est ergo unica natura. Dico tamen quod in Christo sunt duæ naturæ cum unico suposito. Condemnatio istius hæresis habetur in Epistola decretale sancti Leonis Papæ ad flavium Constantinopoli.

Probatur 1. vel illa natura quæ remanet ex Eutiche fit per mixtioné & transmutationem duarũ naturarũ in unam tertiam sicut accidit in mixtis simplicibus, vel per conversionem humanitatis in divinitatem, & vice versa vel per meram compositionem, quà una ex duobus resultat utraque in sua integritate manente, solumque per unioné mutatione facta, ut accidit ex anima, & corpore. Sed nullis ex illis præfatis modis potest fieri una natura; sed post incarnationem utraque natura subsistit in suposito integra.

Probatur minor quod ad primã partem Malachiæ 3 *Ego Dominus & non mutor.* Iacobi 1. *Apud quem non est transmutationis nec vicissitudinis obumbratio*: sed in omni mixtione & conversatione requiritur ut termini qui miscentur, & convertentur mutentur ita ut terminus à quo desinat & terminus ad quem recipiat ergo.

Probatur 2. eadem minor ex omnibus Philosophis, mixtio solum reperitur inter res corporeas, quæ mutuo agunt, & patiuntur, quod non potest esse in divinitate. Deinde nec esset in Christo natura divina, nec humana, sed tertium quid.

Probatur minor quod ad secundam partem, si humanitas convertuntur in divinitatem Christus non diceretur homo, & divinitas sola diceretur passa, & si divinitas convertatur in humanitatem, Christus non esset Deus. 2. ex ipsis, & est argumentum ad hominem supositum divinum remanet. Ergo natura divina, quia unum non potest esse sine alio ergo, &c.

Probatur minor quo ad ultimam partem; illa compositio quæ est inter duas naturas est tantum mediata, id est mediante suposito, non in mediata, ita

ut fiat ex illis duabus naturis, una ſicut ex materia, & forma.

Dices SS. Patres comparant illam unionem divinitatis cum humanitate, unioni animæ, & corporis, ergo eſt vera compoſitio immediata. Reſpondeo quod illud exemplum non quadrat in omnibus, ſed tantum, quia ſicut corpus, & anima quamvis diverſæ naturæ in una perſonna conveniunt, ita divina, & humana in uno ſupoſito divino, ſed quia duæ primæ ſunt imperfectæ naturæ, & partes unam naturam conſtituunt, ſed divina natura, & humana ſunt naturæ integræ, ideo non poſſunt unam naturam conſtituere, alioquin eſſent quoddam monſtrum.

Ad objectiones Reſp. ad 1. negando majorem, quia, ſicut poteſt eſſe unica natura cũ Tribus ſupoſitis, ita unicum ſupoſitum cum duabus naturis, ſi una ſit creata ad 2. R. quod aliud eſt natura, aliud ſupoſitum: nam ſicut in divinis ob diſtinctionem virtualem inter ſupoſitum & naturam dicimus eſſe. Tria ſupoſita in una natura, ita in Chriſto poſſunt eſſe duæ naturæ in uno ſuppoſito propter ſuam infinitatem, quod facit utramque ſubſiſtere.

Ad Tertium Reſpond. quod iſta nomina homo Chriſtus ſunt ſubſtantiva, & ſic ad multiplicationem ſui requirunt multiplicitatem ſupoſitorum, & ſic quia in tribus perſonis divinis una divinitas, unicus tantum eſt Deus: ita quia in Chriſto licet ſint duæ naturæ integræ, inconfuſæ; illæ tamen ſunt in unico ſupoſito divino, & ſic Chriſtum tantum eſſe unicum.

Dicunt quod myſterium incarnationis comparatur converſioni aquæ in vinum in Cæna Galileæ, his verbis. *Vt autem guſtavit archituclinus aquam vinum factum, eſt.* Reſp. quod verbum fieri non ſemper denotat converſionem, ut illud factus eſt homo in animam viventem Geneſis 2. ſicut dicitur factus eſt rex, ſed accomodate debet intelligi verbum caro factum eſt, ideſt unitam humanitate.

QUÆSTIO V.

An Chriſtus ſit ubique ſecundum humanitatem.

Sciendum eſt quod origo iſtius erroris: ſcilicet quod Chriſtus ſit ubique ſecundum ſuam humanitatem provenit ex controverſia quæ fuit inter Lutheranos, & Calviniſtas, ſacramentarios circa præſentiam realem corporis Chriſti in Euchariſtia, quod negabant Calviniſtæ, affirmabant Lutherani.

Calviniſtæ valde promebant Lutheranos hoc argumento. unum & idem corpus non poteſt eſſe ſimul in diverſis locis ſed corpus Chriſti poſt Aſcenſionem erat in Cœlo realiter Ergo non poteſt eſſe in altari ſimul realiter, propter quod Lutherani docuere Corpus Chriſti eſſe ubique, & ſic reſpond. ad argumentum. Idem Corpus non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis realiter quando non eſt ubique concedunt.

Secundo quod Corpus Chriſti poteſt tripliciter conſiderari phiſicè quo pacto negant poſſe eſſe ubique. 2. Vi gloriæ dotibus prædictum, quod etiam negant poſſe eſſe ubique 3. ſecundum majeſtatem, quam adeptum fuit ex unione hypoſtatica ratione cujus eſt ubique per preſentiam realem ſecundum omnipotentiam Dei abſolutam; non vero ordinariam.

Dico tamen quod Chriſtus non eſt ubique ſecundum ſuam humanitatem, quod antequam probetur videnda ſunt argumenta hæreticorum.

1. Obijciunt. Mathæi. 18. *Ubi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio illorum*, & cap. 28 *Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationẽ ſæculi.* Eph. 4. *Aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia.*

2. Ubicumque eſt ſupoſitum divinum, ibi eſt humanitas, ſed ſupoſitum eſt ubique. Ergo eſt humanitas.

Probatur 1. Conclœſio Math. 28. *Aſcendens Ieſus dixit eis pax vobis.* Marci. 16. *Ieſum quæritis Nazarenum, non eſt hic, præcedet vos in Galileam.* Lucæ. 24. *intravit cum eis cum Benediceret eis Receſſit ab illis*, Joannis 6. *cum vidiſſet turba quod Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius aſcenderunt in Naviculam & venerunt Capharnaum quærentes Ieſum.* cap. 14. *vado parare vobis locum ſi abiero iterum veniam* cap. 20. venit Jeſus Januis clauſis, ſed ire, redire, recedere non eſt eſſe ubique.

Probatur 2. Ideo ex adverſarijs humanitas Chriſti eſt ubique quia ex unione hypoſtatica transfuſa ſunt omnia attributa divina humanitatis quorum unum eſt ubiquitas, at hoc eſt falſum, ergo probatur minor. Quia licet attributa communicata ſint humanitati in perſona divina; non in ſe. 2. Quod communicata ſint humanitati, non ſolum in perſona verbi, ſed etiam in ipſa humanitate mediate, conſequenter, & identice non formaliter, & immediate; tamen non fuerunt illi communicata in ſe immediate, ſicut ſubſiſtentia illi communicata eſt,

est, & hic, sicut dicimus humanitatem Christi subsistere subsistentia divina, ita esse omnipotentem omnipotentia divina, esse ubique præsentem immensitate divina.

Ad objectiones R. ad primam quod intelligitur Christum esse in medio eorum per gratiam, providentiam, & spirituale regnum. Ita ad secundam id quod intelligitur secundam gratiam & providentiam: secundũ vero carnem illud Math. 26. me autem semper habebitis.

Ad 3. R. quod Christus ascendit super omnes Cœlos, ut impleret omnia. Cum Cyrillo lib. 9. Joannis cap. 21. *Credere oportet fidentes, quamvis à nobis Christus corpore absit, virtute tamen sua omnia, & nos gubernare. Nam quemadmodum quando homo in terris conversabatur, tunc etiam Cœlos implebat: ita modo cum sit in cœlis cum carne terram replens cum iis est, qui eum diligunt.*

Ad ultimum R. quod consequentia est falsa, quia ad hoc ut humanitas dicatur subsistere per verbum, sufficit, ut sit verbum ubi est humanitas, sicut, ut manus subsistat per animam sufficit, ut anima sit, ubi est manus.

D. Aug. optime respondet his verbis epistola 57. ad Dardanum *non est consequens, ut quod in Deo est, ita sit ubique ut Deus: nam & de nobis veracissima creatura dicit actuum 17. quod ille vivimus, movemur & scimus: neque tamen sicut ille ubique sumus; sed aliter homo ille in Deo, quoniam aliter Deus in illo homine, proprio quodam singulari modo*, una enim persona Deus & homo est, & utrumque est verus Christus, & ubique per id quod Deus est, in cœlo autem per id quod homo est.

DISPVTATIO XII.

De Christo merente.

CErtissimum est Christum meruisse sibi gloriam corporis per Resurrectionem, Ascensionem in cælum, & exaltationem sui nominis, juxta illud ad Philip. 2. *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod est super omne Nomen, ut in nomine Iesu, omne genu flectatur*: sed difficultas est propter hæreticos an meruerit pro nobis omnibus.

QVÆSTIO I.

An Christus meruerit pro omnibus.

NOtandum est primo, quod ut mereatur Christus pro salute omnium, debet talis facere adæqualitatem, ita ut satisfactio ejus coæquivaleat offensis omnium hominum.

2. Non est necesse, ut actualiter omnes salventur; nam sufficit quod merita Christi quantum sunt ex natura sua mereantur salutem omnium hominum, licet homines propter suas malas dispositiones non consequantur vitam æternam.

Dico contra Calvinum lib. 3. inst. cap. 22. sess. 13. Quod Christus non solum mortuus est pro prædestinatis, ut vult Calvinus, sed pro omnibus hominibus tam prædestinatis, quam reprobis hoc fuit determinatum ab Innocentio 1. & Alexandro 3.

Probatur primo. 2. Corinth. 15. *pro omnibus mortuus est Christus* 1. ad Thimoth. 2. 6. *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* 1. Ioan. 2. *ipse est propitiatio pro peccatis nostris non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.* Quod omnibus Christus sua morte meruerit auxilia sufficientia probatur Isaiæ cap. 5. *Quid est quod debuit facere vineæ meæ & non feci ei.* Ergo si aliquis non salvatur ex voluntate sua, non salvatur. Vt patet proverb. primo 24. *vocavi & renuisti, extendi manum meam, & non erat qui aspiceret.* Matth. 25. *Hierusalem, Hierusalem quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.*

Dico 2. meritum Christi non solum quoad prædestinatos, sed etiam quoad reprobos est efficax quoad omnia dona gratiæ illis collata in via, contra Calvinum asserentem Christum pro præfactis prædestinatis mortuum esse, & non pro reprobis, largiri fidem, & gratiam ex meritis suis quia ut ait Deus ab æterno voluit solos prædestinatos admittere ad vitam æternam, alios ad iram, & sic merita Christi nil prorsus ad reprobos pertinere, & gratiam illis datam non esse ex meritis Christi.

Probatur quicumque à Deo excitantur ad fidem, aut pœnitentiam per gratiam prævenientem percipiunt à Deo aliquod donum gratiæ Christi, sed reprobi sæpe excitantur ad fidem, & pœnitentiam; imo sepe justificantur. Ergo percipiunt aliquod donum gratiæ Christi. Major est certa, quia fides, & pœnitentia pertinent ad dona gratiæ Christi: mi. Probatur

Mathæi 11. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos* Mathæi 20. *multi sunt vocati, pauci vero electi.* Apocalip. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam intrabo ad illum, & cænabo cum illo.*

Respondet Calvinus lib. 3. instit. cap. 24. quod tantum voce, non per internam gratiam vocantur. Contra multi sunt qui justificantur, & postea fiunt Impij, & moriuntur in peccato, sed illa justificatio est interna, ergo.

Quod Christus sit mediator Dei, *& hominum non est dubium, juxta illud ad Thimotheum cap. 2. unus est mediator Dei, & hominum Christus Iesus qui dedit semetipsum redemptorem pro omnibus*, & sic idem est mediator, ac redemptor, sed difficultas est an sit secundum utrãque naturam, vel unicam tantum:

Calvinus duobus Epistolis ad Polones docet Christum secundum utramque naturam esse mediatorem, & intercessorem Deum; & officium illud convenire suposita ratione utriusque naturæ tamquam principij Elicientis, quæ secuti sunt ministri Tigurini, Bulligerius, petrus Marsius, Philipus Melanton, &c.

Dico Christum solum secundum naturam humanam esse mediatorem inter nos, & Deum, ratione cujus lati suposito convenit; probatur 1. ad Thimotheum 2. unus Deus, unus & mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, ubi nota, quod ponit Apostolus illam vocem homo ut advertat, & talem naturam humanam, ut advertit. D. Augustinus lib 2. de peccato originali cap. 28.

Probatur 2. Debet differre mediator ab eo apud quem est mediator, & intercessor, & arte pro qua mediatoris officio fungitur, sed sic esset mediator secundum utramque naturam non differret, cum Christus secundum naturam divinam esset offensus.

Probatur 2. Si esset mediator secundum deitatem illud exercitium esset commune tribus personis, non potest dici quod proveniat ab utraque natura mixta, quia ut vidimus operationes Christi non dicuntur theandricæ, nisi quia sunt à natura humana supositata suposito divino; non vero ab utraque.

Probatur 3. Officium mediatoris importat quamdam inferioritatem, quæ est officium suplicantis, ergo propterea Arriani qui duplicem in Christo naturam distinguentes dixerunt

minorem esse patre secundum divinitatem.

Dicunt esse mediatorem secundum naturam divinam. Dicunt adversarii primo, quod sunt multa loca sacræ Scripturæ in quibus Deus dicitur mortuus, Deus nos sibi reconciliavit. Ergo ut Deus est mediator &c. R. quod hoc debet intelligi secundum communicationem idiomatum, quia hæc est proprietas naturæ humanæ subsistentis suposito divino, ut tribuantur actiones mediatoris.

Dicunt 2. ex D. August. Christus dicitur in enchiridio cap. 33. *renovare corda nostra, & dare Spiritum Sanctum*, quæ sunt opera mediatoris, sed hæc non possunt convenire Christo ut homini. Ergo Resp. dare Spiritum Sanctum non meritorie, sed propria virtute non pertinet ad Christum, ut hominem, sed in hoc non est mediator, sed quando meritorie operatur, quia tunc agit ut homo supositatus.

Dicunt 3. quod Sancti Patres dicunt Christum debuisse constare utraque natura, ut esset mediator, propterea D. Dionisius vocat operationes Christi Theandricas. Ad primum Resp. quod debet participare de utraque, non quia secundum naturam divinam sit mediator, sed quia natura humana ut operetur infinite, & meritum sit infinitum requiritur, ut simul divinam habeat naturam subsistendo, & operando per supsitum, quia actiones sunt suppositorum, & sic patet responsio ad D. Dionisium epistola 4. ad Caïcum.

QUÆSTIO II.

An Christus aliquid ignoraverit.

Lutherus & Calvinus docuere Christum multa nescivisse quæ sciri possunt ab hominibus, quorum fundamenta sunt primum sumitur ex scriptura Matthæi 24. & Marci 13. *Dicitur de die autem illa nemo scit, neque filius*, sed hoc non potest dici de filio æterno, ergo de Christo.

2. Lucæ 2. dicitur *Proficiebat sapientia & gratia apud Deum* & Matthæi 20. *Pater si possibile est transeat à me Calix iste*, ergo ad Hæbreos 2. *debuit per omnia fratribus assimilari & cap. 4. tentabant per omnia pro similitudine absque peccato*, his positis ut respondeamus.

Notandum est, quod est triplex ignorantia. Una quæ dicitur pravæ dispositionis quæ non potest esse in Christo propter errorem in intellectu. 2. Dicitur privativæ circa illa quæ pos-

sunt sciri, & debent, 3. negativa quæ dicitur nescientia, quæ licet possit sciri: tamen non tribuitur peccato.

Nota 2. quod certum est, quod in Christo non potest esse prima ignorantia 2. Quod potuit esse ignorantia negativa, quia eo ipso quod homo non comprehendit Deum non peccat, nec est imperfectio nescire omnia quæ Deus scit, tantum est difficultas de privativa.

Dico quod Christus numquã habuit ignorantiam privativã probatur 1. Psalmo 44. dicitur. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*, Isaie 10. *dicitur egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascendet, & & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus Sapientiæ, Spiritus Consilii & Fortitudinis, Spiritus Scientiæ, & Pietatis*. Ioan. 16. *De plenitudine ejus omnes accepimus*. cap. 6. *sciebat ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum*. cap. 6. vers. 30. *nunc scimus quia scit omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget*. cap. 18. *Iesus sciens omnia quæ ventura erant super se*. Ad Collosen. 2. *in quo sunt omnes Thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi*.

Probatur 2. ex D. Athanasio disputatione in Concilio Niceno contra Arrium ait. *Atqui ipsa series lectionis ostendit filium Dei illam diem, & horam pro eo scire, etiamsi Arriani sua inscitia in præceps ruant, ubi enim dicit, ne filius quidem, ibi discipulis recenset ea quæ diem illum antecedunt, dum inquit ista, aut ista futura sunt; si enim diem nesciret, numquam ea quæ antecedunt sciret.*

Probatur 3. ex D. Gregorio Nazianzeno oratione 20. in laudem Basilii. *Proficiebat inquit Christus ætate, & sapientia, non quid hoc in illo incrementum caperent, quid enim eo quod à principio perfectum est, perfecte esse potest, sed quod hæc paulatim de se gerentur, & eluceren.*

Resp. ad fundamenta adversariorum ad primum dedicantẽ illa nemo scit, neque filius, intelligitur se nescire à se ut homo, non vero se nescire ab alio. 2. Se nescire ut revelet aliis, scivit enim diem judicii. Sed illam scientiam non habuit à se, sed à divinitate.

ad 2. Resp. quod proficiebat scientia exspiriměcali, & acquisita, vel 2. intelligitur de profectu gratiæ, & scientiæ, non secundum se, sed secundum effectus, vel 3. ut detegeretur.

Ad 3. Resp. quod petit si possibile esset, id est scivisse esse possibile absolute, sed scivit esse impossibile ex auditione decreti, sed utrumque scivit.

DISPVTATIO XIII.

De Christo Authore Sacramentorum in communi.

DEus nobis loquitur per Sacramenta, nam Sacramenta ostendunt nobis quomodo Deus vult omnes salvos fieri, & ad hoc utitur sacramentis, tamquam mediis necessariis, quibus homo justificatur per gratiam productam, vi illorum, ex meritis Christi provenientem.

QUÆSTIO I.

Vtrum Christus sit author Sacramentorum.

NOn est difficile asserere quod Christus sit author Sacramentorum, quod probatur primo. Ex Concil. Trid. sess. 7. canon. primo de Sacramentis in genere his verbis. *Si quis dixerit Sacramenta novæ legis non esse omnia instituta à Christo Domino anathema sit.*

2. Ex D. Ambrosio 4. de Sacramentis cap. 4. ubi ait. *Quis est institutor Sacramentorum, nisi Dominus Iesus, & si quis dicat hæc omnia posse explicari quod Christus Dominus sit, qui principalius instituit nilominus, quod contulerit aliis Commissionem ad instituendum; contra hoc est quoniam traditiones Apostolorum, & instituta illorum etiam sunt facta ex Christi commissione, & nilominus appellantur Acta Apostolorum; cum igitur Sacramenta dicantur instituta à Christo, necesse est dicendum quod ab ipso sint instituta inmediate, alias posset Ecclesia totaliter auferre Sacramenta, & alia instituere, quod manifestum hæreticum est.*

Probatur 3. necesse est ut adscribamur militiæ Salvatoris quod fit per Baptismum, ut roboremur, contra dæmonum insidias, quod fit per confirmationem; ut nutriamur cibo divino, & hoc fit per Eucharistiam. Ut imitemur unionem Dei, & Ecclesiæ, & hoc fit per matrimonium, ut fungamur legatione Dei, & hoc per ordinem. Vt reconciliemur Deo, & hoc fit per penitentiam, demum ut quod deliquimus, emendemus & hoc fit per Extrema-unctionem.

QUÆSTIO II.

De natura Sacramentorum & eorum materia, & forma in communi.

SAcramentum definitur signum præditum, & sensibile

ſacrum à Deo ſtabili ritu inſtitutum, ut fidelibus gratiam conferat juxta ſtatum Eccleſiæ exiſtentis. Hæc definitio tot continet circumſtantias, quot verba. Dicitur ſignum quo aqua v. g. In Baptiſmo præter ſui ſignificationem aliquid aliud ingerit in anima. Dicitur ſenſibile, quia datur ſenſibilibus hominibus, non Angelis. Additur ſacrum, ut diſtinguatur à tranſitu maris rubri, à manna, & ab aliis quæ nec conferunt gratiam, quando audis illud ſacrum cogita omne Sacramentum eſſe ſignum, non omne ſignum eſſe Sacramentum, niſi hominibus ad ſanctificandum deſerviat, reperitur etiam ut ſtabili ritu efficiatur, ex ejus defectu lotio pedum non Sacramentum, deberet eſſe immediate ad iſta inſtituta; non tamen requiritur, ut actualiter conferant gratiam, ſed ut ſignificent, & illa ſunt entia moralia media inter phiſica & rationis.

Sicut in væteri, ita in nova lege Sacramenta conſtant rebus, & verbis tamquam materia, & forma verba debent eſſe expreſſa, ut in Baptiſmo, vel interpretativa, ut in matrimonio, aut determinata uſu Eccleſiæ, ut in ordine, & confirmatione; omnia enim Sacramenta ſunt à Chriſto immediate: Vnde ſequitur numquam Sacramenta conſtare ſolis verbis, bene ſolis rebus cum verbis, ſaltem late ſumptis, ſic debent pronunciari verba, ut integer ſenſus maneat, & ut verba, & res ſint moraliter ſimul, non mathematice, quia verba ſola nihil ſignificant ſeparata.

Igitur Sacramenta conſtant rebus, & verbis, vel intrinſece: illa nimirum quæ in actione tranſeuntem conſiſtunt, vel extrinſece, ac efficienter, ut Euchariſtia, quæ verbis efficientibus permanent, verba ſemper valent ſive pronuntiantur modo imperativo, ut Hebrei qui non habent indicativum; ſive indicativo, ut Latini.

Sacramenta poſſunt variari non ſubſtantialiter, quod contingit in matrimonio ad quod contrahendum deinceps Chriſtiani facti ſunt impotentes ex Decreto Concilii Trident. ſine præſcriptis conditionibus. Eſſentialis mutatio impedit Sacramentum, non accidentalis: unde valet Baptiſmus in nomine Patria Filia per ignorantiam prolatus, ait Zacharias Papa, quia ſemper ſtat intentio faciendi quod facit Eccleſia, ſimiliter ſi quis Sacerdos adderet aliquid per quod irreperet error quem non intenderet, quia inquit Auguſtinus verbum operatur, non

quia dicitur, sed quia non creditur.

QUÆSTIO III.

De Sacramentorum necessitate.

SAcramenta non sunt absolute necessaria secundum se, sed secundum quid, quia sunt tantum publica signa, & caractheres, quæ palam ostendunt cujus Religioni mancipetur, & quod numen aderet. Si Adam non peccasset fuisset aliquis Baptismus. Sive genus adoptionis, quo indueremus Christum illius gratiam, nomen, fraternitatem, consortium, cooperationem post lapsum Matrimonium adæ & Evæ quod fuit signum unionis Christi cum Ecclesia. Post culpam originalem in triplici statu fuere Sacramenta; quod enim valet apud nos Baptismus, hoc egit apud veteres pro parvulis sola parentum fides aliquo signo expressa à parentibus; pro majoribus virtus sacrificii, vel actus contritionis, aut charitatis; pro aliis filiis adæ circumcisio, & hoc decet divinam, misericordiam & providentiam; illud ergo remedium salutis post adæ peccatum est fides, etiam informis parentum ex charitate naturali imperfecta cujus fidei actus cum sit signum debet dici Sacramentum.

Adultus propria fides, sed charitate formata salutem initiabat & hæc omnia ex futura passione Christi, ut modo nostra Sacramenta maneant.

Placet ista quæstio, an scilicet adhuc vigeat pro parvulis decedentibus in utero matris; oportet hic bene præsumere de bonitate divina, non tamen de facili decernere, quia nullus magni Consilii Angelus est delegatus: Ad hoc igitur possumus nos debere præstare fidem in tali casu, si valet; melius est enim dicit Augustinus, adhibere ea quæ nec prosunt, nec obsunt quam deesse quæ prosunt. Ultra quod dicere possumus quod tunc cum nullum sit aliud remedium, oportet devenire ad primum statum & presumere validum.

In lege naturali ignorantur qualia fuere, quia Moïses non recenset, sed dicit Gregorius Magnus quod apud nos valet, a quo hoc egit apud veteres fides parentum. In lege scripta fuit ingens apparatus ceremoniarum, quatuor fuere Sacramenta, circumcisio, phases, seu esus Paschalis, inauguratio Sacerdotum, lustrationes legales; pro fœminis, fides parentum, ut in lege naturæ.

In

In ſtatu Evangelii aliter, ac aliter ſunt neceſſaria Sacramenta; nam confirmatio, Extrema unctio, matrimonium non ſunt abſolute neceſſaria, niſi ad optinendum illorum effectus: ordo pro adminiſtranda Eccleſia, Matrimonium pro Propagatione; Baptiſmus, vel in re, vel in voto pro omnibus ſalvandis, & quidem neceſſitate medii.

QUÆSTIO IV.

De cauſis Sacramentorum.

CAuſa efficiens Sacramentorum eſt ſolus Deus, & primaria Chriſtus reduplicative ut homo principalis meritoria; à Chriſto fuere inſtituta Sacramenta quoad ſubſtantiam, ab Apoſtolis & aliis Miniſtris Eccleſiæ ex Dei diſpenſatione, & ordinatione publicata, & diſpenſata, ut à cauſis inſtrumentalibus, quibus addiderunt ritus, & ceremonias, cumque ſint tantum miniſtri valide conficiunt, & cum fructu, ſive effectu, ſi habeant rectam intentionem, niſi deſit recipientium diſpoſitio, quia illa operantur non propria virtute, ſed Dei, & Chriſti.

Licet impij miniſtri operentur valide, non tamen licité ob ſanctitatem miniſterij quam contaminant: propterea deberet præmittere confeſſionem, vel ſaltem actum contritionis excepta ignorantia, aut neceſſitate, credunt plerique peccata addere ſacrilegium; minora tamen munia ut legere epiſtolas, concionarii, ſacram ſinaxim miniſtrare, & ſimilia ultra venialia non videntur extendi.

A miniſtris indigne ſuo officio vacantibus, cuivis licet recipere Sacramenta, maxime à paſtoribus, ſi viget neceſſitas nec alia via ſubeſt, ex communicatis crimen eſt, aut petere, aut recipere, ſi excipias Baptiſmum in neceſſitate, & pœnitentiam in articulo mortis, imo & viaticum. Ut validè conferant miniſtri, requiritur intentio ſaltem generalis in cauſa, & radice quatenus ſcilicet intendunt facere quod Chriſtus inſtituit, & quod modo dicitur ab Eccleſia, dum modo hæreticus non ſit, circa illud quod adminiſtrat, quia homo vivens debet rationali modo operari, & movere ſe. 2. Res Sacramentorum cum ſint ex natura ſua indifferentes ad plura, ut aqua, debent determinari, & aplicari ad illum uſum, hoc vel illo modo quod fieri non poteſt ſine intentione, & non poteſt determinari, niſi circa determinatam

materiam ita Concilium Trident. sess. 7. Canone 17. *Si quis dixerit non requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia Anathema sit.*

Verus est Baptismus si conferatur à peccatore, à plene Ebrio, si sint pueri colludentes vere Baptisant dummodo non simulatorie; defectus operantis non inficiunt Sacramenta, quia effectus Sacramenti non est causa instrumentalis, sed principalis. In Sacramento pœnitentiæ agit causa instrumentalis, quia requiritur jurisdictio, & intentio actualis, aut virtualis. Circa suscipientes Sacramenta, ut nullus ponatur obex, excipitur matrimonium quod irritatur per ordines sacros, si quis velit Baptisari, excipitur pœnitentia in qua requiritur fides, pietas, & contritio.

QUÆSTIO V.

Qui sunt effectus Sacramentorum.

Dico contra hæreticos, quod Sacramenta novæ legis nō solum fidem excitare, sed gratiam efficere per quam fideles adunantur corpori mystico, & sanctificantur. Hæc gratia vocatur Sacramentalis, quia est propria cuique Sacramento per modum fluentis.

Virtus illa Sacramentalis qua conferunt Sacramenta gratiam, est ex virtute principalis agentis, scilicet Dei, & meritis Christi per applicationem, & intentionem ministri: deinde dona Spiritus Sancti concomitantur; imo & specialia auxilia transitoria ad consequendum finem Sacramenti, ut Baptismus dat robore quo vita conservatur, Eucharistia pro nutritione, confirmatio ad fidei professionem. Ita conferunt gratiam ut vi sua ac meritis Christi absque respectu ad dispositiones vel conferentis, vel suscipientis. Hæc efficacia est operis illius externi per Christum constituti, & pactum divinum, ita ut ille effectus non dependeat à dispositione administrantis, nec suscipientis, dummodo non ponatur obex, & sic est dogma fidei contra hæreticos, ut sacramenta conferant gratiam ex se rite dispositis, ut docet Concilium Tridentinum sess. 7. Canone 6.

Dico modo, quod si Sacramenta considerantur præsentia tunc conferunt gratiam quando pronuntiatur ultima syllaba verborum in morali instanti à Deo solo moto, & determinato, quo integrum mysterium perfectum est, dummodo nullus sit obex, idque per instans externum in quo res non est, im-

mediate, ante erat.

Sacramentum quod jam desijt non amplius causat, nisi sistatim, ac sublatum est. Tollitur obex per contritionem si sit negativus, scilicet peccatum mortale, non retractatum per attritionem, si sit positivus, scilicet quando quis peccat in suscipiendo, excipe Eucharistiam quæ consumptis speciebus nil efficit ex se.

His omnibus positis Sacramenta non producunt gratiam nisi sint dispositiones ex parte suscipientis, exceptis infantibus, & amentibus, in adultis sufficit simplex voluntas Baptismi, à Deo ut nemo invictus possit baptisari pro alio, peccato mortali infecto requiritur fides, & pius aliquis motus, additur, confessio pro Eucharistia.

Unde Sacramenta producunt majorem gratiam juxta mensuram dispositionum unius cujusque, quia sunt entia moralia, & instrumentalia quæ complentur per dispositiones subjectorum, sicut in Baptismo qui æqualiter datur omnibus; tamen gratia, fides & purgatio morum majorem gratiam facit.

Omnia novæ legis sacramenta rite disposita, 1. & 2. Gratiam conferunt 1. Gratiam, indirecte. 2. Alia ordine in verso, id est directe augmentum gratiæ, indirecte, & per accidens 1. Gratiam, & unum quodque specialia auxilia ad proprium finem cujusque Sacramentali ad quem effectum primarium sequuntur secundarij, id est caractheres.

Caracther est sigillum impressum permanens quo cognoscitur res propria talis Domini, ut servitus, 3. Tantum dantur sacramēta imprimentia caracthe-rem, Baptismus, Confirmatio, & ordo: propterea non sunt reiterenda, in Judæis nullus dabatur caracther nam signum To solis liminum postibus ponebatur, & circumcisio dabat tantum signum corporale, non spiritale. Placet tamen quærere quid sint tales caractheres, non substantia, non qualitas non figura, non relatio, sed qualitas primæ speciei quæ phisice animum decoret, moraliter reddit idoneos ad divina mysteria vel conficienda, vel ministranda; nam per Baptismum ordinatur Christianus ad suscipienda alia Sacramenta, & ad fruitionem gloriæ; per confirmationem ad fidem Christi; per ordinem ad Eucharistiæ, & aliorum consecrationem; per primum adscribitur illius familiæ, per 2. Militiæ, per 3. Officijs; qui carather cum sit participa-

tio Sacerdotij æterni, est indelibilis, & sic qui ressucitaretur posset iterum fungi Sacerdotio, si fuisset antea Sacerdos, tantum præparat animam per gratiæ dona ad illa efficienda, ad quę dicit relationem in potentijs, non in anima propter operationem, Carather non efficit gratiam, sed imperat.

QUÆSTIO VI.

Vtrum sint septem Sacramenta.

JAm vidimus in notandis quid sentiant hæretici circa istam quæstionem: propterea dico quod dantur 7. Sacramenta nec plura, nec pauciora, probatur primo ex decreto Eugenij in fine Concilij Florentini, & ex Concilio Trident. sess. 7. canon. 1. Si *quis dixerit Sacramenta novæ legis non fuisse à Christo Domino nostro instituta, aut esse plura aut pauciora, quam 7. aut etiam aliquid horum 7. non esse verè, & proprie Sacramentum anathema* Sit. 2. Ratio à priori illius numeri est voluntas Domini Jesu Christi, & sic non est necesse, ut scripturæ hæc dicat, sed sufficit ut res per illud in scriptura significata ipsis competat, & hoc habetur per traditiones, & Sanctos Patres & sic.

3 Probatur ex D. Augustino lib. de doctrina Christiana cap. 9 qui sic scribit de Baptismo, & Eucharistia. *Paucà pro multis, eademque facta, & intellectu augustissima, & conservatione castissima ipse Dominus, & Apostolica tradit disciplina, sicuti est Baptismi Sacramentum, & celebratio Corporis & Sanguinis Domini.*

De Confirmatione libro 2. contra litteras politiani cap. 104. ait. *In hoc unguento Sacramentum Chrismatis vult interpretari, quod quidem in genere visibilium signaculorum sacro sanctum est, sicut ipse Baptismus* In tractatu 3. in epistolas Joannis ait. *Vnctio spiritualis ipse Spiritus Sanctus est, & hoc sacramentum est in unctione visibili.*

De pœnitentia lib. 1. de adulterinis conjugijs cap. 26. & 28. *eadem est causa Baptismi & reconciliationis sine quibus Sacramentis homines credunt se non debere exire de corpore.* Et Epistola 108. ad honoratum ait. *Si ministri adsint, alij baptisantur, alij reconciliantur, nulli Domini Corporis communione fraudantur.*

De ordine lib. 2. Epistola Parmeniani cap. 13. ait *utrumque sacramentum est, & quadam consecratione homini datur, illud cum Baptisatur, illud cum ordinatur, ideoque in Ecclesia Catholica utrumque non licet iterare.*

De Extrema Unctione sermone 215. de tempore ait *Quo-*

ties aliqua infirmitas supervenerit Corpus, & Sanguinem Christi ille qui ægrotat accipiat, ac deinde Corpusculum suum ungat ut illud quod scriptum est impleatur. In eo in firmatur aliquis inducat præsbiteros, & orent super eum, ungentes autem oleo.

De Matrimonio lib. primo de nuptijs, & concupicentijs cap. 10. ait. *Hujus Sacramenti res est, ut mas, & fœmina Connubio Copulati quo ad vivum inseparabiliter perseverent.*

4. Probatur ratione: homo debet nasci per Baptismum, augeri, & corroborari per Confirmationem, nutriri per Eucharistiam, si vulneretur, debet sanari per pœnitentiam, sublevari in articulo mortis per unctionem extremam. Ordo adscribit Ecclesiæ, matrimonium dat propagationem, Baptismus delet peccatum originale. Confirmatio debilitatem, Eucharistia tepiditatem. Pœnitentia malitiam *Extrema unctio cæteras negligentias. Ordo confusionem; matrimonium redundantiam Carnis & sterilitatem prolis.*

Calvinus convictus traditione lib. 4. inst. cap. 9. ait. *Ipsa opinio de 7. Sacramentis omnium fere sermonibus teritur, ipsa vetustate etiam radices egit.*; dicit tamen & affert caput 9. Joan. ubi ait *Unus militum lancea latus aperuit, & continuo exivit sanguis & aqua,* sed hæc duo Sanguis, & aqua sunt tantum duo Sacramenta, significant scilicet baptismum, & Eucharistiam, quod ait D. August. Tractatu 120. in Joannem & Sancti Patres ergo Resp. Quod hoc amisso non excluduntur alia Sacramenta.

DISPUTATIO XIV.

De Sacramentis in particulari.

QUÆSTIO I.

De Baptismo quid sit.

Fælix Janua Paradisi, & religionis est Baptismus per quem illuminamur, & in filios Dei adoptamur; est enim remissio peccati originalis; signaculum indelibile, succedit Circumsisioni. Ejus materia remota aqua elementalis. Proxima aquæ infusio. Ne quis præsumat uti aqua rosacea, artificio chimico distilato, nive, aut glacie, nisi liquefactis, non prohibentur aquæ pluviales, salsæ, amaræ, Calidæ, metallicæ, coloratæ per cineres, & lexivium.

Baptismus est semper validus quoque ritu, sive græco Idio-

mate, sive Latino abluendo, vel tingendo, vel mergendo: olim per trinam immersionem dabatur. Nunc sufficit & minime gutta aquæ, aquæ accedit forma verborum. Ego te baptiso in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sive dicatur indicativo, sive imperativo baptisetur servus Christi, Græco ritu est illicitum, non tamen invalidum, definitum est in Concilio Florentino, licet aliter consulit Innocentius III. qui tunc odium erat summus Pontifex quando glossas scribebat.

Placet illa quæstio, An sint exprimendæ tres personæ divinæ: S. Ambrosius ait esse integrum Sacramentum prolata unica persona, si filius intus sit, scilicet Christo, quia qui dicit Christum dicit unctum, ergo patrem, & Spiritum Sanctum; at debet sarvari ritus Ecclesiæ. Dices: Apostoli baptisabant in nomine Christi. Resp. quod semper exprimebant personas, vel quod fuit factum speciali commissione, vel per Christum intelligebantur tres personæ, ut dicitur. Omnia per filium facta sunt, licet pater, & Spiritus operati sint, nam actiones ad extra sunt totius Trinitatis, nec valet in nomine Trinitatis, vel trium personarum, nec in nomine Genitoris & geniti quia voces non sunt plenæ.

Triplex est Baptismus. Fluminis, id est aquæ; flaminis id est contritio, & desiderii; Sanguinis, id est martyrium quæ sunt unum in effectu, nam mater gravida occisa in odium fidei baptisatur cum filio.

QUÆSTIO II.

Vtrum infantes quando baptisantur habeant fidem.

LVtherus tenuit infantes habere fidem, quando Baptisantur, contra quē dico. Quod non habent fidem. Probatur primo ex D. Augustino epist. 23. ad Bonifacium circa finem ait. *Itaque parvulum, & si nondum fides illa quæ in credentium voluntate consistit: jam tamen ipsius fidei Sacramentum*, id est Baptismus fidelem facit.

2. Lib. 4. contra Donatistas cap. 24. ait. *Infantes baptisari non ad justitiam ex impia voluntate, sed excecatis indigentia nec corde credere possunt, nec ore confiteri ad salutem.*

3. Si infantibus datur fides per exorcismum ante Baptismum ergo possunt salvari ante Baptismum per fidem in exorcismo acceptam, pro inde Baptismum non esse necessarium, secundo exorcismum magis esse

necessarium ad salutem quam Baptismum quia ex Luthero traditur fides per exorcismum, non per baptismum, & fides justificat.

4. Vel accipiunt fidem per exorcismum ex auditu, vel dicitur ad Romanos 10. *fides ex auditu*, vel ex vi exorcismi tamquam instrumenti, non primum, quia non audiunt, non 2. quia nullibi habetur exorcismum conferre fidem. Ergo.

Dicit Lutherus primo loca omnia dicunt fidem esse necessariam ad salutem, ut videre est. Ergo Resp. in adultis concedo, in parvulis nego.

2. S. Joannes habuit fidem in utero, quia exultavit. 2. Matthæi 18. habetur. *Qui scandalisat unum de parvulis istis qui in me credunt*. Ergo habent fidem, Resp. quod sanctus Joannes non dicitur habuisse fidem; ad aliud Resp. quod loquitur de parvulis cum usu rationis. Probat primum D. August. epistola 57. ad Dardanum ubi ait. *Nam neque cum ante hoc in Evangelio narratur dictum est, credidit infans in utero, sed exultavit, neque ipsa Elisabeth Dixit exultavit in fide in utero meo, sed exultavit in gaudio, sed & si esto habuerit fidem, non sequitur de aliis.*

Dico 2. quod infantes infidelium, & Christianorum sunt capaces baptismi contra Anabaptistas, & Bezam. Probatur primo. Joannis 13. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu non potest intra[re in re]gnum cœlorum.*

2. Est Ecclesi[æ] usus unde sanctus Augustinus ait lib. 10. in Genesi ad litteram cap. 28. *consuetudo matris Ecclesiæ in baptisandis parvulis nequaquam spernanda est, neque ullomodo super flua, nec omnino credenda, nisi Apostolica esset traditio, habet enim parva illa ætas magnum testimonii pondus quæ primo pro Christo meruit sanguinem fundere.*

3. Matthæi 28. *Euntes docete omnes gentes Baptisantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti*. Marci ultimo. *Qui crediderit, & baptisatus fuerit salvus erit.*

Dicunt contra nos primo. Christus baptisari voluit anno 30. ergo. Resp. quod id voluit quia tunc incoavit suam missionem. 2. ex Tertuliano lib. de Baptismo cap. 18. ubi ait *cunctationem baptismi esse utiliorem parvulis*. Resp. quod loquitur de infantibus infidelium propter periculum Apostasiæ. Propterea ipsemet Tertulianus ait, si non habent necesse.

3. Dicunt Gregorius Nazianzenus, & Iginus qui primus patrinos instituit ut parvuli non baptisarentur; Resp. quod

patrini etiam dantur pro parvulis.

QUÆSTIO III.

De Ministris suscipientibus Baptismum.

NEmo potest se baptisare, sicut nemo potest se generare. Quilibet homo potest baptisare dummodo publicos ritus non usurpet: ex officio, Episcopus in sua diœcæsi, Parrochus in sua Parrochia, Diaconus qui Baptisaret coram Parrocho esset irregularis, ita de aliis, qui non debent Baptisare coram superiore, mulier coram viro, Laïcos coram Clerico, Diaconus coram Sacerdote, plures possunt eundem baptisare, dum modo aquam simul infundant, & pronuncient verba simul, sicut unus plures simul expressa forma in plurali.

Patrinus est fidei jussor, is nec hæreticus, nec imbaptisatus, nec per ætatem immaturus, nec Monachus esse debet, bene Religiosus, ut patet canone mendicantes, unica debent esse patrina, & patrinus unus, ita Concilium Tridentinum sess. 24. de matrinis canone 7. inter patrinum, & matrinam sublata est cognatio, parentes non debent esse patrini filiorum suorum, quia induceretur cognatio, talis cognatio impedit & dirimit matrimonium inter baptisantem, & baptisatum & subsceptores post Concilium Trident. potest baptisatus matrimonium inire. Cum subceptoribus, sicut, baptisatus cum filiis subceptorum, inter susceptores nulla est cognatio, ideo uxor, & maritus possunt aliquem levare de fonte. Illud Sacramentum est de necessitate medii vel in re, vel in voto. Parvuli debent quam totius baptisari contra hæreticos qui dicunt nefas esse baptissare pueros statim, ac egrediantur ex utero. In necessitate sufficit ut abluatur aliquod membrum infantis, imo clausus in utero materno modo possit aqua pertingere usque ad corporis aliquod membrum, sicut inductus vester tenui, sed post partum iterari sub conditione. Si esset duplex cor dupliciter debere baptisari.

Infidelium filii possunt baptisari invictis parentibus si ipsi velint, licet valide; non tamen sine peccato mortali, nisi alter, vel tutor, aut pater, aut mater consentiant.

Adulti postquam fuere debite instructi, nec requiritur dispositio, nisi ut libere consentiant, rerum ut licet, & cum fructu.

fructu. Debet adultus præmittere actum contritionis, fidei, non vero confessionem.

Placet ista quæstio licet inusitata. An si casu quo filius in utero non possit ablui aqua, possit per protestationem fidei à patre, ut olim in lege naturæ vere justificare. Resp. quid licet nec sit in usu, nec Ecclesia determinaverit, tamen possimus redire in necessitate tam magna ad jus naturale in qua sufficiebat, protestatio fidei, ut dicit D. Augustin. in rebus magni momenti melius est aliquid facere, quam nil facere: ultra quod videtur par ratio de filio in utero materno clauso qui justificatur per martyrum matris.

QUÆSTIO IV.

De effectibus & ceremoniis Baptismi.

BAptisati fiunt innocentes, dilecti Deo 2. fit relaxatio pœnarum omnium, non pœnalitatum peccati originalis. 3. gratia adoptionis infunditur cum gratia sanctificante, dantur virtutes Theologicę, auxilia gratiæ actualia, ut jus obtineatur in bonis utriusque Ecclesiæ, & Dei hæreditate; hæc dona parvulis infunduntur, secundum habitus tantum: ideo mater Ecclesia aliorum accomodat pedes, ut veniant, aliorum cor ut credant, aliorum linguam ut fateantur, omnibus tollit pœnam, & culpam.

Quando tollitur obex, ut si quis adultus reciperet cum culpa mortali, per contritionem, obex removeretur, & baptismus phisice præteritus moraliter esset, & tunc infunderetur fides viva. Ceremoniæ sunt aliæ precedentes, aliæ concomitantes, aliæ subsequentes; præcedentes sunt nominis adscritio, examen, ab renunciatio, professio fidei, signatio crucis, exorcimus, exulratio, gustatio salis. Concomitantes sunt mater, adoptionis, locus extra Ecclesiam, aqua cum immersione, patrini nominis impositio, saliva, manum impositio, unctio. Subsequentes osculum pacis, unctio novi chrismatis in vertice, vestis candida, cereus accensus, gustatio lactis, & mellis.

DISPUTATIO XV.

De Pœnitentia.

SCiendum est quod pœnitentia est dolor animi per-

fectissimus, virtus, & Sacramentum.

QUÆSTIO I.

De Pœnitentia ut est virtus.

Dico quod pœnitentia ut est virtus, est id per quod peccata detestamur, & est habitus supernaturalis cum gratia infusus. Potest reperiri in his qui non peccaverunt, & peccare potuerunt; ut vero est virtus actualis; & exercita destruit peccatum præteritum, quatenus est Dei offensa cum proposito deinde non peccandi, plures complectitur Actus.

1. Odium peccati, dolorem, fugam, satisfactionem, propositum non peccandi, 2. Per se inclinat in bonum, oblique in maculam priori modo non est in Christo, nec in Beatis, nisi circa aliena peccata. 3. Dolor de peccato est specialis virtutis ab aliis distinctæ, quæ generaliter reducitur ad justitiam, & religionem, imo ad charitatem, aliquod genus pœnitentiæ possumus exercere viribus naturæ, non tamen juvat ad salutem nisi vel substantialiter, vel quoad modum sit à gratia non est virtus Theologica, licet Deum respiciat, quia peccata innotescit.

4. Residet illius actus formaliter in voluntate, extrinsece in appetitu sensitivo; ordo pœnitentiæ hic est, Deus gratia sua prævenit hominem peculiarem, sic fide aprehendit parata supplicia, inde oritur timor servilis de pœna, & displicentia de crimine, sequitur, spes veniæ ex Dei misericordia & meritis Christi, postea est contritio, est voluntas dolendi peccatum, & perficit propositum numquam peccandi.

Pœnitentia dum dolet culpam, abolet pœnam æternam, reliquit temporalem. Qui pœnitentiæ Sacramento nequit frui tenetur actum contritionis elicere, obligatio exercendi actus pœnitentiæ proficiscitur partim à jure naturali, partim à positivo præcepto charitatis.

QUÆSTIO II.

Quid sit Pœnitentia ut est Sacramentum.

Hoc Sacramentum esse legis Evangelicæ à Christo institutum datis Apostolis Ecclesiæ clavibus ad remissionem peccatorum necessariis contra nostros hereticos, declarat Concilium Tridentinum & difini-

tur. 2. P. est naufragium tabula. Hoc Sacramentum esse institutum à Christo declarant illa verba. *Dabo clâves Regni Cælorum quæcumque solveritis super terram, erunt solvita, & in Cælis.* Quibus verbis non datur tantum à Christo Sacerdotibus facultas prædicandi Evangelium, aut declarandi quod unum faciebant Sacerdotes legis Mosaïcæ circa mundatos à lepra, sed extrahendi quatriduanum à monumento, & solvendo, tamen illa facultas non fuit statim data Apostolis plusquam in promissione, quia non dum erant Sacerdotes; sed tantum fuere in ultima cœna. Supremam illam facultatem receperunt Apostoli, quando Christus jam redivivus insuflavit, & dixit. *Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata remittentur eis, quorum retinueritis retenta sunt*: non sunt audiendi qui dicunt soli Deo esse confitendum, nam licet testamur quod sæpè ad Deum referenda sit confessio; tamen dicimus, & credimus nos indigere Sacerdote tanquam mediatore Dei, & hominum, alioquin quo modo illud divinum responsum confirmaretur, *Ite & ostendite Sacerdotibus sub utraque lege, confitemini alterutrum peccata vestra*, quomodo completur? Materia remota confessionis sunt peccata quæcumque post pabtismum perpetrata, licet sepè confessa, proxima sunt actiones pœnitentis id est contritio, sive dolor peccatis, confessio, & satisfactio, quorum omnium complementum est absolutio, nam peccata eorum illa ante Baptismum pertinent ad pœnitentiam, ut est virtus.

Dolor de peccato commisso cogitatione, verbo & opere, vel omissione est præcipuus, & primus qui est duplex. Summa detestatio propter sumum amorem Dei, & imperfectus qui dicitur attritio; contritio est non solum fractio simplex, & generalis, sed comminutio cujuslibet pœnitentis, de quo dolore debemus non solum necessitate præcepti, sed & medii. In Sacramento pœnitentiæ confessio, absolutio, & satisfactio sunt necessaria ex vi Sacramenti, contritio ex natura rei. Attritione magis timetur pœna, quam culpa, nec refugit pœnitens offensam, quam propria sua incomoda: inde eget Sacramento Pœnitentiæ, quod sufficit in voto cum contritione quando non potest haberi, in re; contritio & attritio sunt diversi actus. Ex attrito fit succesive, contritus per diversos realiter habitus.

Potest moveri illa quæstio, an sufficiat attritio cum Sacramento Pœnitentiæ, & an requiratur contritio. Nota, quod attritio alia est quæ excludit omnem amorem tam concupiscentiæ quam amicitiæ, alia quæ includit ad minus amorẽ concupiscentiæ; authores qui tenent sufficere attritionem cum Sacramento, dicunt quod ad minus debet includere amorem concupiscentiæ, alioquin posset justificari sine amore Dei. Et sic non esset conversus ad Deum.

Nota 2. Quod dolor de peccato propter pœnam non est sufficiens nisi sit cum spe veniæ, & proposito non redeundi ad peccatum, quia debet tolli affectus ad peccatum; hoc posito aliqui tenent quod sufficit attritio, dum modo sit cum amore; alii, quod non. Dico tamen quod potest dici quod non sufficit attritio cum Sacramento, quia ut aliquis justificetur debet totaliter tolli affectus ad peccatum, sed per attritionem non tollitur, quia, magis homo refugit pœnam, quam culpam, & offensam Dei, ergo.

Forma Sacramenti Pœnitentiæ est ego te absolvo à peccatis tuis. Licet essent jam deleta peccata per contritionem, aut charitatem, tamen esset necessaria absolutio, quia sic Christus instituit, præcepit, & mandat; & prohibitur absolutio absenti ex bulla Clementis VIII. altera pars est confessio quæ jure divino præcipitur, & debent esse de omnibus peccatis mortalibus: inde Beata Virgo quæ numquam peccavit actualiter non indiguit confessione; numquam extat Sacramentum, si non sit confessio vel in re, vel in voto, licet Magdalena, & D. Petrus fuerint justificati sine illa, hoc fuit à Christo qui habebat potestatem excellentiæ. Jure Ecclesiastico, quivis tenetur confiteri, si sit aliquo peccato detentus, semel saltem in anno, alioquin est privandus ingressu Ecclesiæ & sepulturæ, ita etiam ante sacram sinaxim.

Jure naturali obligantur quando est periculum extremum, nemo ad veniale tantum potest obligari; confessio debet esse, simplex fidelis, nuda, discrecta verecunda, integra, secreta, occupans, & sic parare parata. Si omittitur aliquod peccatum scienter tota confessio est repetẽda, & quando sunt aliqui casus reservati solus Sacerdos potest esse minister hujus Sacramenti.

In Sacerdote est necessaria jurisdictio indistincta à potestate ordinis, sed veluti in Actu 2. determinanda, & apliçanda à prælatis Ecclesiæ, quia est

collata à Christo Sacerdotibus in Apostolis potestas clavium. Illa potestas clavium est duplex, una in foro interno, & conscientiæ, & tribunali confessionis, alia in foro exteriori Ecclesiastica extra Sacramentum; prima versatur primario circa culpas quas debet; secundaria circa pœnas quas mutat in temporales, & circa censuras; prima etiam dividitur in potestatem ordinis, sive Caratheris, formaliter in Corpus Christi misticum per Eucharistiam cum jurisdictione absolvendi in foro Sacramentali, quæ duo debent distingui, quia Sacerdotes simplices non habent jurisdictionem propriam nec delegatam Episcopi, Sacerdotes, & parrochi habent jurisdictionem, & carent potestate Caratheris, & in depositis una manet, alia expiret; posterior respicit disciplinam Ecclesiasticam circa censuras, sive à jure, sive ab homine per quas pœnæ spirituales infliguntur.

Quamvis Sacerdos quilibet in sua dispositione accipiat potestatem absolvendi, declarat tamen Sacra Synodus Triden. nullum posse audire confessiones, nisi vel beneficium parrochiale habeat, aut ab Episcopo sit aprobatus. Quando Episcopi dicunt in suis ordinationibus. Accipite Spiritum Sanctum quorũ remiseritis peccata commissa, non intelligitur data potestas, nisi in actu primo & in radice, sive in principio activo.

Quando vero absolvit Sacerdos in articulo mortis, aut venialia, aut mortalia, alias confessa, tunc recipit jurisdictionem ab Ecclesia titulo consensu & ab ipsomet Christo immediate ex privilegio; in his enim casibus sufficit jurisdictio generalis jure communi simul cum Caracthere, data, id ex declaratione Ecclesiæ.

Confessarius alius est ordinarius, alius extraordinarius, ordinarius in tota Ecclesia est summus Pontifex, Episcopus in sua diœcesi, parrochus in sua parrochia extraordinarius delegati ab ipsis, ut Religiosi. Ordinaria potestas residet in summo Pontifice sine limitatione in aliis cum limitatione.

Omnis ordinarius debet approbari ab Episcopo, Sacerdos inferior privilegiis summi Pontificis exemptus semel aprobatus, & uno loco olim censebatur utique aprobatus, & semper, non modo; tales gratiæ non expirabant morte concedentis, sed accipientis, nisi mutato officio transeat ad succedentes: & huic privilegio communi nullus potest renunciare.

Superioras possunt sibi reservare quædam crimina, prælati Religionum non alia quam denotant bullæ summorum Pontificum, fere numquam summus Pontifex reservat crimina sine excōmunicatione annexa: ideoque, quæ excusent ab ista ab alia eximunt.

Onera Confessarij sunt secretum quod in nullo, & ad nullam causam potest violari, prudentia, & scientia: satisfactio est pars integralis Confessionis quam Sacerdos tenetur imponere, & pænitens.

Acceptare, nisi velit habere Deum judicem potest injungi pro satisfactione quodlibet opus pænale, modo fiat à pœnitente qui implet eum in peccato mortale non tenetur iterum illam implere, potest mutari ab alio Sacerdote, dummodo fiat in tribunali confessione, & tunc est iteranda confessio, quia sunt omnes æquales in jurisdictione beata conditio pœnitentiæ quæ omnia dona revocat prius infusa, & mortificata, revocat, & redit duplicia, sicut & bona opera absolutioni aferenda est solutio, & injungenda Indulgentia; bona enim opera tam meritoria, quam satisfactoria sunt pro ipsomet & pro alijs condigne satisfactoria.

QUÆSTIO III.

Vtrum sit de fide quod pœnitentia sit Sacramentum.

CAthariftæ hæretici omnium turpissimi negant hoc Sacramentum, quia putarunt homines sanctificatos per baptismum non posse gratiam amittere, & sic istud Sacramentum esse inutile.

Novatiani, & montani alia ratione negabant hoc sacramentum, quia non est locus inquiunt pœnitentiæ peccantibus post Baptismum. Lutherus dicebat tantum non esse necessarium. Lutherani multi admiserunt: propterea vocati sunt trisacramentarij, quia tria admittebant Sacramenta; Calvinus, & Calvinistæ absolute illud negabant in suis institutionibus, & præcipuè in antidoto contra Concilium Tridentinum. dico, tamen quod est de fide quod pœnitentia est Sacramentum probatur primo Mathei 16. *Tibi dabo claves regni cœlorum, accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata remissa sunt.* Quod explicant D. Ambrosius libro 1. de pœnitentia. S. Augustinus tractatu 124. super Joannem cap. 20. de isto Sacramento.

Respondent hæretici, quod

illa verba intelliguntur de Baptismo, & de potestate prædicandi Evangelium; sed contra, quia per baptismum non ligantur homines, neque retinentur peccata, ita de potestate prædicandi Evangelium.

Probatur. 2. Ex traditionibus Apostolicis in quibus intelliguntur illa verba citata de Sacramento pœnitentiæ, ut patet in decretis, & in decretalibus, & in Concilio Tridentino sess. 14. Canon 1. & 3.

Probatur 3. Ex Conciliis in Concilio Constantiensi in bulla Martini quinti definitur contra uviclef, Sacerdotem posse peccatorem contritum, & confessum absolvere, & pœnitentiam injungere; in Concilio Florentino in decreto super unionem Græcorum, & armenorum in tractatu de Sacramentis, ponitur hoc Sacramentum tamquam ab omnibus alijs distinctum, & assignantur materia, & forma: In Concilio Tridentino sess. 6. cap. 14. 52. in sess. 14. Canone 1. hic deffinitur. *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica pœnitentiam non esse verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur ipsis Deo reconciliandis à Christo Domino institutum anathema sit.*

Sciendum est quod glossa de pœnitentia dist. 5. dicit, quid illud Sacramentum fuit institutum a Deo, ut patet Genesis cap. 3. Quando dicit dominus ad Adam, *ubi est Adam*, & cap. 4. quando dicit ad Cain, *ubi est frater tuus*, quia illis verbis monuit illos Deus ad pœnitentiam faciendam; alii, ut advertit glossa dicunt fuisse institutum quando dixit Josue ad Achah. *Fili da gloriam Deo Israel, & confitere indica mihi, quid feceris.* Hugo à Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis parte 4. cap. 1. & Thomas Uvaldensis To. de Sacramentis cap. 135. dicunt hoc Sacramentum fuisse institutum in lege Mosaïca, ut patet numer. cap. 5. ubi dicitur. *Mulier, sive vir cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere confitebuntur* peccatum suum; ita Levit. cap. 4. & 5. Daniel cap. 9. Proverb. cap. 28. & Mathæi 3. D. Bonavent. & Alexander de Ales dicunt contrarium.

Tamen dico cum D. Thoma in 4. dist. 22. qu. 2. à 3. & D. August. in lib. 29. contra Faustum cap. 11. quod in lege naturæ, & scriptæ fuit Sacramentum Pœnitentiæ, quia sicut in omni statu fuit remedium pro peccato originali: ita post delictum illud peccatum, & comissa actualia debuit esse remedium: hoc tamen non impedit quod non fuerit institutum

à Christo verum Sacramentum Pœnitentiæ, quod differt specie à Sacramento Pœnitentiæ legis naturæ, & scriptæ, ergo fuit vere institutum à Christo.

QUÆSTIO IV.

Utrum Confessio auricularis sit necessaria ad salutem.

OMnes hæretici, tam antiqui, quam moderni tenent non esse necessariam ad salutem confessionem auricularem, licet Calvinus docuerit esse bonam, & utilem: fundamenta ipsorum sunt. Primum psal. 31. habetur *dixi confitebor adversum me injustitiam meam domino & tu remisisti impietatem peccati mei*; quibus verbis significatur soli Deo esse confitendum: ergo.

2. Joannis 20. habetur Christum dedisse potestatem Apostolis remittendi peccata, sed nulli habetur obligatio confitendi sua peccata; imo Apostoli non aliam habent potestatem, quam Christus, sed Christus remittebat peccata in audita confessione: ergo.

3. Nectarius Archiepiscopus Constantinopolitanus pœnitus abstulit confessionem auricularem, ut refert historia tripartita libro 9. cap. 35. D. Joannes Chrysostomus homilia secunda super psalm. 50. *Sic loquitur, Confitere peccata tua ut deleas ea si confundaris dicere fratri tuo, dic Deo: non dico tibi ut confitearis conservo tuo, dicito Deo.*

4. Sequeretur, quod lex Evangelica esset difficilior, & strictior lege vetere, quod tamen non est, cum vocetur lex libertatis, & gratiæ; nam ante legem Evangelicam poterant homines salvari sine isto Sacramento, & ejus ministris. Ergo.

5. Sola contritio etiam sine confessione exteriori sufficit ad remittenda peccata, quia vera contritio delet peccata. Imo si aliquis non sciret confessionem auricularem esse necessariam, & contritus esset, & statim moreretur, vere salvaretur: Ergo.

6. Expressius invenitur in sacra scriptura necessitas sumendi Eucharistiam, quam confitendi, ut patet his verbis, *nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; tamen Eucharistia non est absolute necessaria ad salutem. Ergo neque confessio cum non inveniatur expresse.

7. Si esset necessaria, fuisset, quia à Christo fuit instituta, sed non est, ergo probatur. 1.

Apostoli fuere ordinati in cœna ut dicit Concilium Tridentin. sess. 22. c. 1. & 2. sed per illam ordinationem acceperunt verè illam authoritatem, ut modo accipiunt Sacerdotes per ordinationem Episcoporum. 2. Potestas absolvendi includitur in ipsa dignitate Apostolatus. 3. istud Sacramentum ordinatur ad Eucharistiam, fuit institutum ergo ante illam; quod tamē non admittitur, cum fuerit institutum post mortem Christi 4. ita fuit necessarium, ac baptismus ergo ante mortem Christi erat necessarium, ergo debuisset institui quando Baptismus fuit institutus.

Dico tamen quod Sacramentum Confessionis auricularis est necessarium ad salutem pro quo.

Nota 1. quod Lutherus docuit unicum esse Sacramentum. *Si inquit loquamur secundum scrip. turæ usum* 2. admittit tria Baptismum Eucharistiam, & pœnitentiam, de ultimo ait in assertionibus contra Lovanienses articulo 33. *Pœnitentiam cum virtute clavium absolventium Sacramentum libenter confitemur; habet enim promissionem, & fidem remissionis peccatorum propter Christum.* 3. voluit in rigore tantum duo esse Sacramenta Baptistum, & panem.

Philippus Melenthon in locis communibus, & illiricus in confessione Anturpiensi duo tantum admittunt Sacramenta Baptismum, & Eucharistiam, & alii tria Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam, ita Confessio Augustana art. 13. & communiter Lutherani in suis Cathechismis, sed Lutherani dicti molles septem agnoverunt, ut patet in confessione Lypsiensi.

Montanistæ docebant illum non posse renovari per pœnitentiam qui crucifixisset filium suum, novatus. Et sui novitiani nullam potestatem tribuunt Sacerdotibus, qua possint contritos, & confessos absolvere. Meletius Episcopus tenuit lapsos admittendos esse ad pœnitentiam per longum tempus; alii dicunt sufficere solam fidem qua credimus peccata nostra esse remissa sufficere, & sunt omnes nostri temporis hæretici.

Armeni docent extremam unctionem non esse Sacramentum sed Sacramentum pœnitentiæ confici per hanc unctionem: propterea ungebant Pœnitentes sanos, & infirmos; unde hac unctione contenti incipiebant auriculari confessione abstinere, postea ungenda esse morborum Sacerdotum corpora, & sic posse perfici hoc Sa-

cramentum in Ecclesia: unde Dacienses qui fuit author istius erroris, sic loquebatur. *Porro inquit hujus unctionis Sacramentum perficimus supra defunctos Sacerdotes: ungimus enim illos quasi luctatores, ut cum pravis spiritibus hujus aeris viriliter decertare valeant, ac dum eos ungimus, dicimus Benedicatur, unguatur, & sanctificetur manus, vel frons, vel vertex hujus Sacerdotis.*

Uvaldenses docuere Extremam unctionem esse Sacramentum maledictionis. Ita abigenses, lollardi, & flagellantes, & tandem Lutherus lib. de Trinitate Babilonica cap. de Extrema unctione & Calvinus lib. 4. instit. cap. 19.

Calvinus lib. 4. inst. cap. 19. duo tantum admisit Sacramenta Baptismum, & Eucharistiam. Postea ordinationem dicens quod quando dicit tantum esse duo loquitur de ordinatis Vvinglius admisit etiam matrimonium.

Circa Sacramentum Baptismi Lutherus, & Calvinus dicunt non esse de necessitate salutis, Lutherus etiam tenuit infantes habere fidem dum baptisantur, qua actu credunt in Christum Anabaptistæ dicunt infantes non esse baptisandos.

Tandem Lutherus tenuit infantes habere fidem per exorcismum; & orationibus Ecclesiæ in libro contra cocleum, *Non negamus inquit parvulos esse baptisandos, neque asserimus eos baptismum accipere sine fide, sed dicimus ad baptismum eos credere per vim verbi quo exorcisantur & per fidem Ecclesiæ eos offerentis, & eis fidem suis orationibus implorantis*: aliqui tamen ex Luteranis tenent infantes habere fidem. Alii pios motus, ut Joannes Baptista in utero matris suæ, alii utrumque, ut Kimnitius fatetur hanc doctrinam nec intelligere, nec explicare posse, credendum tamen esse.

Nota 2. Quod aliquid potest esse necessarium tripliciter. Necessitate medij tantum. Necessitate præcepti, & necessitate utriusque simul: prima necessitas est illa sine qua homo non potest salvari, vel quia ignorat, vel quia causatur aliunde ultima dicit utrumque.

Nota 3. quod dupliciter aliqua propositio potest pertinere ad fidem 1. secundum se tantum, 2. Secundum se, & quoad nos. Primo modo est quando est intenta à Spiritu Sancto in sacris litteris; sed quia non est tam clara à viris doctis non intelligitur. 2. modo est quando licet clare aliquo modo sit in sacris litteris, tamen quia aliquam habet ob-

scuritatem voluit Spiritus Sanctus, ut Ecclesia determinet; nam per novam relationem cum sit jam facta in scriptura sacra,& illustratione,& tunc pertinet ad fidem quoad nos quod erat tantum de fide quo ad se.

Probatur nostra conclusio primo ex conciliis, ex concilio Laodiceno celebrato anno Domini 500. can. 2. ubi sic, ait. *His qui peccatorum diversorum lapsus incurrunt, & instant orationi, confessioni, & pœnitentiæ malorum suorum conversionem demonstrantes pro qualitate peccati tempus pœnitentiæ tribuendum est*. Ex concilio 3. Cartaginiensi canone 31. sic habetur. *Pœnitentibus secundum peccatorum differentiam Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernuntur.*

Ex Concilio 1. Cabalonensi celebrato anno Domini 600. can. 8. habetur. *Vt pœnitentibus Sacerdotibus facta confessione indicetur pœnitentia ut universitas Sacerdotum noscitur convenire.* Ex concilio 2. cabilonensi celebrato anno 800. can. 32. habetur. *Sed & hoc emendatione indigere perspeximus, quod quidam dum confitentur peccata sua Sacerdotibus non plene id faciunt: quia ergo constat hominem ex duabus esse subsistantiis anima videlicet, & corpore, & interdum carnis fragilitate peccatur solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut ex utrisque plena sit confessio*: idem definitur expresse in concilio Florentino in instructione Armenorum & expressius in conciloi Constāciensi in interrogatorio composito à martino 5. ubi suspecti de hæresi Vviclef interrogantur, utrum credant necessarium esse ad salutem confessionem auricularem factam Sacerdoti. In concilio Tridentino sess. 6. cap. 14. & sess. 14. cap. 5. can. 6. definitur tanquam propositio fidei confessionem vocalem omnium peccatorum esse simpliciter necessariam ad salutem.

Probatur 2. ex sanctis Patribus, primo ex D. Hireneo qui floruit anno 100 in primo lib. cap. 9 ubi dicit, *nullum posse salvari sine confessione* 2. Origenes homilia 2. in leviticum ait. *Est autem septima licet dura & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator cum lacrimis statum suum, & fiunt & lacrimæ suæ penes die ac nocte, & cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & querere medicinam secundum eum qui ait, dixi pronuntiabo adversum me injustitiam meam Domino, in quo impletur illud Apostoli. Si quis infirmatur vocet Presbiteros.* Sanctus Cyprianus sermone 5. de lapsis ait. *Confiteantur singuli quaso fratres delitum suum, & dum adhuc*

qui deliquit in sæculo est, dum admitti ejus confessio potest, dum satisfactio & remissio facta per Sacerdotes apud dominum grata est. Sanctus Basilius in regula 229. dicit. *Omnino in peccatorum confessione eadem ratio est quæ in apertione vitiosi corporis.*

D. Ambrosius 2. de pœnitentia cap. 6. sic dicit. *Si vis justificari fatere delictum tuum: solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum*: & D. Ioannes Chrisostomus homilia 50. in Genesim sic ait. *Qui in magnam hanc hebdomadã pervenimus Dei gratia, magis continuandæ sunt præces, faciendaque pura confessio peccatorum.* D. Leo in Epistola 80. a d Episcopos Campaniæ ait. *Cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari, sufficit illa confessio quæ primo, Deo fit, deinde Sacerdotis.* D. Augustinus libro 5. homiliarum. Homilia 12. ait. *Deus noster quia pius est, & misericors vult, ut peccata confiteamur in hoc sæculo, ne pro illis confundamur in futuro.*

Probatur 3. ex sacræ scripturæ figuris Genesis 3. & Deus exigit ab Adamo, & à Cain confessionem peccati. Quod est figura nostræ confessionis, quia fuit circa peccatum in specie, & in particulari cum omnibus circunstantiis facta confessione non solum coram Deo, sed etiam coram illius ministro, scilicet coram Angelo apparente in figura hominis quod colligitur ex hoc quod. *Ambulabat in Paradiso ad auram post meridiem.* Qui significat Sacerdotem.

Hanc figuram explicat Tertulianus libro 2. contra Marcionem dicens. *Ordinasse Dominum illam confessionem ad pœnitentiam Adami, & sanctitatem quam habuit postea, ut nos intelligamus quanta bonitas, & utilitas sit in nostra confessione sacramentali, ordinasse, ut negationem Cain ad nostram utilitatem: scilicet, ut nos consideremus quantum malum sequatur occultatione alicujus peccati in confessione*, ita explicuit D. Ambrosius lib. de paradiso cap. 4. & lib. de Cain & Abel cap. 9. S. Gregorius 22. lib. moralium cap. 13. D. Chrisostomus homilia 18. in Genesim.

2. Figura habetur Levitici 13. & 14. ubi judicium lepræ committitur solis sacerdotibus, quod aprobavit Christus Mathæi 8. ubi ait. *Ostendite vos Sacerdotibus*: unde Ioannes Chrisostomus libro 3. de Sacerdotio dicit. *Totum hoc habuisse figuram vocalis confessionis, atque à Deo officium nostrorum Sacerdotum multo excellentius esse, quam officium illorum, quia illi non curabant lepram, sed tantum curatam ostendebant, nostris vero peccata non*

curata ostendere , sed vere curare concessum est , idem D. Hieronimus supra caput 16. Mathæi. ex hac authoritate Calvinus intendit probare nullum dari Sacramentum confessionis libro 3. institutionum.

3. Figura habetur numerorum 5. ubi habetur vir sive *mulier, cum fecerit ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere , & per negligentiam transgressi fuerint mandata domini , atque deliquerint confitebuntur peccatum suum.*

4. Figura sumitur Mathæi 3. & Marci 1. *Multi veniebant ad baptismum Ioannis , & confitebantur peccata sua.* Ergo sicut baptismus Ioannis erat figura nostri, ita & illa confessio , nec refert si illa confessio sit in generali, quia figura non debet esse adæquata repræsentatio rei,& etiam nominis.

5. Figura sumitur Ioannis 11. in Historia Lazari quid enim Dominus è sepulchro exire, jusserit, & vocaverit vinculo solvi ab Apostolis significat peccatores divina voce excitatos per confessionem, & ministerium Sacerdotum liberari à peccatis ; unde dicit Christus Apostolis. *Solvite illum. Et sinite abire* ; unde dicitur in Actis Apostolorum quod est fortius argumentum. *Multi autem ex his veniebant confitentes actus suos , multi autem ex his qui fuerant curiosa sectari contulerunt libros , & combusserunt coram omnibus.* Vbi expresso fit mentio de vocali confessione , quæ fiebat non soli Deo , sed etiam sacerdoti : scilicet D. Paulo.

Falsum est quod dicit Lutherus , quod id solum significat miracula , quia per confessionem sequebatur correctio , & mutatio vitæ , etiam falsum est quod dicit Calvinus lib. quarto institutionum cap 1. ubi docet his verbis sufficientes colligi Apostolos habere potestatem absolvendi à peccatis , non tamen quod alii Sacerdotes idem possint deinde dicitur Iacobi 1. *Confitemini alterutrū peccata vestra.* Ad hoc Calvinus , dicit non colligi de confessione sacramentali , quia ait alterutrum indefferenter , quia confessio sacramentalis deberet fieri ex nobis soli sacerdoti : contra quia intelligitur juxta capacitatem , non absolute indifferenter.

Ex quibus sequitur inexpugnabile argumentum. Christus dedit authoritatem , & potestatem absolvendi à peccatis Apostolis, & Sacerdotibus per ipsos, ergo debet dari confessio auricularis.

Probatur antecedens, *Quodcumque ligaveris super terram erit liga-*

tum est in Cœlis, quodcumque solveritis, &c. Ergo dedit eis potestatem judicandi. Probatur prima consequentia, quia est impossibilis authoritas judicandi, nisi cognoscantur quæ sint judicanda, sed non cognoscuntur judicanda, nisi per confessionem vocalem, alioquin remanerent peccata abscondita. Ergo sine pollicitatione judicandi ergo datur sacramentum Confessionis necessarium ad salutem.

Triplicem solutionem afferunt hæretici ad illud argumentum: Primo dicunt, quod ibi sit tantum mensio de prædicatione Evangelij quando dicitur. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remissa sunt, & de baptismo.* 2. Quod tantum Apostoli, & alii ostendunt quod peccatores sunt ligati: non vero absolvunt. Calvinus dicit quod licet data fuerit talis potestas: tamen ex hoc non sequitur quod sit obligatio absolute confitendi.

Sed prima solutio est directe contra vim verborum Christi, quia solis peccatis ligatur anima, ergo quando datur potestas absolvendi, debet intelligi de peccatis, non de prædicatione. Secunda solutio est falsa juxta decretum Concilii Tridentini sess. 14. cap. 1. & est absolute hæretica. Ad illud Calvini dico, quod frustra esset talis potestas si non daretur obligatio aperiendi peccata ut vidimus.

Ad fundamenta superius allata respondeo ad primum quod licet ibi fiat mentio principaliter de confessione facta Deo: potest tamen intelligi de alia quia figurative loquitur.

Ad 2. Resp. quod ut vidimus cum Apostoli sint instituti judices à Christo, requitur confessio vocalis, ut judicent. Christus cognoscebat abscondita cordium, & sic non indigebat confessione vocali ut absolveret.

Ad 3. Resp. quod nectarius in hoc erravit, erat idiota cum fuisset miles non Baptisatus antequam assumeretur ad Episcopatum, D. Joannes Chrysostomus abstulit confessionem publicam extra sigillum confessionis.

Ad 4. Resp. quod suposita institutione hujus Sacramenti sufficit contritio, sed non justificat, nisi in ordine ad confessionem, ut videbimus inferius, & sic qui non haberet copiam confessorum justificaretur per solum illum actum interiorem.

Ad illud de quo dicitur, quod lex Evangelica esset strictior Resp. quod imo per hoc est facilior, quia per solam at-

tritionem cum confessione justificatur homo in alia lege requirebatur contritio quæ est difficilior.

Ad illud dico, quod Eucharistia est finis, confessio est causa efficiens justificationis, ergo est necessaria necessitate medii.

Ad ultimum dico quod Apostoli receperunt potestatem absolvendi pro futuro tempore explendam, & sic nihil contra nos.

Dico 2. quod confessio est necessaria necessitate præcepti & medii, medii pro his qui peccaverunt mortaliter, quia confessio est causa efficiens justificationis, ergo medium quo justificamur.

Dico 3. quod confessio vocalis fuit instituta à Christo quando dixit, *accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, quorum retinueritis retenta sunt* Ioannis 20. & hoc post resurrectionem.

Probatur ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1. & canone 3. his verbis. *Si quis dixerit verba illa Domini salvatoris accipite Spiritum Santum; quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento pœnitantiæ, sicut Ecclesia Catholica intellexit, detorserit autem contra institutionem huius Sacramenti ad authoritatem prædicandi Evangelium anathema sit.*

Dico 4. quod ad primam salutem sufficit votum implicitum confessionis. Probatur quia ut vidimus non fit remissio peccatorum, nisi in ordine ad Confessionem, ergo supposita institutione talis Sacramenti, contritio est implicitum votum confessionis peccati mortalis, & si habeat contritionem, tunc ille justificabitur per solum votum implicitum confessionis. Ergo.

Dico 5. quod ad ultimam salutem sufficit, & requiritur votum explicitum confessionis; prima pars est de fide, quia multi fideles rapti sunt ad Martyrum sine Confessione Sacramentali qui antea erant in peccatis: tamen ut Sancti coluntur ab Ecclesia, quia impium esset dicere, quod illi qui totum quod in se est faceret propter inopiam confessorum condemnaretur. 2. Pars probatur. Quia sicut Baptismus est necessarius in executione, necessitate medii, ita est confessio, sed Baptismus requiritur explicite, ut causa efficiens salutis.

QUÆSTIO V.

Vtrùm si Christus non imponeret hoc præceptum, illud posset imponere Ecclesia.

SCiendum est quod Ecclesia non potest instituere Sacramentum Confessionis cum illis circumstantiis quas modo habet, ita ut conferat gratiam. Casus igitur est, quod si Christus instituisset hoc Sacramentum, ut modo est; non tamen potuisset præceptum sed reliquisset homines liberos, ut possent justificari per contritionem sine confessione, vel per attritionem cum confessione. Quæritur utrum posset Ecclesia illam confessionem præcipere durandus 9.8. Paludanus 9.2. canon. de pœnitentia p. 5. soto, & aliqui putant Ecclesiam non posse præcipere confessionem nisi esset præcepta à Christo.

Probant primo Ecclesia non potest præcipere actus internos ut habetur cap. erubescant dist. 2. secundo illud non potest præcipere, quod non potest punire, sed actus internos non potest punire, quia non potest illos cognoscere, 3 manifestare peccata sua, & sic difamare est contra jus naturale quod solus Deus potest dispensare in jure naturæ. Ergo solus potest præcipere 4. lex humana debet esse suavis, ut habetur cap. erit autem lex dist. 4. sed magnifestare suas cogitationes est valde durum ergo.

Dicunt alii affirmative cum Nugno, & Adriano & aliis. Probatur primo postquam Christus posuit hoc præceptum potuit Ecclesia ponere præceptum, ut homines confiteantur v. g. bis in anno ergo. Nam idem est præcipere continuationem præcepti, ac præcipere illud 2. confiteri peccata sua, & sic ex attrito fieri contritum est maxime utile, imo liberat homines à magno Periculo, quia difficile est elicere actum contritionis à quo liberat confessio aliquo modo. 3. Videmus quod cum periculo vitæ præcipitur statio militi, quod est contra jus naturæ ergo multo magis Ecclesia poterit præcipere confessionem.

Ad argumenta adversariorum Resp. ad primum, quod si actus interior consideretur secundum se non potest præcipi, si vero consideretur ut magnifestatur per actus exteriores potest præcipi. ad 2. Resp. quod Ecclesia non potest punire omissionem confessionis secundum se, sed ratione confessionis supra quam habet jurisdictionem ut

ut aliquid extremum magnifestativum interni. Ad 3. Resp. quod confessio non est contra jus naturæ, imo est valde utilis, nam ordinatur ad majus bonum. 2. Quod in tali casu Deus dispensat virtualiter, quia illud Sacramentum jam instituisset ut vidimus. 3. quod quando ordinatur ad majus bonum, Ecclesia potest dispensare.

QUÆSTIO VI.

An confessio sit de jure naturali.

NOtandum est: quod naturale potest sumi dupliciter. Primo prout distinguitur à supernaturali, ut comedere honorare parentes 2. Prout idem est, ad extra naturam rei, sive sit supernaturale, sive naturale. Non est hic quæstio de primo, sed de secundo, & sic quæritur utrum ex natura rei unusquisque teneatur confiteri; quod fecit difficultatem est authoritas D. Thomæ 3. p. q. 84. art. 7. solutione ad 1. ubi dicit esse naturale quod homo doleat de peccatis per aliqua signa externa, & quærat remedium quod fit per confessionem.

Secundo est de jure naturæ, & ex natura rei quod homo satisfaciat Deo pro injuria, sed hoc fit per confessionem, juxta illud sapientiæ 11. *Vt per ea quæ quis peccavit per ea punitur.* Sed peccavit ore ergo debet satisfacere ore.

3. Est naturale quod homo manifestet suas cogitationes & dolores, ut quærat remedium quod fit per confessionem.

4. Illud est naturale, quod sequitur ex natura rei, sed confessio sequitur ex natura illius institutionis, quia ex natura rei homo tenetur apponere media moralia ad salutem, sed posita institutione illius Sacramenti remedium ad salutem, & medium etiam si Deus non præcepisset confessionem, est confessio, quia remedium naturale, & magis facile, est confessio: non vero contritio. Ergo non potest justificari ex vi naturæ Sacramenti institutionis, nisi per confessionem. Ergo sequitur ex natura rei. Dico tamen quod non est de jure naturæ confessio D. Thomas enim demonstrat hoc in argumento sed contra unde.

Ad rationes allatas Resp. quod D. Thomas loquitur tantum de signis in communi, non in particulari. Ad 2. Resp. quod licet sit naturale homini satisfacere Deo pro injuria: non tamen per tale medium in particulari.

Ad 3. Resp. quod licet sit na-

turale hominis manifestare per aliquod signum dolorem suum, non tamen per illud, vel aliud ad ultimum respondeo quod quando sunt diversa remedia homo non tenetur apponere potius unum, quam aliud, licet sit perfectus.

QUÆSTIO VII.

Vtrum in lege naturæ & Scriptæ fuerit Sacramentum Confeßionis

CArdinalis Hugo à S. Victore, & Thomas Valdensis tenent affirmativam, licet ut videre est loquantur tantum secundum longam acceptationem.

Probatur tamen illa opinio in lege scripta erat confessio etiam in particulari, sed illa erat verum Sacramentum, quia illa confessio ordinabatur ad remissionem peccatorum; quod patet Levitici 4. 5. & 6. & numerorum cap. 5. gerit signum gratiæ.

2. Ecclesiastici 17. ante mortem confitere psalmo 31. *Confitebor adversum me in justitiam meam Domino.*

Dico tamen quod non fuit Sacramentum Confessionis, nec in lege naturæ, nec scriptæ, probatur quia in illis statibus Sacramenta non constabant rebus, & licet esset confessio peccatorum in particulari, erat tantum dispositio, præparatio ad Sacramentum, non vero Sacramentum. 2. Est de fide quod istud Sacramentum fuerit institutum à Christo pro lege Evangelica, & sic Christus non addidit pecculiarem modum, sed Sacramentum novum ut volunt hæretici ad rationes respond. ad primam quod illa confessio veteris legis significabat, & erat tantum dispositio ad gratiam. Non vero conferebat gratiam. Ad 2. Resp. quod illa loca scripturæ loquuntur tantum de confessione interiori, ut vidimus.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum homo teneatur confiteri aliquando peccata venialia.

SUpponendum est quod peccatum veniale est materia sufficiens Sacramenti confessionis, ita ut homo possit absolvi ab illo. Ita fuit determinatum à Concilio Tridenti. sess. 14. cap. 5. 2. Quod homo stando juri naturali, & divino non tenetur confiteri venialia. Ita Concilium Trident. sess. 14. cap. 4. quia sunt alia remedia facilia ad tollenda illa. Tota ergo difficultas est, an nemo teneatur ex vi

præcepti Ecclesiæ confiteri venialia semel in anno, cum sit præceptum absolute confitendi semel in anno.

Cardinalis Caïetanus q. 2. de confessione, magister soto cum Paludano in 4. dist. 17. q. a 4. tenent quod nullum potest dari præceptum obligans ad confessionem venialium.

D. Thomas in præsenti articulo videtur inclinare in contrarium. Ricardus in 4. dist. 16. art. 2. Alexander Alensis in p. 4. q. 77. D. Bonaventura p. 2. art. 2. tenent affirmativam quod puto probabilius, nam qui non haberet peccata mortalia teneretur confiteri aliqua venialia, & adimplere præceptum Ecclesiæ.

Argumenta prioris sententiæ sunt primo. Jus divinum non obligat, sed præceptum Ecclesiæ solum est determinatio juris divini. Ergo. Dicitur etiam in cap. 4. quod peccata venialia sine culpa taceantur in confessione, sed illud decretum est præceptum petitum ab Ecclesia ergo.

Secundo Ecclesia non potest mutare materiam Sacramenti faciendo quod id non est materia sit materia, vel faciendo quod Sacramentum non teneat, quando talis materia non apponitur, sed hoc tunc faceret Ecclesia, ultra quod Ecclesia non præcipit confiteri omnia peccata venialia.

Argumenta alterius sunt primo ex hoc quod Apostoli receperunt potestatem absolvendi à peccatis mortalibus colligitur quod tenemur confiteri mortalia. Ergo ex hoc quod receperunt potestatem absolvendi à venialibus, colligimus nos teneri confiteri venialia.

2. Habetur in ea utriusque sexus, quod fideles tenentur confiteri omnia sua peccata, sed venialia sunt peccata ergo 3. habetur in clementina in agro dominico de statu monachorum, quod præcipitur monachis, ut confiteantur semel saltem in mense, sed est difficile ut monachi habeant semper confitenda mortalia. Ergo vere præcipiuntur ab Ecclesia venialia.

QUÆSTIO IX.

Utrum statim ac aliquis cognoscit, se esse in peccato mortali teneatur confiteri secundum jus divinum.

INnocentius 4. super capute omnes utriusque sexus. Guilliermus Parisiensis in libro de Sacramentis. Alexander de Alexsi in 4. p., q. 77. graves Iu-

ristæ, ut Covardus tenent affirmativam.

Sanctus Bonaventura in 4. dist. 17. 2. p. 42. n 2. dicit quod illud præceptum obligat Religiosos, quia inquit vita Religiosa tota est tempus pœnitentiæ.

Ioannes major dist. 17. q. 2. Adrianus q. 5. de confessione, Navarrus super caput placuit de pœnitentia dist. 6. de pœnitentia tenent, quod obligantur omnes quando cognoscunt se esse in periculo, ne obliviscantur peccati mortalis.

Magister soto dist. 18. q. 1. art. 4. putat hoc fuisse verum ante determinationem Ecclesiæ, post vero illam tantum tenentur semel in anno.

Dico quod hoc præceptum divinum obligat in articulo mortis quia obligat tempore necessitatis.

Dico 2. quod jure divino tenemur confiteri quotiescumque debemus accipere Sacramentum Eucharistiæ, vel aliquod aliud quia homo tunc si esset in peccato mortali, & accederet ad aliquod Sacramentum committeret sacrilegium. Ergo.

QUÆSTIO X.

Per quam Confessionem adimpletur hoc præceptum divinum de Confessione.

Nota quod Confessio. Alia est bona, alia invalida, & nulla & alia informis. Certum est quod per confessionem invalidam & nullam non impletur illud præceptum: divinum, quia tunc non est verum Sacramentum.

Secundo nota quod communiter confessio dicitur informis quando primo confitetur quis peccata quæ occurrunt memoriæ, sed quia non fecit diligentiam sufficientem omisit aliquod peccatum, tunc ille adimplevit præceptum, ita ut non tenentur amplius illa iterum confiteri, non tamen adimplevit præceptum confessionis simpliciter, quia tenetur omnia peccata confiteri. 2. Quando non habuit sufficientem dolorem, licet putet se habuisse tunc tenetur ad confessionem, si non habuit ad minus attritionem licet adimpleverit præceptum divinum de confessione.

Dico quod qui fecit confessionem informem defectu contritionis aut attritionis, non adimplevit præceptum, quia præceptum pœnitentiæ non adimpletur, nisi vel per contritionem, vel per actum attritionis cum confessione, & sic cum confessio, cum attritione supleat defectum contritionis, unum vel alterum requiritur, ut homo justificetur.

Antequam veniamus ad aliam quæstionem, sciendum est quod medici tenentur monere ægrotos, ut confiteantur post tres dies visitationis, quam legem Pius V. renovavit anno 1566. motu proprio quæ incipit super gregem, addendo, ne medici ultra tertium diem visitent ægrotos, nisi de illorum confessione sibi constet per fidem confessoris in scriptis.

2. Ex præcepto Ecclesiastico habetur in capitulo omnis utriusque sexsus. *Fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit omnia sua peccata sacerdoti saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti; & injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere suscipiens ad minus in paschate Eucharistiæ Sacramentum* modo oportet videre quinam sunt illi qui tenentur.

QUÆSTIO XI.

Vtrum istud præceptum obliget illos qui venerunt ad usum rationis, & hoc in Paschate.

NOtandum est primo quod pueri ante annum pubertatis, id est ante annum 14. pro masculis, & 12. pro fœminis, non ligantur censuris Ecclesiasticis, nec possunt esse testes 2. sunt aliqui Theologi qui tenent quod præceptum de confessione non obligat ante annum pubertatis, quia ante illud tempus non obligantur ad Eucharistiam, quia major discretio requiretur pro confessione, quam pro Eucharistia tamen.

Dico quod statim, ac homo pervenit ad usum rationis tenetur ad confessionem annuam. Probatur primo, omnis qui peccat mortaliter tenetur confiteri ex vi præcepti divini. Ergo & Ecclesiastici, quia præceptum Ecclesiasticum est tantum determinativum præcepti divini; Ergo idem præcipit. Probatur antecedens, quia post peccatum mortale sola confessio est remedium necessarium; nam si tunc moreretur puer absque confessione, vel in re, vel in

voto damnaretur ergo.

Dico 2. quod illud præceptum non obligat in paſchate, ſed tantum ſemel in anno; probatur quia oportet attendere ad verba præcepti: præceptum autem confeſſionis eſt ut fiat ſemel in anno, & Euchariſtia in Paſchate. Ergo tantum obligat ſemel in anno, & ſic ſi aliquis confeſſus eſt menſe Ianuarii, & non incidit in peccatum mortale poſt illud tempus non tenetur iterum confiteri in paſchate, ſed poteſt recipere Euchariſtiam, & eſt uſus Eccleſiæ. Ergo. 2. pueri qui non communicare tenentur poſſunt confiteri ante Quadrageſſimam. Ergo.

Objicies primo in tantum datur præceptum confeſſionis, in quantum homo debet debito modo recipere Euchariſtiam, ſed in paſchate tenetur recipere Euchariſtiam Ergo & confiteri quia non poteſt manere diu ſine peccato ergo.

Reſp. quod homo tenetur confiteri in paſchate ratione Euchariſtiæ recipiendæ; non tamen ex vi præcepti Eccleſiaſtici & divini.

2. Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. c. 5. Sixtus IV. in extravaganti de regno & pace cap. 2. Approbant confeſſionem paſchalem imo Sextus IV. præcipit, ne fratres mendicantes prædicent, quod Parrochiani non tenentur confiteri ſuis parrochis in paſchate ergo. Reſp. quod Concilium præſumit ſicut Sixtus 4. quod ſæculares multi non confitentur per totum annum, niſi in paſchate & ſic approbant.

QUÆSTIO XII.

Vtrum qui non poteſt confiteri toto anno tenetur anno tranſato ſtatim confiteri, vel poßit anticipare confeßionem.

LIcet D. Antonius in 2. part. titur. 9. Silveſter in ſumma verbo Euchariſtia. 3. q. 15. magiſter cano in comment. ſuper iſtum articulum, & multi alii teneant quod non tenetur homo confiteri quam primum poteſt tranſacto anno, tamen dico cum magiſtro ſoto quod tenetur, quia ſemper urget præceptum confeſſionis. Ergo debet impleri.

Dices qui non recitavit horas canonicas die determinato non tenetur die ſequenti recitare; imo etiam ſi recitet non ſatisfacit. Ergo a pari de confeſſione Reſp. Negando paritatem, quia confeſſio præcipitur ratione neceſſitatis. Recitatio

vero horarum canonicarum arbitrio humano, & sic qui die 1. Ianuarii confiteretur satisfaceret pro anno præterito omisso, & pro præsenti.

Dico 2. quod qui sciret se non posse confiteri toto anno poterit anticipare, & confiteri, simul & recipere Eucharistiam à quolibet Sacerdote approbato. Probatur quia sicut qui præsideret, non posset audire missam hora undecima quæ est ultima, posset anticipare ergo à pari.

2. Præceptum est pro toto anno. Ergo quolibet poterit adimplere.

Difficultas tamen est propter duas leges. Vtrum qui habent tantum venialia obligentur ad confessionem.

Prima lex habet in clementina varia de statu monachorum ubi præcipitur monachis D. Benedicti, ut saltem singulis mensibus confiteantur, & recipiant sacram Eucharistiam.

2. In Concilio Tridenti. sess. 25. de regularibus, & monialibus cap. 10. ubi sic habetur, *Attendant diligenter Episcopi; & cæteri superiores Monasteriorum sancti Monialium, ut in constitutionibus eorum admoneantur Sancti Moniales, ut saltem semel in mense peccatorum confessionem faciant, ut sacro sanctam Eucharistiam recipiant*: Tamen certum est quod illi non habent semper peccata mortalia confitenda. Ergo. dico quod de facto tenentur peccata venialia confiteri singulis mensibus si non habent mortalia.

2. Qui non potest confiteri sua peccata, nisi per interpretem absolute non tenetur propter periculum, ita magister soto in 4. dist. 18. p. 2. art. 6. victoria in summa quia talis confessio non est secreta, qui tamen est mutus, & surdus tenetur confiteri per scripturam, quæ statim deleatur.

3. In casu necessitatis homo poterit confiteri laïco, & sic illa confessio sit Sacramentalis, & teneantur postea confiteri Sacerdoti, tamen propter humilitatem & confessionem in voto justificabitur.

QUÆSTIO XIII.

Vtrum sit necessarium, quod homo confiteatur proprio Sacerdoti.

Sciendum est quod ille vocatur proprius Sacerdos cui ex officio imcumbit cura animarum, & iste dicitur habere potestatem ordinariam absolvendi à peccatis: unde nota quod non est idem ordinarius, ac proprius Sacerdos, quia ordinarius est ille qui non solum

habet potestatem absolvendi à peccatis, sed etiam ad exercenda officia Hierarchica, ut sunt Episcopi. Parrochi non sunt ordinarii proprie quia habent tantum potestatem subdelegatam: sunt tamen proprii Sacerdotes, quia ratione officii, non ex commissione ipsis convenit circa animarum, & ministrare Sacramenta.

Sciendum est 2. quod jure Ecclesiastico sunt alii judices ordinarii qui licet habeant potestatem subdelegatam à summo Pontifice, vel ab Episcopo, quia illam habent ipso jure, & permanenter omnino appellantur proprii Sacerdotes, & judices ordinarii, Archiepiscopus potest tempore visitationis audire confessiones alterius Diœcesis suffraganeæ legati Apostolici, sunt judices ordinarii. Major pœnitentiarius etiam, sicut cardinales, generales ordinum provinciales, prælati sunt confessores ordinarii.

Nota quod universi prælati ordinum, sicut Episcopi tantum habent summum Pontificem tamquam proprium confessorem, & judicem ordinarium: sunt enim omnes Religiones approbatæ, & exemptæ à jurisdictone Episcoporum, ut habetur in cap. nimis primo de excessibus prælatorum, & in clementina 1. eodem titulo: unde Religiosi non possunt confiteri Episcopis, vel Parrochis, sed tantum propriis prælatis, vel ab ipsis deputatis, ut habetur in extravagantis Benedicti undecimi de privilegiis quæ incipit inter cunctas: unde si in ipsa peregrinatione inveniant religiosum sui ordinis approbatum, non possunt alteri confiteri.

Sciendum est 3. quod omnes fideles regulariter loquendo habent tres judices ordinarios, & proprios Sacerdotes quibus possunt confiteri, summum Pontificem, Episcopum & Parrochum: itaque Episcopi, & Parrochi habent istam potestatem jure divino: sive conferatur immediate à Christo ut dicit soto, sive à summo Pontifice à quo est omnis jurisdictio Ecclesiastica, ut docent durandus, & paludanus in 4. dist. 19. q. 2. per hoc enim quod Christus Dominus instituit unum summum Pontificem, & 12. Apostolos, & 70. Discipulos qui essent coadjutores Apostolorum, consequenter instituit Episcopos, & Parrochos; Episcopi succedunt Apostolis, Parrochi vero sunt loco discipulorum, ut habetur cap. in novo Testamento 21. dist. & sic licet isti omnes habeant jurisdictionem derivatam à summo Pontifice,

tifice; derivatur tamen jure divino ex ipsa Christi institutione his positis.

Dico, quod omnes fideles tenentur confiteri proprio Sacerdoti vel alteri de illius licentia, alias confessio erit nulla.

Probatur primo ex Concilio Florentino in tractatu de Sacramentis & habetur expresse in capitulo, si Episcopus de pœnitentiis & remissionibus in sexto, ubi dicitur quod Sacerdos nullam pœnitus habet potestatem absolvendi à reservatis à superiore & in cap. nullus 9. q. 2. dicitur judicium vel sententiam latam in alienum Parrochianum, vel subditum sine licentia proprii Sacerdotis nil valere, neque ratam esse posse, idem habetur in multis capitulis juris.

2. Ex communi usu totius Ecclesiæ: unde Sanctus Clemens in Epistola prima ad Jacobum Fratrem Domini refert beatum Petrum docuisse confessionem debere fieri non cuilibet præsbytero, sed ei qui preest.

3. Ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 7. ultimo de ratione judicii est, ut fiat à proprio superiore habente jurisdictionem Ergo non potest nisi ab habente jurisdictionem & hoc ex natura Sacramenti.

Objicies primo ex sacris scripturis, & Conciliis, quod omnes Sacerdotes sunt successores Apostolorum, quia omnes accipiunt eandem authoritatem caractheris. Omnibus illis, dicitur Joan. 2. *Quorum remiseritis peccata remittentur eis, quorum retinueritis retenta sunt*, cum eadem verba dicat Episcopus in ordinatione omnibus Sacerdotibus, imo sicut dicitur illis, *accipite potestatem offerendi sacrificium, ita accipite potestatem remittendi peccata.*

Respondeo quod Sacerdotes sunt successores Apostolorum in potestate ordinis, non jurisdictionis, accipiunt igitur potestatem remittendi peccata phisicam, non moralem quæ potestas moralis consistit in jurisdictione supra subditos.

Objicies 2. Ex Concilio Trident. sess. 23. cap. 1. sic determinatur quod semper docuit eandem esse potestatem utramque, ac in Apostolis datæ sunt, conficiendi corpus, & remittendi peccata. Ergo. Imo cap. 15. de reformatione præsupponitur tamquam certum, quod omnes Præsbyteri in sua ordinatione accipiunt potestatem remittendi peccata, sed quod ea non utantur, nisi sint approbati ab ordine ergo signum est quod habent illam potestatem in ordinatione. Ergo sicut quan-

do ipsis prohibetur celebratio missæ peccant, si faciant tamen sacrificium valet, ita à pari deinde capitulo de pœnitentia dist. 1. dicitur quod qui voluerit, eligat sibi confessorem, ad quod ista omnia tantum probant quod habent potestatem phisicam, & quod requiritur jurisdictio quam habent in casu necessitatis ut vidimus.

Objicies 3. in principio Ecclesiæ omnes Sacerdotes erant confessores statim ac ordinati erant, ergo modo etiam quando Episcopus ordinat aliquem Sacerdotem dat illi potestatem quæ est aliqua entitas phisica: ergo quando dat jurisdictionem, vel dat aliquam entitatem novam, vel non si non dat, ergo habent. Ergo. Imo Sacerdos potest absolvere summum Pontificem supremum; tamen non habet jurisdictionem, ergo non requiritur talis jurisdictio. Ergo.

Resp. ad ista omnia quod in principio Ecclesiæ statim accipiebant potestatem absolvendi, simul & jurisdictionem propter exiguum numerum Sacerdotum, ad aliud Resp. quod tantum recipiunt potestatem Phisicam, non moralem in ordinatione ad illud in quo dicitur quod accipiunt potestatem quæ est quædam entitas Phisica, per jurisdictionem fit moralis. Quo ad summum Pontificem. Resp. quod dat jurisdictionem ipse super se confessori à quo absolvitur.

Objicies quarto totum quod addit Potestas jurisdictionis, supra potestatem ordinis est aliquid morale tantum, ergo non est necessarium ad effectum phisicum, sed gratia est effectus phisicus, ergo jurisdictio non erit necessaria ad producendum gratiam. Resp. quod ista moralitas est conditio sine qua non in genere phisico ex Christi institutione, sicut causa phisica non potest operari nisi aplicetur, ita illa moralitas.

QUÆSTIO XIV.

Utrum Religiosi & qui non habent curam animarum possint audire Confessiones.

Notandum est, quod Ioannes 22. concessit potestatem Religiosis, ut possint confessiones audire, & anno Domini 1322. Ioannes de Poliaco vocatus est Romam, & compulsus est sententiam revocare, ut potest in extravaganti, vas electionis ipsius Ioannis 22. in-

qua determinatur expresse confessos fratribus non teneri amplius aliis confiteri.

2. In cap. utriusque sexsus determinatur ut fideles possint confiteri aliis ex licentia proprii Sacerdotis.

2. Notandum est quod Benedictus undecimus alias frater petrus de tarentalia Dominicanus copiosius istam facultatem concessit, cum in extravaganti inter cunctas de privilegiis præcipiat, ut fratres possint prædicare & confessiones audire sæcularium sine licentia Episcopi & nulla facta præsentatione. Postea Clemens quintus in clementina dudum de sepulturis restrinxit totam facultatem & voluit ut peteretur licentia Episcopis quam si nollent concedere possent tamen confessiones audire, nostris temporibus sublata est talis facultas à Concilio Tridentini sess. 23 cap. 15. his verbis *quamvis Præsbyteri in sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant decernit tamen sancta Synodus, nullum etiam regulroum posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut Parrochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen si ei videbitur necessarium, aut alias idonei judicetur, & approbationem quæ gratis detur obtinet privilegii consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus.*

Objiciunt contra ista primo martinus 5. Edidit intentionem in qua præcipit, ut illi qui ex privilegiis confessi sunt fratribus iterum confiteantur propriis Sacerdotibus Sixtus IV. in extravaganti, vibellius præcepit fratribus mendicantibus, ne prædicent. Placuit & pervenit 6. q. 1. dicitur quod monachi non habent potestatem ad injungendam pœnitentiam Sacramentalem.

Respondeo quod ista omnia probant sine licentia Episcopi. Henricus de Gandavo tenuit quod Parrochiani qui confitentur aliis, teneantur confiteri proprio Parrocho semel in anno, etiam de confessis. Ioannes de Paliaco magis vult & loquitur quando dicit. Quod Deus ipse non potest dare talem potestatem, & facultatem Religiosis, & quod confessiones factæ ipsis religiosis non sunt Sacramentales dico igitur quod Religiosi possunt confessiones audire quando sunt approbati ab Episcopo. Hoc patet ex dictis. 2. Quando quis est semel approbatus in aliqua diœcesi & recedit ab illa per multum tempus non indiget nova aprobatione etiam si de novo veniat novus Episcopus, si talis Epis-

copus, si talis Episcopus non retractet cum gravi & justa causa.

DISPVTATIO XVI.

De Casuum reservatione.

QUÆSTIO I.

Quænam personæ possunt sibi peccata reservare.

BRevem Tractatum de casibus reservatis præmittendum putavit, antequam veniam ad personas Ecclesiasticas in particulari, quibus competit jus primi principii.

Authoritas peccata remittendi, aut reservandi ab initio absque ulla exceptione personarum, absque exceptione peccatorum: Imò absque ulla exceptione loci, aut temporis data fuit à Christo qui dixit Ioan. 10. cap. 2. *Quorum remiseritis peccata remittentur eis, quorum retinueritis retenta sunt*; non enim dixit istorum, aut illorum hominum, ista, aut illa peccata, sed simpliciter & indistinctè; hæc tamen potestas fuit, potestas remota nempe potestas ordinis tantum, quæ ad judicandi pœnitentes, aut peccata remittendi actum prodire non potest absque potestate.

Proxima vero potestas jurisdictionis, dicitur ex cap. placuit de pœnit dist. 6. cap. quod autem, & fuit declaratum in Concilio Trid. sess 151. cap. 7. quamvis enim Sacerdos in Sacra ordinatione recipiat potestatem supra verum Corpus Christi, in facultate consecrandi, accipit tamen illam, non potest nisi præsentem habeat materiam quam velit consecrare, ita licet idem per remittendi peccata potestatem, jus habeat in corpus misticum nam tamen exercere non possent, nisi eidem subdatur materia conveniens, quæ judicetur, & hi sunt fideles ejusdem jurisdictionis subjecti; nam & jurisperitus dum laureatur judicandi potestatem accipit, ea tamẽ otiosa remanet, quousque isti subdãtur populi quos judicet, hæc potestas jurisdictionis super omnes gentes à Christo immediate data fuit uni petro cui dictũ est Ioan. 10. cap. 21. pasce oves meas ut ex ipso totum corpus transfunderet ex cap. ita Dominus 19. dist. ut ostenderetur unitas Ecclesiæ quæ non esset una, nisi totum ipsius corpus unum caput esset. Cap. loquitur 24. quæst. 1. ut notat præpositus

ſup. dicto cap. & licet Apoſtoli hanc juriſdictionem immediate acceperint à Chriſto, nihilominus hoc ex privilegio datum eſt; noluit enim Chriſtus prævenire Petrum à quo eandem poteſtatem erant acceptari, ut dicit cayet. opuſcu. tomo 1. cap. 3. & 4. de authorit; Papæ & Conciliorum.

Ergo à voluntate Papæ pendet illam concedere, limitare, ampliare, reſtringere aut ſuſpendere, imò in totum tollere. Henniq de pœnit. ſacramento lib. 3. cap. 1. tit. 2. ut ulterius clavis uſus: quare licet primis Eccleſiæ temporibus nulli Sacerdoti eſſet coarctata juriſdictio, dum quilibet fidelis à quolibet Sacerdote permittentibus id ſummis Pontificibus indiſtincte Sacramenta reciperet, quia omnes erant quaſi tot Pontifices quod elicitur ex cap. 1. 13. quæſt. 1. neceſſarium tamen fuit ad Tollenda diſſidia jam damnata illum coarctari.

Cum vero diverſis mundi partibus fidelium numerus multiplicaretur, coarctari magis debuit talis juriſdictio & ſic diviſæ fuere Parrochiæ à Dioniſio Papa ut videre eſt 13. quæſt. 1. cap. 1. ut ſinguli proprium paſtorem cognoſcerent, ut alter in alterius fines non irrumperet 9. quæſt. 2. cap. 1. propterea ſtatutum fuit non ſolum qui alium Parrochũ non adiret pro Sacramento pœnitentiæ verum etiam pro audienda miſſa Dominicis diebus extra dictã Parrochi cap. 2. & ita dicti ſunt Parrochi à parte juris ipſius populi, ſic juriſdictio coarctata fuit primo quantum ad loca & perſonas.

Permiſſum tamen erat Parrochis quoſcumque Sacerdotes inconſulto Epiſcopo qui libere pœnitentes abſolverent, ut liquet ex dicto cap. placuit, & cap. omnis. Quod notavit, hoſt in ſumma tit. de pœnit. & remiſ. ff. cui confitendum, cum vero factum fuit, ut nimis idonei ad regimen animarum aſſumerentur, talis Parrochorum juriſdictio reſervata fuit à Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. de reformat, quod decrevit quod nullus Sacerdos poſſit audire confeſſiones, niſi aut Parrochiale beneficium obtinuerit, aut ab Epiſcopo fuerit approbatus, ut has ſolas Parrochi poſſunt admittere abſque Epiſcopi licentia ad ſuorum ſubditorum audiendas confeſſiones: nunc vero Parrochus unus poteſt audire confeſſiones per totam Diœceſim ſubditorum omnium aliorum Parrochorum, ita de religioſis ſemel approbatis ab Epiſcopo poſſunt in tota Diœceſi audire confeſſiones;

olim non reservabantur nisi in omnia crimina sed in Concilio Lateran. sub Innoc. 2. cepit absolute limitari jurisdictio quantum ad peccata & illorum absolutio reservari. 1. fuit violenta manus in clericum 17. quæst. 7. si quis suadente, ut nullus posset absolvere etiam Episcopus, sed Apostolico conspectui se præsentare cogeretur. Sotus in quæst. 4. dist. 22. quæst. 2. art. 3. versu: postea diversi casus fuere reservati sedi Apostolicæ qui sunt dispersi per canones, & sommissos collecti in verbo excomunicationis quos videri poterunt.

Vltro præcedentes casus alii sunt qui jure ipso reservantur Episcopis cap. si Episcopus & ibi glos. In verbo reserventur de pœnit. & remissione lib. 6. qui vero & quot sint videri possunt apud dist. Glossæ, & hostiensis in summa ff. cui confitendum circa finem hanc reservandorum potestatem nemo prudens poterit negare, cum Christus ipse demonstraverit exemplo, dum dixit. *Alia quidem peccata ad minores judices: alia vero ad majores spectare.* Matth. 5. *qui irascitur fratri suo reus erit judicio, qui autem dixerit fratri suo racha reus erit Concilio.* Iudicium apud hæbreos erat Congregatio 23. virorum, Concilium vero 70. ut notavit Baronius in suis annal. tom. 1. Christi anno 32. n. 11. & 12.

QVÆSTIO II.

Qui possint peccata reservare.

SAtis constat ex dictis ad quos pertinent peccata reservare, cum radix sit jurisdictio quæ à summo Pontifico descendit ad alios, & sic pertinet ad ipsum primario reservatio casuum conscientiæ, non solum in foro conscientiæ, sed de qua fit sermo in Concilio Trident. sess. 17. cap. 7. sed etiam in foro interiori de qua in codẽ Concilio sess. 27. cap. 5. de reformatione.

Episcopi ultra casus reservatos à jure possunt alios sibi reservare ex jurisdictione quam habent à Papa post electionem confirmationem, aut aliam ordinationem, etiam tacite concessam per traditionem, aut consuetudinem, ab ipso petro usque modo continuatam. Hujusmodi potestas confirmatur ex Clem. dudum §. per hujusmodi de sepulturis. Clem. 1. de Privilegio extravag. 1. §. ut autem & §. incendiarios, & novissime per Concilio Trident. sess. 27. cap. 7.

Sciendum est confessarium,

alium esse cui potestas jurisdictionis ordinariæ competit de jure Ecclesiastico ratione tituli suarum Ecclesiarum, alium ex delegata ad audiendas confessiones quæ non est coarctiva, ut prior, confessariis minus convenit potestatem limitare quia debent oves suas cognoscere subdelegatis qui ex voluntate, utinam non ex voluptate convenit manus abretiare ne quasi invitas trahant.

Circa limitationem audiendi confessiones subdelegatorum non intelligimus regulares, quibus Episcopi plures casus non possunt interdicere illorum absolutionem sibi reservando, quam Parrochis interdicant; si enim non possunt regulares sæcularium confessiones audire absque licentia Episcopi per Clem dudum ff. statuimus. Etiam de sepult. & per glos. ibidem in verbo prælatorum. Novissime per Concilium Trid. sess. 23. cap. 15. nihilominus statim ac sunt admissi confessarii delegati à Papa à quo habent jurisdictionem, propterea possunt audire confessiones omnium ad eos in eorum loca confluentium, & si non fuerit in diœcesi Episcopi à quo fuerint admissi ex privilegio concesso à Sede Apostolica Navari in manu cap. 27. num. 266. quare approbatio est ab Episcopis potestas à Papa.

Ex privilegio itaque dictæ Clem ff. per huiusmodi regulares in audiendis confessionibus quantum ad casus reservatos Parrochis ipsis debent esse pares; quomodo autem hæc paritas sit mentienda est diversa DD. Sententia. Ne in tanta difficultate apperiatur Episcoporum repugnantia utrâque sententiam afferam cum suis probationibus validissimis Ex utraque parte, relinquendo judicium doctoribus.

1. Sententia tenet quod ista authoritas quæ data est religiosis attendenda est tantum circa casus reservatos à jure, non vero quantum ad casus reservatos ab homine quos Episcopi sibi reservant per statuta sinodalia, vel alia quæcumque edicta, nisi annexam habeant censuram, quia tunc abstinere debent religiosi per clem religiosi de privilegio. Ita Sylvester verbo confessor. 2. q. 5. Nicolaus de Orbellis in 7. dist. 18. q. 2. ff. 2. Albastus in aureo rosar. sacræ Theol. tom. 4. verbo casus quesito ultimo quod probatur duplici authoritate.

1. Ex dicta Clem. religiosi de Privilegiis, ubi prohibetur religiosis absolvere tantum mo-

do excommunicatos, aut à canone, aut à sententiis per statuta provincialia, aut sinodalia, quibus verbis videntur includi soli casus Episcopales, quibus annexa est aliqua censura, non alii.

2. Extravag. inter cunctas de privilegiis ff. incendiarius ubi enumerat certos casus quos tantum approbat consuetudinem Episcoporum reservandi eosdem, in reliquis derogando simpliciter & circa finem. Clem. dudum de sepul. cassantur omnes consuetudines. Ergo ab illis tantum prohibiti erunt, non autem ab aliis deinceps reservatis.

3. Quod si à quibusdam casibus per Episcopos reservatis tenerentur abstinere fieret fraus, & injuria illorum privilegiis quæ sunt remuneratoria, non pure gratuita, quibus nemini licet derogare, imo quod summi Pontifices in remuneratione concessorum non licet inferioribus derogare, ut lex canonica sonat inferior non habet jus in superiorem. Ergo Episcopi non possunt impedire religiosos absolvere ab omnibus casibus in quibus non est annexa censura.

2. Sententia est solius navarri Probatur 1. ex clem. dudum ff. per hujusmodi sic loquitur. *Per hujusmodi autem concessionem nequaquam tendimus personis, seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis potestatem in hoc impendere ampliorem quam ipsis curatis, vel Parrochialibus Sacerdotibus est à jure concessa, nisi forsan eis Ecclesiam prælati uberiorem in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam.* Huc usque Clem. Si ergo Papa non intendit ampliorem facultatem concedere religiosis, quam sit à jure concessa Parrochis, & hi non possunt absolvere à casibus reservatis Episcopis ex cap. si Episcopus de pœnit. & remis. tit. 6. & cap. 7. sess. 14. Concilii Trident. ergo neque religiosi poterunt absolvere etiamsi fuerint reservati post dicta clem. sic sentit à BB. super eandem Clem. num. 34. 35. sotus in 4. dist. 18. 94. art. 3. circa medium versus. Etiam hujusmodi fratres: Nau. in manu, cap. 77. num. 266. & opinio contraria non est in usu, ut uti testatur sotus ibidem Concil. Trident. dist. cap. 15. sess. 23. & evidentius in cap. 7. sess. 14. in quo conceditur absoluta, & indistincta facultas Episcopis reservandi casus in sua Diœcesi, sed hic potest tantum intelligi pro suis Sacerdotibus immediate sibi subjectis, non religiosis.

2. Privilegia post Concilium Trident.

Trident. concessa mendicantibus à Pio. 5. Greg. 13. per constitutionem quæ incipit in tanta rerum, & negotiorum mole edita anno 1572. illa revocavit, & ad dispositionem sive juris communis, sive decretorum Concil. Trident. omnia concessa reduxit his verbis. *Ita enim; de prædictis aliis omnibus literis, & constitutionibus quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quarumcumque regularium etiam mendicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus quibuscumque in eis contentis eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subjecta materia futurum esse quæ sive ex jure veteri, sive ex sacris D. Concil. Decretis, sive alias legitime ante dictam litterarum & constitutionum editionem erat, si ipsi non emanassent futura fuisset, ad quam dispositionem, & decisionem suum pristinum statum illa omnia reducimus: quin etiam abrogamus omnia irritantia & alia decreta, & quæcumque alia nostris statuto ordinationi, & reductioni adversantia.* Sed in hoc dicunt religiosi non potuisse fieri.

3. Anno 1578. declaratum fuit per sacram illustrissimorum Cardinalium Congreg. super decretis Concil. Trident. præpositorum omnia regularium privilegia quo ad supra dicta in totum abrogata fuisse.

4. In decreto sacræ Congreg. Illust. Card. super negotiis, & consultationibus Episcopis, & regularium præposit. ex speciali mandato Clem. 8. vivæ vocis oraculo derogatum fuit, quoad hæc omnibus, & quibuscumque privilegiis, & quorumcumque ordinum prout videri poterit infra cap. 7. ubi refertur de verbo ad verbum dicta decreta.

4. Regularium superioribus, nempe generalibus, provincialibus, Prioribus, Guardianis 6. concessit casus occultos reservare à quibus reservandis inciderent in pœnam absolventium à casibus non concessis per constitutionem Clementis 8. editam anno 1593. 26 Maii, certi casus regularibus fuerint reservati qui sunt.

A beneficia incantationes sortilegia.

Apostasia a religione sive habitu demissio, sive retento, quando eo pervenit, ut extra septa monasterii fit egresio nocturna, ac furtiva e monasterio, sive conventu egressio, etiam animo non appostandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis quæ sit peccatum mortale.

Lapsus carnis voluntarius opere consumatus.

S f

Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujuscumque personæ.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à superioribus ad inferiores, & econtra. Iuramentum falsum in judicio regularis legitimo procuratio auxilium, Consilium ad abortum post animatum factum, etiam effectu non secuto.

Falcificatio manus, aut sigili officialium monasterij, aut conventus.

QUÆSTIO III.

Quare sit permissum peccata reservare.

QVis audiens hæc verba. *Quodcumque ligaveris super terram erunt ligata, & in Cælis*, dubitabit omnem D. Petro Collatam fuisse potestatem, sed illa verba, non sunt consona factis; audivimus enim aliquem esse absolutum quantum ad Ecclesiam, & ligatum quoad Deum, & econtra, ut legitur contra de Sent. excomm. cap. à nobis l. 2. & 5 August. supra Math. pro ut refert Gratianus 11. q. 3. cap. ridiculum ait. Ridiculum est dicere aliquem mundum à peccatis esse quibus erat ligatus ex hoc solo quia Episcopus habet hujusmodi potestatem, quod soluti ab eo sint soluti in cœlis, & ligati in terris, ligati sint in Cælo, expresse innuens: non semper evenire, quod Christus solutum ab Ecclesia solvat, & ligatum ligat: quomodo ergo cõstabit veritas promissionis Christi jam omni cui appetitur non aperit, & cui clauditur non claudit, nunquid forsan decepte absit: quid igitur.

Respondeo non unam, sed duas Ecclesiæ datas fuisse claves à Christo, ut una apperiatur altera claudatur, cum una & eadem clavis ad apperiendum, & claudendum sit satis sed ut de illa qua apperis, & claudis pendeat altera, tunc non apperit, Deus neq; claudit, quia videris apperire sed non aperis, licet manu claves contractes. Quibus apparet nõ satis esse habere clavem potestatis, nisi scias qua ratione illa utaris, hujusmodi rectitudo, & hujusmodi ratio qua possis bene operari per clavem potestatis, est altera clavis à Christo data, ut moderamen illius cui debet esse conjuncta, dum apperis, & claudis & tunc cujuscũsq; apperies aperiet Christus, & cuicumq; claudetis, & ipse claudet, quotiescumque igitur recto judicio non absolvis, aut non ligas, tunc Deus absolutum à te non

absolvit, & legatum non legat, 24. q. 3. si quis non recto, quia claves ab invicem separas, & altera rejecta, nempe judicii, alteram tantum potestatis admitis cujus unius vanus est usus.

Igitur in Ecclesia est potestas retinendi peccata, sint, & remittendi, in hoc tamen non poterunt ij ad quos illud jus spectat ex simplici bene placito quocumque peccata retinere, alias recta non erit hæc retentio apud Deum: tutius tamen erit parere superiori, ut notat à BB. super caput Deus quod de pœnit. & remissio. ut diximus.

Duæ sunt rationes retinendi peccata. 1. inormitas criminis quia causæ graviores ad majores judices sunt referendæ 18. dist. de Concil. 65. dist. de persona 2. quæst. 6 omnis oppressus, & extra de off. legati ut oportuniora remedia afferantur. 2. Difficultas impetrandæ veniæ homines reddantur minus proclives ad committenda peccata, ut patet ad litteram in extravag. & si Dominici de pœnit, & remiss. extr. de vita honestate clericorum, ut confundantur peccatores coram prælato, & erubescant Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. dicit Episcopis licere peccata reservare ad ædificationem non ad destructionem, & sic aliqui dicunt, quod quando peccatores erubescunt coram Episcopo se præsentare, & multoties se præsentarunt absque absolutione cessat casus, & si reservatus, quia finis reservandi peccata cessat, qui est ut peccatorum saluti consulatur non perditioni.

QUÆSTIO IV.

Quæ peccata sint reservanda.

GRaviora crimina sunt illa quæ convenit reservari, & excommunicationem majorem annexam habent, ut docuit Concil. Trident. cap. 7. sess. 14.

Sciendum est 1. peccata mentalia quamtumvis mortalia non posse reservari, & sic quamdiu non prodit ad exteriorem actum, confessarius debet judicare non reservatum Iacob. de Grafta decis. pp. 1. lib. 1. cap. 13. quia peccata pure mentalia non possunt judicari non sic Ecclesia judicet in foro exteriori de peccatis intentionis, sed soli Deo illa reserventur cap. erubescat 32. dist. 1. potest tamen prælatus suis confessariis prohibere hujusmodi peccatorum mentis absolutionem, quia alia est ratio interioris fori, sed tamen inique faceret reservando

illa propter frequentiam peccatorum mentis.

Vnde hæresis mentalis quæ nullo verbo, nullo scripto, nullo signo, aut opere exterius expressa est, non est reservata, & talis non est excommunicatus. Ita cajet. opuscul. tom. 1. tract. 1. cap. 19. de authorit. Papa Sylvester verbo excomunicatio 7. num. 3. Navar. in manu cap. 11. Covard. super regulam peccatum, secus esset, si aliquo in prædicti signis etiam nomine audiente, aut sciente expressisset quia est actus exterior qui prohibetur, & reservatur, esset excommunicatus.

2. quando verba non consentirent, ut qui legit scriptam hæresim tantum animo non retinendi, non est excomu.

3. Exteriora peccata quæ reservantur, intelliguuntur reservata quatenus completum actum habent, & non attentatum, solum, aut incohatum, quia dum de crimine loquimur semper intelligimus de illo, quod consumatam injuriam, non cæptam significat. de pœnit. dist. 1. cap. hæc autem & glos. ibidem super verbo. cum effectu. Ideo qui litteras scripsit ad monialem ad quam illas misit si ad ipsam non pervenerint, non erit excommunicatus per edictum prohibens hujusmodi litteras sub excomm. latæ sententiæ. Navar. lib. 5. cons. de sent. excommun. cons. 60. altera ratio est quia in jure pœna imposita propter quodcumque delictum non habet locum nisi illud fuerit consummatum, non vero inchoatum à BB. super caput cum in cunctis ff. clerici.

Ex quibus infertur in cœstū puerorum non esse reservatum; quia per illud, nec perditur virginitas, nec contrahitur affinitas. Ita Silvester verbo casus. quæst. 5. Henriq. de pœnit. sacram. lib. 3. cap. 14. Iacob de Grasta ita. Neque isti extra vas semen emiserunt, quia nulla contrahitur affinitas.

Idem dicendum est de enormi bestialitate si non fuerit completa per effusionem seminis intra vasa. navar. manu cap. 27. num. 249.

4. Peccata venialia non possunt reservari, nisi emergat grave damnum, tunc ex prohibitione superioris fiunt mortalia, ut alloqui moniali prohibitur sub censuris licet, ex sua natura non sit peccatum, sicut est prohibitum accipere tabacum in Ecclesia S. Petri Romæ.

Sed difficultas est de aliis peccatis mortalibus ex sua natura, ut homicidias, de comestione carnium in diebus prohibitis,

quæ in aliquo casu contingerat peccata non esse, ne dum venialia, non sunt tunc reservata, sic qui committit homicidium in sui deffensionem 23. quæst. 5. cum homo similiter qui manducat carnes diebus prohibitis propter infirmitatem. Extra de observat. jejuniorum cap. concilium.

Modicitas rei, sicut excusat à mortali excusat, etiam à censuris, & reservatione, ut modicitas rei in Ecclesia, quamvis subtractor habuisset intentionem plura subtrahendi, & sic & peccasset tunc mortaliter ex cap. fin. 14. quæst. 6. illud sacrilegium non esset reservatum quia ad reservationem requiritur quantitas operis externi. Ita de aliis.

QUÆSTIO V.

De casibus reservatis in particulari Summo Pontifici in Bulla Cœnæ.

PRimus casus est hæreticus, & qui libros hæreticorum legunt sine licentia. S. Pontificis. Vbi nota, quod Bulla Cœnæ vocatur processus quo S. Pontifex singulis annis in die jovis Sancta. Varia genera peccantium excommunicat cum reservatione, & sic nota quod omnes casus reservati à Summo Pontifice sunt sub censuris.

2. Casus. Qui appellant à Papa ad futurum Concilium & dantes Concilium, & favorem.

3. Piratæ, latinnenti maritimi.

4. qui rapiunt naufragorum bona.

5. Qui imponunt nova pedagia, & gabellas qui ad hoc non habent potestatem.

6 Falcificantes litteras Appostolicas.

7. Deferentes arma, vitualia, aut juvantes Turcas ad bellum contra Chistianos.

8. Impedientes eos qui vitualia deferunt ad Romanam curiam.

9. Qui lædunt peregrinos euntos ad loca sancta.

10. Offendentes, interficientes, mutilantes, aut incarcerantes Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, legatos Ecclesiæ & nuntios.

11. Qui offendunt, impediunt recurrentes ad curiam Romanã pro causis & negotiis.

12. Sæculares judices qui causas Ecclesiasticas ad se adducunt.

13. Qui impediunt Prælatos Ecclesiasticos ne sua jurisdictione utantur.

14. Qui usurpant Ecclesiarum jurisdictionem fructus redditus aut sequestrant.

15. Qui imponunt collectas decimas personnis Ecclesiasticis Monasteriis absque licentia S. Pontificis.

16. Iudices sæculares qui in causis criminalibus contra personas Ecclesiasticas se interponunt aut processant.

17. Qui occupant loca & terras Ecclesiæ Romanæ.

18. Qui rapiunt super Lectilia palatii tempore infirmitatis Pontificis.

19. Qui præsumpserit ab illis absolvere qui incidunt in excommunicationem.

QUÆSTIO VI.

De casibus reservatis S. Pontifici à jure.

1. Casus qui est excommunicatus à adelegato Papæ si integro anno permanserit sine absolutione.

2. Qui habet litteras falsas Papæ.

3. Clerici qui participant in divinis tam in Ecclesia, quam alibi cum excommunicatis notoriis.

4. Incendiarius denunciatus.

5. Qui communicant in fractione propter spoliationem Ecclesiæ.

6. Venantes eos qui incessevint sententiam excommunicationis aut suspensionis contra Reges.

7. Omnes inquisitores inferiores Episcopis qui odii gratia amore lucri contra Iustitiam egerint.

8. Qui sine licentia Parrochi administraverit Sacramentum Extremæ-unctionis, Euchatistiæ, aut benedixerit nuptias, aut absolverit excommunicatos, præterquam in casibus à jure expressis.

9. Qui cogunt aliquem ad hæc, ut se in suis Ecclesiis sepeliantur per votum per juramentum.

10. Qui cogunt celebrare divina in locis interdictis.

11. Qui capiunt aliquid ad ingressum ad religionem.

12. Qui committant simoniam ad ingressum ad beneficia.

13. Qui dixerit B. Virginem fuisse Conceptam in peccato originali, & crediderit ex Bulla Sixti V.

14. Cardinales revelantes secreta Consistorii prohibita.

15. Qui prædicant miracula falsa aut incerta.

16. Qui ingrediuntur septa monialium sine licentia ejus qui dare potest sive viri sive mulieres

QUÆSTIO VII.

Casus reservati Episcopis à jure.

1 CAsus sacrilegi incantores cum expresa Demonis invocatione, aut sacrorum abusu qui tamen errorem non habent in intellectu pro quo.

Nota quod præstigium sit quo hominum oculi illuduntur opere demonum divinatio per somnium necromantia, divinatio per Pithones divinatis persigna, & figuras apparentes in rebus inanimatis. Astrologia judicialis augurium, auspicium, omen, chiromantia, speculantia scilicet ex considera. tione signorum, Iermantia ut ex taxillis jactis.

2. Blasphemia in Deum, in sanctos, in humanitate Christi.

3. Homicida voluntarius, suffocanti proprios filios etiam casu, qui ab ortum procuraverit etiam effectu non sequuto, & sic qui mulierem prægnantem percusserit graviter.

4. Casus est sacrilegium qui rem carnalem habuit cum moniali, cum commatre, aut filia spirituali, aut Parrochiana qui Ecclesias, aut cœmeteria poluerit, ubi.

Nota, quod commater dicitur etiam incæstus quia commater dicitur ista quæ me baptizavit, aut de baptismo me suscepit, aut ejus filium baptisavit aut de baptismo lectavit, aut quæ filium meum baptizavit, vel de baptismo suscepit. Idem est de confirmatione talis conatio non contrahitur per procuratorem, neque ante virum, & uxorem, si alter eorum urgente necessitate proprium filium baptizaverit, & non impedit ista reddicionem, nec petitionem debiti, nisi filius sit ex fornicatione susceptus.

Deinde inter virum, & mulierem suscipientes puerorum de baptismo nulla contrahitur cognatio compaternitas, aut commaternitas.

5. Casus filius qui percusserit patrem, aut matrem, & pater qui vendit filios.

6. Bestialitas, sive activa, sive passiva, exceptis pueris ante 15, annum.

7. Sodomia, tam activa, quam passiva.

8. Incestus in 1. vel 2. consanguinitatis, vel affinitatis matrimonialis grado.

Quantum ad viros, mulieres vero in 1. grado.

9. Concubinarii publici, aut consuetudinarii.

10. Conficietes libros famosos

QUÆSTIO VIII.

Quam pœnam incurrant absolventes à Casibus reservatis sine licentia & authoritate.

LIcet Sacerdos ex vi characteris quē in sacra ordinatione suscepit potestatē recipiat in Corpus Christi non tamen recipit exercitium potestatis in Corpus mysticum, etsi post receptionum ordinet, consecret licite consecrat; non tamen efficaciter absolvit, quia absolutio pertinet ad jurisdictionem, non prodit à charactere, sed ab homine tunc est quod suspensus ab executione ordinum excommunicatis depositus, degradatus, & sic consecrandi actu privatus, si defacto consecraret, vere consecraret, licet peccaret graviter, at suspensus, vel prohibitus ab auditione confessionum si de facto audiat, & absolvat nulla est absolutio.

1. Tenetur qui absolvit à casibus reservatis admonere pœnitentem nullam esse absolutionem; si vero non possit propter absentiam relinquendus est in bona sua fide, vel impetrata licentia absolvendi absolvere potest absolvi absens ab excommunicationes, non à peccatis.

Pœna vero absolventis à casibus reservatis est ut si sic regul[illegible]is qui præsumpsit absolvere ab excommunicatione lata à Canone exceptis casibus exceptis casibus expressis, est ipso facto excommunicatus, & devolvitur ad Sedem Apost, similiter quicumque absolvit à sibus in Bulla Cæna, sit excommunicatus, hodie vero quicumque absolvit etiam à casibus Episcoporum Sinodalium, est excommunicatus ex decreto sacræ Congregat. Card. die 9. Januarij edicto 1601. ut ex dedeclarotione ejus 26. Novembris 1602.

QVÆSTIO IX.

Quando liceat Episcopo absolvere à reservatis Papæ.

I Casus est legitimum impedimentum quod dicitur dupliciter, vel quia sit à Canone, vel à lege expressum vel Consonum legi, vel à lege fallendum, quod est quando judicio viri est æquale, vel majus aliquo expresso in lege, sed absolutus quando ejus poterit debet se præsentare Papæ alioque incidit de novo excommu-

communicatione.

Alter casus in cap. liceat Episcopus 24. sess. Concil Trid. de reformat, quæ præclara facultas illis imbuitur ergo.

Nota quod talis facultas datur Episcopis solum pro suis subditis; imo pro regularibus excomptis, & sic præcipuus casus est pro occultis, ut hæresi oculta, illud proprie non dicitur nototium sed occultum, quod non est per sententiam declaratum, sive quando Author non scitur quamvis actio sit notoria.

3. Casus ut Episcopus possit absolvere ab excomunicatione Papæ quēcumque cōfessarium, qui malitiose absolvit à casibus reservatis Episcopis contra decretum sacræ Congreg. superius adductum.

4. non potest dispensare super irregularitatem ex delicto v.g si quis exercuisset ordinem sacrum susceptum ante legitimam ætatem, nisi sit occultum, bene ex homicidio voluntario exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, ita Navar. lib.1. conf. de tempore ordinat. 39. & Sayr. in Thesauro lib. 4. cap. 14. num. 11. poterit demandare facultatem ex illa dispensandi irregularitate Vicario Generali.

5. Possunt eligere Confessarium quem voluerit qui ipsum absolvat ab illis irregularitatibus. In dicto capitulo contentis Gloss. l. 9. non tamen secū dispensare super juramentis, aut votis ab ipso factis.

Omnis facultas data per dictum capitulum Episcopis devolvitur ad capitulum Episcopali sede vacante, vel Episcopo detento apud Infideles. Gloss. super caput hisq; extra, eodem titulo. Ita devolvitur ad Vicarium electum, & confirmatum per ipsum capitulum sede vacante Concil. Trid. sess. 24. reformat.

Eadem authoritas fuit concessa superioribus ordinum prælatis Ordinis Prædicatorum ex Bulla adita 1. mensis Julij 1571. Fratribus Minoribus, & aliis taliter absolutus, & dispensatus in foro conscientiæ debet tollerari in foro exteriori, si delictum fuisset publicum.

QUÆSTIO X.

De aliis casibus à jure.

DUo sunt casus in quibus quilibet Episcopus inferior potest absolvere à reservatis. Primus est in art. mortis post Concil. Trid. absque ulla limi-

tatione, etiamsi Sacerdos sit suspensus, interdictus, excommunicatus, dummodo sit Catholicus, non hæreticus, cum Concil. Trid. non determinet & hoc de jure Divino, secundum aliquos de jure positivo secundum alios.

Mortis articulus intelligitur quodcumque periculum ut ex naufragio eminenti, aut propter longum iter super mare, aut ratione servitatis, aut gravis infirmitatis, aut mulieris prægnantis.

Absolutus à censuris in art. mortis debet prius satisfacere parti læsæ, si cum voluerit, se postea præsentare Superiori, non ut iterum absolvatur, sed ut mandatis ejus obtemperet paratus majorem pœnitentiam aceptandi aliaque. Iterum incidunt in censuras nisi adveniat aliquod jubileum absolutus à reservatis non tenetur se præsentare Superiori.

Non est necesse, ut confiteatur, si non potest, dummodo ostendat signa contritionis cap. 15. qui 26. q. 6. dicta dispensatio. Non extenditur super votis, irregularitatibus aut juramentis, quia illa non sunt peccata quæ viam salutis præcludant.

Possunt Superiores ordinum, Priores, Guardiani, Abbatis absolvere ab excom. ob levem percutionem Clerici.

QVÆSTIO XI.

De aliis Casibus ab homine.

PRæter illam facultatem concessam à jure, est alia ab homine, id est ex privilegio, vel ex vi Jubilei, vel Bullæ cruciatæ, vel Indulgentiæ plenariæ, quæ facultas non extenditur ad censuras, nisi Episcopus concederet omnem suam facultatem, aut concederetur facultas absolvendi à casibus Apost. Sedi reservatis, cum illi annexam habeant censuram; non tamen ad votorum cōmutationem, aut ad irregularitatem, cum illæ non sint casus.

Quæritur, an confessarius habens omnem authoritatem absolvendi à proprio Episcopo possit absolvere à casibus reservatis pœnitentem alicujus Diœcesis venientem ad se Respond. affirmativè quia suus Episcopus habet tantam facultatem ac alius alterius Diœcesis. Ergo poterit dare confessario illam eamdem authoritatem.

Quæritur 2. an qui comisit peccatum in quo est reservatio inpropria Diœcesi possit absolvi in alia in qua tale peccatum non est reservatum à confessario

approbato. Respŏdeo quod Eug. IV declaravit hæc fieri posse in paschate incolæ illius loci, & peregrini, licet sine licentia concessa à proprio Episcopo; non vero extra hunc casum cap. si Epis. de pœnit. & remis. lib. 6.

Quæres 3. an Guardiani, aut Priores id possint. Respondet solus non posse in c. 4. dist. 18. q. 11. art. 2. posse tamen licentia Episcopi loci.

Quæres 4. an excommunicatus Possit absolvi in aliena Diœcesi, Respondeo posse absolvi ab Episcopo loci propter rationem superius allatam, nisi fiat fraus, idest quod pœnitens ea intentione vadat alienam Diœcesim postea statim reversurus ad suam. Quæres an Episcopus sibi reservavit talem excommunicationem possit absolvi pœnitens excommunicatus in aliena Diœcesi. Respondeo quod non potest, nisi vel Superiore, aut à Successore. Ostiensis in summa disens excom. num. 12. ff. quis possit nisi excommunicatus longe abesset à loco.

Quæres ultimo an qui habet facultatem absolvendi à casibus reservatis possit alteri delegare.

Respondeo qui potest absolvere in officio suo juris ordinarii, aut privilegii perpetui sibi competentis ratione dignitatis ut Archidiaconus bonaviensis qui potest absolvere studiosos bonavienses poterit alteri delegare ita glossa superdicto cap. fin. idem de quocumque habente jus ordinarium sive delegatum à Principe dummodo jurisdict. habeat. Ita glos. eadem ex quibus deducitur quod delegatus ab Episcopos cum causæ cognitione super casibus reservatis potest alteri subdelegare simplex Ministerium sicut delegatus Papæ, non vero causæ cognitionem, nec suam jurisdictionem ut Navar. manu cap. 27. covard. ibidem.

QUÆSTIO XII.

Ratio servanda in absolutione à Reservatis.

QUando Superior vult tantũ audire reservata peccata poterit pœnitentem tantum à reservatis absolvere, ita usus Eclesiæ & fere omnes dd. sed est.

Difficultas quomodo possit fieri cum confessio tunc non sit integra, sed Resp. Quod tunc pœnitens absolutus vadat ad proprium confessarium, & cum aliis peccatis iterũ se accuset à

reſervatis, deinde dico quod tunc abſolutio extenſive, & conſecutive à non reſervatis & eſt virtualiter integra propter intentionem confitentis, qui paratus erat omnia confiteri quantum erat ex ſe ſicut abſolvitur à peccatis de quibus non habet memoriam.

Poteſt etiam ſuperior abſolutum tantum à cenſuris remittere ad proprium confeſſorem abſolvendum à peccatis imò à reſervatis.

Poterit inferior, ſi difficilis ſit acceſſus ad Superiorem propter nimiam diſtantiam abſolvere omnia reſervata, cum non reſervatis audiret à non reſervatis abſolvere remittendo pœnitentem, quando opportuna erit occaſio ad ſuperiorem pro abſolutione à reſervatis obtinenda. Ita Ang. verbo confeſſio 1. num. q. Silves. uti ſupra Navar. ibidem Henriq. ubi ſupra.

Si tamen pœnitens ſit excommunicatus nullo modo eſt abſolvendus quia excomunicatio privat Sacramentis præcipue pœnitentiæ.

Quando inferior abſolvit à non reſervatis remitendo ad Superiorem pro reſervatis tunc conſecutive abſolvit ab omnibus, ut dictum eſt de Superiori, ne confeſſio ſit mutilata. Si ſit contritus pœnitens confeſſio erit jure Sacramentalis cum effectu ſecuto.

Abſolutus ſive à Superiore, ſive inferiore habente authoritatem à reſervatis in confeſſione invalida non tenetur iterum adire Superiorem, ſed ſimplex confeſſarius poterit abſolvere. Ita Silveſt. verbo confeſſio 1. q. 19. num. 21. Cajetanus in ſumm. verbo caſus.

Quando quis oblitus eſt alicujus peccati mortalis, & poſt abſolutionem recordatur, tunc non eſt iteranda confeſſio, ſed ſufficit, ut confiteatur oblitum, ſecus de illa qui fecit nullam confeſſionem propter mortalem culpam negligentiæ commiſſæ, tunc enim debet iterum accuſata peccata reſervata accuſare coram ſuo Superiore à quo habuerat abſolutionem quidquid dixerint aliqui.

QUÆSTIO XIII.

Excommunicati majori excommunicatione Epiſcopo reſervata.

Excommunicationes aliæ ſunt reſervatæ Papæ, aliæ Epiſcopis, aliæ nemini reſervatæ. Videtur ridiculum quærere à quo poſſint abſolvi excommunicationes nemini re-

servatæ. Cum si nemini reserventur quare quilibet Sacerdos approbatus non poterit absolvere illa autem sunt 70. & vix est aliquis confessarius ordinarius qui eas Calleat, illæ tamen sunt à jure reservatæ.

Dico igitur quod illæ quæ nemini dicuntur reservatæ ab omni approbato confessore possunt absolvi, licet nulli sint Doctores qui tenent quod intelligitur esse concessas absolutiones Episcopis, nullibi nisi hæc in Canonibus expressim: propterea semper in absolutionibus ordinariis ponendum est absolvo te ab omni excommunicatione quam incurristi, omnis excommunicatio à jure ponitur propter solum peccatum mortale.

DISPVTATIO XVII.

De Indulgentiis.

QUÆSTIO I.

Quid sit Indulgentia.

INdulgentia est absolutio judiciaria pro vivis extra Sacramentum, & condonatio non culpæ sed reatus, & pœnæ temporalis debitæ ob ante acta peccata, annexam habens quando hoc exprimitur. Solutionem pro defunctis utraque facta ex pœnu. & Thesauro Ecclesiæ ab eo cui illius dispensandi authoritas à Christo commissa est.

Ex quibus patet, quod absolutio potest dari sine Indulgentia, non viceversa quia debet semper lesæ divinæ justitiæ satisfieri & solum est Baptismi privilegium pœnas omnes personales abolere.

Indulgentia alia est totalis alia partialis, aliquando perpetua aliquando temporalis modo 40. dierum modo unius anni. Alia est plena, plenior plenissima per modum Jubilei. Apud Bonifacium octavum jubileum erat singulis 55. annis sub Clemente 6. 33. in honorem annorum Christi. Sub Urbano & Paulo 25.

Istud suspendit omnes alias Indulgentias plenarias, non extenditur ad defunctos, neque ad absolutionem de hæresi externa aut irregularitate, nisi id cōceptis verbis Bulla exprimat.

Intelligitur Indulgentia, solutio tot dictum remitti quod pœnitentiæ peragendæ, erant à Canonibus v. g. Indulgentia 40. dierum significat pœnitencias jam injunctas, non vero

injungendas, quæ agendæ erant per 40. dies in jejunio pane & aqua, abstinentia à Balneo ab equitatione, à sacra sinaxi & similibus.

Post plenariam Indulgentiam si adjunguntur aliquæ quadragenæ est error introductus à librariis, vel additur in suplementum quando ob ignorantiam facti præfactus plenariæ Indulgentiæ non obtinetur.

Non conceduntur, nisi ab habente authoritatem quæ residet in summo Pontifice, & ex legitima causa quæ olim non injungebat pœnas, nisi Canonicas, sed benignioribus sæculis mitigatas.

Episcopi concedunt Indulgentias unius anni jure divino, & Ecclesiastico, vel 40. dierum Cardinales centum dierum, Legati à Latere plenariam, mortuo summo Pontifice Concilium potest concedere, sicut summus Pontifex.

Indulgentiæ non remittunt, nisi pœnas, vel saltem indirecte peccata venialia remittunt igitur pœnas luendas in purgatorio.

Qui lucrari vult Indulgentias debet esse in gratia, præcipue quando perficit opera injuncta præsentia præterita, & futura: si detur Indulgentia ad ædificationem templi quia potest fieri per Eleemosinas non requiritur esse in gratia.

Vivis conceduntur per modum solutionis & relaxationis: pro animabus in purgatorio per modum suffragii, quia justus non solum pro aliis orare potest sed & satisfacere, quia Ecclesia habet indirecte jus aliquod, saltem congruitatis, & Eleemosinæ, solutionem exibendi à suo Thesauro pro animarum illarum libertate sicut Ecclesia agit contra mortuos contumaces privando illos sepultura & solus Pontifex potest pro animabus dare Indulgentias.

QUÆSTIO II.

Quid sit Apendix sive Ritus antiqui & novi circa pœnitentias.

PRius distinguendæ sunt diversæ temporum epochæ, seu ætates, sexus, conditiones, occasiones, necessitates 2. varia peccatorum genera singulis delictis gradus pœnitentiæ, varij denique absolutionis, sive reconciliationis, prima ætas in qua fervebat Christianorum charitas ob tyrannorum sævitiam duravit tribus circiter sæculis, usque ad Montani, novati, & novatiani tempora.

Ad annum 700. is disciplinę vigor evasit propter tyrannos ritus varios variæ Ecclesiæ secutæ sunt Orientales, Occidentales, Græcæ, & Latinæ, Affricana, Gallicana, & Hispana.

Inter sæculum 11. & 12. cœpit. 4. ætas quæ nunc est incipiente Theologia Scholastica sub Guillermo de Campellis Archidiacono Parisiensis qui discipulum habuit ab aliarum & Petrum Lombardum Magistrum sententiarum. Post hoc tempus prohibita fuit pœnitentia publica junioribus, & decrepitis, mulieribus, servis, & Virginibus propter scandalum non permittebatur nisi ex consensu consortii.

QUÆSTIO III.

Quid sit distinctio peccatorum.

ALia sunt gravissima, alia gravia, alia levia. Alia sunt contra Deum, alia contra proximum gravissima olim erant idolatria, meiquia, homicidium, quibus erant rami, sub adulterio erat incestus & ista curabantur per pœnitentiam publicam & Canonicam. Graviora curabantur per pœnitentiam ad nutum presbiteri, leviora quotidianis pœnitentiis, benedictione Episcopi a. qua lustrali percutione pectoris confessione generali quæ fit in completorio & in introitu missæ.

Gravissima sunt quæ apud Tribunalia secularia morte, exitio, & similibus puniebantur: ob illa Laici admittebantur ad pœnitentiam, Clerici deponebantur, & fiebant irregulares, & ad ordines inhabiles, nec ad priscas functiones; propter ista gravissima crimina orta est hæresis Montani, novati, novatiani, & Tertuliani qui dicebant quod non erat potestas in Ecclesia tali peccato abnoxium absolvere.

Alia sunt peccata infirmitatis, imperitiæ, & malitiæ: infirmitas contraria est virtuti, imperitiæ sapientiæ; malitiæ bonitati.

Alia sunt peccata spiritus, alia carnis ex Tertuliano, & modo est frequens distinctio cognitionis, verbi, & operis, quæ pervadit omnia peccata quæ fiunt suggestione, delectatione, & consensu.

QUÆSTIO IV.

Varij pœnitentiæ gradus.

PRopter societatem Christianorum cum gentilibus erat tantus rigor, ut nullus admitteretur in societatem Christianorum, nisi constaret de illius puritate; propterea imponebantur pœnitentiæ publicæ.

Varii igitur fuere gradus qui Canonici vocabantur, quia ab Ecclesia, ab Apostolis, & à Conciliis præcepti per certos Canones, & ritus, & formulas quibus nunquam par erat reddere, primis sæculis semper publica imponebatur tam ob occulta, quam ob publica deinde parum relaxari cœpit, ita ut tantum propter publico, publica pœnitentia imponeretur, quia tunc in magno honore habebatur Sacramentum pœnitentiæ, ita ut nullus recusaret pœnitentiam: imo à moribundis petebatur, & illam pœnitentiam convalescentes tenebantur adimplere, ut dicit Toletanum, exemplo Euvanbæ regis qui regnum abdicavit.

Differentia peccatorum publicorum, & occultorum hæc erat, ut primo publicis fiebat manuum impositio ab Episcopo solo in medio Eclesiæ, non vero pro occultis, sed tantum domi in secreto, & in Ecclesia 2. non poterat pœnitens pro publicis reconciliari in consulto Episcopo, pro occultis poterat à quolibet Sacerdote 3. reus tenebatur publicum publice detegere; non vero occultum 4. reus poterat cogi ad publicam pœnitentiam per excommunicationem.

Alicubi pars pœnitentiæ erat abstinere à militia, ab equitatione, à linteaminibus, & calceis, à Magistratura, à mercatura ab epulis; ab usu matrimonij, ita Concilium Tiburtinum.

Alicubi jejunia, peregrinatio pedestris, flagellatio expeditio belli, reclusio in Monasteriis, ut patet exemplo genebardi Episcopi Lugdunensis cui uxor una peperit masculum, & fœminam cujus, audita confessione à sancto Remigio, illud reclusit in mansiuncula admodum sepulchri, sigillata, donec ab Angelo meruit audire, sic tibi patet cœlum, sicut ordium istud quod aperit salvo sigillo, & sedi suæ restitutus fuit.

Igitur Laici qui crimen publicum commiserant, & erant convicti publica intermissarum solemnia adducebantur simul, & complices à Diaconis ad

Episcopum;

Episcopum, qui illis post publicam confessionem pœnitentiam imponebat, ut præpararentur ad pœnitentiam foras Ecclesiæ relegantur extra portam oratorij, & ibi præces petebant, & populus rogabat pro illis, illi erant cooperti cinere cum sacco, illis erat licitum ingredi in Ecclesiam cum judæis, & excommunicatis ad audiendam concionem: unde Concilium Carthaginiense prohibuit, ut nullis prohiberet ut ingressus Ecclesiæ ad audiendum verbum Dei.

A sæculo 7 cœpere pœnitentiarum commutationes v. g. pro uno die jejunij in pane aqua dicat genu flexus 50. Psalm. aut Pascat pauperem. Sæculo 13. tantum proponebantur pœnitentiæ illæ, deinde suadebantur, & tandem pœnitentium voluntati relinquebantur.

QUÆSTIO V.

Quibus quomodo, quando, à quibus; & quo fructu absolutio concedebatur de absolutione.

TEmpore Cypriani non dabatur absolutio nisi post integram factam pœnitentiam, tam de publicis, quam de occultis.

In Ecclesiis Orientalibus statim post confessionem dabatur absolutio, ab anno 1200. & modò viget apud nos.

Nunquam denegata fuit absolutio, nec Eucharistia in mortis articulo, oppressis vero mortis impetu sufficiebat, ut absolutionem aliquo signo postulassent.

Reconciliatio publica hæreticorum semper fiebat cum manuum impositione absolutoria in missa solemni altero, & Episcopo post Evangelium, aut consecrationem in Ecclesia Tolesana celebratur triplex missa pro reconciliatione pœnitentium.

Circa annum myllesimum forum pœnitentiæ separatum fuit à judiciali, ita ut daretur à censuris absolutio, relicto pœnitentia Sacramento à culpis absolutione inde etiam emersit nova formula absolutionis ab excommunicatione, postremo vero separata fuit absolutio judicialis à Sacramentali:

Ante decretũ Clementis VIII. dabatur absolutio in scriptis.

In Gallia denegatur Eucharistia reis morte plectendis licet eam abrogaverit Carolus 6. anno 1396.

Viu-

DISPUTATIO XVIII.

De Eucharistia.

MUlta sunt hic explicanda, valdè necessaria contra Hæreticos, tam antiquos, quam modernos. Primo institutio istius Sacramenti. 2. Materia & forma. 3. Conversio realis. 4. Modus existendi. 5. Effectus. 6. Usus & ritus, ultimò sacrificium in Missa.

QUÆSTIO I.

De institutione istius Sacramenti.

NOn debuit hoc Sacramentum institui ab alio quam à Christo, ideoque in mortis articulo, in ultima Cæna consummavit quod erat de usu Pascali, seipsum sub panis & vini speciebus realiter dedit discipulis usquead consummationem sæculi, orbitatis solatium, amoris pignus, & passionis monumentum.

Si sumamus physicè hoc Sacramentum: sic deffinitur. Eucharistia est species panis, & vini consecrata sub prescripta verborum forma ut realiter continens Christum Dominum ad causandam gratiam cibantem animam; si metaphysicè sumatur est Sacramentum novæ legis significans Christum Dominum ut realiter contentum sub speciebus, & gratiam cibantem animam.

Hoc Sacramentum est unicum, licet diversæ sint species, quia unicam habent significationem, nempè refectionem, & nutritionem, sicut corporalis. Cibo, e potu absolvitur, propterea plures divisæ species non sunt diversa Sacramenta, Eucharistia est necessaria necessitate præcepti in fide & voto, & necessitate præcepti Ecclesiastici; unusquique qui potest, tenetur semel in anno Eucharistiam accipere.

In nullo casu licet consecrare unam speciem sine alia, licet aliquis consecraret hostiam ad communicandum infirmum coactus morte intentata, ut volunt aliqui. Corpus Christi pertinet directè ad essentiam istius Sacramenti: species sunt causa partialis materialis; verba consecrantis sunt causa effectiva partialis.

Panis debet esse Azimus quo utitur latina Ecclesia fermētato verogræca; vinum debet esse ex vita, & potabile, & natu-

cale, cujus coloris sit, & Genesis nihil refert: dummodo non sit acetum quod est vinum corruptum non uva expressa, si sit aggrestis, & non matura, non vinum congelatum, si mutet speciem, quia est potabile, aqua admiscetur, quia est Dominica traditio; sic jubet primitiva Ecclesia, sic convenit, Christus ipse Sanguinem suum in Calice, vino & aqua coronavit; monet etiam sacra Synodus, quod Christus in primitiva sua institutione miscuit; debet aqua esse modica quæ tertiam partem non excedat, sed mediante vino in quod convertitur.

Materia illa debet eadem sub sensum, & demonstrari per illa pronomina; hic, non est absoluté necessarium quod videatur. Verba consecrationis efficiunt quod significât; aditamenta vero sunt cæteræ; quæ tamen sine piaculo non licet omittere quia sunt Ecclesiæ præcepta: verba igitur. Quoad formam quæ requiruntur sunt supra panem: Hoc est Corpus meum; supra vinum hic est Sanguis meus; quibus inest virtus spiritualis supernaturalis practica operativa, consecrativa, itaut per illa fiat consecratio quæ absolvitur in ultimo instanti cujuscumque enunciationis: cum ordine tamen ad præcedentes dictiones.

QUÆSTIO II.

An sit Realis præsentia in Eucharistia contra Calvinum.

Simon Magus, Monander, & Manichei negantes corpus Christi esse verum; sed phantasticum. Negant pariter esse in Eucharistia; sed primus omnium qui directe negavit realitatem corporis Christi sub speciebus panis & vini fuit Berengarius, Archidiaconus Andeganensis anno Domini 1060. asserens panem post consecrationem esse tantum figuram non verum corpus. Quod damnavit Concilium Romanum sub Leone IX. deinde Concilium Verullense sub Victore 2. In quo Berengarius retractavit se, sicut in Concilio Turonensi & Romano sub Nicolao 2. Flagellantes anno 1350. Vuiclef anno 1390. deinde ultimis temporibus fuit caristadius Uldarius, Vuinglius, Pastor Tigurinus, & demon Calvinus.

Dico quod Corpus Christi est Realiter, & physicè sub specie panis & vini. Probatur ex Conc. Trid. sess. 13. cap. 1. quod sic ait. *Corpus Christi est realiter*

sub speciebus panis ita voluit fieri & instuit Christus. Sed ita est ergo probtur minor supponendo cum D. Thoma. 1. p. q. 101. art. 1. In his quæ sunt supra naturam soli authoritati creditur, & quæ ex sola Dei voluntate proveniunt supra omne debitum creaturæ nobis innotescere non possunt: nisi quatenus divinitùs revelata sunt. Hoc posito.

Probatur mi; Joannis 6. ubi Christus præmisit hoc Sacramentum; tradiditque de illo Doctrinam cùm post patratum miraculum quinque panum, & duorum piscium, Christus ait Illis. *Ipsum altera die quærentibus operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quam filius hominis dabit vobis:* deinde versu 3. dixit. *Amen, amen dico vobis non Moises dedit vobis panem de Cælo, sed Pater meus det vobis panem de Cælo verum.* Versu 35. *ego sum panis vitæ, ego sum panis vivus qui de Cælo descendi.* Versu 48. ait; *ego sum panis vitæ, patres vestri manducaverunt mamna in deserto & mortui sunt; hic est panis de Cælo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit non morietur; ego sum panis vivus qui de Cælo decendi, si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Demum clarius ait interrogantibus. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum;* Respondet *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis. Caro mea verus est cibus, & sanguis meus verus est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo.*

Probatur 2. Mathei 26. 27. *Cenantibus autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, fregit, deditque discipulis suis, & ait, accipite & comedite, ecce corpus meum & accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis dicens, bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus novi Testamenti qui pro vobis effundetur in Remissionem peccatorum.*

3. Probatur Marci. 14 habetur, *& manducantibus illis accepit Iesus panem, & Benedicens fregit & dedit eis, & ait sumite hoc est corpus meum,* Lucæ 22. *& accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens; hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem,* Mathei 11. *Ego enim accepi à Domino quod, & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur; accepit panem & gratias agens fregit & dixit accipite, & manducate; hoc est corpus meum.*

S. Andreas in Achaia dicebat. *Ego omnipotenti Deo qui unus*

est, quotidie immoto non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum agnum in altari, cujus carnem posteà quam omnis populus credetium manducaverit, agnus qui sanctificatus est integer per se vocat.

Probatur 4. Miraculis ibi non loquor de miraculis quæ sunt objecta nostra fidei, quia sunt occulta ut dicit D. Thomas q. 29. art. 1. n. 2. ut quod substantia panis & vini in Eucharistia convertatur in substantiam Corporis & Sanguinis Christi. 2. Quod accidentia panis & vini maneant sine subjecto. 3. Quod Corpus Christi maneat sub illis sine extentione locali. 4. Quod existat in diversis locis, sed de aliis quæ sunt aperta, hoc posito.

Probatur illa fides non potest esse falsa quam Deus miraculis confirmavit; sed fides realis Corporis Christi in Eucharistia multis est firmata miraculis. quod probatur primo à restitutione sanitatum. A liberatione demonum, à naufragio ab incendio, & punitione non credentibus facta. Ab apparitionibus sub figura pueri.

Probatur 5. Si Christus tantum figurativè, & metaphoricè locutus fuisset, illusoriè locutus, & dedisset nobis picturam pro palatio, figuram pro realitate, & sic nihil nobis deesset.

Dicunt primo adversarij contra nos; Christus accepit panem, & fregit benedixit, ergo dedit panem non Corpus; vel dicendum est quod consecratio consistit in benedictione, non in aliis verbis; quia attendendo ad vim verborum dicitur. Fregit, & benedixit, dicens accipite, & manducate: hoc est enim Corpus meum; vel quando dixit accipite, & manducate erat Corpus meum, vel non si primum g. non consistit consecratio in illis verbis, hoc est Corpus meum; si v. g. nil dedit nisi panem.

R. Quod panis est materia quæ supponitur ad Corpus Christi & statim ac dicit, hoc est Corpus meum; cum verba sunt effectiva fit Corpus Christi.

Dicunt 2. Joannis 10. dicitur. *Ego sum ostium. Ego sum veritas & vita. Ego sum, ego sum vitis vera, ovis leo petrar*, Quæ tantum metaphoricè dicuntur g. istud vel hoc est Corpus meũ R. quod clarè patet quod illa omnia non possunt dici litteraliter de Christo; de alio vero potest dici litteraliter, quia Deus ita voluit, & nullum est inconveniens.

Dicunt ad hoc adversarij,

primò multa sunt in verbis consecrationis quæ non possunt dici nisi figurative, ut quando dicitur, quod Christus panem jam consecratum fregit, sed Corpus non frangitur; nisi figurativè, & Sacramentaliter 2. Lucæ 22. dicitur: *Hic est Calix novi testamenti*: Nam Calix sumitur pro vino; similiter testamentum sumitur pro signo; non enim vinum, aut sanguis est testamentum propriè, sed signum testamenti. 3. Dicitur. *Hoc facite in meam commemorationem.* Clare ostendit se non esse realiter in Eucharistia præsentem; sed panem & vinum quæ Christus dedit Apostolis in ultima Cœna non fuisse Corpus, & Sanguinem ejus, sed tantum commemorationem, & memoriam eorum; quod enim est tantum commemoratio non est ipsum cujus est cõmemoratio. 4. Corinthi primo dicitur: *Omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt.* Videtur hoc dicere Judæos eandem escam manducasse, Quam nos manducamus: scilicet spiritualiter. Sed isti manducaverunt tantum Corpus figurativè per solam fidem g. & nos.

Respondeo ad primum quod est tantum mystica fractio quæ sufficit ad Realem præsentiam, & representationem crucis ad 2. R. Quod sicut fractio non est nisi mystica, ita Corpus Christi non est modo naturali; sed tantum invisibili, & indivisibili per modum substantiæ.

Ad 2. R. Quod idem est ac hic Calix mei Sanguinis, in quibus non est figura, ut quando dicitur; hic est vas aquæ, prima frasis est Hebraica: propterea dicit Christus, in meo Sanguine ad illud de testamento. R. Quod Eucharistia proprie est testamentum, quia est Eucharisticum testamentum quo confertur nobis jus ad gloriam.

Ad 3. Resp. Quod Christus non dicit suum Corpus, aut Sanginem quæ sunt realiter præsentia in Eucharistia, esse commemorationem, sed tantum absoluta jam Eucharistiæ institutione dixit hoc facite in mei commemorationem, quatenus illa sacrificatio quam facimus in Missa est commemoratio illius quæ facta sunt in cruce.

Ad 4. Resp. Quod Christus dixit Judæis, quod manducaverunt eandem escam inter se; non verò aliam, quia prima erat figura istius.

Dicunt 3. verbum est simitur apud Hæbreos prosignificare; & sic quando dicitur; Hoc est

Corpus meum idem est, ac hoc significat Corpus meum, quod probatur ex multis locis sacræ Scripturæ ut Genesis. 4. Tres propagines dicti sunt. cap. 41. septem boves pulchri & 7. spicæ plenæ 7. ubertates anni sunt. Exodi 12. Agnus est transitus Domini. 1. Corinthi 12. postea autem erat Christus Apocalypsis 17. septem capita 7. montes sunt ergo.

Resp. 1. Quod si Christus voluisset significativè loqui, dixisset hoc significat Corpus meum. 2. Esto quod est significetur ibi figurativè, non sequitur, quod hic debeat sumi quia sequeretur quod in tota scriptura idem esset. 3. Quod est differentia nam prima illa verba sunt merè speculativa, & ista. Hoc est Corpus meum sunt practica, & operativa ergo.

Dicunt 4. Joannis 12. dicitur. *Vos non me habebitis semper*, g. non remanet in terris, sed in cœlo. g. Resp. Non semper habebitis visibiliter, non verò invisibiliter.

Dicunt 5. Sicut homo omne potest dicere se animam non habere ex eo quod sit invisibis, aut pecuniam quia non apparet; ita non potest dicere Christus se verè reliquisse mundum, si invisibiliter est in Eucharistia. Resp. quod dicuntur, quia unicum habent modum essendi, Corpus verò Christi habet duplicem, & sic potest esse in cœlo secundum vinum, in Eucharistia secundum aliud.

Dicunt 6. Tertulianus lib. 4 contra Marcionem cap. 4 ait. *Corpus meum fecit dicens, hoc est Corpus, id est hoc est figura Corporis.* D. Aug. libro contra Adimantum, Manicheum cap. 12. subdit. *Non dubitavit Dominus dicere hoc est Corpus meum cum signum videret Corporis sui*: Item in Joannem ait; *crede & manducasti.*

Resp. Quod istæ authoritates probant quod in Eucharistia invenitur signum, & representatio Corporis Christi. Quia est verum Sacramentum, atque à Deo signum Corporis; non tamen probant in hoc signo non contineri Corpus Christi realiter; & sic Tertulianus utrumque asserit, & quod panis sit Corpus Christi quo ad rem contentam, & sic figura, quantum ad species continetur. Ratione quarum Eucharistia est Sacramentum. 2. Quando dicunt Patres esse figuram, non dicunt tantum, sed ut refertur ad panem de quo Jeremias capite 11. *Venite mittam lignum in panem ejus*: Quod est figura corporis Christi, idest

quod in lege veteri, erat figura Corporis mei. Ad illud Aug. R. quod ibi non sumitur res contenta, sed tantum Sacramentum, quod ut, sic est signum non figura, ut explicat S. Hylarius. *Corpus Christi quod sumitur de altari figura est dum panis, & vinum extra videntur; veritas autem dum Corpus est sanguis Christi in veritate intra; id est delitescens sub speciebus Corporalis creditur* 2. dicit D. Aug. figuram sacrificii crucis.

QUÆSTIO III.

An vera fiat transubstantiatio.

LUtherani docuere in Eucharistia remanere substantiam panis, cum substantia Corporis Christi, propterea vocant Christum impanatum; sed divisi sunt in modo: Aliqui dicunt quod Corpus Christi est præsens per ubicationem. Alii per unionem hypostaticam Christi cum pane, & vino. Alii per simplicem conjunctionem unius cùm altero. Calvinistæ licet negent nobiscum; tenentur tamen non posse fieri sine transubstantiatione, etiam præsentiã realem Corporis Christi.

Nota quod transubstantiatio est conversio substantiæ panis in substantiam Corporis Christi; ita ut tota substantia unius transeat in aliam; & sic transubstantiatio deffinitur mutatio conversiva, qua tota substantia panis, & vini transit in substantiam Corporis & Sanguinis Christi.

2. Nota quod in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. circà annum 1215. prima fuit usurpatum illud nomen transubstantiationis, licet non sit expressa in scriptura; sufficit tamen quod res per tale nomen significata, fuerit divinitus revelata, & ut talis ab initio Ecclesiæ credita.

Dico quod in Eucharistiæ Sacramento, datur vera, & Realis transubstantiatio; sive conversio substantia panis in Corpus Christi, & substantiæ vini in Sanguinem Christi & probatur unico Argumento; hoc est Corpus meum, hic est Sanguis mei Calix. Hoc posito sic probatur ibi datur vera transubstantiatio, ubi datur conversio qua tota substantia mutatur in aliam ex vi conversionis & positionis substantiæ, in quam fit conversio, & prior substantia desinat, sed ita est. g. prob. minor. si non fieret talis conversio non esset geminis locutio in illis verbis. Hoc est Corpus meum v. g. si quis diceret hoc est

est aurum loquendo de pane; & remaneret panis, malè loqueretur, sed potius deberet dicere in pane est aurum, si remanet panis, ita debuisset dicere Christus. Si panis remaneret, in pane est Corpus verum, non verò hoc est Corpus meũ, g. sicut dicitur, hic est homo Deus, hic Deus est homo ubi nota quod verba illa sunt operativa.

QUÆSTIO IV.

An communicare sub utraque specie, sit de necessitate salutis.

SCiendum est quod ante annum 1400. nulla fuit de hoc controversia, sed quidam Petrus Derdrensis, & Jacobellus Misnensis circa annum 1410. pragæ docuerunt Laicos non posse salvari, nisi de Calice Domini biberent juxta illud Joannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: Ubi pari passu loquitur de utroque si unum est de necessitate salutis g. aliud.

Lutherus modo unum, modo aliud tenuit: sed Lutherani aliqui, ut melanctor scribens Ruthanis ita absolutè tenuit ut dixerit, qcod rectè facerent si loco vini aqua mellita vel mellone uteremur in Sacramento ob penuriam vini idem malineus Calvinista loquitur. His verbis: *Quo ad terras ubi vinum non est præstat sequi exemplum Ecclesiarum quæ utuntur alio liquore ibi usito, sicut in terris panis non est, non dubitamus quin liceat uti, quod panis locum teneat.*

Calvinus libro 4. institutionum cap. 17. ex eadem diaboli officina, & altera constitutio, quæ dimidiæ camæ partem meliori populo Dei numero, vel furata est, vel eripuit, nempè symbolum Sanguinis quod Laicis interdictum vasis & unctis in peculium cessit, edictum æterni Dei est ut omnes bibant.

Dico quod Ecclesia potuit prohibere, ne Laici sumant Sacramentum Eucharistiæ sub utraque specie, & sic non esse de necessitate salutis, nec de præcepto.

Probatur primo ex Concilio Constantiensi sessione 11.& vide sess. 25. cap. 1. & Canone 1. 2. & 3. his verbis. *Si quis dixerit ex Dei præcepto, vel de necessitate salutis omnes & singulos Christi fideles, utramque speciem sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti sumere debere Anathema sit*: Licet determinaverint Concilia absque

∞ quod ſit expreſſe in ſacra ſcriptura, tamen virtualiter, & deductivè hæc veritas invenitur, & ſic.

Probatur 2. Lucæ 24. ubi refert: *Et factum eſt dùm recumberet: cùm eis accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum*: Hunc locum interpretatur ſub unica ſpecie Joannes Chriſoſtomus homilia 16. operis imperfecti in Matheum. D. Aug. libro 3. de conſenſu Evangeliſtarum capite 25. Hiolius libro 2. in Leviticum cap. 9. venerabilis Beda in cap. 24. Leucæ Theophilis ibidem.

Probatur 3. actuum 2. *Erant autem perſeverantes in Doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus*: Item cap. 20. *Una autem ſabati eum conveniſſemus ad frangendum panem Paulus diſputabatur.* Hunc locum interpretatur de ſolo pane Euchariſtico; Joannes Chriſoſtomus homilia, 17. ejuſdem operis imperfecti Beda ad caput 20 actuum Apoſtolorum Joannes Auralianus libro 3. de imaginibus Chriſtiani in Syria 1. propterea textus Syriacus habet in fractione Euchariſtiæ.

Ex quibus colligitur bis Chriſtum porrexiſſe panem Euchariſtiæ. Hieroſolimis in ultima Cœna ſub utraque ſpecie, ubi aderant Apoſtoli & facti ſunt Sacerdotes, 2. in Emaus, poſt reſurrectionem ſub unica ſpecie duobus Diſcipulis qui nondum erant Sacerdotes.

Reſpondet Calvinus ibi fuiſſe etiam Calicem & dici tantum porrexiſſe panem per ſinecdochem id eſt partem pro toto, contra hoc eſt contra verum ſenſum verborum, 2. hoc non eſt in ſcriptura 3. dicitur. Jeſus porrecto pane, receſſiſſe ab oculis eorum.

Dices ſi non admitteretur figura ſinecdochæ; ſequeretur quod conſecratio modo deberet fieri ſub unica ſpecie. Reſp. negando, ſed quod Apoſtoli diſtribuerunt noviter converſis ſub unica ſpecie ut dicitur Actuum 21. Vides frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt ut omnes ſimulatores legis ſunt, & ſic plures ex illis Iudæis converſi fuere. Nazareni non bibant vinum & ſic Euchariſtiam ſumpſere, ſub unica ſpecie, præſertim cùm legalia eſſent, tunc in uſu & Nazarani eſſent: *Religioſi in illorum obſervatione.*

Probatur 4. Ex uſu Eccleſiæ, tum Orientalis, quam Occidentalis, quæ ſub unica ſpecie communicabant, & in itineribus longis, portabant tantum panem Euchariſticum, &

porrigebant peregrinis. Anachoritæ non aliter communicabant in eremis, ut fertur de Zozimo Græci solo quadregesimali tempore sub unica specie exceptis Sabbato, & Dominicis.

Probatur 5. Si esset jus aliquot ut nolunt Calvinistæ communicare Laicos sub utraque specie, esset vel ex facto Christi, vel ex scriptura, vel ex traditione, vel ex sanctis Patribus, vel ex hujus Sacramenti natura, sed nullis ex illis rationibus colligi potest. g.

Probatur, quoad primum non ex facto Christi, quia Christus vidimus communicavit Discipulos sub unica specie. 2. Sequeretur quod omnes Sacerdotes tenerentur consecrare post Cœnam. Si factum Christi esset præceptum, non ex scriptura ut vidimus, quia licet hæretici afferant illud Christi. Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Tamen hoc tantum debet sumi disjunctivè, id est, vel unum, vel aliud, ut dicitur argentum, & aurum non est mihi, id est argentum, aut aurum actùum 3. Secundo potest dici quod est præceptum de re scilicet Corpore, & Sanguine Christi sumendo in Eucharistia. Non verò de modo sumendi, id est sub una, vel utraque specie, cùm Christus sit totus sub una, aut amba, 3. Licet concederetur esse præceptum, facile potest intelligi implendum per aliquos, id est Sacerdotes, non singulos.

Ad illud Luc. 22. quod afferunt Lutherani. Hoc facite in meam commemorationem. Respondetur Christus his verbis voluit ut Sacerdotes soli post Apostolos offerrent Corpus, & Sanguinem suum. Ad illud Mathæi 26. quod afferunt Calvinistæ, bibite ex hoc omnes Respond. quod loquitur tantum hic Apostolis, quibus Christus potius dixit bibite ex hoc omnes, quam manducate, quia jam panem dederat eis: vinum verò consecratum in Calice dedit Discipulis inter se dividentibus.

Dicunt. Dicit Apostolus Corinthiorum 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat.* Ergo Respond. quod hic tantum loquitur de modo sumendi, id est pura mente.

Quod non sit in traditionibus probatur ex continua ut diximus praxi Ecclesiæ, in qua sub una specie tam privatim quam publicè communicabatur, ut vidimus. Quod non exigat na-

tura Sacramenti, probo ista conclusione. Dico 2. quod communio sub utraque specie non est necessaria ratione gratiæ quæ consequitur.

Probatur primo authoritate allata Concil. Tridentini 2. Sic. Si utraque species esset necessario sumenda, esset necessaria ad salutem, vel ad gratiam recipiendam, una non sufficeret sed una sufficit, quia per unam solam consequimur gratiam, & salutem, ut patet ex verbis Christi: *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum, panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, qui manducat hunc panem vivet in æternum.*

Probatur 3. Ideo hoc Sacramentum causat gratiam quia continet Corpus, & Sanguinem Christi, sed unica species hoc continet ergo.

Probatur 4. Si unica species non sufficeret, nulla potestas humana in hoc posset dispensare, sed videmus quod in hoc Ecclesia dispensat, imo jubet ut sumatur sub unica specie; quia ex vi verborum consecrationis Corporis Christi continetur Sanguis per concomitantiam: Ita de verbis circa Sanguinem continetur Corpus, & sic nulla fit injuria Laicis, quando prohibetur, ne sumant sub utraque specie. Deinde hoc fit ob periculum effusionis Sanguinis.

Nota quod datur gratia in prima fractione gutturis, quia tunc verè dicitur manducare Christum sensibiliter 2. Quod potest accipi Corpus non jejunus, primo in periculo mortis per modum viaticis, quod potest iterari quando morbus dici durat, vel cessavit, & iterum reddit periculum 2. ad perficiendum sacrificium, vel si Sacerdos loco vini sumpserit aquam. 3. Ad perficiendum alterius sacrificium, ut si Sacerdos moriatur ante perfectum sacrificium: At ut si sumpserit post ablutionem reliquas particulas consecratas. 5. Ad vitandum periculum hæreticorum, hostiū. Ultimo supplicio damnati, possunt recipere hoc Sacramentum.

QUÆSTIO V.

De modo Sacramentali.

CHristus facta consecratione est totus sub speciebus physicè, non mathematicè, quamquam secundum dimensionem non occupat locum, & sic vi verborum est solum organicum Corpus secundum temporis varietatem, ita ut si

in triduo facta fuisset consecratio, fuisset solum Corpus absque anima, & Sanguis formam nominatam habent; nunc verò est Corpus & anima ratione unionis humanæ & divinæ, non vi verborum, sed concomitanter, est anima, vita unio hypostatica; persona verbi, essentia divina, & duæ aliæ personæ, & quia conversio fit non à quantitate in quantitatem, substantialis Christus est modo individui substantialis; non verò per modum Corporis quanti: Nota quod præcisè vi verborum est tantum Corpus & Sanguis.

Ex his sequitur quod tantum est sub fragmento, quantum sub toto, & minima pars totum continet. Unde si darentur indivisibilia in quantitate, vel continentia, vel terminantia in illis esset Corpus Christi, etiam extrinsecè per indistantiam, quam intrinsecè per intimam quasi penetrationem. Partes Corporis Christi distant tantum virtualiter inter se, licet sint inconfusæ.

Quandiù manent species, tandiù manet Corpus Christi; est in Eucharistia non circumscriptivè, non deffinitivè, ut Angelus; sed Sacramentaliter, de multiplicatione ejusdem Corporis in pluribus locis de qua ubi intrinsecis adveniunt, & fluunt.

Nota quod modus loquendi de Augustissimo Sacramento ita attemperandus est, ut aliud dicas de Christo, aliud de speciebus seorsim sumptis, aliud de utraque simul, nam Christus est indivisibilis, invisibilis, impassibilis species frigesiunt; calesiunt, corrompuntur. Corpus & species simul sumptæ dicuntur claudi, moveri, deportari quia actualis inherētia non est de essentia accidentium, sed aptitudinalis, ideò accidentia sunt ibi sine subjecto, & quantitas ibi subristit per solam Dei actionem & alia accidentia inhærent quantitati.

Quandò ex residuis speciebus aliquid mutatur, aut generatur, novum non est miraculum, quatenus, aut veterem quæ derivat substantiā revocat Deus, aut substituit de novo creatam, aut discerptam ex aëre; species istæ non solvunt jejunium, neque Ecclesiasticum neque naturale, quia substantia super posita non intravit per os à gutture, ubi proprie fit manducatio, si vinum infunditur in Sanguinem quia vinum non convertitur in vinum, nam simile non agit in simile, non transit in Sanguinem Christi, ideoque si gutta Sanguinis caderet in

DISPVTATIO XVIII.

De Eucharistia.

MVlta sunt hic explicanda, valdè necessaria contra Hæreticos, tam antiquos, quam modernos. Primo institutio istius Sacramenti. 2. Materia & forma. 3. Conversio realis. 4. Modus existendi. 5. Effectus. 6. Vsus & ritus, ultimò sacrificium in Missa.

QVÆSTIO I.

De institutione istius Sacramenti.

NOn debuit hoc Sacramentum institui ab alio quam à Christo, ideoque in mortis articulo, in ultima Cæna consummavit quod erat de usu Pascali, seipsum sub panis & vini speciebus realiter dedit discipulis usquead consummationem sæculi, orbitatis solatium, amoris pignus, & passionis monumentum.

Si sumamus physicè hoc Sacramentum: sic deffinitur. Eucharistia est species panis, & vini consecrata sub prescripta verborum forma ut realiter continens Christum Dominum ad causandam gratiam cibantem animam; si metaphysicè sumatur est Sacramentum novæ legis significans Christum Dominum ut realiter contentum sub speciebus, & gratiam cibantem animam.

Hoc Sacramentum est unicum, licet diversæ sint species, quia unicam habent significationem, nempè refectionem, & nutritionem, sicut corporalis. Cibo, e potu absolvitur, propterea plures divisæ species non sunt diversa Sacramenta, Eucharistia est necessaria necessitate præcepti in fide & voto, & necessitate præcepti Ecclesiastici; unusquique qui potest, tenetur semel in anno Eucharistiam accipere.

In nullo casu licet consecrare unam speciem sine alia, licet aliquis consecraret hostiam ad communicandum infirmum coactus morte intentata, ut volunt aliqui. Corpus Christi pertinet directè ad essentiam istius Sacramenti: species sunt causa partialis materialis; verba consecrantis sunt causa effectiva partialis.

Panis debet esse Azimus quo utitur latina Ecclesia fermêtato verogræca; vinum debet esse ex vita, & potabile, & natu-

cale, cujus coloris sit, & Genesis nihil refert: dummodo non sit acetum quod est vinum corruptum non uva expressa, si sit aggrestis, & non matura, non vinum congelatum, si mutet speciem, quia est potabile, aqua admiscetur, quia est Dominica traditio; sic jubet primitiva Ecclesia, sic convenit, Christus ipse Sanguinem suum in Calice, vino & aqua coronavit; monet etiam sacra Synodus, quod Christus in primitiva sua institutione miscuit; debet aqua esse modica quæ tertiam partem non excedat, sed mediante vino in quod convertitur.

Materia illa debet eadem sub sensum, & demonstrari per illa pronomina; hic, non est absoluté necessarium quod videatur. Verba consecrationis efficiunt quod significãt; aditamenta vero sunt cæteræ; quæ tamen sine piaculo non licet omittere quia sunt Ecclesiæ præcepta: verba igitur. Quoad formam quæ requiruntur sunt supra panem: Hoc est Corpus meum; supra vinum hic est Sanguis meus; quibus inest virtus spiritualis supernaturalis practica operativa, consecrativa, itaut per illa fiat consecratio quæ absolvitur in ultimo instanti cujuscumque enunciationis: cum ordine tamen ad præcedentes dictiones.

QUÆSTIO II.

An sit Realis præsentia in Eucharistia contra Calvinum.

Simon Magus, Monander, & Manichei negantes corpus Christi esse verum; sed phantasticum. Negant pariter esse in Eucharistia; sed primus omnium qui directe negavit realitatem corporis Christi sub speciebus panis & vini fuit Berengarius, Archidiaconus Andeganensis anno Domini 1060. asserens panem post consecrationem esse tantum figuram non verum corpus. Quod damnavit Concilium Romanum sub Leone IX. deinde Concilium Verullense sub Victore 2. In quo Berengarius retractavit se, sicut in Concilio Turonensi & Romano sub Nicolao 2. Flagellantes anno 1350. Vuiclef anno 1390. deinde ultimis temporibus fuit caristadius Uldarius, Vuinglius, Pastor Tigurinus, & demon Calvinus.

Dico quod Corpus Christi est Realiter, & physicè sub specie panis & vini. Probatur ex Conc. Trid. sess. 13. cap. 1. quod sic ait. *Corpus Christi est realiter*

sub speciebus panis ita voluit fieri & instuit Christus. Sed ita est ergo probetur minor supponendo cum D. Thoma. 1. p. q. 101. art. 1. In his quæ sunt supra naturam soli authoritati creditùr, & quæ ex sola Dei voluntate proveniunt supra omne debitum creaturæ nobis innotescere non possunt: nisi quatenus divinitùs revelata sunt. Hoc posito.

Probatur mi; Joannis 6. ubi Christus præmisit hoc Sacramentum; tradiditque de illo Doctrinam cùm post patratum miraculum quinque panum, & duorum piscium, Christus ait Illis. *Ipsum altera die quærentibus operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quam filius hominis dabit vobis:* deinde versu 3. dixit. *Amen, amen dico vobis non Moises dedit vobis panem de Cœlo, sed Pater meus det vobis panem de Cœlo verum.* Versu 35. *ego sum panis vitæ, ego sum panis vivus qui de Cœlo descendi.* Versu 48. ait; *ego sum panis vitæ, patres vestri manducaverunt mamna in deserto & mortui sunt; hic est panis de Cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit non morietur; ego sum panis vivus qui de Cœlo decendi, si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Demum clarius ait interrogantibus. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum;* Respondet *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis. Caro mea verus est cibus, & sanguis meus verus est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo.*

Probatur 2. Mathei 26. 27. *Cenantibus autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, fregit, deditque discipulis suis, & ait, accipite & comedite, ecce corpus meum & accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis dicens, bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus novi Testamenti qui pro vobis effundetur in Remissionem peccatorum.*

3. Probatur Marci. 14 habetur, *& manducantibus illis accepit Iesus panem, & Benedicens fregit & dedit eis, & ait sumite hoc est corpus meum,* Lucæ 22. *& accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens; hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem,* Mathei 11. *Ego enim accepi à Domino quod, & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur; accepit panem & gratias agens fregit & dixit accipite, & manducate; hoc est corpus meum.*

S. Andreas in Achaia dicebat. *Ego omnipotenti Deo qui unus*

est, quotidie immoto non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum agnum in altari, cujus carnem postea quam omnis populus credentium manducaverit, agnus qui sanctificatus est integer per se vocat.

Probatur 4. Miraculis ibi non loquor de miraculis quæ sunt objecta nostra fidei, quia sunt occulta ut dicit D. Thomas q. 29. art. 1. n. 2. ut quod substantia panis & vini in Eucharistia convertatur in substantiam Corporis & Sanguinis Christi. 2. Quod accidentia panis & vini maneant sine subjecto. 3. Quod Corpus Christi maneat sub illis sine extentione locali. 4. Quod existat in diversis locis, sed de aliis quæ sunt aperta, hoc posito.

Probatur illa fides non potest esse falsa quam Deus miraculis confirmavit; sed fides realis Corporis Christi in Eucharistia multis est firmata miraculis. quod probatur primo à restitutione sanitatum. A liberatione demonum, à naufragio ab incendio, & punitione non credentibus facta. Ab apparitionibus sub figura pueri.

Probatur 5. Si Christus tantum figurativè, & metaphoricè locutus fuisset; illusoriè locutus, & dedisset nobis picturam pro palatio, figuram pro realitate, & sic nihil nobis differ.

Dicunt primo adversarij contra nos; Christus accepit panem, & fregit benedixit, ergo dedit panem non Corpus; vel dicendum est quod consecratio consistit in benedictione; non in aliis verbis; quia attendendo ad vim verborum dicitur. Fregit, & benedixit, dicens accipite, & manducate: hoc est enim Corpus meum; vel quando dixit accipite, & manducate erat Corpus meum, vel non si primum g. non consistit consecratio in illis verbis, hoc est Corpus meum; si v. g. nil dedit nisi panem.

R. Quod panis est materia quæ supponitur ad Corpus Christi & statim ac dicit, hoc est Corpus meum; cum verba sunt effectiva fit Corpus Christi.

Dicunt 2. Joannis 10. dicitur. *Ego sum ostium. Ego sum veritas & vita. Ego sum, ego sum vitis vera, ovis leo petrar*, Quæ tantum metaphoricè dicuntur g. istud vel hoc est Corpus meũ R. quod clarè patet quod illa omnia non possunt dici litteraliter de Christo; de alio vero potest dici litteraliter; quia Deus ita voluit, & nullum est inconveniens.

Dicunt ad hoc adversarij,

primò multa sunt in verbis consecrationis quæ non possunt dici nisi figurative, ut quando dicitur, quod Christus panem jam consecratum fregit, sed Corpus non frangitur; nisi figurativè, & Sacramentaliter 2. Lucæ 22. dicitur: *Hic est Calix novi testamenti*: Nam Calix sumitur pro vino; similiter testamentum sumitur pro signo; non enim vinum, aut sanguis est testamentum propriè, sed signum testamenti. 3. Dicitur. *Hoc facite in meam commemorationem*. Clare ostendit se non esse realiter in Eucharistia præsentem; sed panem & vinum quæ Christus dedit Apostolis in ultima Cœna non fuisse Corpus, & Sanguinem ejus, sed tantum commemorationem, & memoriam eorum; quod enim est tantum commemoratio non est ipsum cujus est cõmemoratio. 4. Corinthi primo, dicitur: *Omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt*. Videtur hoc dicere Judæos eandem escam manducasse. Quam nos manducamus: scilicet spiritualiter. Sed isti manducaverunt tantum Corpus figurativè per solam fidem g. & nos.

Respondeo ad primum quod est tantum mystica fractio quæ sufficit ad Realem præsentiam, & representationem crucis ad 1. R. Quod sicut fractio non est nisi mystica, ita Corpus Christi non est modo naturali; sed tantum invisibili, & indivisibili per modum substantiæ.

Ad 2. R. Quod idem est ac hic Calix mei Sanguinis, in quibus non est figura, ut quando dicitur; hic est vas aquæ, prima frasis est Hebraica: propterea dicit Christus, in meo Sanguine ad illud de testamento. R. Quod Eucharistia proprie est testamentum, quia est Eucharisticum testamentum quo confertur nobis jus ad gloriam.

Ad 3. Resp. Quod Christus non dicit suum Corpus, aut Sanginem quæ sunt realiter præsentia in Eucharistia, esse commemorationem, sed tantum absoluta jam Eucharistiæ institutione dixit hoc facite in mei commemorationem, quatenus illa sacrificatio quam facimus in Missa est commemoratio illius quæ facta sunt in cruce.

Ad 4. Resp. Quod Christus dixit Judæis, quod manducaverunt eandem escam inter se; non verò aliam, quia prima erat figura istius.

Dicunt 5; verbum est similitus apud Hæbreos pro significare, & sic quando dicitur; Hoc est

Corpus meum idem eſt, ac hoc ſignificat Corpus meum, quod probatur ex multis locis ſacræ Scripturæ ut Geneſis. 4. Tres propagines dicti ſunt. cap. 41. ſeptem boves pulchri & 7. ſpicæ plenæ 7. ubertates anni ſunt. Exodi 12. Agnus eſt tranſitus Domini. 1. Corinthi 12. poſtea autem erat Chriſtus Apocalypſis 17. ſeptem capita 7. montes ſunt ergo.

Reſp. 1. Quod ſi Chriſtus voluiſſet ſignificativè loqui, dixiſſet hoc ſignificat Corpus meum. 2. Eſto quod eſt ſignificetur ibi figurativè, non ſequitur, quod hic debeat ſumi quia ſequeretur quod in tota ſcriptura idem eſſet. 3. Quod eſt differentia nam prima illa verba ſunt merè ſpeculativa, & iſta. Hoc eſt Corpus meum ſunt practica, & operativa ergo.

Dicunt 4. Joannis 12. dicitur. *Vos non me habebitis ſemper*, g. non remanet in terris, ſed in cœlo. g. Reſp. Non ſemper habebitis viſibiliter, non verò inviſibiliter.

Dicunt 5. Sicut homo omne poteſt dicere ſe animam non habere ex eo quod ſit inviſibis, aut pecuniam quia non apparet; ita non poteſt dicere Chriſtus ſe verè reliquiſſe mundum, ſi inviſibiliter eſt in Euchariſtia. Reſp. quod dicuntur, quia unicum habent modum eſſendi, Corpus verò Chriſti habet duplicem, & ſic poteſt eſſe in cœlo ſecundum unum, in Euchariſtia ſecundum aliud.

Dicunt 6. Tertulianus lib. 4 contra Marcionem cap. 4 ait. *Corpus meum fecit dicens, hoc eſt Corpus, id eſt hoc eſt figura Corporis.* D. Aug. libro contra Adimantum, Manicheum cap. 12. ſubdit. *Non dubitavit Dominus dicere hoc eſt Corpus meum cum ſignum videret Corporis ſui:* Item in Joannem ait; *crede & manducaſti.*

Reſp. Quod iſtæ authoritates probant quod in Euchariſtia invenitur ſignum, & repreſentatio Corporis Chriſti. Quia eſt verum Sacramentum, atque à Deo ſignum Corporis; non tamen probant in hoc ſigno non contineri Corpus Chriſti realiter; & ſic Tertulianus utrumque aſſerit, & quod panis ſit Corpus Chriſti quo ad rem contentam, & ſic figura, quantum ad ſpecies continetur. Ratione quarum Euchariſtia eſt Sacramentum. 2. Quando dicunt Patres eſſe figuram, non dicunt tantum, ſed ut refertur ad panem de quo Jeremias capite 11 *Venite mittam lignum in panem ejus:* Quod eſt figura corporis Chriſti, ideſt

quod in lege veteri, erat figura Corporis mei. Ad illud Aug. R. quod ibi non sumitur res contenta, sed tantum Sacramentum, quod ut, sic est signum non figura, ut explicat S. Hylarius. *Corpus Christi quod sumitur de altari figura est dum panis, & vinum extra videntur; veritas autem dum Corpus est sanguis Christi in veritate intra; id est delitescens sub speciebus Corporalis creditur* 2. dicit D. Aug. figuram sacrificii crucis.

QUÆSTIO III.

An vera fiat transubstantiatio.

LUtherani docuere in Eucharistia remanere substantiam panis, cum substantia Corporis Christi, propterea vocant Christum impanatum; sed divisi sunt in modo: Aliqui dicunt quod Corpus Christi est præsens per ubicationem. Alii per unionem hypostaticam Christi cum pane, & vino. Alii per simplicem conjunctionem unius cum altero. Calvinistæ licet negent nobiscum; tenentur tamen non posse fieri sine transubstantiatione, etiam præsentiã realem Corporis Christi.

Nota quod transubstantiatio est conversio substantiæ panis in substantiam Corporis Christi; ita ut tota substantia unius transeat in aliam; & sic transubstantiatio deffinitur mutatio conversiva, qua tota substantia panis, & vini transit in substantiam Corporis & Sanguinis Christi.

2. Nota quod in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. circà annum 1215. prima fuit usurpatum illud nomen transubstantiationis, licet non sit expressa in scriptura; sufficit tamen quod res per tale nomen significata, fuerit divinitus revelata, & ut talis ab initio Ecclesiæ credita.

Dico quod in Eucharistiæ Sacramento, datur vera, & Realis transubstantiatio; sive conversio substantia panis in Corpus Christi, & substantiæ vini in Sanguinem Christi & probatur unico Argumento; hoc est Corpus meum, hic est Sanguis mei Calix. Hoc posito sic probatur ibi datur vera transubstantiatio, ubi datur conversio qua tota substantia mutatur in aliam ex vi conversionis & positionis substantiæ, in quam fit conversio, & prior substantia desinat, sed ita est. g. prob. minor. si non fieret talis conversio non esset geminis locutio in illis verbis. Hoc est Corpus meum v. g. si quis diceret hoc est

est aurum loquendo de pane, & remaneret panis, malè loqueretur, sed potius deberet dicere in pane est aurum, si remanet panis, ita debuisset dicere Christus. Si panis remaneret, in pane est Corpus verum, non verò hoc est Corpus meū, g. sicut dicitur, hic est homo Deus, hic Deus est homo ubi nota quod verba illa sunt operativa.

QUÆSTIO IV.

An communicare sub utraque specie, sit de necessitate salutis.

SCiendum est quod ante annum 1400. nulla fuit de hoc controversia, sed quidam Petrus Derdrensis, & Jacobellus Misnensis circa annum 1410. pragæ docuerunt Laicos non posse salvari, nisi de Calice Domini biberent juxta illud Joannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: Ubi pari passu loquitur de utroque si unum est de necessitate salutis g. aliud.

Lutherus modo unum, modo aliud tenuit: sed Lutherani aliqui, ut melanctor scribens Ruthanis ita absolutè tenuit ut dixerit, quod rectè facerent si loco vini aqua mellita vel mellone uteremur in Sacramento ob penuriam vini idem malineus Calvinista loquitur. His verbis: *Quo ad terras ubi vinum non est præstat sequi exemplum Ecclesiarum quæ utuntur alio liquore ibi usito, sicut in terris panis non est, non dubitamus quin liceat uti, quod panis locum teneat.*

Calvinus libro 4. institutionum cap. 17. ex eadem diaboli officina, & altera constitutio, quæ dimidiæ camæ partem meliori populo Dei numero, vel furata est, vel eripuit, nempè symbolum Sanguinis quod Laicis interdictum vasis & unctis in peculium cessit, edictum æterni Dei est ut omnes bibant.

Dico quod Ecclesia potuit prohibere, ne Laici sumant Sacramentum Eucharistiæ sub utraque specie, & sic non esse de necessitate salutis, nec de præcepto.

Probatur primo ex Concilio Constantiensi sessione 11. & vide sess. 25. cap. 1. & Canone 1. 2. & 3. his verbis. *Si quis dixerit ex Dei præcepto, vel de necessitate salutis omnes & singulos Christi fideles, utramque speciem sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti sumere debere Anathema sit*: Licet determinaverint Concilia absque

non quod sit expresse in sacra scriptura, tamen virtualiter, & deductivè hæc veritas invenitur, & sic.

Probatur 2. Lucæ 24. ubi refert: *Et factum est dùm recumberet: cùm eis accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum*: Hunc locum interpretatur sub unica specie Joannes Chrisostomus homilia 16. operis imperfecti in Matheum. D. Aug. libro 3. de consensu Evangelistarum capite 25. Isiolius libro 2. in Leviticum cap 9. venerabilis Beda in cap. 24. Leucæ Theophilis ibidem.

Probatur 3. actuum 2. *Erant autem perseverantes in Doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus*: Item cap. 20. *Una autem sabati cum convenissemus ad frangendum panem Paulus disputabatur.* Hunc locum interpretatur de solo pane Eucharistico; Joannes Chrisostomus homilia, 17. ejusdem operis imperfecti Beda ad caput 20 actuum Apostolorum Joannes Auralianus libro 3. de imaginibus Christiani in Syria 1. propterea textus Syriacus habet in fractione Eucharistiæ.

Ex quibus colligitur bis Christum porrexisse panem Eucharistiæ. Hierosolimis in ultima Cœna sub utraque specie, ubi adderant Apostoli & facti sunt Sacerdotes, 2. in Emaus, post resurrectionem sub unica specie duobus Discipulis qui nondum erant Sacerdotes.

Respondet Calvinus ibi fuisse etiam Calicem & dici tantum porrexisse panem per sinecdochem id est partem pro toto, contra hoc est contra verum sensum verborum, 2. hoc non est in scriptura 3. dicitur. Jesus porrecto pane, recessisse ab oculis eorum.

Dices si non admitteretur figura sinecdochæ; sequeretur quod consecratio modo deberet fieri sub unica specie. Resp. negando, sed quod Apostoli distribuerunt noviter conversis sub unica specie ut dicitur Actuum 21. Vides frater quot millia sunt in Iudæis qui crediderunt ut omnes simulatores legis sunt, & sic plures ex illis Iudæis conversi fuere. Nazareni non bibant vinum & sic Eucharistiam sumpsere, sub unica specie, præsertim cùm legalia essent, tunc in usu & Nazarani essent: *Religiosi in illorum observatione.*

Probatur 4. Ex usu Ecclesiæ, tum Orientalis, quam Occidentalis, quæ sub unica specie communicabant, & in itineribus longis, portabant tantum panem Eucharisticum, &

porrigebant peregrinis. Anachoritæ non aliter communicabant in eremis, ut fertur de Zozimo Græci solo quadragesimali tempore sub unica specie exceptis Sabbato, & Dominicis.

Probatur 5. Si esset jus aliquot ut nolunt Calvinistæ communicare Laicos sub utraque specie, esset vel ex facto Christi, vel ex scriptura, vel ex traditione, vel ex sanctis Patribus, vel ex hujus Sacramenti natura, sed nullis ex illis rationibus colligi potest. g.

Probatur, quoad primum non ex facto Christi, quia Christus vidimus communicavit Discipulos sub unica specie. 2. Sequeretur quod omnes Sacerdotes tenerentur consecrare post Cœnam. Si factum Christi esset præceptum, non ex scriptura ut vidimus, quia licet hæretici afferant illud Christi. Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Tamen hoc tantum debet sumi disjunctivè, id est, vel unum, vel aliud, ut dicitur argentum, & aurum non est mihi, id est argentum, aut aurum actuum 3. Secundo potest dici quod est præceptum de re scilicet Corpore, & Sanguine Christi sumendo in Eucharistia. Non verò de modo sumendi, id est sub una, vel utraque specie, cùm Christus sit totus sub una, aut amba, 3. Licet concederetur esse præceptum, facile potest intelligi implendum per aliquos, id est Sacerdotes, non singulos.

Ad illud Luc. 22. quod afferunt Lutherani. Hoc facite in meam commemorationem. Respondetur Christus his verbis voluit ut Sacerdotes soli post Apostolos offerrent Corpus, & Sanguinem suum. Ad illud Mathæi 26. quod afferunt Calvinistæ, bibite ex hoc omnes Respond. quod loquitur tantum hic Apostolis, quibus Christus potius dixit bibite ex hoc omnes, quam manducate, quia jam panem dederat eis: vinum verò consecratum in Calice dedit Discipulis inter se dividentibus.

Dicunt. Dicit Apostolus Corinthiorum 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat.* Ergo Respond. quod hic tantum loquitur de modo sumendi, id est pura mente.

Quod non sit in traditionibus probatur ex continua ut diximus praxi Ecclesiæ, in qua sub una specie tam privatim quam publicè communicabatur, ut vidimus. Quod non exigat na-

in triduo facta fuisset consecratio, fuisset solum Corpus absque anima, & Sanguis formam nominatam habent; nunc verò est Corpus & anima ratione unionis humanæ & divinæ, non vi verborum, sed concomitanter, est anima, vita unio hypostatica; persona verbi, essentia divina, & duæ aliæ personæ, & quia conversio fit non à quantitate in quantitatem, substantialis Christus est modo individui substantialis; non verő per modum Corporis quanti: Nota quod præcisè vi verborum est tantum Corpus & Sanguis.

Ex his sequitur quod tantum est sub fragmento, quantum sub toto, & minima pars totum continet. Unde si darentur indivisibilia in quantitate, vel continentia, vel terminantia in illis esset Corpus Christi, etiam extrinsecè per indistantiam, quam intrinsecè per intimam quasi penetrationem. Partes Corporis Christi distant tantum virtualiter inter se, licet sint inconfusæ.

Quandiù manent species, tandiù manet Corpus Christi; est in Eucharistia non circumscriptivè, non deffinitivè, ut Angelus; sed Sacramentaliter, de multiplicatione ejusdem Corporis in pluribus locis de qua ubi intrinsecis adveniunt, & fluunt.

Nota quod modus loquendi de Augustissimo Sacramento ita attemperandus est, ut aliud dicas de Christo, aliud de speciebus seorsim sumptis, aliud de utraque simul, nam Christus est indivisibilis, invisibilis, impassibilis species frigefiunt; calefiunt, corrompuntur. Corpus & species simul sumptæ dicuntur claudi, moveri, deportari quia actualis inheréstia non est de essentia accidentium, sed aptitudinalis, ideò accidentia sunt ibi sine subjecto, & quantitas ibi subristit per solam Dei actionem & alia accidentia inærent quantitati.

Quandò ex residuis speciebus aliquid mutatur, aut generatur, novum non est miraculum, quatenus, aut veterem quæ derivat substantiá revocat Deus, aut substituit de novo creatam, aut discerptam ex aëre; species istæ non solvunt jejunium, neque Ecclesiasticum neque naturale, quia substancia super posita non intravit per os à gutture, ubi proprie fit manducatio, si vinum infunditur in Sanguinem quia vinum non converti tur in vinum, nam simile non agit in simile, non transit in Sanguinem Christi, ideoque si gutta Sanguinis caderet in

dolium, totum illud deberet sumi.

QUÆSTIO VI.

Quinam sunt effectus Eucharistiæ.

PRimus effectus Eucharistiæ non est conferre primam gratiam, sed secundam, quia est vivorum Sacramentum & sic supponit gratiam, & ex accessu secundæ augetur prima, & specialia auxilia dantur. 2. Debet crimina innocenter patrata, ignota, vel non satis canullata. 3. Delet venialia, ita ut per frequentem accessum cùm fervore possint omnia deleri venialia, indirectè remitit partis ponæ juxta mensuram devotionis in ratione sacrificij, ex parte offerentis.

Non datur infantibus ob defectum ætatis, non à mentibus defectu rationis, non inergumenis ob crimina possessis demone, non histriònibus, non publicis peccatoribus notoriis, evidentia juris per judicis sententiam, vel facti per actionem, puta Clerici percussionem donec coram testibus penitentiæ signa dederint, occultis non denegatur & sic si de peccatore occulto quem scis esse peccatorem, non peccat contra conscientiam, sed scientiam.

Usus Calicis Boemis permissus est galliæ Regibus semel quando inaugurantur, semel in morte, Diaconorum in Missa Pontifici solemniori, Ministris altaris in fæstis solemnibus. In Monasteriis Cluniacensibus & Sancti Dionisii.

QUÆSTIO VII.

Vtrum sit peccatum mortale numquam celebrare, vel etiam Rarissime.

DOminus Cajetanus super articulum divi Thomæ inquo S. Doctor dicit, quod omnis homo tenetur ut gratia recepta a Deo habita opportunitate, sed ad recipiendum, & côficiendum hoc Sacramentum id est opportunitas ut offeratur Deo sacrificium, ergo omnis fenetur aliquando celerare. Alexander Alensis in 4. p. q. 51. membro. 2. D. Bonaventuræ in 4. dist. 12. p. 2. a 2. q. 2. Gabuel sectione 87. super Canonem putant tantum esse veniale numquam celebrare.

Fundamenta ipsorum sunt; primo ista obligatio neque consequitur ratione potestatis receptæ, ut ponatur in usus; neque ratione sacrificij, ut offe-

rat Deo, ergo nullomodo probatur prima pars. Ex eo quod aliquis habeat potestatem aliquam, solum sequitur quod possit operari, non quod teneatur operari, imo ex hoc non sequitur, nisi sit necessitas in Ecclesia, ergo.

Contra solutionem D. Thomæ, scilicet ex hoc quod quædam Sacramenta constituunt in usu, tenentur fideles illa suscipere, ut Eucharistiam sumere, ergo Sacerdotes tenentur celebrare. Contra hoc dicunt; quod ex hoc sequitur tantum quod qui sunt in officio, tenentur non alij.

3. Ubi non est lex, non est prævaricatio; sed nulla lex, nec naturalis, nec positiva, nec humana obligat Sacerdotem ad celebrandum. Probatur quo ad primum quia usus potestatis, non sequitur necessaria ad ipsam potestatem, sed accidentaliter. Probatur 2. pars quia non invenitur in toto jure Ecclesiatico, 3. pars etiam patet; quia locus qui hoc probat nempè levos 22. hoc facite in meam commemorationem explicari potest de communitatibus Cathedralibus & Parrochiis, non de omnibus Sacerdotibus. Ita illud Joannis 6. nisi manducaveritis intelligitur de solo pane, ergo potest Sacerdos implere præceptum accipiendo non conficiendo.

4. Ecclesia determinavit pro fidelibus tempus Paschæ ad communicandum, nullum verò tempus ad celebrandum, ergo non tenentur.

Dico tamen quod est peccatum mortale, numquam aut rarò celebrare probatur primo, ex capitulo dolentis de celebratione Missarum, ubi maxime dolet summus Pontifex ex hoc quod Rarò Sacerdotes celebrant, & ex Concil. Trid. sess. 22. ubi dicitur Christum præcepisse istis verbis. Lucæ 22 *ut Apostoli & eorum successores in Sacerdotio conficerent hoc Sacramentum*; & Canone 2. pronunciatur Anathema ei qui oppositum dixerit. Item in sess. 23. & 4. de reformatione præcipitur Episcopis, ut curent; quod omnes Sacerdotes celebrent saltem diebus Dominicis, & solemnibus, & in illis verbis Joannis 6. *Nisi manducaveritis carnem Filij hominis & biberitis ejus sanguinem*; intelligitur pro Sacerdotibus præceptum impositum.

Probatur ex illo loco, ibi ponitur præceptum communicandi sub utraque specie, his qui commode possunt facere, sed isti sunt Sacerdotes, ergo omnes Sacerdotes ad hoc tenentur.

3. Præceptum naturale, est obligans omnes fideles ad offerendum Deo sacrificium, Sacerdotibus per se ipsos, fidelibus per Sacerdotes, ergo est præceptum naturale.

4. Est contra jus naturæ, ut numquam pronunciare ducatur tur in actum, sed Sacerdotes recipiendo caracterem habent potentiam. Ergo est contrarius natura ut numquam celebrent.

Ultimo probatur, per hoc fideles scandalisantur 2. est contra proximi charitatẽ, quia per illud possunt prodesse fideles, ergo.

Ad objectiones, & fundamenta Resp ad primum, quod quamvis sit accidentalis usus illius sacrificij: tamen quia est finis Sacerdotis videtur essentialis. Ad 2. Resp. quod ex R. D. Thomæ sequitur quod Sacerdos tenetur, quia consistit in usu ergo in praxi. Ad 3. Respond. quod vere est contra jus naturale, & præceptum divinum ut vidimus.

Ad ultimum Respond. quod licet non determinetur tempus pro Sacerdotibus, sicut pro fidelibus, tamen est ex vi verborum Christi, ut patet Joannis 6.

QUÆSTIO VIII.

Vtrum Christus sumpserit suum Corpus & Sanguinem.

LUtherus libro de abroganda Missa privata, negat Christum se ipsum communicasse, quia tum esset Corpus in seipso, & sic duo Corpora in eodem loco. 2. Idem esset agens, ac patiens, quod non potest esse ex Scoto.

Respond. Ad primum quod duo Corpora non possunt esse in eodem loco, quia non habent diversum modum essendi Corpus vero Christi habet, ergo ad. 2. Respond. quod idem potest esse agens, & patiens, quia homo ambulando agit, & patitur.

D. Thomas dicit in isto articulo, Christum sumendo suum Corpus, sensisse quamdam dulcedinem.

QVÆSTIO IX.

Vtrum hoc Sacramentum causet aliquid Reale in Corpore.

ALiqui dicunt hoc Sacramentum causare in Corpore quasdam qualitates permanentes

manentes quæ per se ordinantur ad dotes gloriæ, ut sunt participationes gloriæ Corporis.

Turrecremata in capitolio in Christo, pater de consecratione tenet cùm aliis nullum habere effectum Corporalem, ut patet Joannis 6. qui manducat meam carnem habet vitam æternam, quod est effectus purè spiritualis.

D. Thomas in ista, q. art. 1. tenet cùm Scoto, in 4. disp. 11. q. 2. art. 5. & Joan. Damasceno libro 4. fidei ortodoxæ. 1. 14. S. Cyrillus libro 4. super Joannem cap. 17. D Bernardus in Sermone de Cœna, hoc Sacramentum causare aliquem modum realem Secundum quem minuitur concupiscentia carnis moderatur fomes peccati excitantur in appetitu sésitivo aliqui novi, & Boni motus, & facit quod homo promptius, & jucundius operetur virtutem, unde.

Dico etiam quod resurrectio & gloria sunt effectus istius Sacramenti. Probatur ex illo Joannis 6. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum*, unde subauditur, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam, & ego ressuscitabo eum in novissimo die*: Propter hoc aliqui Hæretici dixerunt, ut refert D. August. libro 2. De civitate Dei cap. 25. Quod nullus damnatur qui semel dignè hoc Sacramentum suscepit: Dico tamen quod dignè communicantibus, licet non correspondeat specialis aureola gloriæ, specialiter tamen correspondet quosdam gloria, ratione gratia quæ datur per istud Sacramentum quod patet ex ratione gratiæ, licet aliqui dicant hoc esse commune omnibus aliis Sacramentis.

DISPUTATIO XIX.

De celebratione Festorum.

Multa dicamus in tertio præcepto Decalogi circa observantiam Festorum, nunc tantum dicamus ea quæ pertinent ad Missam in quibus multa eruditione plena ad salutem necessaria & quædam subtilia afferuntur.

QUÆSTIO I.

De Ethimologia Missæ.

Istud Sacramentum multa habet nomina. Primo dicitur Missa, quod idem est, ac Missio.

1. probter Angelos, qui mittuntur, ut assistant. 2. Propter Verbum Divinum: imo totum Christum qui vi verborum Sacerdotis qui mittitur à Patre. 3. Propter nos, quia per ministerium Sacerdotis, qui est mediator Dei, & hominum vota nostra mitũttur ad Deum ad reconciliationem, & impetrationem. 4. Propter Cathecumenos qui lecto Evangelio foras mittebantur, quia erant sine baptismo qui est janua Sacramentorum, & sic non debebant assistere consecrationi, nec oblationi.

2 Dicuntur Eucharistia quod idem est ac bona gratia, quia per istud Sacramentum communicatur gratia abundanter.

3. Dicitur communio, idest simul participare; nam omnes participamus Corpus Christi, quod est ibi realiter corporaliter, licet non sit modo corporeo & omnes gratias per orationes Ecclesiæ impetratas.

4. Dicitur Hostia, quæ sumitur ab hostibus; an antiquiquitus antequam irent ad bellum faciebant Deo sacrificia, quæ vocabantur hostia, sicut victima à victis parta victoria, & sicut per istud Sacramentum vincimus hostes, per illud dicitur hostia.

5. Dicitur viaticum quia est nobis necessarium in via salutis.

6. Dicitur actio, quia ibi est judicium, accusator est diabolus. Reus totus populus, testis conscientia, Sacerdos est advocatus.

7. Dicitur sacrificium, quasi Sacrum factum, nihil enim isto Sacramento sanctius.

QUÆSTIO II.

De Ethimologia Sacerdotis.

SAcerdos dicitur quasi Sacradans, propter quod debet esse sanctus, impollutus, segregatus à peccatoribus quãdo consecrat, juxta illud maledictus homo qui facit opus Dei negligenter.

2. Dicitur Sacerdos, quasi Sacra docens, propter quod debet iste attentus, & diligens; debet prius recitasse matutinum, alio quin peccaret. Secundum hostiensem, quia inquit faceret contra consuetudinem Ecclesiæ, dummodo non sit impeditus.

Quæres primo, si aliquis peteret Eucharistiam quam Sacerdos sciret esse in peccato mortali, an teneretur id negare. R. quod si peccatum est occultum & publicè petat, non potest

denegare, si in occulto: scilicet quando esset solus cum illo in Ecclesia teneretur, denegare si est publicum tam in occulto, quam in publico teneretur denegare:

Quæres 2. An Sacerdos celebraturus debeat esse jejunus. Resp. quod est duplex jejunium, unum naturæ, aliud Ecclesiæ, primum est totalis privatio cibi, & potus per modum alimenti. 2. In quo licet semel in die manducare, & sic Sacerdos debet esse jejunus jejunio naturæ. Si tamen casu remanerent reliquiæ cibi precedentis diei, posset casu deglutire, & celebrare, quia ex D. Thoma non se habent per modum cibi, sicut de saliva quæ deglutitur non est necesse, ut quis post manducationem diei precedentis dormierit ad sumendum, illud Sacramentum.

Quæres. 3. Quid sit faciendum in illis regionibus ubi dies durat per tres menses, & noctes per tres menses etiam. Dico quod illi populi dividunt tempus quietis & laboris, somni, & vigiliæ ad quæ oporteret attendere.

Quæres. 4. An aliquando liceat celebrare non jejunus dico quod in duobus casibus licet. 1. Si graviter egrotatur si quis sumisset aquam pro vino inscienter, tunc deberet iterum consecrare hostiam, & vinum, & sumere propter decentiam Sacramēti, non debet Sacerdos se vitiatus Corpore, & valde, gibosus, cœcus, leprosus, furiosus, mancus aliquo membro notabili, Hæreticus, Schismaticus, suspensus, excommunicatus, non potest celebrare, nec degradatus.

QUÆSTIO III.

De indumentis Sacerdotis quid significant.

INdumenta ad celebrandum necessaria sunt amictus, alba, cingulum, manipulus stola, & casula, amictus litteraliter significat velamen quo Christus fuit velatus, quando dicebant Judæi, prophetisa, quis te percussit. Alba significat indumentum quo Herodes illusit. Cingulum flagellum quo fuit læsus manipulus funem quo fuit ligatus in horto, stola, funem quo fuit ligatus in columna. Casula significat purpureum indumentum. Moraliter vero, amictus significat fortitudinem ad omnia officia rite abeunda, alba puritatem, cingulum repressionem carnis. Manipulus vacuitatem omnium defectuum, stola

plenam potestatem. Casula plenitudinem virtutum.

Post indumenta sequuntur ea quæ concurrunt ad istud Sacramentum: Scilicet domus altare Calix, patena, Corporale, & lumem.

Domus debet esse Ecclesia consecrata, aut saltem altare, vel ad minus tabula consecrata in necessitate, ut apud missiones, & in exercitibus. Potest celebrari sub die, vel sub tentoriis in altari portatili.

Ecclesia debet esse consecrata propter Reverentiam Sacramenti; propter loci efficaciam, propter Angelorum assistentiam, & dæmonum terrorem circa pollutionem Ecclesiæ; quando est reconcilianda; vel reconsecranda jam dixi in primo libro.

Altare debet esse lapideum, propter sepulchri Christi repræsentationem juxta illud. *Petra autem erat Christus*, Calix & patena debet esse deaurata, aut argentata: verum est quod Calix divi Petri erat ex plombo, & altare lignum, sed tunc Sacerdotes erant ex auro mundissimo, & calices plombati fac sit Deus quod modo Sacerdotes non sint plombei & Calices ex auro.

QUÆSTIO IV.

Explicatio occurrentium in Missa, Primo de his quæ SS. Pontifices addiderunt.

Certum est, quod in primis Ecclesiæ temporibus ea omnia quæmodo dicuntur in Missa non erant, nam successu temporis. Summi Pontifices multa addiderunt immutata tamen sacrificij essentia:

S. Damasus Papa. Natione Hispanus præcepit, ut presbiter confessionem faciat, antequam vadat ad altare, deinde, ut Psalmus cum Gloria patri, & filio, & Spiritui Sancto cantaretur. Sanctus Sylvester primus natione Romanus instituit, ut Diaconi uterentur Dalmaticis in Ecclesia, & pallio Cincïino eorum leva Tegerentio. Ut Corporalia fierent e panno lineo non serico, albo, non tincto, & consecrato.

Stephanus primus natione Romanus instituit, ut vestimenta essent Sacra & honesta, quibus aliis diebus extra Ecclesiam non possent uti.

Celestinus primus natione Romanus instituit, ut ad introitum Missæ diceretur officium, nam à lectionibus inchoabatur

Missa, qui usus viget in vigilia Paschæ, & Pentecostes. Ut Psalmus & antiphona ante sacrificium diceretur.

S. Sholesphorus natione Grecus Carmelita, instituit tres Missas à quolibet Sacerdote dici in die natalis Domini, & Hymnum Angelicum decantari.

Gregorius VI. natione Romanus, instituit, ut decantaretur antiphona in introitu, & Kirie eleison novies, & graduale, & tractum. Addidit in Canone *diesque nostros in tua pace disponas*, post consecrationem addidit. *Praceptis salutaribus monitis*, & orationem Domini eam alta voce cantari, distribuit horas Canonicas, & diurnas, & nocturnas.

S. Urbanus primus Romanus natione, vasa Sacra argentea instituit.

Sother natione Campanus instituit, ut feminæ moniales non tangerent vasa Sacra, nec adolerent altare.

Bonifacius I. natione Romanus prohibuit ne quævis mulier vasa Sacra tangeret.

Symmaccus natione Sarclus instituit, ut Hym. Angelicus cātaretur, id est gloria diebus Dominicis natalitiis, Apostolorum, & Martyrum, & ea quæ sequuntur circa hymnos.

Gelasius primus natione Afer. fecit orationes, Tractus, hymnos, & collectas, prefationem communem Missæ quotidianam. *Vere dignum & justum est*. Hieronimus presbiter Cardinalis ordinavit epistolam, & Evangelium.

Marchus natione Romanus statuit, ut symbolum Nycenum post Evangelium decantaretur.

Anastasius primus natione Romanus, ut quando Evangelium diceretur Sacerdos staret.

Leo primus natione Theseus statuit, ut finito offertorio super oblata incensum ponerent in memoriam mortis Christi, addidit in Canone. *Hanc igitur oblationem*. Deinde, *Sanctum sacrificium immaculatam hostiam*.

Pelagius natione Romanus instituit prefationes decem.

Clemens primus instituit in Canone ante consecrationem hostiæ. *Te igitur Clementissime Pater*. Una cum filio Papa nostro.

Alexander primus natione Romanus instituit fieri memoriam passionis Domini in Canone addidit. *Qui pridie quam pateretur:* Aquam misceri vino instituit, ut oblatio non fieret nisi in eximia, & in modica quantitate dicens quanto paucior, tanto potior. Item precepit aquam cum sale exorocisata,

& benedicta populum aspergi.

Sixtus primus natione Romanus instituit, ut diceretur ter Sanctus, ut Sacra vasa non tangerentur nisi à Ministris Sacris.

Sergius natione Syrus, instituit, ut in fractione Dominici Corporis diceretur ter ecce agnus Dei, subdidit. *Sacro sanctam mixtionem.*

Psalmi qui propter tædium populi ablati sunt.

Quæres quare aliquando gloria Patri non dicitur, ut in Missas defunctorum, & à Dominica Passionis usque ad Pascha. Resp. Quia nondum apparet animarum libertas, & sunt in statu pœnæ; nec merentur, & aliud dico, quod est potius tempus luctus, quam letitia.

QUÆSTIO V.

De Explicatione occurrentium in Missa à S. Pontificibus addita. primo de introitu.

INtroitus significat inchoationem Missæ, ad Missam populus debet venire cum mentis devotione, & hoc signat officium. Cum mentis humilitate, & hoc signat gloria in excelcis Deo, cum petendi intentione, & hoc signat orationes.

Introitus significat Patrum Desiderium, & adventum filij Dei juxta illud. *Emite Domine Dominatorem terræ.* Per introitum,& antiphonam significatur summum Desiderium Sanctorum Patrum, per Psalmum Desiderij immensitas. Ponitur aliquid de Psalmo quia antiquitus multi decantabantur

QUÆSTIO VI.

De explicatione Kyrie eleison.

KYrie eleison idem est ac Deus miserere, sicut Christe eleison, Christe miserere.

Quæres primo quare illa verba sicut osanna non fuerunt translata de Græco in Latinum; dico quia titulus cruxis fuit triplici lingua scriptus. 2. Quia Ecclesia vult, ut diebus principalibus laudetur Deus.

Quæres secundo quare noves repetitur Kyrie eleison, dico quod est propter novem Choros Angelorum. 2. Quia omni ordine aliqui ceciderunt, petimus ut impleamus illorum loca, ut impetremus novem effectus gratiæ vivificantis glorificantis animam, & corpus pur-

gantis, illuminantis, justificantis & præmiantis.

Queres 3. Quare in tribus primis ponitur Kyrie eleison, sicut in ultimis, & in medio Christe eleison, dico quia petimus veniam, tribus Personis Divinis, quarum medium est Christus ut Filius Dei.

QUÆSTIO VII.

Origo, & explicatio, Gloria in Excelcis Deo.

Quæres primo, quare dicitur Hymnus Angelicus. Dico quia fuit primo delatus ab Angelus, & decantatus. Tempore Adventus, non dicitur sed quasi renovetur in die Nativitatis Domini dies letitiæ. 2. Ad significandum Tristitiam Sanctorum Patrum circa Adventum futurum Christi.

Quæres secundo, quare dicitur Allelnia tempore Adventus, & non dicitur Gloria in excelcis. Dico quod licet Sancti Patres Tristarentur de Adventu Christi, lætabuntur tamen de certitudine illius.

Quæres tertio, quare à Septuagesima usque ad Pascha non dicitur Gloria in exelcis, nec Alleluia, dico quia tunc Ecclesia recolit transgressionem primi parentis, & quia representat tempus captivitatis Populi Israël.

Quæres 4. quare in Dominica quarta Quadragesima canitur Gloria in excelcis; quia tunc venit nuncium deliberatione Populi.

Quæres quare in Missis votivis, non canitur; quia non celebratur Festum, sed tantum fit commemoratio.

Nota quod omnia alia præter Gloria in excelcis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, fuere addita ab Ecclesia.

QVÆSTIO VIII.

De Epistola & Evangelio.

Epistola significat instructionem, & doctrinam per Ministros novi, & veteris Testamenti, qui lex præcessit Evangelium.

Quæres primo, quare aliquando in Epistola dicitur Fratres, aliquando charissimi, aliquando in illis diebus; dico quando Epistola sumitur, ex D. Paulo dicitur Fratres, quia mittebantur ad illos quos converterat, quando sumitur à Canonicis D. Petri, D. Jacobi, D. Joannis, di-

citur charissimi, quia mittebantur ad omnes Fideles, quando sumitur, ab actibus Apostolorum dicitur in illis diebus.

Quæres secundo, quare Epistolæ sumuntur vel ex Epistolis D. Pauli, vel à Canonicis, vel ab Actibus Apostolorum, vel ex Prophetis, aut Salomonis, & numquam ex libris Moysis, quia in veteri Testamento promittebantur tantum temporalia, in novo æterna.

Quæres 3. quare non accipitur benedictio quia Prædicatores prædicabant ex instinctu Spiritus Sancti.

Quæres 4. lector Epistolæ vadit sine lumine, quia lectio significat Joannem Baptistam qui non erat lux, sed in Evangelio jam lux venerat in mundum deinde vadit cum unico acolito, qui Joannes prædicabat & adventum Christi humillimum.

Graduale significat gradus per quos ostendebat Diaconus ut legeret Evangelium.

Evangelium significat bonum nuntium, in quo debet stare Sacerdos, ut attentius audiat.

QUÆSTIO IX.

De Symbolo Apostolorum.

Quidquid sancti tradiderunt nobis de fide Christi signata sunt Sigillo Dei, scilicet miraculis; nam quæ facta sunt, vel sunt facta per miracula, vel sine miraculis. Si per miracula, ergo signata sunt miraculis; Si sine miraculis, ergo per miracula; quia esset maximum miraculum quod tot reges, tot gentes conversi fuissent per 12. Apostolos sine miraculis.

Articulus fidei ex Ricardo à S. Victore est indivisibilis veritas arctans nos ad credendum, & sic tot modis dicitur articulus, quot modis arctat nos veritas, ut credamus Deum esse unum. 2. Tot modis quod arctat nos sola fides, quia excedit omnem rationem naturalem Deum esse trinum.

Dicitur Symbolum, quia simul colligit omnes articulos in unum.

Symbolum est triplex Apostolorum Nycenum, & S. Athanasij. 1. fuit conditum nundum veritate propalata. 2. Veritate propalata contra aliquos hæreticos. Tertium veritate concussa ab hæreticis.

Primum articulum posuit S. Petrus, scilicet. *Credo in Deum Patrem omnipotentem factorem Cœli & Terræ.*

Secundum articulum posuit S. Joannes Evangelista scilicet. *In Jesum Christum Filium Dei unigenitum Dominum nostrum.*

Tertium

Tertium articulum posuit S. Jacobus Major, scilicet *qui conceptus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine.*

4. Articulum posuit S. Jacobus Minor scilicet *Passus sub Pontio Pilato Cruxifixus mortuus & sepultus est.*

5. Articulum posuit S. Thomas, scilicet *Descendit ad inferos tertia die resurrexit à mortuis.*

6. Articulum posuit S. Jacobus Major, scilicet *Ascendit ad Cœlos sedet ad dextram Patris.*

7 Articulum posuit S. Philipus, scilicet *Inde venturus est judicare vivos & mortuos*; Isti omnes articuli respiciunt personam Patris, & Filij, alij Spiritum Sanctum.

8. Articulum posuit S. Bartholomeus, scilicet *Credo in Spiritum Sanctum.*

9. Posuit S. Matheus, scilicet *Sanctam Catholicam Ecclesiam.*

10. Posuit S. Simon Cananeus, scilicet *Sanctorum Communionem remissionem peccatorum.*

11. Posuit Judas Thadeus, scilicet *Carnis resurrectionem.*

12. Posuit S. Mathias, scilicet *Vitam æternam amen*, Paulus & Barnabas qui fuerunt electi post missionem Apostolorum nullum articulum fecerunt.

QUÆSTIO X.

Errores Hæreticorum contra articulos fidei & additamenta ad illos articulos propter Hæreses.

IN primo articulo, additum fuit unum propter errores gentilium qui admittebant plures Deos, & Antropolitanorum, qui putabant Deum esse Corporeum, sicut & epicureorum negantium scientiam, & providentiam in Deo.

2. Additum fuit omnipotentem propter errores Manicheorum qui admittebant actus humanos non disponi à Deo, quia inquiunt mali prosperantur, boni affliguntur, & Philosophorum gentilium.

3. Additum fuit factorem cœli & terræ, contra Manicheos qui putabant invisibilia esse à Deo, visibilia à demone 2. contra ponentes mundum ab æterno, & alios qui dicunt mundum factum fuisse ex præexistenti materia.

In secundo articulo additum fuit Dominum nostrum contra eos qui dicunt Christum esse purum hominem. 2. Jesum Christum contra negantes esse salvatorem, & sunt Judæi.

2. Additum fuit filium Dei,

contra eos qui dicunt filium non procedere per modum originis à Patre.

3 Additum fuit unigenitum. Contra eos qui admittebant ipsum esse filium adoptivum; & plures filios in divinis.

4. Additum fuit ex Patre natum ante omnia sæcula contra Fotinum admittentem non esse ante Mariam, & Arrium, non esse ab æterno.

5. Propter Sabellium dicentem filium esse ipsam personam Patris, additum fuit Deum de Deo, Deum verum de Deo vero, & qui Arrius dixit verbum esse factum, & creaturam additum fuit, genitum non factum; quia iterum & iterum negavit consubstantiam Patri additum fuit consustancialem Patri.

In tertio articulo, additum fuit qui propter nos homines, propter originem qui admittebat verbum esse salvatorem etiam demonum quos salvabit in fine mundi.

2. Additum fuit decendit de cœlo, propter Fotinum docentem, Christum esse purum hominem, & propter bona opera vocatum fuisse filium Dei.

3. Additum fuit, & incarnatus est, propter Manicheos qui docebant Christum habuisse Corpus phantasticum & passum fuisse phantastice, & Valentinum, Corpus non fuisse ex Virgine, sed asportatum fuisse de cœlo, additum fuit ex Maria Virgine.

4. Additum fuit & homo factus est, propter Arrium, & Appollinarem dicentes Christum non habuisse animam, sed loco animæ fuisse divinitatem.

In articulo 8. Additum fuit qui ex Patre filio que procedit, propter Græcos, qui putant spiritum sanctum procedere tantum à Patre.

2 Additum fuit qui locutus est per Prophetas propter Prixillianitas, & Montanum, qui dicebant Prophetas non fuisse locutos per spiritum sanctum sed ex ebrietate.

In articulo decimo, additum fuit unium Baptisma in remissionem peccatorum, propter Hæreticos non admittentes baptismum in aqua, & Donatistas rebaptisantes filios Catholicorum, & negantes verum esse Baptisma conferentis in peccato mortali.

In undecimo, additum fuit resurrectionem mortuorum, propter Valentinum, negantem resurrectionem, & Euthicem Patriarcam Constantinopolitanum admitentem Corporea nostra post resurrectionem esse aërea, & celestia.

In duodecimo additum fuit vitam æternam propter originem ponentem homines damnatos post finem mundi purgari, & redire ad gloriam eos qui dicunt animas impiorum morientium non statim ire ad infernum, sicut justorum in paradisum.

QUÆSTIO. XI.

De aliis partibus Missæ.

VIdimus duas primas partes Missæ in quibus erat major difficultas, quæ spectant ad præparationem, & instructionem, nunc videndum est quæ pertinent ad perfectionem, & essentiam ejus, nam post prædicationem quæ fit ad Evangelium sequitur fides in Symbolo Apostolorum, post fidem Symboli sequitur laus in offertorio, post tandem sequitur fructus in oblatione: Propterea dicitur Dominus vobiscum.

Ad denotandum quod omnis laus debetur Deo, & quod nulla oblatio est Deo accepta nisi à Deo, & Deus non sit nobiscum, deinde dicitur oremus ad denotandum quod totus populus, debet esse attentus ad misterium consecrationis: unde offertorium significat lætitiam Christi, quia oblacion debentur Parrochis qui tenent locum Christi.

Post oblationem sequitur oblatio manuum quæ significat munditiam, sive carentiam omnis maculæ: propterea dicitur orate fratres, ut sacrificium sit acceptabile apud Deum pro populo, post offertorium sequitur consecratio quæ durat usque ad oremus. Præceptis salutaribus moniti, & hoc significat perfectionem in qua laudatur Deus per istud trisagium sanctus, & ultimo fiunt orationes pro omnibus tam vivis, quam defunctis, tam absentibus, quam presentibus, & post hoc incohatur communio sanctorũ, ut adjuvent nos ad receptionem Corporis Christi.

Post præparationem Corporis Christi sunt petitiones faciendæ à Christo Domino, & laus per illa verba agnus Dei: Tandem sequuntur nationes & finis Missæ ite Missa est.

QUÆSTIO XII.

De observantia festorum cum casibus resolutis.

CIrca celebrationem festorum, jam diximus. Nunc resolvenda sunt aliqua circa

preceptum de auditione Missæ.

Quæres I. An auditio Missæ diebus festivis obliget sub. Resp. quod obligat, quia Ecclesia habet jus præcipiendi & jus primi principii supra subditos suos.

Quæres secundo, an aliquando quis possit excusari à servissibus, & quando Resp. quod duo sunt quæ excusant necessitas, & pietas.

Necessitas alia est publica, ut reficiendi fontes, piscandi certo tempore, & certum genus piscium, preparandum pro introitu alicujus principis pro aliqua gravi festivitate.

Alia est necessitas privata, ut pauperes qui non habent unde vivant, nisi per labores. Agricolæ qui ob pluviam super venturam segetes, aut fœnum congregant, vel ob aliud grave damnum, evitandum, aurigæ, nautæ, vitriarii, Medici, Chirurgi, Pharmacopolæ, aliquando sartores, quorum opus urget propter festa, famuli, ancillæ, in aliquibus casibus.

Pietas ad istam pertinet tam ad Deum religio quam misericordia in proximum; spiritualis charitas erga se ipsum.

Ista omnia excusant quia cessat jus primi principii erga illos, vel mitius cessat obligare pro tunc sicut in sequentibus.

QUÆSTIO XIII.

De auditione Missæ quæ excusent.

CAusæ excusantes ab auditione Missæ, sunt impotentia spiritualis, v. g. Si sit in excommunicatione aut interdicto, impotentia corporalis quæ est duplex. Una simpliciter dicta quæ est navigantium, si tamen possit commode celebrari tenentur non tamen absolute; quia nullus contra legem communem tenetur uti suo privilegio, altera est moralis; quando quis non potest audire sine jactura bonorum animi, Corporis, aut fortunæ, etiam ob pudorem v. g. honesta mulier male vestita, ex oculta fornicatione pregnans, qui infirmi sunt, aut qui infirmis deserviunt, ob periculum pestis patronum, matres, ancillæ, quæ non possunt deserere infantes, propter elongationem ab Ecclesia, & tempus importunum, ob pluvias, nives, grandines, debet haberi ratio ad personas, tempus, vitam, locum, & consuetudinem.

Qui domum vel gregem custodire tenetur, qui itineris comitem valde necessarium utilem, & oportunum non habent,

vel ob navigandi oportunitatem, qui ratione officii, vel gravis negotii, ut milites, ut stationem servent vigiles, custodes.

Consuetudo loci, ut vocor maritum lugens, aut post generatum filium; puella nubilis, & puerpera post morbum convalecens. Excommunicatus notorius, Carceratus concubinaris, ob sceleris detestationem potest prohiberi auditio Missæ.

Qui die festo non potest audire Missam tenetur ad aliquas orationes, & audire spiritualiter, si non possit corporaliter, licet ad hoc non sit præceptum positivum; videtur tamen esse præceptum divinum quia Deus vult, quod ab opere servili abstineatur & cultus ipsi tali die exhibeatur, quod fit per orationes

Unde resolves, quod omnes supra dicti non peccant, quia cessat jus primi Principii Ecclesiæ in illis casibus.

DISPVTATIO XX.
De Matrimonio.

QVÆSTIO I.
Quid sit Matrimonium.

Sciendum est quod Matrimonium vocatur, multipliciter, primo ab officio Matris in educatione, & generatione prolis. 2. Dicitur conjugium quia vir, & mulier conveniunt in portando jugum familiæ 3. Nuptiæ, ex velo pudicitiæ, & modestiæ.

2. Quod finis est triplex, primo generis humani propagatio, secundarius prolis educatio. 3. concupiscentiæ medela.

3. Quod multiplex est matrimonium naturale in Adamo, & Eva. Civile in contracto, Sacramentale, in Evangelio, dicitur naturale quia ex juris, & naturæ Principis oritur, quod pendet ex libera illius institutione quo adexecutionem, & actualem licentiam, contrahentium tempore Evangelii, gratiam producit ex opere operato, dicitur naturale, quia ita uniuntur vir & fœmina, ut separentur, à Patre, & Matre dicitur civile, quia fit contractus civilis in quo leges prescribunt conditiones ad utilitatem publicam ex quo oritur maxima controversia, & difficultas inter Galliam, & Italiam, an dari possint matrimonio conditiones, ita ut possit totaliter disolui, si desint conditiones positæ à parlamentis, vel non unde.

Sciendum est quarto, quod in Gallia toties dissoluitur matrimonium, quoties deest con-

census parentum, supposito quod filius non attigerit 25. suæ etatis, & tota ratio est; quia Reges possunt quascumque voluerint conditiones apponere omnibus contractibus civilibus; cum autem matrimonium sit prius contractus civilis, quam Sacramentum, & Christus elevans contractum civilem matrimonij, ad esse Sacramenti, noluit quod contractus civilis non elevaretur ad esse Sacramenti: nisi esset bonus contractus, & Gallia non vult ut sit bonus, si non adest consensus parentum, sequitur quod non erit Sacramentum, si non adest talis conditio, ergo poterit dissolui à Parlamentis.

In Italia nolunt, quod eo ipso quod Christus elevavit contractum civilem matrimonij ad esse Sacramenti Reges possint quidquam addere vel minuere, quia contractus civilis matrimonij elevatus consistit essentialiter in mutuo consensu viri, & fœminæ, ergo quotiescumque aderit mutuus consensus voluntarius viri & fœminæ, toties ille contractus erit verum Sacramentũ apud Christianos. Ergo non poterit dissolui, quia non pertinet ad Reges immutare Sacramenta addendo, vel minuendo.

Denique dicitur Sacramentum, quia inter solos Christianos, fit verum Sacramentum ex Concil. Trid. sess. 24. Canone primo.

Definitur matrimonium signum efficax practicum gratiæ justificantis à Christo institutum inter virum, & fœminam usque ad mortem utriusque ad procreationem, & educationem liberorum, simulque in remedium concupiscentiæ, & ad mutua vitæ continua auxilia.

Civiles nuptiarum leges jus Canonicum, à jure civili sumpsit conditiones, primo ut sit Sacramentum, gratiam vi sua conferens, ac internam Christi cum Ecclesia unionem representans.

Sciendum est 5. quod materia remota sunt corpora conjugum. Proxima est mutuus utriusque consensus tam active, quam passive; sunt enim ambo id quod in contractu tribuitur, & promittitur. Forma sunt verba, vel nutus, & signa quorumcumque conjugum exprimentia per pactum extrinsecum adeo ut valere possit ipsum silentium verecundum; potest contrahi inter absentes, & per procuratorem, valetque tunc non solum ratione contractus, sed & Sacramenti quando fieret pre-

fentes qui contrahunt debet repetere consensum de presenti.

Premitti debent, & solent sponsalia: scilicet futurarum nuptiarum promissio, facile contrahuntur inter tacentes, & absentes; volet enim hic rati habitio, dummodo ad primus annum etatis 7. attingerit, & important obligationem convocandi ad matrimonium, ubi tempus erit, nisi mutuus consensus utriusque dissoluat vel alter diutius absit, tempus elapsum, & conditio stipulata desit, professis monastica, vel sacri Ordines supervenerint, & aliud matrimonium contrahatur, vel fornicatio, affinitas, lepra, aliaque impedimenta intervenerint.

Premissis sponsalibus fit matrimonium quasi matrismunium, per consensum mutuum quo verius efficitur matrimonium, quam concubito; quia per illum tradunt mutua corda, & Corpora, & unus est magis alterius, quam suus, nuter Corporis sui potestatem habet, ambo licet vacare suo tempore devotioni consulantur, alter tamen jura sua reddere tenetur ex justitia, & veluti ex voto nuptiali: Propterea per illum actum est debito jure, & medicamine gratiam consequutur.

Tenet istud vinculum quandiu vivunt, & sola mors dissoluit, qua adveniente licet convolare ad secundas nuptias, ut patet tempore Hieronimi Romæ visum est per conjugum quartum, alter 20. Uxoris sepelierat, alterat 21. maritos.

Hoc sensu licita est poligamia, id est successive plures habere uxores, simul nefas est modo. Lamch cepit accipere plures uxores in lege naturæ, in lege scripta frequens fuit, ut patet in Davide, & Solamone nec contra jus naturæ erat, quia non erat contra primarium finem matrimonii, & sic Deus permisit. Inter illas uxores una erat primaria, ceteræ vocabantur concubinæ, id est secundariæ. Pluxoriatus est prohibitus, id est quod una mulier habeat plures viros, quia destruit fines matrimonii, nec modo est licita Judæis poligamia quia per novam legem destructa.

Ad matrimonium legitime contrahendum requiretur persona, ætas, consensus, ut ambo sint masculus, & fœmina annorum 14. In viro; 12. in fœmina initur ante pubertatem resoluitur in sponsalia de futuro.

Liber consensus requiritur: unde metus cadens inconstantem virum ab intrinseco, & directe cogens matrimonium

impedit, non reverentialis erga parentes.

Per procuratorem potest fieri modo, non repugnet conditionibus matrimonii; scilicet, proli, fidei & Sacramento.

Unio duorum in una carne est indissolubile, ita ne divorsium numquam sit licitum, nisi forte quoad delitum, aliquando quoad Thorum, tectum, propter adulterium respective, morbum contagiosum, sævitiam, aut urgens animæ periculum puta si maritus inducit ad heresim, & tunc non desinit esse maritus, ita ut vivente uxore possit alteri nubere.

An consensus debeat esse absolutus, vel conditionatus indicant istæ conditiones, aliæ sunt presentes, aliæ futuræ, aliæ necessariæ, aliæ impossibiles, aliæ turpes, aliæ contra substantiam & finem primarium, vel secundarium matrimonij.

Necessariæ turpes, impossibiles cognitæ ut tales ex Decreto Gregorij IX. habentur pro nullis, nec impediunt, nec dirimunt matrimonium, at ista semper presumit forum Ecclesiæ. Si sint contra substantiam semper invalidant, sive sint turpes futuræ, ut contraho te cum si fætum extinguas, sive honestæ, ut contraho te cum, si juraveris servare continentiam, quia libertas utendi est de substantia matrimonii, & de essentia non usus, & consumatio: unde necesse est semper habere intentionem, ad actualem consummationem quod B. V. Maria non habuerit, hoc fuerit ex dispensatione divina.

Non sufficit tacita, aut clandestina, sed expressa intentio coram duobus testibus, & Parrocho, aut Episcopo, aut Sacerdote à Parrocho proprio deputato. Requiritur ordinarius loci utriusque conjugi saltem unius; ita non licet in alienam diecesim, aut Parrochiam transire ad contrahendum. Clandestina semper fuere nefanda, licet non invalida nisi post Concilium Trid. in loci jubi est acceptatum.

Requiritur trina promulgatio, quarum si una desit peccat; possunt tamen dispensari ab Episcopo, licet jus civile irritet matrimonium filiorum contrahentium contra voluntatem parentum, punitio est tantum extrinseca quæ matrimonium non attingit, nisi ut contractum civilem, privatque dumtaxat legitimis privilegiis puta hereditate prolis legitimatione, & similibus item dicendum est de rapta, quasi non consentit, quamdiu manet in potestate raptoris, non est capax matrimonii.

Tria

Tria sunt bona quæ compensant matrimonium, fides conjugalis quæ consistit in mutua redditione debiti, nisi excuset adulterium unius partis, quoad Thorum, si sit occultum, quo ad habitationẽ si sit publicum, alterum bonum est societas, ultimo est observatio mutuæ fidei ad invicem: Si autem violetur ab altero potest innocens denegare.

QUÆSTIO II.

De impedimentis matrimonij.

IMpedimenta matrimonij sunt, error, conditio, votum, cognatio; crimen, cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, si sis affinis, si forte coire nequibis, & post Concilium Trid. impedimentum est inter raptam, & raptorem defectus Parrochi, & duorum testium.

Impedimenta quæ dirimunt matrimonium sunt illa, quæ sunt contra substantiam matrimonij alia quæ impediunt, sunt tantum contra solemnitatem, & qualitates. Error impediens, & dirimens debet esse contra substantiam rei, ut circa servitutem ignoratam; circa qualitates vero non impedit, ita de conditione quæ respicet servitutem totalem contractam, & legalem, sicut quando Jacob cognovit Liam, quã non habuit in uxorem nisi post quam cognovit falsariam, & eam acceptavit.

Votum simplex etiam publice factum si nullus est qui accepret nomine Ecclesiæ non irritat matrimonium, licet contrahens peccat mortaliter, debet dispensari ab Episcopo, ut possit pætere debitum, & à Summo Pontifice si vult gaudere plena relaxatione; ubi adverte quod quis potest facere continentiæ votum, vel votum non contrahendi unquam matrimonium; primum non potest solvi, nisi à Summo Pontifice. 2. ab Episcopo qui fornisatur cum tali voto. Ultimo non facit contra votum, licet, peccet. Votum solemne Religionis approbato mancipat totum hominem Deo & Religioni.

Cognatio est triplex, naturalis, spiritualis, & legalis; naturalis fit per gradus, & relationes naturæ progenitæ. Spiritualis resultat ex administratione Baptismi, & Confirmatione. Legalis est mutua necessitudo inter adoptantem & adoptatũ, prima dirimit matrimonium usque ad quartum gradum, inclusive, tam in decen-

dentibus, quàm in ascendentibus in lignea recta, quam transversa cum in levitia fiat tantum mentio de duobus. Aliqui qui putarunt solum primum gradum esse de jure divino, & alios de jure Ecclesiastico de quibus dispensari potest, inquiunt, quod verum vix esse puto.

Cognatio spiritualis oritur ex Baptismo, & Confirmatione, & fit tantum inter parentes & patrinos, & inter eosdem parentes, & eos qui Baptisant, & confirmant ex Concilio Trid.

Legalis nascitur ex adoptione, adoptatur debet esse masculus, non monachus 25. annorum, hæc adoptio si fit totalis; scilicet si succedat in totam hæreditatem dirimit matrimonium, per eosdem quatuor gradus in lignea recta descendendo cum liberis qui tempore adoptionis erant in potestate patris adoptati à quo facile Ecclesia dispensat.

Affinitas eodem modo progreditur, ac cognatio, impedit matrimonium inter eos qui carnaliter etiam fornicando cognoscunt consanguineam alter utrius conjugis: si per fornicationem contracta fuit terminatur. In 2. gradu. Si jam ratum fuit aliud matrimonium, & non consummatum nullum inducit impedimentum nisi publicæ honestatis, nec superveniens, matrimonio carnali commercium dissolvi, sed solum impedit ne adulter possit debitum petere; nisi dispensetur ab Episcopo; & cum omnia ista sint de jure Ecclesiastico possunt dispensari.

Adverte quod est valde diversum affinis tuus, & affinis conjugis, nam potest contrahere cum affine conjugis, non cum affine tuo, vel tu*.

Impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato, per verba de presenti, & per sponsalia de futuro in isto usque ad quartum gradum, in illo usque ad primum.

Ordo diremit, & Sacerdos qui contrahit fit excommunicatus; vis & coactio impedit, condemnetur à judice, vel ad patibulum, vel ad matrimonium, quia tunc proponitur mors in pœnam delicti.

Ligamen oritur ex matrimonio rato, & consummato cum alia conjuge.

Crimen matrimonium est quando commisso adulterio ex mutuo consensu conjugum, alter conjux de facto occiditur ab adultero, aut adultera, vel quando adulte-

rium committitur cum promissione nuptiarum per verba de futuro, & acceptatur conditio ab utraque parte.

Licet David nupsit cum Bersabea, & occisus est maritus, ergo. Resp. Quod David non pepigerat de morte mariti. 2. Quod tunc non erat lex Ecclesiastica cultus disparitas est quando Baptisatus iniit matrimonium cum non Baptisato: tamen dico quod hoc cum non sit de jure divino, licet dicat D. Paulus nubere tantum in Domino.

Quod si alter conjux ad fidem revertatur novus utriusque consensus est necessarius, cum validetur matrimonium, & fiat Sacramentum circa connubium cum hæretico, aut hæretica nullum extat decretum Ecclesiæ ad invalidandum, etiam inter hæreticos. Ubi Concilium Trid: est receptum matrimonium clandestinum est invalidum impotentia physica si sit perpetua, & non super veniens matrimonio rato, aut consummato dirimit matrimonium, quia est contra finem matrimonij primarium. Maleficium non licet maleficio solvere, sed si illud maleficium duret 3. annos soluit matrimonium.

QUÆSTIO III.

De impedimentis & non dirimentibus matrimonium.

Impedimenta sunt tempora, mandatum, votum, sponsalia, crimen.

Tempus quia certis anni temporibus fieri prohibentur nuptiæ, ab Adventu ad Epiphaniam, à die Cinerum usque ad Dominicam in albis inclusive, non quod non possit quis nubere, sed vetantur benedictiones & solemnitates.

Mandatum id est quando Episcopus, vel Vicarius, vel Parrochus vetant justis de causis.

Votum vel sucipiendi ordines, vel ingrediendi Religionem, vel non contrahendi matrimonium impedit.

Sponsalia cum unus vel una impedit ne quis contrahat matrimonium.

Crimen est multiplex exorcidium, incestus cum consanguinea tua usque ad quartum gradum, ab istis Episcopus potest dispensare si sit factum matrimonium cum illis impedimentis. Data dispensatione debent mutuum consensum elicere sine Parrocho, & testibus si fuerit bona fides.

Tria sunt sponsalia, mutuus consensus, ingressus Religionem, ordinum Sacrorum susceptio, matrimonium sequens ratum uno, & alio, licet peccent conjuges, qui applicāt materiam, & formam dicuntur Ministri hujus Sacramenti Parrochus post Concil. Trid. in 6. libris: Propterea conjuges non debent esse in peccato mortali quando contrahunt.

DISPVTATIO XXI.

De Sacramento Confirmationis.

NOvatus, & Donatistæ negarunt confirmationem esse Sacramentum, post ipsos flagellantes, & Vualduses; nostris vero temporibus fuere Lutherus, & Calvinus, Lutherus sic ait lib. de captivitate Babilonia. *Mirum quod illi in mentem venerit, quod Sacramentum confirmationis fecerunt ex manuum impositione.*

Calvinus lib. 4. inst. cap. 9. ait. *Posterior ætas propemodum ab literata fictitiam nescio quam Confirmationem pro Sacramento posuit.*

QUÆSTIO UNICA.

An sit Sacramentum & quid sit.

DIco primo quod confirmatio est Sacramentum novæ legis. Probatur primo ex Decreto Eugenij in Concilio Florentino ubi dicitur. *Post Baptismum renascimur, per confirmationem, augemur in gratia & roboramur in fide.* Vt infra. *Secundum Sacramentum est confirmatio, cujus materia est Chrisma confectum ex oleo, & Balsamo per Episcopum, benedicto, forma autem est. Signo te signo Crucis, & Confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.*

Probatur 2. ex Concil. Trid. sess. de confirmatione Canone primo, his verbis; *Si quis dixerit Confirmationem Baptisatorum otiosam cermoniam esse, & non potius verum, & proprium Sacramentum, olim nil aliud fuisse quam Cathechismi, quandam qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant anathema sit.*

Probatur 3. Baptismus non nominatur ut Sacramentum in scriptura Sacra, tamen est ex adversariis ergo. Ex hoc quod confirmatio non nominatur in scriptura Sacra non debet ex-

cludi à Sacramenti ratione.

Probatur 4. Illud est Sacramentum cui conveniunt omnia signa veri Sacramenti, sed in confirmatione conveniunt vera signa veri Sacramenti. Probatur mi. Prius notando quod per manuum impositionem non intelligitur impositio sanativa de qua Mathei ultimo. *Super egros manus imponent & bene habebunt*, Sed de signo sensibili producente gratiam.

Hoc posito probatur minor, illa impositio est signum sensibile quod constat: est signum practicum gratiæ, ut patet ex Sacro testu his verbis. *Cum vidisset autem Simon quod per manuum impositionem daretur Spiritus Sanctus.* Ergo gratia datur.

Dico 2. quod Sacramentum confirmationis fuit à Christo institutum. Probatur omnia Sacramenta fuere à Christo instituta ut fatentur Hæretici; sed ut vidimus confirmatio est Sacramentum: ergo Fabianus docet fuisse institutum in ultima Cæna sic & ex Sacris litteris non constet, sed tantum traditione.

Dicunt contra nos tempore Apostolorum per solam manuum impositionem dabatur illud: ergo, vel materia fuit mutata, vel non; est idem ac nunc. Resp quod est falsum, quod non fuerit Chrisma cum manuum impositione.

Secundo, omnia legalia fuere abrogata, sed unctio per oleum est legale sumptum ex veteri testamento: ergo. Resp. legalia ut legalia fuere à Christo abrogata, & à Christo instituta n. 2. Sequeretur quod Baptismus & Eucharistia non essent Sacramenta quia.

Aliqua legalia continebant in ratione, sicut Baptismus & in pane, sicut Eucharistia: ergo 3. Balsamum à longo tempore periisse ex Plinio, saltem cum sit apud turcas esse rarum Resp. Negando totum.

Dico 3. Quod confirmatio est Sacramentum pugnantium. 1. Quia sicut Baptismus spiritualiter dat vitam, ita Confirmatio auget in gratia, & confirmat ad pugnam per robur quod dat, nos instruit ad agonem vitæ eternæ.

Solus Episcopus potest esse Minister vel Sacerdos ex commissione S. Pontificis, debet esse Patrinus qui sit Laicus, vel Clericus, Masculus, dummodo sint confirmati, qui confirmantur debent saltem attingere 10. annos debet ipsis alapa infligi, ut recordetur, ex institutione.

DISPUTATIO XXII.

De Extrema Unctione.

ALbigentes ut refert S. Antonius in summa Theologiæ. P. quarta tit. 10. cap. 177. ut refert Vualdensis, Tomo 2. de Sacramentis cap. 163. Lutherus in libro de captivitate Babilonica cap. de Extrema Unctione Calvinus quarto institutionum cap. 19. Esmilius in 2. p. examinis à pugna a 102. ad pugnam 1106. Melancton, & Brentius narrant non esse Sacramentum.

QUÆSTIO I.

Vtrum sit Sacramentum.

NOtandum est Unctionem super naturalem de qua est questio esse duplicem, unam invisibilem, & internam quæ est per collationem gratiæ, & donorum supernaturalium quæ non est Sacramentum, quia non est sensibilis. Aliam Corporalem & externam quæ est multiplex. Alia qua unguntur Baptisandi quæ tantum est quoddam Sacramentale; alia qua unguntur Sacerdotes & Episcopi, nunc agimus de unctione qua unguntur infirmi quando sunt in articulo mortis, propter quod appellatur Extrema Unctio de qua quærimus utrum sit Sacramentum hoc posito.

Dico primo quod Extrema Unctio est verum Sacramentum. Probatur ex Sacra scriptura Marci 6. ubi dicitur, *Vngebant multos oleo egrotos, & sanabuntur.*

Dicunt ad hoc Jansenius super istum locum Bernardus super articulum 12. Lutherani quod illa unctio non erat Sacramentum quia illa unctio ordinabantur ad salutem corporalem, non spiritualem, sed contra quia Apostoli simul curabant animam cum salute Corporis.

Probatur 2. Jocabi 5. ubi dicitur. *Infirmatur quis ex nobis inducat presbiteros Ecclesiæ, & orent super eum ungentes cum oleo sancto in nomine Domini & oratio fidei salvabit infirmum, alleviabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit remittentur ei.*

Dicunt contra hoc Hæretici illam epistolam non esse Canonicam; sed contra, nam omnes S. Patres, & Concilium Trid. recipiunt illam ut Canonicam,

imo tota Ecclesia. Clemens Papa, ut patet Canone ultimo Apostolorum. Innocentius primus in epistola. 3. Beatus Damasus lib. 4. fidei ortodoxæ, cap. 13. S. Isidorus libro 6. cap. 1. S. August. lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 5. Concil. Trid. & sess. 7. Canone 1. de Sacramenti in genere, & sess. 14. cap. 1. de Extrema Unctione: & Canones sic definit. *Si quis dixerit Extremam Vnctionem non esse vere, ac proprie Sacramentum à Christo Domino institutum, & ab Apostolo Iacobo promulgatum sed etiam tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum anathema sit.* Definitur etiam à Concilio Florentino in tractatu de Sacramentis, item Innocentius 3. In cap. unico de Sacra unctione dicit, *Visibilem unctionem de qua Beatus Iacobus locutus est esse signum invisibilis unctionis interiori, atque adeo Sacramentum.*

Sanctus Dionisius in capituli 7. de Ecclesiastica hierarchia distingnit duas unctiones, unam corporalem, & aliam spiritualem quantum ad effectum quam dicit animam justificare, & esse Sacramentum. Idem docet D. Aug. in libro de visitatione infernorum cap. 4. Adducens locum Beati Jacobi. S. Cyrillus in libro de adoratione. S. Chrysostomus in lib. de Sacerdotio.

Probatur 3. Deus non debuit deficere in egressu ex hac vita quando est maxima necessitas, sicut non defuit in ingressu, sed maxima est necessitas propter graves tentationes ergo.

Dicendum igitur est quod in hoc Sacramento Unctio, & verba sunt id quod est Sacramentum tantum.

Gratia vero sanans à reliquiis peccatorum est res tantum, spiritualis, devotio, & Hilaritas, est id quod est res Sacramentum tantum.

Dico 2. Quod est de fide istud Sacramentum esse à Christo institutum: Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 7. ca 1. his verbis. *Si quis dixerit in Sacramenta novæ legis non fuisse à Christo instituta anathema sit*, & statim enumerat omnia 7. & etiam sess. 14. Can. 1. ut vidimus supra D. Thomas dicit quando tantum probabilem posuit magister sententiarum tunc non esse ita clarum, ut est modo. Istud Sacramentum fuit institutum quando Christus misit Apostolos ad prædicandũ quia tunc dedit potestatem ægros curandi.

Vncti

QUÆSTIO II.

Quinam sint effectus istius Sacramenti.

EFfectus illius Sacramenti dignoscuntur ex his quæ D. Aug. ait. *Quoties aliqua infirmitas intervenerit corpus, & sanguinem sume, inde Corpusculum suum unge, & sic corporis sanitatem recipiet, & peccatorum indulgentiam.* de hoc modo loquendi ortæ sum diversæ opiniones.

Prima est S. Bonaventura in 4. dess. 23. 1. Scoti ergo unica. Ricardi q. 5. Durandi q. 1 glos. & multorum Canonistarum super caput primum de sacra Vnctione qui tenent primarium effectum istius Sacramenti esse tollere peccata venialia, quod probatur primo. Quia illud Sacramentum debet esse institutum ad tollendum peccatum non peccatum mortale non distingueretur à Sacramento Pœnitentæ quod ad hoc est institutum ergo. 2. Si esset institutum ad tollendum peccatum mortale, magis deberet dari sanis quam ægris, quia illi melius possunt operari.

2. Sententia est quod sit institutum ad tollendum habitus praves quia illa infirmitas spiritualis nihil est aliud quam habitus vitiosi qui remanent ex reliquiis peccati mortalis.

3. Sententia est Bellarmini in cap. 8. de Extrema Vnctione qui docet effectum primarium istius Sacramenti esse tollere reliquias peccatorum, quæ reliquiæ sunt duæ. Prima est in peccatis esse remanent post Confessionem, potest enim fieri quod aliquis post Confessionem incidat in peccatum mortale, & nesciat, non poterit illud nova Confessione explicari, potest etiam fieri ut Confessionem non recte egerit, & hoc ignoret, aliud genus reliquiarum explicat unde ait ille Doctor omnia Sacramenta habere remoto obice istum effectum per accidens Extremam Vnctionem per se.

4. Sententia est doctissimi Alberti Magni in quarta distinctione 23. art. 3. Capreoli & Palludani q. 1. Silvestri in verbo Extrema Vnctio, & Soto q. 1. art. 2. Dicunt effectus primarius est tollere reliquias peccatorum advertendú est quod etiam si peccatum vocetur infirmitas animæ, est tamen propria mors; reliquiæ vero peccati vocantur infirmitates, unde D. Thomas in præsenti articulo docet pœnitentiam esse suscitationem & Extremam Vnctionem

Vnctionem

Unctionem sanationem.

2. Quod di e sis rationibus peccatum dicitur mors, & infirmitas mors, quia impedit rectam operationem animæ, & occidit animam tollendo gratiam quæ est vita ejus; infirmitas, quia impedit rectam rationem, quia etiam si anima sit in peccato mortali, aliquas tamen operationes exercet supernaturales imperfecte, & sic sit in peccatore proclivitas ad peccandum, & ad malum proclivitas, & sic aptitudo ad operandum bonum, & debilitas. Postquam ergo homo egit pœnitentiam tollitur quidem peccatum, sed remanet debilitas.

Dico ergo quod proprius effectus Sacramenti Extremæ Unctionis est causare augmentum gratiæ, roborare animam ad operandum supernaturaliter & sic tollere reliquias peccatorum.

Probatur 1. Ex verbis Apostoli, ubi remissio peccati mortalis ponitur conditionaliter, & hoc habet commune cum aliis Sacramentis, tollere verò reliquias ponitur absolute per hæc verba, *Attenuabit eum Dominus*, Ita Concilium Tridentium sess. 14. cap. 2. Probatur 2. Numquam ex æquo quæ ordinantur ad eundem effectum. Duo Sacramenta quod, Sacramentum pœnitentiæ ordinatur ad tollendum peccatum mortale, v. g. Extrema Unctio ad alium effectum.

Probatur 3. Si proprius effectus esset ad tollendum peccatum mortale dispositio illius esset dolor, sed est devotio, & susceptio Sacramenti pœnitentiæ & Communionis.

Contra primam sententiam; dico quod in illa est formalis contradictio, quia dicit illa sententia quod illud Sacramentum remittit peccata ignorata per se sed contra, quia illa quæ remittuntur, ignorata remittuntur tantum per accidens, quia causant primam gratiam per accidens 2. Quia hoc est de ratione Sacramenti mortuorum non vivorum causare per se primam gratiam. 3. Sequeretur quod ille qui ignoraret suum peccatum & accederet ad istud Sacramentum cum sola attritione justificaretur, & non teneretur amplius illud confiteri quando postea recordaretur, quod est falsum ubi.

Adverte quod proprius effectus istius Sacramenti est collatio gratiæ specialis quæ est gratia confortans & adjuvans hominem ægrotum contra difficultates occurrentes in articulo mortis, & in quadam excellentia cum specialibus auxiliis,

hoc colligitur ex verbis Apostoli & Concilij Tridentini sess. 14. in primario, *attenuabit eum Dominus*. Sed non ait Concilium ægroti animam attenuat & confirmat in maximam fiduciam misericordiæ Dei incitendo unde sicut dicitur Baptismum esse Sacramentum fidei, Eucharistiæ amoris, istud est Sacramentum spei.

QUÆSTIO III.

Utrum qui nunquam peccavit actualiter sit capax illius Sacramenti.

PRæsupponendum est quod istud Sacramentum non confertur nisi Baptisatis annum rationis attingentibus vivis, non mortuis, adeo ut sit sacrilegium conferre mortuis. Non confertur legitime nisi à proprio Parrocho, & qui sine ejus licentia confert graviter peccat, si sit Religiosus fit excommunicatus, si Laicus nil efficit.

Dico 1. Quod istud Sacramentum debet solum conferri infirmis. Probatur ex verbis Jacobi, ubi expresse loquitur de infirmis. 2. Ex Concilio Florentino, quod sic loquitur, hoc Sacramentum non nisi infirmis potest conferri. 3. Ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 3.

Dico 2. Si conferatur infirmis extra periculum mortis est nullum. Probatur ex Concilio Florentino, his verbis. *Hoc Sacramentum nisi infirmis de quorum periculo timetur dari non debet*. 2. Ex Concilio Tridentino, post verba citata dicitur illis præsertim qui jam periculose decumbunt & in exitio vitæ constituti videantur. Sed gravis est difficultas utrum debeat conferri illis, qui nunquam actualiter peccaverunt. Pater suares disputatione 42. Tenet opinionem affirmativam, contra quem dico quod qui nunquam peccavit, est incapax istius Sacramenti probatur 1. Ex D. Thoma hic à 4. ad. 2. ubi dixit quod, *istud Sacramentum non datur contra reliquias peccati originalis, nisi secundum quod sunt per actualia peccata quodam modo conservata*, Et ratio ejus evidens est, quia hoc expresse significat ipsa forma Sacramenti, scilicet quidquid deliquisti per visum & cætera, hoc enim actuale peccatum significat.

Probatur 2. Quia propter hoc pueri & amentes sunt incapaces illius Sacramenti 3. Illud Sacramentum est institutum per modum Medicinæ tam animæ quam Corporis, v. g. Supponit morbum. 4. Illud Sacramentum

præsupponit Sacramentum pœnitentiæ, & est quasi perfectivum illius, v. g. Supponit reliquias, peccati quod est materia pœnitentiæ Sacramenti.

Dices cum Patre Suares, quod Beata Virgo non habuit peccatum originale, tamen fuit Baptisata, ergo Respondeo quod dubitatur an fuerit Baptisata. 2. Esto sufficit quod habuerit debitum.

QUÆSTIO IV.

Vtrum In hoc Sacramento totum Corpus debeat ungi.

DIco cum D. Thoma, quod debet tantum fieri Vnctio in illis partibus in quibus est radix peccati, scilicet in quinque sensibus; licet aliqui non ungant renes, alij pedes; sed est difficultas, an si quis moriatur ante quintam Vnctionem recipiat Sacramentum.

Probatur: Suares refert tres opiniones, prima est quod per primam Vnctionem per ejus formam datur tota gratia Sacramenti, per alias vero completur illud Sacramentum, & tunc nil gratiæ amplius confertur, quia inquit, sic & in Sacramento Eucharistiæ, quod consistit in duabus speciebus, datur tota gratia per sumptionem unius speciei, ergo & per unicam Vnctionem datur tota gratia.

Secunda sententia est, quod per quamcumque Vnctionem datur aliqua gratia partialis, quæ est partialis effectus istius Sacramenti; ita ut per primam Vnctionem remittantur omnia peccata mortalia, & reliquias correspondentes illi sensui qui ungitur: quod probat à similitudine Sacramenti ordinis, quia licet omnes ordines unicum, construant conficiunt Sacramentum, quilibet tamen ordo suam peculiarem habet gratiam.

Dico tamen, & est tertia sententia, quod unica gratia confertur in isto Sacramento, in instanti in quo fit ultima Vnctio: ita ut nullum conficiatur Sacramentum, si ultima desit Vnctio, & est necesse ut omnes Vnctiones fiant simul moraliter absque longo intervallo, quia omnes sunt de necessitate Sacramenti: ita D. Thomas in præsenti articulo totus q. 1. art. 1. Palludanus in distinctione 17. q. 5. art. 1. ratio est quia quæ consistunt in usu unicam conferunt gratiam in instanti in quo perficiuntur.

QUÆSTIO V.

Utrum liceat iterari hoc Sacramentum.

DIco quod si ægrotus manet semper in eodem statu periculi non potest iterari, si mutetur status potest iterari, & in hoc standum est judicio medicorum.

Dico 2. Quod non est præceptum obligans sub mortali recipiendi illud Sacramentum, nisi sit malitia, & maxima negligentia, aut contemptus.

Dico 3. Quod Parrochus tenetur ex officio, & per consequens ex justitia etiam cum periculo vitæ conferre illud Sacramentum, quapropter hoc datur stipendium.

Dices ille non tenetur ex justitia recipiés nõ tenetur recipere conferre, si ex conscientia; sed ut vidimus non tenetur ergo. R. quod hoc non eximit Parrochum à satisfactione sui officij.

Nota quod materia istius Sacramenti, proxima est Unctio; remota est oleum olivarum, hoc patet ex verbis Apostoli, & ex Concilio Florentino primo & S. P. R. J. B. 14. cap. 2.

2. Quod oleum illud debet esse benedictum ab Episcopo, quod etiam patet ex verbis Apostoli, & etiam Conciliorum

3. Quod illa consecratio est de necessitate Sacramenti, licet possit fieri à simplici Sacerdote, ex commissione summi Pontificis.

4. Quod est peccatum mortale facere Unctionem sine signo crucis, quæ est consuetudo Ecclesiæ, quando membra sunt duplicia debet duplicari Unctio.

5. Quod forma istius Sacramenti est. *Per istam sanctam Unctionem, & piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid delequisti per visum.* Verbi gratia.

DISPUTATIO XXIII.

De Sacramento Ordinis.

SCiendum est primo quod Ordo est spiritualis potestas permanenti Caractere à Deo concessa in Ministris Ecclesiæ à Christo institutus: Ita Concilium Tridentinum sess. 23. Canone 3. materia ejus est id per cujus traditionem Ordo confertur. Si Presbiteratus traditur per Calicis, cum vino & Patena cum pane. Diaconatus per librum Evangeliorum, sub Dia-

conatus per Calicis vacui cum Patena vacua superposita traditionem ita de aliis.

2. Forma Sacerdotij est. *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis & defunctis in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*; Et sic de aliis Ordinibus, majores Ordines sunt Sacerdotium, Diaconatus, Subdiaconatus; minores Acolytatus, Exorcisatus, lectura, Ostiarius. Tonsura est tantum ad Ordinis vestibutum. D. Ambrosius in capite 3. Ad Timotheum dicit quod Episcopatus non distinguitur à Sacerdocio; multi alij dicunt contrarium successione Apostolica, Episcopi sunt Superiores Sacerdotum; sine caractere tamen, non potest qui Ordinari licite per saltum.

3. Duplex est potestas jurisdictionis, & caracteris. Caracter quem habet à Christo, est ab Episcopatu inseparabilis. Jurisdictio determinatur, extenditur, restringitur à summo Pontifice saltem in particolari. Est de jure divino cum subjectione ad summum Pontificem qui illam determinat, dum providet de Episcopis, limitat dum casus aliquos sibi reservat, in tota Ecclesia, tollit dum excommunicat: imo possunt conservari Episcopi sine jurisdictione tales sunt Episcopi vacantivi mere titulares: Ideo solum consecrati ut essent suffraganei coadjutores ad nutum ordinariorum.

4. Duplex est effectus, gratia & caracter qui tribuuntur manuum impositione rite dispositis: Minister istius Sacramenti est Episcopus, qui anathematis fulmine percussus ordinat valide, qui tamen ab illis degradato vel excommunicato Ordinatur est fœdatus.

5. Recipiens ordines debet esse baptisatus. Vir non fœmina. Non est ordinandus amens, infans, impuber: si tamen est ordinatus tenet, sed fit irregularis. Non uxoratus. Episcopus debet habere 30 annos; presbiter 25. Vxoratus semel factus non potest amplius uxorari, ab anno 313. placuit prohibere Presbiteris, Diaconis, Subdiaconis, Epicopis abstinere à conjugibus suis, & non generare filios in Concil. Elcborino Canone 35.

QUÆSTIO I.

Vtrum Ordo sit Sacramentum.

Dico, quod Ordo est Sacramentum.

Probatur 1. Ex Scriptura sacra, Actorum cap 62. Ordi-

nantur Diaconi per manuum impositionem, & 1. & 10. ad Timotheum 4. dicitur, *Cum impositione manuum Presbiteri*, & cap. 5. *Nemini cito manuum imposueris*; & 2. ad Timotheum 1. *Per impositionem manuum meatum*; quæ loca explicantur à Sanctis Patribus de Ordinatione, quæ est Sacramentum Ordinis, quod colligitur ex D. Paulo 1. ad Timotheum 4. *Noli negligere gratiam.* 2. ad Timoth. 1. *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum*; ergo Ordinatio est signum sensibile, & destinatus ad causandam gratiam: ergo est Sacramentum.

Dicunt ad hoc hæretici nostri temporis, qui negant esse Sacramentum quod illa manuum impositio adhibebatur tantum quando Apostoli orabant, ac illa promissio gratiæ, non erat gratiæ justificantis. 2. Quod licet sit mandatum quod Ministri ordinantur: non tamen cum aliquo ritu qui sit Sacramentum; nam quandò Christus Ordinavit Apostolos non est usus aliqua ceremonia quæ posset esse Sacramentum, ut dicitur Lucæ 22. 2. Quando dedit eis potestatem remittendi peccata non imposuit eis manus, sed tantum insufflavit.

Sed contra, nam oratio distinguitur ab impositione manuum qua ordinabantur Diaconi; ut dicitur in Actibus Apostolorum cap. 6. *Cum orassent imposuerunt eis manus.*

Probatur 2. ex Summis Pontificibus Innocentius I. in Epistola 18. ad Alexandrum Antiochiæ Episcopum cap. ultimo ubi dicit *Ordinatos ab hæreticis cessare debere ab executione*, quia sunt irregulares. Leo I. in Epistola 81. ad Dioscorum Alexandrinum cap. 1. Ordinationem appellat Sacramentum, & dicit à jejunis debere dari, & accipi. S. Gregorius lib. 4. super libros regum cap. 5. dicit *Qui promoventur bene foris unguntur, intus virtute Sacramenti roborantur.* S. Dyonisius de Hierarchia Ecclesiastica cap. 5. Expresse dicit ordinationem esse Sacramentum conferens gratiam, S. Ambrosius in libro de Dignitate Sacerdotali cap. 5. dicit *Homo imponit manum, Deus largitur gratiam.* S. Augustinus lib 2. contra Parmenianum cap. 13. sic loquitur, *Ipsi explicent quomodo Sacramentum Baptisati non possit amitti, & Sacramentum Ordinis possit amitti: sic enim utrumque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud amittitur & aliud non amittitur, neutri Sacramento injuria facienda est.* Probatur 3. Consecratio est

quoddam signum visibile in quo confertur gratia. In quo significat gratiam, ergo signum visibile, ergo est Sacratum.

QUÆSTIO II.

Utrum quilibet Ordo sit Sacramentum.

Notandum est quod fuit opinio inter Canonistas, quod prima tonsura sit vere Ordo, inter Theologos est sententia communis quod sit tantum dispositio, ut quis fiat Minister Ecclesiæ esset tanquam novitius: ita D. Thomas in isto articulo. Bonaventura in 4. distinctione 24. art. 1. q. 2. Durandus q. 4. quod colligitur ex Concilio Carthaginiense 4. Concilio Florentino in decreto super unionem, Amenorum ubi annumerantur septem Ordines: in Concilio Tridentino sess. 23. Probatur, quia Ordo est potestas sive phisica, quando imprimitur caracter, sive moralis ad exercendum aliquem actum in Ordine ad Sacramentum Eucharistiæ, sed per primam tonsuram non recipitur talis potestas; quia prima tonsura non est officium aliquod in Ecclesia.

Durandus in 4. distinctione 24. q. 1. tenet solum Sacerdotium esse Sacramentum, alios Ordines esse Sacramentalia: Soto in eadem distinctione 1. art. 4. dicit quod Ordines minores non esse Sacramentum, & hæc sunt fundamenta eorum.

Primum est. Sunt tantum septem Sacramenta, ut patet ex Concilio Florentino & Tridentino ut vidimus, quod si omnes Ordines essent Sacramenta plures essent quam septem ergo nam est ex pluribus actibus entibus in actu non potest fieri unum per se, quod excurret si essent omnes Sacramenta quia quilibet Ordo habet suam materiam, & formam, imò suos peculiares caracteres.

Secundum est, quando plures actiones Ordinantur, ad unum effectum, illa sola est Sacramentum quæ attingit talem effectum, sed solum Sacerdotium attingit principalem effectum qui est conficere Corpus Christi, & alia sunt tantum dispositiones. Probatur minor ex D. Thoma in isto articulo qui dicit quod sufficientia Ordinum desumitur ex Ordine ad Eucharistiam, cæteri verò Ordines non tangunt istum effectum, sed tantum disponût ergo non sunt Sacramenta.

Dico 1. Quod probabile est

Ordines minores esse Sacramentum: ita D Thomas in isto articulo 4. distinctione 24. q. 2. art. 1. quæstiuncula 3. Magister sententiarum in Principio illius distinctionis S. Bonaventura in 2. parte illius distinctionis art. 1. q. 2.

Probatur 1. In omnibus illis Ordinibus deputatur homo ad aliquod officium in Ecclesia exercendum in Ordine ad Eucharistiam ergo.

2. Ex Concilio Florentino in tractatu de Sacramentis, ubi ponuntur isti Ordines cum suis formis, & materiis Sacramentalibus; unde quilibet Ordo est verum compositum ex materia, & forma, & 2. Ex Concilio Tridentino sess. 23.

Dico 2. Quod alij Ordines, ut Subdiaconatus, & Diaconatus, & cæteri sunt vere Sacramenta, quod probatur iisdem rationibus 2. Actuum Apostolorum cap. 6. ubi dicitur, quod quando Apostoli Ordinaverunt septem Diaconos imposuerunt eis manus orantes ergo.

Dices illi septem Diaconi non sunt Ordinati Diaconi; sed tantum ut Ministrarent viduis, ut patet in Principio capituli.

Respondeo, quod etsi essent destinati pro viduis in serviendis, tamen ut facerent cum majori authoritate Ordinabantur Diaconi, quod Sacerdotium sit Sacramentum patet ex Concilio Florentino & Tridentino sess. 7. Ad fundamentum primum. Respondeo quod major est vera, quando illa sunt omnino completa: unde licet quilibet Ordo sit Sacramentum; tamen non est omnino completum, nisi cum Eucharistia, sed tantum veluti quid, partiale non totale, & sic divisio Ordinum est veluti totius potentialis in suas partes non totius integralis, & sic illi omnes non sunt unum in perfectione, non sicut entia naturalia.

Ad 2. Respondeo quod quando dispositio non habet producere gratiam est verum, quando vero habet falsum est in præsenti.

QUÆSTIO III.

Utrum Sacerdotes sint supra Episcopos.

Fuit quondam Hæreticus nomine Arrius Presbiter qui Episcopatum non valens obtinere incidit in Hæresim Arrianorum, & addidit Episcopos, & Sacerdotes esse æquales in potestate. Ut refert S. Augustinus in libro de Hæresibus, quem secutus est Vuiclef, dicens

cens omnes Sacerdotes esse Episcopos, & habere plenariam jurisdictionem, & potestatem Ordinandi in sua Parochia; imò Lutherani dicunt omnes Pastores quos creat respublica civilis esse Præsbyteros, & Episcopos quorum fundamenta sunt.

Primum fundamentum sumitur ex D. Hieronymo in Epistola ad Evagrium, & refertur 93. distinctione, cap. legimus in Isaia, ubi expresse dicitur. Secundum jus divinum Præsbyteros, & Episcopos esse pares in potestate, & æquales, quod probat sic in Sacris litteris, omnes Præsbyteri vocantur Episcopi, & omnes Episcopi Præsbyteri, ut in D. Paulo ad Philipenses cap, 1. ubi sic loquitur, *Paulus & Thimotheus servi Iesu Christi, omnibus Sanctis in Christo Iesu qui sunt Philipes cum Episcopis & Diaconibus*; tamen certum est quod in illa civitate erat tantum unus Episcopus ergo.

Secundum sumitur actuum cap. 20. ad Thimotheum cap. 1. ubi dicit D. Paulus propterea *Reliquiæ secretæ ut constituas Præsbyteros, id est Episcopos.* Propterea D. Petrus in prima canon. cap. 5. Seipsum appellat Præsbyterum: idem facit Joannes in 1. & 2. canonica; probat etiam S. Hieronymus quod præeminentia quam habet Episcopus supra Præsbyteros, est tantum ex statuto hominum, quia statim post mortem cap. Marci 1. Ecclesia Alexandrina elegit Præsbyterum ut totus populus obediret, deinde dicit quod totum quod potest Episcopus, potest simplex Sacerdos, ut confirmare, conficere Sacramenta ergo.

Tertium est, ita ullam habet potestatem Episcopus, quam non habeat Præsbyter, quia non imprimitur novus character in Episcopo ergo.

Quartum est, Apostoli fuere instituti Episcopi per ista verba *hoc facite in meam commemorationem*, & per ista *Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata &c.* sed per eadem constituti sunt Præsbyteri ergo.

Dico tamen, Episcopos tam in potestate Ordinis, quam in potestate jurisdictionis esse Superiores Sacerdotibus, etiam curam animarum habentibus. Probatur 1. ex Concilio Constantiensi sub Martino 5. contra Vviclef, ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii, ex Concilio Tridentino ss. 24. & 25. 2. Ex Dionysio cap. 3. de Ecclesiastica Hierarchia, Anacletus in Epistola 2. S. Hyeronimus, & S. Augustinus.

Probatur 3. Sicut instituitur

unicus Summus Pontifex, supremus Episcopus, ita verus Episcopus supra omnes Præsbyteros suæ Diœcesis.

Probatur 4 Si omnes Sacerdotes haberent potestatem Ordinis, sive conficiendi Ordines majores jure divino, ut volunt Hæretici, non possent impediri ab Ecclesia, sicut non impeditur conficere Corpus Christi: ergo deinde sequeretur quod Summus Pontifex posset præcipere, & omnes essent immediate Summi Pontifices.

Ad fundamentum adversariorum, respondeo, tamen quod Hyeronimus intendet tantum dicere, quod in primitiva Ecclesia, omnes Sacerdotes Ordinabantur Episcopi statim ac Ordinabantur Sacerdotes, erant autem plures in eadem civitate, sed unus tantum habebat jurisdictionem, & postea alij mittebantur ad alias civitates secundum necessitatem; unde D. Ambrosius circa locum ad Thimot. vult, ut Ordinatio Sacerdotii Episcopatus simul moraliter fiebat; propterea Sacerdotes vocabantur Episcopi, & vice versa.

Ad secundum Respondeo, quod licet non detur Episcopo nova potestas realiter distincta; tamen eadem extenditur, quod sufficit.

QUÆSTIO IV.

Vtrum Episcopatus sit Ordo.

Quidam Canonistæ tenent, quod Episcopi consecratio sit vere Sacramentum imprimens characterem, quod probabile putat scotus in 4. distinctione 24. q. unica. Hæretici econtra dicunt quod nequidem perficit Sacerdotium Scolastici in 4. distinctione 24. dicunt quod consecratio Episcopi non est Sacramentum Ordinis, quia non imprimit characterem distinctum, perficit tamen characterem impressum Sacerdotis, extendendo illum ad alios actus, inde consecratio Episcopi vere pertinet ad Sacramentum Ordinis perficiendo ipsum tanquam ultimum complementum, non tanquam Ordo distinctus; unde verificatur, quod sunt tantum septem Ordines, & Episcopatus continetur in Sacerdotio, tamen scoto putat quod non causat gratiam eo opere operato, sed communis opinio est contraria, & ad probandum, sufficit authoritas communis Doctorum.

Dicunt adversarii primo consecratio Episcopi est vere Sacramentu, ergo probatur ante-

cedens, est actio exterior ergo signum sensibile, & causat gratiam, cum nil aliud requiratur. Respondeo, quod est complementum Sacerdotis, non signaculum distinctum, quod sufficit, ut non sit Sacramentum.

Dicunt 2. quod esset delebilis. Respondeo quod est indelebilis, licet non sit character distinctus.

Dicunt 3. illa extensio, vel est moralis, vel physica; si primum nil est; si secundum est entitas realis: ergo distinctum recipit characterem; quia est impossibile, quod entitas indivisibilis extendatur in seipsa, sed in Ordine ad effectum, qui est character: Respondeo quod est entitas realis per novum modum realem quam antea non habebat character Sacerdotalis, quia nil aliud est quam quædam Ordinatio ad illum effectum, qui non est character. Sed nova perfectio ejusdem characteris, quæ est indelebilis.

Dicunt 4. quod in Concilio Carthaginiensi 4. traditur Ordo, & modus conferendi Sacramentum Ordinis secundum partes, & incepta consecratione Episcopi, tanquam ab ultimo, & excellentiori Ordine, v. g. præsupponitur quod sit Ordo, ac S. Dyonisius cap. 3. de Ecclesiastica Hierarchia, sic dicit Episcopo, Sacerdoti, & Diacono virtus sacratior, habitusque infunditur, ubi virtus videtur significare characterem, & habitus gratiam.

Respondeo quod Concilium incipit à complemento tanquam ab excellentiori, & hoc intendit Dyonisius.

VI. FUNDAMENTUM

De Deo loquente per personas Ecclesiasticas.

DISPUTATIO XXVI

De authoritate Summi Pontificis.

Præambula.

POstquam audivimus Deum per scripturas sacras, per Ecclesiam: audiamus illum loquentem per Vicarium Christi, & per alias personas Ecclesiasticas, ut sciamus in quibus ipsis obedire teneamur, & in quo consistat jus primi principii illarum. Negant hæretici Summum Pontificem Romanum, quia volunt per Petram intelligi Christum, non Petrum ut Calvinus libro 4. institu. cap. 6. vel hominem fidelem, ut Erasmus, vel fidei confessionem, ut Lutherus libro

de poteſtate Papæ, vel Eccleſiam, ut videtur inſinuare D. Auguſtinus ſermone108. quem locum depraverunt Calvinus, & Eraſmus.

Pro plena cognitione authoritatis Vicarij Chriſti. Sciendum eſt primo quod Summus Pontifex non dicitur ſupremus ſuperior per hoc quod ſit ſuperior unius regni, ſed totius orbis.

Sciendum eſt 2. quod leges Summorum Pontificum non dependent ab acceptatione ad hoc ut obligent, ſed ſtatim ac ſunt ſufficienter promulgatæ obligant in conſcientia, juxta illud Lucæ cap. 10. *Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit.* & illud Mathæi cap. 11. *Quicumque non exceperit vos, neque audierit veſtros ſermones; exite.* Et denique illud. *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* Vnde doctiſſimus Fagnanus in cap. Trugas. ſic loquitur. *Intrepide concludendum eſt legem Eccleſiaſticam poſt publicationem ligare à ſui principio ante illam populi acceptationem.*

Sciendum eſt 3. Quod Petrus, & Paulus non ſunt duo Summi Eccleſiæ Paſtores qui unicum caput conſtituant; ita ut ſit omnimoda æqualitas inter illos; nam in congregatione generali, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico coram ſummo Pontifice & Cardinalibus anno 1647. examinatus eſt liber Gallico idiomat. Impreſſus cui titulus erat. *L'autorité de S. Pierre & de S. Paul qui reſide dans le Pape* condemnatus eſt his verbis.

Quo circa ne in re tanti ponderis error aliquis mentibus Chriſti fidelium irreperet libris prædictis, de mandato Sanctiſſimi examinatis, ac ponderatis, Sanctiſſimus relatâ unanimi Theologorum cenſura, & auditis votis Eminentiſſimorum Cardinalium, generalium Inquiſitorum, propoſitionem hanc, S. Petrus, & Paulus ſunt duo Eccleſiæ principes qui unicum efficiunt, vel ſunt duo Eccleſiæ Catholicæ coriphæi, ac ſupremi Duces ſumma inter ſe unitate conjuncti, vel ſunt duo Eccleſiæ ſummi Paſtores, ac præſides qui unicum caput conſtituunt, ita explicatum, ut patet omnimodam æqualitatem inter S. Petrum, & Paulum ſine ſubordinatione, & ſubjectione S. Pauli ad S. Petrum in poteſtate ſuprema, & regimine univerſalis Eccleſiæ hæreticam cenſuit & declaravit; mandans, ut nemo cujuſcumque gradus & conditionis exiſtat; etiam ſpecialis, ſeu ſpecialiſſima nota dignus libros

prædictos, aut aliquem ex illis apud se retineat, aut legat nec imprimere, aut imprimi curare audeat, sub censuris aut pœnis contra hujusmodi delinquentes statutis.

Sciendum est 4, quod Ecclesiæ regimen est Monarchicum taliter quod ab uno tantum regatur: & licet sint Episcopi quibus regitur Ecclesiæ aristocratici regiminis specimen afferant: tamen illi omnes ab una derivantur potestate: audi D. Cyprianum tractatu de simplicitate Clericorum relatum in capite quodcumque 24. q. 1. canone loquitur. *Unus Dominus, una fides, unum Baptisma, unus Deus, quam unitatem firmiter tenere & vindicare maxime nos Episcopi debemus qui in Ecclesia præsidemus, ut Episcopatum quoque unum & individuum probemus, nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei unitatem perfida prævaricatione corrumpat: Episcopatus unus est cujus à singulis insolidum pars tenetur, Ecclesia una est quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur.*

Sciendum est 5. quod origo privilegiorum Ecclesiæ Gallicanæ incepit à translatione Sedis Apostolicæ Avenionem, ut patet ex authoritate Genebrardi famosi historici, ubi sic loquitur. *Dixique hæc Apostolicæ Sedis translatio valde fœdavit antiquam Ecclesiæ faciem; nam præter inauditas dispensationes, & sanctorum Canonum enervationes, periit illud divinum jus sæcularia sæcularibus, spiritualia spiritualibus, & illud adagium juris, actor sequitur forum rei; dum Pontifices propter schisma (nam observantiam regularem, disciplinam Ecclesiasticam pene totam; cura denique confudit corruptione) patriæ, & principibus favere cœperunt.*

Sciendum est 6. quod libertas Ecclesiæ Gallicanæ consistit in duobus primo quod adimit omnem potestatem Romano Pontifici in temporalia Regum Galliæ, de quo Gersonius Cancellarius Parisiensis sic loquitur de vita spirituali animæ. *Potestas Ecclesiastica Papalis non ita habet dominia, & jura terreni simul, & cœlestis imperij, quod possit ad libitum suum de bonis Clericorum disponere: quamvis concedi debeat, quod habeat in eis Dominium quoddam regitivum, directivum, regulativum, & ordinativum:* 2. Et si papa in rebus spiritualibus supremus agnoscatur; tamen in Gallia potestas absoluta locum non habet, sed cohibetur & limitatur canonibus, & regularis 4. antiquorum Conciliorum generalium, quæ in sola Gallia perfecte custodiuntur. Ita Petrus Portuanus, & Petrus

Pitheus in libro intitulato, *Les libertés de l'Eglise Gallicane* : propterea Illustrissimus Dominus Carolus Mauritius Deletelie Archiepiscopus Remensis vocat libertates Ecclesiæ Gallicanæ veterem antiquorum canonum & Conciliorum custodem: Dominus Fagnanus vocat arbitrium antiquorum, & recentium retinendi, vel relinquendi decreta Ecclesiæ pro sua utilitate : Unde Julianus eruditissimus Advocatus pro causa illustrissimi Comitis Demarsan dixit ; *Quod quando semel Gallia acceptavit decreta summorum Pontificum, vel Conciliorum numquam possunt à Conciliis infringi.*

Jacobus Lechassorius dividit privilegia Ecclesiæ Gallicanæ in quatuor codices Primus vocatur Codex Romanæ Ecclesiæ. 2. vocatur Codex universalis Ecclesiæ. 3. vocatur codex Gratiani. 4. vocatur codex Ecclesiæ Gallicanæ à Conciliis Provincialibus editus, quem refert Christophorus Justellus in præfatione ad codicem universalis Ecclesiæ ait. *Quomodo universalis, si distinguatur à codice Conciliorum Provincialium ? Quomodo Gallia sustinet, si tantum quatuor Conciliis generalibus adhærere, si adhæret & aliis. 2. Videmus quod Hispani & alii sequuntur prima Concilia.*

Sciendum est 7. quod distinguendo, sunt tempora, & concordabuntur jura, & adverte ad ea quæ dicit Gelesius Papa epistola ad Episcopos constitutos per Lucaniam, Siciliam, & Brutios cap. 10. *Necessaria rerum constitutione restringimus, ut Apostolicæ Sedis moderamine conveniamur : sic Canonum Paternorum decretorum lucubrare, ut retro præsulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhita diligenti consideratione quantum potest fieri temperemus, quo nec in totum formam veterem audeamus excedere regularum, & reparandis Ecclesiæ militiæ clericalis officiis consulamus : priscis igitur pro sui reverentia manantibus constitutis, quæ ubi nulla vel rerum, vel temporum perurget regulariter Canones custodiri ; quo circa omnia quæ in condendis antiquis legibus intercesserunt ad sustinendas novas leges tria concurrant.*

Authoritas conditoris, utilitas subditi, facultas parendi, cur robore carebit quod de novo præcipitur, quicumque igitur decreta quæ nova sunt solius novitatis obtentu repudiaret, non solum Ethnicus esset, sed & desipere videretur : sane qui Ecclesiam non eamdem credet esse quæ Apostolorum tem-

poribus extitit, aut eadem authoritate præditam negat, vel eodem spiritu gubernatum, cum Luthero, & Calvino Hæreticus censendus est, nunquid potestas à Christo data Ecclesiæ certis temporum spatiis definita est. Numquid hominum mores quibus accomodandæ sunt leges variis commutationibus non subjacent, numquid quod hominibus certo modo affectis prodest, illis obest contrario modo dispositis, quis nescit successu temporum ortas fuisse difficultates in Ecclesia quæ in Conciliis generalibus prævideri non potuerunt, & quod secundum occurrentiam rerum multa decreta fuerunt de novo edita in aliis Conciliis, & quotidiè novæ leges conduntur, Hæreses condemnantur, & cætera hujusmodi quod sexcentis exemplis posset confirmari.

Nec propter hoc inconstantiæ nota accusanda est Ecclesia, cum propter evidentem necessitatem aut maximam utilitatem abrogatis prioribus canonibus novos candit, hæc enim mutatio non est in Ecclesia, sed in hominibus Ecclesiæ subdictis, novas ipse Deus à quo omni tempore gubernatur, licet sit immobilis, leges mutavit, novumq; testamentum veteri substituit: sed attende cujus sit tales mutationes facere in hoc est scopus præcipuus & unicus controversiarum inter Gallicanam Ecclesiam, & alias nam Galli tantum ad quatuor prima Concilia recurrunt, alij ad Concilia simul, & Decreta Summorum Pontificum ubi.

Nota quod objecta fidei materialia sunt in duplici differentia, quædam enim pertinent veluti ad ipsam substantiam mysteriorum, v. g. quod in Deo dentur tres personæ réaliter distinctæ: alia sunt quæ pertinent ad circonstantias nondum existentes, sed tantum futuras mysteriorum nostræ fidei, ut hunc vel illum librum esse canonicum: fatendum est quod objecta fidei secundum circonstantias crevisse successu temporis, non tamen propterea factum est aliquid augmenti ad ipsam substantiam, certum est numquam crevisse successu temporis, & nihil modò creditur in Ecclesia quoad substantiam quod non fuerit revelatum Apostolis, unde quod in Summo Pontifice, aut Conciliis generalibus admittatur infallibilitas in rebus ad fidem pertinentibus, non sequitur, ut objiciunt Hæretici, quod aliquid de novo in Ecclesia definiatur pertinens substantialiter ad fi-

dem, quod ex ſcripturis aut traditionibus non deſumatur.

Ex illis Eccleſiæ Gallicanæ Privilegiis orta eſt appellatio tam odioſa Romanis Pontificibus à Decretis illorum tanquam ab abuſu, appellatio definitur à juriſtis, à minore judice ad majorem facta provocatio ratione grava nimis; in Eccleſia vero Gallicana definitur à judice Eccleſiaſtico ad judicem ſecularem provocatio illa appellatio incæpit anno 1489. In defentione Reginæ Navarræ à Carolo nono Rege Galliæ tempore Pij IV. Nam Cardinalis Julianus à Balva Legatus à Lactere ad Carolum nonum miſſus fuit, tum in Gallia cæperunt appellare à Decretis Summorum Pontificum tanquam ab abuſu ad ſenatum, ut narrat Carolus terret lib. 1. cap. 2. *Placuit inquit ab executione omnium reſcriptorum curiæ Romanæ contrariantiam ſanctis Decretis, Conciliorum generalium libertatibus, & immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ appellare tunc inquit in cæpit ille abuſus tanquam abortivus qui definitur perverſus alicujus rei uſus ad quam deſtinata res non fuerat: Nunquid parlamenta per ſuas appellationes poterunt eximere ſubditos ab excommunicatione, & aliis cenſuris Eccleſiaſticis?*

Sciendum eſt 8. quod Summus Pontifex non tenetur formam, judiciariam ordinatam ſemper ſequi pro quo.

Nota quod ſunt quinque genera legum, vel jurium primo eſt lex æterna quæ nihil eſt aliud, ut dicit D. Auguſtinus, quam voluntas Dei. 2. Eſt lex naturalis, ſeu dictamen rationis. 3 Lex divina hominem dirigens ad finem ſupernaturalem. 4. Eſt lex humana deducta à naturali tanquam concluſio à ſuis Principiis: unde lex humana quæ contrariatur naturali non eſt bona 5. Lex humana præſcribens ea tantum quæ in Communi ſcripta erant, ut enim determinat pœnas particulares pro malefactoribus, eſt bone Summus Pontifex non habet authoritatem ſupra quatuor primas leges, & ſic enim cum quæritur an Summus Pontifex poſſit diſpenſare in ordine judiciario ſtabilito circa determinationes Conciliorum, oportet videre ad quem ex illis legibus pertineant.

Gravis igitur difficultas non eſt, an Summus Pontifex ut perſona privata poſſit errare, cum certum ſit quod Chriſtus non promiſit illi infallibilitatem, quando dixit, *Rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua, quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in cœlis*, ſed ut perſona

persona universalis, ut Doctor, & caput totius Ecclesiæ, ut patet sequentibus verbis. *Pasce oves meas*, ut persona particularis non est Pastor ovium Christi, & sic est quæstio utrum sit infallibilis ut Pastor universalis, ut loquens ex Cathedra, & cum toti Ecclesiæ credendum proponit extra Concilium & sine illo.

Nota quod D. Thomas 1. cap. q. 101. ar. 1. ait. *In his quæ sunt supra naturam soli authoritati creditur, & quæ ex sola Dei voluntate proveniunt supra omne debitum creaturæ nobis innotescere non possunt, nisi quatenus divinitus revelata sunt.* Igitur cum spiritualis potestas sit donum superans naturam, concludendum est quod solis authoritatibus probanda sit.

Sciendum est 9 quod inaudita fuit antiquis sæculis ista quæstio de Superioritate Summi Pontificis supra Concilia, ut constat ex historia Catholica; *Cum enim Cardinales in Concilio Pisano convenissent de tollendo Schismate se non deliberantes eos insidiose in eam quæstionem irrepserunt*, inquit Anthoninus 3. p. suæ summæ tractatu 22. cap. 5. quam postea in Concilio Constantiense ocasione dicessus Joannis 23. qui fuit unus ex tribus Pontificibus qui tunc temporis erant in Ecclesia, patres agitarunt, an Concilium esset supra Papam: ut autem tollerent Schisma, definierunt Concilium generale, habere à Christo authoritatem, cui omnes tenentur obedire, etiam 1. p. deinde hæc quæstio renovata est in Concilio Basiliense, an Concilium esset supra Papam, eo quod Papa volebat illud dissoluere, & tunc temporis patres illius Concilii deposuerunt Eugenium quartum creato Felice quinto, quæ creatio novum excitavit Schisma, sed felice errore cognito abdicavit se Pontificatus, & Ecclesia ad unitatem rediit: ubi vides quod non est quæstio quando vacat Pontificatus.

Hæretici affirmantes Papam non esse caput visibile, sed tantum Episcopum suæ diœcesis, sive suæ Ecclesiæ particularis, dicunt illum non esse supra Concilium. Cardinalis vero Carmetacensis, & maximus & multi alii cum Gersone affirmant quidem papam esse caput singulorum, fidelium, & præsulum seorsim sumptorum, non vero totius Ecclesiæ in Concilio generali congregatæ, ubi Ecclesia formam Corporis induit, & tota potestas simul unitur, quæ antea erat divisa, dicunt isti authores; si compararetur

Papa cum quolibet Christiano, ipse quidem est major, si cum tota Ecclesia Concilio generali unita, tunc Papa est quid minus, quia comparatur totum Corpus cum uno membro, & statuunt Concilium esse supra papam.

Sciendum est 10. quod conclusiones Ecclesiæ Gallicanæ sunt istæ: prima *Beato Petro*, ejusque Successoribus Christi Vicariis, ipsique Ecclesiæ rerum spiritualium, & ad æternam salutem pertinentium; non autem civilium, ac temporalium à Deo traditam esse potestatem, dicente Domino. Regnum meum non est de hoc mundo, & iterum reddite ergo quæ sunt cæsaris cæsari, & quæ sunt Dei Deo, ac proinde stare Apostolicum illud. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo;* Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt: itaque qui potestati resistit, resistit Dei ordinationi. Reges, ergo & Principes in temporalibus nulli Ecclesiasticæ potestati Dei directe, vel indirecte quo ad temporalia subduntur, & authoritas Ecclesiæ nullos subditos potest eximere à fide, atque obedientia, ac præstito fidelitatis Sacramento solvere potest, eamque sententiam publicæ tranquillitati necessariam, nec minus Ecclesiæ, quam imperio utilem, ut verbo Dei, patrum traditioni, & sanctorum exemplis consonam retinendam putamus. 2. Sic autem in Apostolica sede, ac Petri Successoribus Christi Vicariis rerum spiritualium plenam potestatem, ut simul valeant, atque immota consistant Sanctæ Æcumenicæ Synodi Constantiensis à sede Apostolica comprobata, ipsoque Romanorum Pontificum, ac totius Ecclesiæ usu confirmata, atque ab Ecclesia Gallicana perpetua Religione custodita decreta de authoritate Conciliorum generalium, quæ in sess. 4. art. 5. continentur, nec probari à Gallicana Ecclesia, quæ eorum decretorum quasi dubiæ fiat authoritatis, ac minus approbatæ robur infringere, aut ad solum Schismatis tempus Concilij dicta detorqueant.

3. Apostolicæ potestatis usum moderandum per Canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentià consecratos, valere etiam regulas, mores, & instituta à regno, & ab Ecclesia Gallicana recepta, patrumque terminos manere in concussos, atque id pertinere ad amplitudinem Apostolicæ sedis, ut statuta, & consuetudines tantæ sedis, & Ecclesiarum consensiones firmatæ pro.

priam ſtabilitatem obtineant.

4. In fidei quoque quæſtionibus præcipuas ſummi Pontificis partes, ejuſque decreta ad omnes & ſingulas Eccleſias pertinere: nec tamen irreformabile eſſe judicium, niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit.

5. Quæ accepta à Patribus ad omnes Eccleſias Gallicanas, atque Epiſcopos in Spiritu Sancto authore præſidentes mittenda decrevimus, ut id ipſum dicamus omnes ſimulque in eadem ſententia. His poſitis afferamus fundamenta iſtius opinionis.

Primum fundamentum eſt, quia ſuprema inquiunt poteſtas eſt in Concilio principaliter, & in Papa inſtrumentaliter, quia inquiunt, hæc poteſtas à Chriſto fuit data immediate principalitati Eccleſiæ, quia vero Eccleſia nō poteſt manere ſemper cōgregata, neq; per ſe exercere ſupremam illam poteſtatem, Chriſtus inſtituit ſummum Pontificem ut inſtrumentum generale ad omnes Eccleſiæ actiones exercendas.

Secundum fundamentum, ſumitur ex ſacra ſcriptura; ſi peccaverit frater tuus corripe ipſum, ſi te non audierit, dic Eccleſiæ, atqui Papa peccans eſt frater noſter, ergo ſi peccaverit debet judicari ab Eccleſia & conſequenter à Concilio; nam non dicitur dic ſummo Pontifici.

Tertium fundamentum ſumitur ex Gerſonio de poteſtate Eccleſiæ, conſideratione, 12. ubi ſic ait, *Fallor ſi non ante celebrationem Sacro ſanctæ huius Conſtantienſis Synodi, ſic occupaverit mentes plurimorum litterarium, magis quam litteratorū, illa traditio, ut oppoſitorum dogmatiſator de hæretica pravitate, vel notatus, vel damnatus fuerit. Huius rei ſignum accipe, qui poſt declarationē, & quod urgentius eſt determinationē & practicationem eius ſanctæ Synodi inveniantur qui talia poſſint aſſerere non paveant.*

Quartum fundamentum ſumitur ex Concilio Conſtantienſi quod ſic ait ſeſſ. 5. *In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, Filij, Spiritus Sancti. Amen. Hæc ſancta Synodus Conſtantienſis generale Concilium faciens pro extirpatione ipſius ſchiſmatis, & unione, & reformatione Eccleſiæ Dei in capite, & in membris, ad laudem omnipotentis Dei in Spiritu ſanctò legitime congregata, & ad conſervandam facilius, ſecurius, & libentius unionem, & reformationem Eccleſiæ ordinat, definit, & decernit, & declarat, ut ſequitur. Primo declarat quod ipſa in Spiritu ſancto legitime congregata Concilium generale faciens, & Eccleſiam Catholicam repreſentans poteſtatem*

habet à Christo cui quilibet cujuscumque status, vel dignitatis, etiam Papalis obedire tenetur.

Quintum fundamentum sumitur à ratione quam affert Richerius libro de oratione Christi pro fide Petri, Christus non dixit Petro, rogavi pro te, Petre, ut nũquam erres, ut numquã sis infallibilis, sed ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua; nam Petrus erravit, fides ejus deficit non quoad habitum, sed tantum quoad actum.

2. Observat ille Doctor Petrum postquam ex titubatione trinæ negationis quasi ex gravissimo sopore reversus multo magis idoneum fuisse, tum ad omnes collegas fluctuantes confirmandos tum ad fratres dispersos in Ecclesiam revocandos: unde concludit illud privilegium ob evidens scandalum crucis factum esse.

Insurgit Ruherius dicens, Hercle si solus Papa non est Ecclesia collective sumpta, & est infallibilis, paulus gravissime peccavit, cum demonstrat Petrũ ideo reprehensibilem, quod ad veritatem Evangelij minime ambularet, ista reprehentio appellationi ad Concilium æquipollet, quin, si D. Petrus tunc temporis paulo monente restitisset, non est dubium, quin Ecclesia in Concilio congregata illud dissidium dirimisset.

Fundamentum 6. Sumitur ex D. August. tractatu 50. in Joannem, cujus authoritatem afferunt Lutherus & Calvinus, & alij hæretici ad probandum divum Petrum in persona Ecclesiæ claves accepisse, & sic infallibilitatem convenire soli Ecclesiæ sic loquitur D. Aug. *Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc Ecclesia; si autem hoc in Ecclesia fit, Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significavit (quod fusius docere videtur sermone* 108. *de diversis) Beatus Petrus Apostolorum vehemens Christi amator qui meruit audire, & ego dico tibi quia tu es Petrus; dixerat enim ipse tu es Christus filius Dei vivi. Christus illi, & ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam; tu es enim Petrus, à Petra Petrus, non à Petro Petra, sic à Petra Petrus quomodo à Christo Christianus. Vis nosse de qua Petra Petrus dicatur paulum audi. Nolo enim vos ignorare Fratres Apostolus Christi dicit, nolo vos ignorare fratres quia Patres nostri &c Biberunt enim de spiritali sequente eos Petra, Petra autem erat Christus. Vnde Petrus Dominus Iesus discipulos suos ante passionem suam, sicut nosti elegit quos Apostolos appellavit, inter hos pene ubique solus Petrus totius Ecclesiæ meruit gestare personam propter personam quam totius Ecclesia gesta-*

bat solus, audire meruit. Tibi dabo claves Regni cœlorum; has enim claves non homo unus, sed unitas accepit Ecclesiæ, Hinc ergo Petri excellentia prædicatur, quia ipsius universitatis, & unitatis Ecclesiæ figuram gessit quando ei dictum est, tibi dabo, quod omnibus traditum est, nam ut noveritis Ecclesiam accepisse claves Regni cœlorum audire in alio loco quod Dominus dicat omnibus Apostolis suis. Accipite Spiritum sanctum, & continuo si cui dimiseritis peccata dimittentur ei, si cujus tenueritis tenentur, hoc ad claves pertinet de quibus dictum est. Quæ solveritis in terra, soluta erunt in cœlo, sed hoc Petro dixit, ut scias, quia Petrus universæ Ecclesiæ personam tunc gerebat. Audi quod ipsi dicatur, quod omnibus sanctis; si peccaverit in te frater tuus corripe illum inter te & ipsum solum, si te audierit adhibe te cum unum, vel duos, scriptum est enim in ore duorũ vel trium testium, stabit omne verbum. Si nec ipsos audierit, refert ad Ecclesiam, si nec ipsam audierit sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus; Amen dico vobis quæ ligaveritis in terra erunt ligata in cœlo, columba ligat, columba solvit, ædificium supra Petram ligat & solvit &c. Merito etiam post Resurrectionem Dominus ipsi Petro oves suas commendavit pascendas; non enim inter discipulos solus meruit pascere Dominicas oves, sed quando Christus ad unum loquitur, unitas commendatur, & Petro primitus quia in Apostolis est primus.

Fundamentum septimum est Petrus erravit in fide primo negando Christum, ut patet Mathæi 26, 2. Gentiles ad Judaisandum coegit, ut patet ad Galatas 2 1. Deinde liberius incidit in hæresim Arianorum, cum felix vivente liberio Pontifice Pontificatum gesserit.

Fundamentum octavum sumitur ex universitate Cracoviense super justificatione Concilij Basiliensis, & depositione Eugenij VI. Quæ sic ait. *In Ecclesia est potestas continua permanenter à qua non potest deficere: in Papa verò non est sic cum non semper durat, & privari possit ac potestate, & de novo eligi. Ergo Ecclesia est superior, imo prosequitur Ecclesia numquam defecit à fide. Papa vero frequenter. Ergo.*

Fundamentum nonum sumitur ex Sipriaco papa epistola ad Annissium & cæteros Episcopos qui, quod ad Concilium pertinet judicare condemnationem factam in Concilio. Ergo.

Fundamentum decimum, sumitur ex Sixto III. Papa epistola ad Episcopos Illirenses in collectione Romana; *Vt omne corpus capite regitur; ita ipsum caput, nisi suo corpore sustentetur firmitatem, & vigorem suum perdit, &*

non tenet quam habuerat dignitatem.

Fundamentum undecimum sumitur ex Innocentio III. Papa libro 3. regest. 15. epistola 104. qui sic scribit ad Philipum, & Augustum Regem Franciæ divortium inter se, & regimen fieri postulantem. *Si super hoc absque generali Concilij deliberatione determinare aliquid tentaremus, præter divinam offensam, & mundanam infamiam quam ex eo possemus incurrere, forsan ordinis, & officii nostri periculum immineret; cum contra promissam veritatis sententiam, quod Deus conjunxit homo non separet, nostra non possit authoritas dispensare.*

Fundamentum duodecimum est, Innocentius I. erravit quando præcepit, ne sacra virgo quæ fornicata esset ad pœnitentiam reciperetur quandiu viveret, cum quo peccasset, quod est hæresis Novatiani. 2. Epistola ad Alexandrum Antiochi ait, Arrianorum baptismate non recipi Spiritum sanctum, quod est hæresis Donatistarum. 3. Epistola 22. cap. 1. prohibuit ne quis uxorem viduam habens fieret Sacerdos; fiat tamen si virginem duxerit: Deinde Honorius I. fuit monothelita, ut patet in prima epistola ad Sergium, quæ stat in 5. Synodo generali. 2. Damnatur Honorius tanquam hæreticus, & comburuntur ejus epistolæ. 3. in Concilio generali 7. & in Nyceno 2. Anathema dicitur Honorio, Sergio, Cyro & aliis Monothelitis. 4. ex 8. Synodo generali Constantinopolitana asseritur Honoratium fuisse judicatum post mortem à Concilio 6. quia fuit de hæresi accusatus. Deinde Gregorius III. in epistola ad Bonifacium jussit, ut iterum consecraretur qui ob alio quam amisso à Pontifice Romano fuerat consecratus. Permisit viro aliam uxorem ducere vivente prima non valente reddere debitum ob infirmitatem. Joannes XXIII. negavit carnis resurrectionem. Eugenius IV. à Concilio Basiliense privatus fuit Pontificatu, quia in hæresim lapsus fuerat. Innocentius III. permisit Novergiis ut missæ sacrificium celebraretur sine vino.

Reliqui vero Theologi affirmant Papam esse supra Concilium generale, & esse infallibilem quando loquitur ex Cathedra & toti Ecclesiæ proponit credendum.

FUNDAMENTA IPSORUM.

Primum sumitur ex authoritate Episcoporum Galliæ, quorum hic affero epistolas scripta

ad Innocentium X. anno 1653. Julij super propositiones Jansenii.

Beatissime Pater

Majores causas ad Sedem Apostolicam referre solemnis Ecclesiæ mos est, quem fides Petri nunquam deficiens perpetuo retineri pro suo jure postulat: æquissimæ huic legi obsequentes de gravissimo circa religionem negotio Sanctitatis Tuæ scribendum esse censuimus. Decennium est ex quo vehementissimis turbis Gallia Magno nostro mœrore commovetur ob librum postumum, & doctrinâ Reverendi Cornelis Jansenij Episcopi; tales quidem motus sedari oportebat, tum Concilij Tridentini authoritate; tum Bullæ illius quæ Urbanus VIII. fælicis memoriæ adversus. Jansenij dogmata pronunciavit, & decreta Pij V. & Gregorij XIII. in Bayum adita confirmavit: atque hujus quidem Bullæ, veritatem, robur novo diplomate vindicasti, sed quia nulli sigillatim propositioni certa censuræ nota inusta fuit locus etiam num aliquis quorundam cavillis, & effugio relictus est; intercludendum autem penitus speramus, si ut petamur Sanctitas Tua quid in hac. 2. Sentiendum sit clare distinctéque definiat. Obtestamur ergo, ut has præsertim propositiones de quibus disceptatio periculosior est, ac contentio ardentior, ut Sanctitas Tua expendat, ac perspicuam, & certam de unaquaque sententiam ferat.

Prima propositio Jansenij est, aliqua Dei præcepta hominibus juxtis volentibus, & conantibus secundum præsentes quas habent vires sunt impossibilia, deest quoque illis gratia qua possibilia fiant.

Secunda ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

Tertia interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

Quarta Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus: etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse cui possit humana voluntas resistere, vel obtemperare.

Quinta Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino mortuum esse,& sanguinem fudisse.

Experta est nuper beatitudo tua quantum Apostolicæ Sedis in gemini Ecclesiæ capitis errore profligando valuerit au-

thoritas : continuo sedata est tempestas, atque ad Christi vocem, & imperium venti & mare obedierunt : quamobrem flagitamus Beatissime Pater, ut clara, firmaque de propositionum istarum sensu prolata sententia, cui reverendus ipse Jansenius morti proximus opus suum subjecit, caliginem omnem discutias, animos fluctuantes componas, dissidia prohibeas, Ecclesiæ tranquillitatem restituas, dum hæc spes mentibus nostris afulget, Sanctitati tuæ multos & prosperos annos, sæculoque beatissimam æternitatẽ Rex sæculorum immortalis adjiciat optamus & vovemus. Hæc octoginta 5. Episcopi Galliæ.

ALTERA LITTERA eorumdem.

Episcoporum ad eundem Innocentium

BEATISSIME PATER

Optata pervenit ad nos tandem constitutio illa Vestræ Sanctitatis authoritate quid sentiendum sit de controversis 5. propositionibus quæ sunt excerptæ e Cornelij Jansenij Iprensis Episcopi libris perspicue decernitur excitatæ in Belgio contentiones flagrabant, etiam in Galliis, & latissimum incendium per universas Ecclesiæ partes minabantur, ni pesti grassanti, & certissimam perniciem allaturę obstitisset Beatitudinis vestræ indefessum studium, & ex alto petita potestas, quæ sola accerrimam illã animorum collisionem compescere poterat. Agebatur de re magni momenti ; de aditu scilicet ad salutem pernecessaria Christianæ gratiæ præsidia, & humanæ voluntatis adjumentis illis excitatæ, ac factæ conatus liberos, atque de Divina Christi pietate, ac beneficentia in universum genus humanum hujus doctrinæ lucem recentioris illius authoris disceptationibus obscoratam pristino nitori præstitit juxta veterem fidei regulam, scripturis, & antiqua Patrum traditione in Conciliis olim, & nuper authoribus Summis Pontificibus constitutam prolatum à Sanctitate Vestra postulantibus cum plurimis Galliarum Episcopis decretum quo in negotio illud observatione dignum accidit, ut quemadmodum ad Episcoporum Africæ relationem Innocentius I. Pelagianam hæresim, sic ad Gallicanorum Episcoporum consultationem, hæresim ex adverso Pelagianę oppositam Innocentius X. authoritate sua subscripserit: enimvero vetustæ illius ætatis Eccle-

sia

sia Catholica sola Cathedræ Petri communione authoritate fulta, quæ in Decretali epistola Innocentij ad Affricanos data elucebat, quamque de inzozimi altera ad universos orbis Episcopos epistola subsecuta est pelagianæ hæresi damnationi absque contractione subscripsit; perspectum enim habebat non solum ex Christi Domini pollicitatione Petro facta, sed etiam ex actis priorum Pontificum, & Anathematismi adversus Appollinarium, & Macedonium, nundum ab ulla Synodo æcumenica damnatos, à Damaso Papa anteactis judicia pro sancienda regula fidei à Summis Pontificibus Latæ super Episcoporum consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant, sive omittant prout illis collibuerit) divina æque ac Summa per universam Ecclesiam authoritate, nisi cui Christiani omnes ex officio, ipsius quoque mentis obsequium præstare teneatur, ea nos quoque sententia, ac fide imbuti Romanæ Ecclesiæ, præsentemque in Summo Pontifice Innocentio X. viget authoritatem debita observantia colentes constitutionem divini numinis instinctu à beatitudine vestra conditam, nobisque traditam ab Illustrissimo Athenarum Archiepiscopo Nuncio Apostolico, & promulgandum curabimus in Ecclesiis, à diecæsibus nostris, atque illius executionem apud fideles populos urgebimus: neque vero pene deerunt adversus temerarios illius violatores, quæ à fine hæreticis intelliguntur quibus juxta constitutionis tenerem, & Breve Sanctitatis Vestræ nobis directum contumaces omnes nullo conditionum vel statuum discrimina facto perstringemus, præsertim cum in Gallijs ad Episcopos in solidum hæc cura pertineat, ubi nullos hæreticæ pravitatis Inquisitores constitui patitur, mox antiquo ex jure communi profectus sane suspendere possumus beatitudini vestræ nil foro quod Decreto Apostolico, nostræque in eo exequendo sollicitudini moram afferre possit, præcipue cum piissimus ac Christianissimus rex noster, cui Breve Apostolicum una cum exemplo constitutionis illustrissimus Nuncius tradidit, interpellato quoque Regiæ Majestatis præsidio, nos ad illius decreti executionem edito suo ad nos dato pro ea quam debes Ecclesiæ constitutione constanter hortetur, & Magistratibus universis, atque cæteris sibi subdictis, tum ad vim arcendam, tum ad

amputandas quæ forte possunt ad hæreseos reis excitari de foro competenti covillationes præcipiat: quatenus illam omni studio, & opere juvent, atque tueantur: quare lux celestis hac in causa fæderatum habeat Regem terrarum (si fas ita loqui cum Sixto III.) Sanctitas vestra per Petram soliditatem jam confusis veritatis hostium animis, securos ab omni externa perturbatione de novo hæresi triumphos aget, porrò nos Innocentius X. Cujus ore Petrus locutus est, ut Leoni V. Acclamabat quarta Synodus, hanc divinam, naucleam gratulati Sacros inter Ecclesiæ fastus quod olim de Synodis æcumenicis fieri solitum constitutionem istam ab eo editam lubenter, & animo reponemus, cui optatissimam in longæva vita fælicitatem ad præcamur.

Secundum fundamentum sumitur ex authoritate Galliæ anno 1689. Nam illustrissimus Dominus comes Demarsan petiit à Summo Pontifice Innocentio XI. dispensationem qua posset fieri pensione 10. millium librarum super Episcopatum caducensem jam prius optentam, & simul posset uxorari cum vidua, in cujus favorem Summus Pontifex Bullam dedit, cujus præcipua verba sunt ista; *Non obstantibus præmissis, ac cujus vis etiam Synodalibus, & Provincialibus, & Generalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, ac præditis, & aliis constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis, & quibuscumque, quibus verbis concessit dispensationem*; Sed contradicentibus multis huic diplomati Rex Galliç jussit convocari suum Concilium Regium, ut si talis Bulla privilegiis Ecclesiç Gallicanç non contrariaretur, approbaretur, rematurè deliberata, & diligentissime discussa annuente toto Concilio Regio, & Parlamento Parisiense Decretum est in favorem Bullç & Comitis.

Tertium sumitur ex Universitate Parisiense in consistorio apud clementem quem tanquam legitimum Pontificem sequebatur: Unde Andreas Duvallus Accademiæ Parisiensis Professor in libro de suprema Romani Pontificis in Ecclesia potestate anno 1414 Sic ait. *Velint nolint adversarii liquide constat veteris Ecclesiæ Gallicanæ proceres hanc in Sanctis Pontificibus*, Petri Successoribus infallibilitatem semper agnosci.

Quartum fundamentum est ex Gersonio tractatu de vita spirituali animæ lectione 3. qui sic ait. *Habet itaque Papa primo Dominium Superioritatis à Christo*

supra totam Ecclesiam cum plenitudine potestatis in his quæ spirituale regimem Ecclesiæ proprie respiciunt: deinde resumit. *Prima potestas cognoscitur ex Evangeliis, & actibus Apostolorum, & ex iis quæ per se successivam relationem, ut merito temerarius, & scandalosus, imo Schismaticus judicetur qui potestatem hanc vel abolere, vel diminuere præsumpserit. Hac potestas tam immediate à Deo collata est, ut tota Ecclesia illam neque destruere, neque noviter si tolleretur ædificare valeret.*

Quintum fundamentum est authoritas Conciliorum generalium in epistola ab Episcopis egyptiis in sancta Synodo Alexandrina congregatis scripta ad Summum Pontificem felicem de infectationibus Arrianorum quæ sic se habet. *Ideo Pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra Apostolica sancta sede auxilium ausimus, & nostri eos curam habere agnovimus, præfactam Apostolicam Summam expertimus juxta Canonum Decreta sedem, ut inde auxilium capiamus: unde prædecessores nostri ordinationes, & dogmata, atque sublevationes ceperunt,* deinde Paulò inferius. *Ipsa enim firmamentum adeo fixum, & immobile percipit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidißimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem: ipsa est enim sacer in quo omnes Ecclesia vertuntur, & sustentantur, relevantur, & sicut in Christo Christiani, & in Petra id est Christo Petrus Petri renovantur Ecclesia.*

Sextum fundamentum est authoritas Concilii Epheseni anno 431. Philipus Præsbyter, & Apostolicæ sedis legatus nomine Concilii sic ait. *Nulli dubium: imo in seculis omnibus notum est, quod Sanctus beatissimusque Petrus Apostolorum Princeps, caput à Domino nostro, & Colomna Ecclesiæ Catholicæ à salvatore humani generis claves regni accepit solvendique, & ligandi peccata potestas data est, qua ad hoc usque tempus, & semper in suis Successoribus vivit, & judicium exercet: hujus itaque Successor, & loco tenens beatissimus Papa noster Cælestinus Episcopus nos ipsius præsentiam sustinentes ad hanc sanctam Synodum misit, & in actione 2. firmus Cæsarea Episcopus dices Apostolica, & sancta sedes Cælestini Episcopos de præsenti negotio sententiam, regulamque præscribit, quam nos quoque secuti formam illam executioni mandavimus, Canonicum Apostolicumque judicium in illum nestorium proferentes.* His omnibus Concilium consensit.

Septimum est ex D. Thoma 22. q. 1. art. 10. *Ad sedem Apostolicam, & ad authoritatem S. P. pertinere finaliter determinare ea quæ sunt fidei, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur.*

Octavum est ex suare qui aut tractatu de fide dist. 5. sess. 5.

Tamen constans est inter Catholicos S. P. esse infallibilem extra Concilium, ut esse de fide tenendum sit.

Nonum est ex Universitate Hispaniæ quæ absolute affirmat hanc veritatem esse de fide cui subscripserunt omnes illius Doctores.

Decimum sumitur à recursu ad S. P. jam art. 15. Seculis in materia heresis ex omni parte mundi, à tot propositionibus Hereticorum condemnatis à S. P. quorum declarationibus aquievit tota Ecclesia.

Undecimum sumitur à ratione Theologia, quando Christus loquitur ut quod, & S. P. ut quo nullus potest esse error in definiendo, at Episcopi Galliæ fatentur Christum per Innocentium X. extra Concilium fuisse loquutum, & aquieverunt omnes qui, aut dubitarunt, aut contrarium tenuerunt, ergo sentiunt Episcopi illi Papam extra Concilium res fidei definire, etsi toti Ecclesiæ. Proponat errore non posse.

Duodecimum est ex S. Hieronimo in epistolam ad titum cap. 1. qui ait. *Antequam diaboli instinctu studia in Religione fierent, diceretur ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem cephæ communi Presbyterorum Concilio Ecclesia gubernabantur; postquam vero unus quisque Baptisaverit in toto orbe Decretum est, ut unus de Presbyteris electus super poneretur cæteris ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret ut Schismatum semina tollerentur.*

Decimum tertium est ex S. Cypriano epistola 55. ad Corinthios. *Neque enim aliunde Hæreses abortæ sunt; aut natæ sunt Schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperaretur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus judex vices Christi cogitatur:* Hæc sunt pro infallibilitate; modo per superioritate supra Concilium sic probant.

Primo ex authoritate Conciliorum generalium Primo Leo primus epistola 25. ad me levitanum Concilium ait. *Quoties fidei ratio ventillatur arbitror omnes Fratres, & Episcopos nostros, non nisi ad Petrum: id est sui nominis, & honoris, authorem referri debere cui Synodus consensit.*

Secundo Nicolaus primus epistola 8. ad imperatorem Michaëlem sic loquitur. *Ecclesiæ Romanæ Privilegia Christi ore in Beato Petro affirmata, à Sanctis Universalibus Synodis celebrata, atque cuncta Ecclesia jugiter venerata nullatenus possunt minui, nullatenus commutari, quoniam fundamentum quod Deus posuit humanus non valet conatus: ista igitur Privilegia huic sanctæ sedi à Christo donata, à Synodis non donata, sed solum modo venerata, & intra proinde animadvertendam est, quia non Nycena, non alia ulla Synodus quidquam Romanæ Ecclesiæ constulit privilegium à Deo non causa sit aliquid supra constituere, eum videret nil supra meritum suum posse*

conferri: unde quando dixit Christus, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, non dixit Christus Concilio, sed Petro.

Tertio in Concilio generali Calcedonensi actione 2. lecta est epistola Leonis Papæ ad fluvium Archiepiscopum Constantinopolitanum in qua Eutichetis Doctrinam hæreticam damnavit fidei ortodoxæ normam præscribit, omnes Episcopi clamaverunt. *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides, ita credimus. ortodoxi ita credunt, & Anathematici qui ita non credunt Petrus per Leonem declarat formam fidei Custodem, & Sancti Patres interpretem esse S. P.*

Quarto ex 8. Synodo Canone 2. *Obedite præpositis vestris tamquam rationem reddituri Paulus magnus Apostolus præcipit: itaque Beatissimum Adrianum Papam, & Nicolaum, tamquam organum Spiritus Sancti habentes nec non Sanctissimum Adrianum Papam Successorem ejus.*

Quinto Concilium Lateranense sub Eugenio III. vocat Ecclesiam Romanam Patrem, & Magistram omnium fidelium.

Sextum Concilium Veronense 2. anno 57. sic loquitur. *Quis Sacerdotum contra Decreta talia quæ à Sede Apostolica processerunt agere præsumat, & quorum authorum valere possit prædicatio, nisi quos Sedes Apostolica semper, aut intromisit aut non apocriphos facit, aut Patres nostri hæc semper Custodierunt, quod eorum præcepit authoritas; nos ergo obsequentes quod, vel Apostolus Paulus, vel Innocentius statuit in Canonibus nostris ingerentes statuimus observandum.*

Septimo epistola Synodica trium Conciliorum Affricanorum quæ ad Theodorum Papam scripta, & lecta fuit, sub ejus Successore Martino V. in Concilio Lateranensi anno 649. actione secunda quæ sic incipit; *Magnum, & indeficientem, omnibus Christianis fluenta redundantem apud Apostolicam sedem consistere fontem, nullus ambigere possit de quo rivuli prodeunt affluenter universum largissime irrigantes orbem Christianorum, cui etiam in honorem Beatissimi Petri Patrum Decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam, in requirendis Dei rebus quæ omnino, & sollicite debet, maxime vero juxteque ab ipso præsulum examinari vertice Apostolico cujus vetusta sollicitudo est, tam mala damnare quã probare cõdenda; antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid quamvis in remotis, vel in longinco positis ageretur provinciis non prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut usus authoritate juxta quæ fuisset prononciatio firmaretur, indeque sumerent cætera Ecclesiæ; vel de natali suo fonte prædicationis exordium, & per diversas orbis regiones puritatis incorruptæ manarent fidei Sacramenta salutis*

Octavo in actione 2. Leo Decreto secundi Concilij Lateranensis anno 649. in Libello Stephani Episcopi doxensis in

Apostolica sede ortodoxorum dogmatum fundamenta excitere.

Nono probatur à relatione Episcoporum Africanorum, per Justinum Diaconum hormisda Papæ quæ extat post epistolam 69. ejus Papæ sic incipit, *Decet, & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum; quis enim majorem circa subjectos sollicitudinem gerit, aut à quo magis est nutantis fidei stabilitas expectanda, quam ab ejus præside qui primus in Christo rector audivit; Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Probatur decimo ex insigni, ægiptiorum Episcoporum testimonio in epistola ab illis in Sancta Synodo Alexandrina Congregatis scripta ad S. P. de infectationibus Arrianorum. *Ideo Pater Beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra Apostolica sede auxilium hausimus, & nostri nos curam habere agnovimus præfatam Apostolicam, & Summam expetimus juxta Canonum Decreta sedem, ut inde auxilium capiamus, unde prædecessores nostri ordinationes, & dogmata atque sublevationes ceperunt &c.*

Probatur undecimo ex Synodo Romana sub Felice Papa in epistola ad Præsbyteros, & Archimandritas Constantinopoli, & Bithiniæ consistentes; *Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas præcipue fidei colliguntur, Domini Sacerdotes consuetudo retinetur, ut successor præsulum sedis Apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum juxta sollicitudinem sibi Ecclesiarum omnium competendum cuncta constituat, qui caput est omnium ad Beatum Petrum Apostolum, dicente Domino. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quam vocem sequentes Sancti Patres apud Nycem congregati confirmationem rerum, atque authoritatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ detulerunt.*

Duodecimo ex Concilio Carthagienense epist. ad Joannem Papam. *Definitionibus ante Nyceni Concilij publica lectione transcursis, inter alia de quibus nosci debuit disputatione requiri jam cæperat, quomodo arrianorum Sacerdotes ad Catholicam fidem suscipi oporteat, sic omnibus nobis unanimiter subito placuit suscitari primitus beatitudinis vestræ sententiam; potest enim sedes Apostolica quantum speramus tala nobis interrogantibus dare responsum, quale nos approbare concorditer explorata veritas faciat, ex omnium quidem collegarum tacitis motibus nemini placere sensimus, ut in suis honoribus Arriani suscipiatur: verum tamen convenire claritati credimus, ut quid habeat sensu noster in publicam notitiam nemo perduceret, nisi prius vel consuetudo nobis, vel definitio Romanæ Ecclesia determinet.*

Decimo tertio ex Concilio Africano in epistola Synodali ad Theodorum Pontificem. *Domino Beatissimo Apostolico culmine sublimato Sancto Patri Patrum*

Theodoro Papa, & summo omnium præsulum pontifici columbus primæ sedis Episcopus concilij Bisaceni, & reparatus primæ sedis concilij Mauritaniæ, & universi Episcopi de tribus conciliis ante dictis Africanæ provinciæ magnum, & indeficientem omnibus christianis fluenta redundantem apud Apostolicam sedem consistere fontem.

Decimo quarto ex Synodo generali ab Agatone Papa contrà monotelitas congregata, & Constantinopoli celebrata. *Direptas sugestiones à patre nostro Agatone ad mansuetissimum Dominum, & magnum victorem imperatorem tamquam à Spiritu Sancto dictatas per os Sancti, ac Beatissimi Principis Apostolorum Petri, & digito ter Beatissimi Papæ Agatonij scripta suscipio, & amplector; & ita credo*, Et iterum in Synodo Romæ ab eadem coacta, sic habetur. *Proinde inspiratione tanti Spiritus conspirantes, & ad invicem omnes consentientes, & Agatonij Summi Papæ dogmaticis litteris ad vestram fortitudinem Missis consentientes.*

Decimo quinto ex epistola Synodali à Concilio scripta ad Agatonem Romanum pontificem. *Maximi morbi majoribus indigent auxiliis, ut scitis Beatissimi, atque idcirco Christus verus Deus dedit medicum vestram adeo honoratam sanctitatem contagia heretica suis fortiter propulsantem remediis ortodoxæ robur membris Ecclesiæ largientem: itaque tibi ut primæ sedis antisti universalis Ecclesiæ quid gerendum sit permittimus stanti supra firmam fidei petram, acquiescentes veræ confessionis litteris à vestra paterna beatitudine ad piissimum Imperatorem Missis, quas ut à Summo Apostolorum vertice divinitus scriptas agnoscimus, per quas exortam hæreticam sectam depulimus.*

Decimo sexto epistola 55. S. Cypriani ad Cornelium. *Neq; enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non optẽperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex Christi cogitatur.*

Decimo septimo authoritate S. Augustini de verbis Apostoli sermone 2. qui sic ait. *Iam de hac causa duo Concilia Missa sunt ad Sedem Apostolicam, inde etiam rescripta venerunt, causa finita est, & contra Iovinianum cap. 4. si Ecclesia id est Romana præsidentem Innocentium si audire voluisses, iam tunc periculosam tuam juventutem Pelagianis laqueis excussisses; quid enim potuit primis respondere Concilijs, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes, & Romana cum cæteris tenet perseveranter Ecclesia.*

Decimo octavo, authoritate S. Antonij 3. p suæ Summæ titulo 23. de appellationne Papæ cap. 3. art. 30. ubi ait. *Sed nec ad Concilium generale à Papa appellari potest, quia Papa omni Concilio superior est, nec robur habet quidquid agitur, nisi authoritate Romani Pontificis roboretur, & confirmetur: sentire ergo quod ad Concilium à Papa appellari passit, est*

hæreticum quod S. P. approbat, vel reprobat, Concilia, & eorum decisiones nil habent determinatum de fide nisi quod ipse approbat.

Vigesimo, est de fide, quod Summus P. sit à Christo constitutus Pastor universalis Ecclesiæ his verbis. *Posce oves meas.* Ego sive divisim sumatur Ecclesia, sive unita sit semper est Pastor, quia qui constituit illum Pastorem totius Ecclesiæ, quia totum ovile est Ecclesia, ergo vel Concilium est de ovili, vel non: si non, ergo non est de ovibus Christi. Si est, ergo Papa est ejus pastor. ergo superior.

Vigesimo primo probatur ex Universitate Parisiensis in Consistorio apud Clementem sic ait: per Magistrum Petrum de Alliaco. *Igitur pro vestris humilibus filiis, Universitatis prædictæ, & pro nobis eorum nuntiis qui suis hac parte obsequimur mandatis, & documentis, intimur corde, & ore unanimiter protestamur, quod quidquid actum est in hac causa per os, & quidquid in ea nunc & alias pro his acturi, aut dicturi sumus totum correctioni, & iudicio sedis Apostolicæ, & sedentis in ea summi Pontificis humiliter submittimus, dicentes cum Beato Hieronimo 22. q. 1. hæc est fides Pater Beatissime quam in Catholica Ecclesia didicimus, in qua si minus perite, aut minus caute forte aliquid positum est emendare petimus à te qui Petri sedem tenes.*

Vigesimo secundo ex epistola Gelasij XIII & Nicolai I. epistola 8. *Sanctæ memoriæ Flavianum inquit Gelasius Papa Pontificum Congregatione damnatum pari tenere; quoniam sola sedes Apostolica non consensit absolutè, potiusque illic receptus fuerat Dioscorus secundæ sedis præsulem sua authoritate damnavit, & impiam synodum non consentiendo submovit, ac pro veritate, ut Synodus Calcidonensis fieret sola decrevit, & Nicolaus I. ait. Non egisse nos in causa pietatis Romanæ Ecclesiæ. Quæ collectæ Concilia sua authoritate confirmat, sua moderatione custodit, quomodo non eget qualibet Synodus Romanæ Sedis. Quomodo in Ephesino latrocinio cunctis præsulibus, & ipsis quoque Patriachis probantibus, nisi Magnus Leo divinitus excitatus os aperiens totum orbem, & ipsos quoque augustos concuteret, & ad pietatem commoveret Religio Catholica penitus corruisset.*

Relinquo Doctores Universitatis Sorbonicæ qui hanc sententiam tenuerunt, ut himmarus Archiepiscopus remensis in præfatione opusculi de divortio Lotarij Regis, & Fabergæ Reginæ 7. Carnotensis epistola 8. ad Richerium Senonensem Archiepiscopum, Jacobus Cardi-

nalis

nalis Vitriacus in Historia Orientali cap. 25. anno 1230. Franciscus Archiepiscopus Botomagensis in Apologia Evangelij pro Catholicis ad Jacobum Majoris Britaniæ Regem anno 1655. Nicolaus Cœfetau Marsiliensis in tractatu pro sacra Monarchia Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ, & Romanæ adversus rempublicam. Marcus Anthonius de Dominis Archiepiscopi Salatensis p. 5. lib. 1.

Relinquo authoritatem S. Cypriani epistola 52. lib. 4. & epistola 69. S. Hypaliti, & S. Basilij magni, epistola 32. ad Athanasium lib. 2. S. Ambrosij de obitu, S. Hieronimi epistola 57. ad Damaseum Papam S. Joannis Chrisostomi de decem millium debitore sermone 10. S. Cyrilli lib. 4. Dialogorum Theodoreti epistola ad renatum præsbyterum, S. Gregorij epistola 32. lib. 4. ad omnes Galliæ Episcopos. S. Irenei lib. 3. adversus Hæreses cap. 3. his positis.

Respondent isti Doctores ad rationes primæ opinionis; ad primam respondent, quod tunc divus Petrus non erat pastor adhuc constitutus universalis Ecclesiæ; nundum enim acceperat claves regni cælestis 2. quod quando dicitur unitati intelligitur, quod non accepit claves pro se, sed pro utilitate totius Ecclesiæ 3. quod Calvinus abstulit particulam, tantum pro quo dicunt quod Ecclesia sola non potest se regere, & sic indiget aliquo qui regat.

Ad secundam respondent, quod quando Petrus negavit nundum erat supremus Ecclesiæ pastor, & confirmatus in gratia: 2. divum Petrum gravissime peccasse, contra exteriorem fidei actum, non contra interiorem; & sic non peccasse formaliter contra fidem, unde Ambrosius in psalmum 43. ait. *Quod dicit vide, & intellige, ventilatur Petrus, ut Christum negare cogatur, incidit in tentationem, quadam locutus est quasi palearum plena, sed locutus est verbo, ut fondatior esset affectus, denique flevit, & paleas suas lavit, & illis tentationibus meruit, ut pro se Christus interveniret.* D. Joannes Chrisostomus homilia 83. in Mathæum sic ait. *Non dixit non me negabis, sed ut non deficiat fides tua; cura enim ipsius, & favore factum est, ne omnino Petri fides evanesceret.*

Ad tertiam respondent talem errorem non fuisse circa fidem, sed tantum conversationis gratia. Dicit Theodorus Besa, Petrus hoc loco non peccat in Doctrina, sed in certo facto quod videlicet dum Judæorum infirmitati cupit con-

fultum Evangelicam libertatem adducit, in discrimen, & sic D. Petrus tantum hoc fecit, ut lucri faceret Judæos dissimulando.

Ad 4. Respondent; circa liberium: quod liberius exterius tantum cum Arrianis communicavit, & in Athanasium latam ab illis sententiam ratam habuit, non vero actu interno, ut dicitur de Marcello, quod patet ex authoritate ipsius Athanasij qui sic loquitur. *Nec liberio quidem Romano Episcopo pepercerunt, nulla reverentia ducti, vel quod sedes illa Apostolica esset, vel quod Romana Metropolis esset Romanæ ditionis; nam cum liberium vidissent ortodoxum, & osorem Arrianæ sectæ: studiosum vero in hoc, ut cunctos ab ea hæresi retraheret, ista secum impij cogitarunt. Si liberium in nostram sententiam traxerimus omnes brevi superabimus. Trahitur liberius ad imperatorem quo cum pervenisset magna prope ibi dicendi libertate usus est. Desine inquiens persequi Christianos, ne tanta per me hæreticam impietatem in Ecclesiam introducere, ad omnia potius sustinenda parati sumus, quam nos Christiani eo deveniamus, ut Arriani appellemur, hoc tibi suademus, ne pugnes contra eum qui tibi hoc imperium dedit. Liberius post exactum in exilio Biennium inflexus est minisque mortis ad subscriptionem inductus est: verum illud ipsum quoque, & eorum violentiam, & liberij in hæresim odium, & suum pro Athanasio suffragium cum liberos affectus colebat satis coarguitis; quæ enim per tormenta contra priorem sententiam extorta sunt eo non metuentium, sed ita cogentium volontates habendæ sunt.*

Circa felicem, respondent primo, quod felix fuit intrusus ab Arrianis in Pontificatum 2. quod non fuit verus Pontifex cum non numeretur in cathalogo Pontificum, sed tantum præsidebat loco liberij 3. Quod licet Clerus Romanus noluerit recipere liberium qui actu exteriori defecerat in fide mortuo felice fuit agnitus, ut verus Pontifex, & regnavit adhuc per 9. annos, quod probat liberium non defecisse in fide formaliter, nec privatum fuisse suo officio à Clero Romano, sed tantum suspensum.

Circa Universitatem Cracoviensem respondent quod falsum dixit, quia si fuerit verus Papa non potest deponi, si falsus non potest de novo eligi. 2. Quod Concilium est tantum repræsentative Ecclesia, non tota Ecclesia. 3. Sic argumentantur ad hominem contra eos, quod non semper durat non potest esse infallibile, sed Concilium non semper durat, ergo

respondent 4. quod Ecclesia formaliter sumpta nunquam defecit, sed quæritur à quo sit determinanda fidei veritas, an à Papa, vel ab ipsa Ecclesia ad Syriacum Papam respondent quod numquam sic locutus est. Quoad Sixtum III. respondent quod ibi videtur dare mutuam dependentiam. 2. Quod ibi submittit Concilium Papæ, quia vocat Episcopum Thessolonissensem Vicarium Apostolorum cum multis prærogativis, quarum prima est ut Concilium vocet.

Ad Innocentium III. respondent quod tantum hoc dixit, ut videret Rex esse impossibile hoc fieri nec à se nec à Concilij dices: ergo potest deponi S. P. à Concilio, ut ipse Innocentius. Respondent ibi esse Sophisma, nam argumentantur à dicto secundum quid ad dictum simpliciter dum absolutè concludunt S. Pontificem esse Concilio inferiorem, quia in casu hæresis declararetur à Concilio indignus, non vero deponeretur, sed non esset amplius Summus Pontifex ad Innocentium I. respondent quod 1. loquitur de virginibus quæ nolunt separari ab adultero post lapsum, & quæ sunt in ocasione proxima peccandi ad 2. Respondent quod tantum prohibuit, ne bigamus ordinaretur ad 3. respondent quod loquitur de illis qui baptisantur, & remanent in eadem hæresi, nam illi non recipiunt gratiam licet recipiant characterem.

Circa Leonem magnum respondent quod loquitur de muliere vivente priore viro quam putat esse mortuum.

Circa Honorium I. quem dicunt fuisse Monothelitum: Respondent primo Honorium errasse ut personam privatam. 2. quod scripta de Græco in Latinum fuerunt viciata, ut probatur in sexta Synodo sess. 4.

Circa Gregorium II, respondent ad primum quod jussit iterum consecrari ordinatos à non veris Episcopis, ut patet ex epistola sua scripta ad Bonifacium, ad 2. Respondent quod nomine infirmitatis intelligit ea quæ irritum reddunt Matrimonium, ut habetur in decretalibus titulo de frigidis his positis.

QUÆSTIO I.

Qui possit, vel non possit Summus Pontifex.

Dico quod Papatus est de jure divino institutus, D. Petro collatus, & successoribus

suis. Habet primatum super omnes Apostolos, ut dicet Cayet. tam 1. opuscu. tract. 2. ca. 2 Sotus in 11. dist. 11. q 1. & Bannes 22. q. 1. art. 10. dubio quarto.

Summus Pontifex est supra Concil. Ita d. Antonius 3. p. tit. 2. cap. 10. ff. 11. Cayet. tract. de comp. Papæ & Concilij cap. 7, Turrecremata in Summa de Ecclesiæ libertatate cap. 3. Bellar. tuscus Cordubensis, Leo X. constit. 20. quæ incipit pastor. 14 Calendis Januarij 1566.

Summus Pontifex non potest abrogare, & mutare ea quæ sunt juris naturalis, quia quæ sunt per se mala, aut bona sunt semper bona, vel mala.

In his quæ sunt de jure positivo divino bona, vel mala non potest, nec mutare, nec abrogare: ea vero quæ sunt bona, vel mala, & adversantur juri civili non tamen divino, vel naturali potest mutare, aut abrogare posita justa causa. Ita clavis regia lib. 3. cap. 10. num. 6.

Papa indirecte tantum habet authoritatem supra, mortuos quibus potest applicare indulgentias per modum suffragij.

Papa non potest derogare privilegio fori Clericis concesso, cum sit de jure divino. Ita cap. qui 10. q. 3. Satinus in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ 12. nu. 6. & in capite si diligenter num. 15.

Licet Papa generaliter non possit derogare exemptioni Clericorum totaliter, & quoad omnes causas, potest tamen quoad aliquas particulares, & illas committere judicibus sæcularibus cap. nos 2. q. 1. cap. illud 1. q. 3. cap. verum. 20. dist. Imo Papa potest committere fœminæ, ut Clericum judicet cap. memmam gloss. primitiva in cap. pervenit 7. q. 1. Item Papa in causa publica potest dispensare in his quæ pertinent ad universalem statum Ecclesiæ cap. quanto de consuetudine; Quia papa potest jus divinum interpretari, declarare, committere, restringere, ampliare. unum quando Judex cujus cognoscit causas Clericorum non jure proprio cognoscit, sed authoritate delegantis in cujus persona fundatur jurisdictio lib. 1. ff. qui mandatum Innocentius in cap. quod sicut.

Summus Pontifex habet jurisdictionem spiritualem, temporalem super universum mundum, spiritualem per se, & immediate, temporalem ministerio Imperatorum, & Principum sic Innocentius III. in cap. per venerabilium qui filij sunt legitimi ratio est, quia Christus, ut homo fuit supremus

Dominus totius mundi, & jus temporale habuit scripta. Ita glos. inter Canonici juris interpretes recepto D. Th. lib. de regimine principum cap. 12. D. Antoninus Turrecremata quia sicut Deus mundum de nihillo creavit supremum habet in mundo dominium, ita quia Christus mundum captivum redemit est mundi Dominus.

Summus Pontifex non potest eligere successorem. Ita glos. in cap. Apost. 3. his omnibus 8.q. 1. Papa & Episcopus se habent sicut vir, & fœmina.

Summus Pontifex debet eligi Cardinalibus. Ita habetur in cap. opportet dist. 79. & in Stephano 30. in Concilio habito in Basilica Constantiana, si omnes Cardinales essent mortui pertinent electio ad Canonicos Lateranenses. Ita Panormitanus, quia est Sedes Pontificis, alij dicunt pertinere ad Concilium generale. Ita Ostiensis, in cap. sicut.

Papa in hæresim lapsus, est privandus sua dignitate & ob solam hæresim, potest deponi, quia hæresis separat nos ab Ecclesia, ita Turrecremata in tom. 1. lib. 2. cap. 93.

Sicut depositio ab Episcopatu, ita confirmatio ad solum summum Pontificem pertinet.

Solus Pontifex potest transferre Episcopum de una Ecclesia ad aliam, & hoc authoritate Divina, nisi sit aliquod privilegium datum à Pontifice.

Summus Pontifex alternis potestati non potest se subjicere, nisi in Tribunali Cofessionis, ita D. Th. in 11. dist. 19. q. 1. art. 1.

Non possunt simul esse duo Pontifices, quia vel potestas divideretur, vel esset æqualis. Non 1. modo quia Christus unum tantum instituit, si æqualis nullus esset universalis Pastor, quia unus non esset Pastor alterius.

Summus Pontifex potest dare authoritatem simplicis authoritatis, Confirmare, Consecrare oleum infirmorum, minores Ordines conferre.

Non potest Summus Pontifex dissoluere matrimonium, infidelium ad fidem conversorum, quia matrimonium non potest dissolui nisi in jure exprimatur, quod non est.

Posita justa causa Papa potest dispensare in 1. gradu affinitatis nempe, ut vir accipiat uxorem fratris, quia impedimentum affinitatis est de jure Ecclesiastico, similiter, ut matrimonium ineatur inter avum, & neptem, fratrem & sororem, quia ista non repugnant reverentiæ debitæ, quoniam

amputandas quæ forte possunt ad hæreseos reis excitari de foro competenti covillationes præcipiat: quatenus illam omni studio, & opere juvent, atque tueantur; quare lux celestis hac in causa fæderatum habeat Regem terrarum (si fas ita loqui cum Sixto III.) Sanctitas vestra per Petram soliditatem jam confusis veritatis hostium animis, securos ab omni externa perturbatione de novo hæresi triumphos aget, porrò nos Innocentius X. Cujus ore Petrus locutus est, ut Leoni V. Acclamabat quarta Synodus, hanc divinam, naucleam gratulati Sacros inter Ecclesiæ fastus quod olim de Synodis æcumenicis fieri solitum constitutionem istam ab eo editam lubenter, & animo reponemus, cui optatissimam in longæva vita fælicitatem adpræcamur.

Secundum fundamentum sumitur ex authoritate Galliæ anno 1689. Nam illustrissimus Dominus comes Demarsan petiit à Summo Pontifice Innocentio XI. dispensationem qua posset fieri pensione 10. millium librarum super Episcopatum caducensem jam prius optentam, & simul posset uxorari cum vidua, in cujus favorem Summus Pontifex Bullam dedit, cujus præcipua verba sunt ista; *Non obstantibus præmissis, ac cujus vis etiam Synodalibus, & Provincialibus, & Generalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, ac præditis, & aliis constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrariis, & quibuscumque, quibus verbis concessit dispensationem*; Sed contradicentibus multis huic diplomati Rex Galliç jussit convocari suum Concilium Regium, ut si talis Bulla privilegiis Ecclesiç Gallicanç non contrariaretur, approbaretur, rematurè deliberata, & diligentissime discussa annuente toto Concilio Regio, & Parlamento Parisiense Decretum est in favorem Bullç & Comitis.

Tertium sumitur ex Universitate Parisiense in consistorio apud clementem quem tanquam legitimum Pontificem sequebatur: Unde Andreas Duvallus Accademiæ Parisiensis Professor in libro de suprema Romani Pontificis in Ecclesia potestate anno 1414 Sic ait. *Velint nolint adversarii liquide constat veteris Ecclesiæ Gallicanæ proceres hanc in Sanctis Pontificibus*, Petri Successoribus infallibilitatem semper agnosci.

Quartum fundamentum est ex Gersonio tractatu de vita spirituali animæ lectione 3. qui sic ait. *Habet itaque Papa primo Dominium Superioritatis à Christo*

supra totam Ecclesiam cum plenitudine potestatis in his quæ spiritualem regimem Ecclesiæ proprie respiciunt: deinde resumit. *Prima potestas cognoscitur ex Evangeliis, & actibus Apostolorum, & ex iis quæ per se successivam relationem, ut merito temerarius, & scandalosus, imo Schismaticus judicetur qui potestatem hanc vel abolere, vel diminuere præsumpserit. Hæc potestas tam immediate à Deo collata est, ut tota Ecclesia illam neque destruere, neque noviter si tolleretur ædificare valeret.*

Quintum fundamentum est authoritas Conciliorum generalium in epistola ab Episcopis egyptiis in sancta Synodo Alexandrina congregatis scripta ad Summum Pontificem felicem de infectationibus Arrianorum quæ sic se habet. *Ideo Pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra Apostolica sancta sede auxilium sumus, & nostri eos curam habere agnovimus, præfactam Apostolicam Summam expetimus juxta Canonum Decreta sedem, ut inde auxilium capiamus: unde prædecessores nostri ordinationes, & dogmata, atque sublevationes ceperunt*, deinde Paulò inferius. *Ipsa enim firmamentum adeo fixum, & immobile percipit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem: ipsa est enim sacer in quo omnes Ecclesiæ vertuntur, & sustentantur, relevantur, & sicut in Christo Christiani, & in Petra id est Christo Petrus Petri renovantur Ecclesiæ.*

Sextum fundamentum est authoritas Concilii Ephesenï anno 431. Philipus Præsbyter, & Apostolicæ sedis legatus nomine Concilii sic ait. *Nulli dubium: imo in seculis omnibus notum est, quod Sanctus beatissimusque Petrus Apostolorum Princeps, caput à Domino nostro, & Colomna Ecclesiæ Catholicæ à salvatore humani generis claves regni accepit solvendique, & ligandi peccata potestas data est, qui ad hoc usque tempus, & semper in suis Successoribus vivit, & judicium exercet: hujus itaque Successor, & loco tenens beatissimus Papa noster Cælestinus Episcopus nos ipsius præsentiam sustinentes ad hanc sanctam Synodum misit, & in actione 2. firmus Cæsarea Episcopus dicet Apostolica, & sancta sedes Cælestini Episcopos de præsenti negotio sententiam, regulamque præscribit, quam nos quoque secuti formam illam executioni mandavimus, Canonicum Apostolicumque judicium in illum nestorium proferentes.* His omnibus Concilium consensit.

Septimum est ex D. Thoma 22. q. 1. art. 10. *Ad sedem Apostolicam, & ad authoritatem S. P. pertinere finaliter determinare ea quæ sunt fidei, ut ab omnibus in concussa fide teneantur.*

Octavum est ex suare qui aut tractatu de fide dist. 5. sess. 5.

Tamen constans est inter Catholicos S. P. esse infallibilem extra Concilium, ut esse de fide tenendum sit.

Nonum est ex Universitate Hispaniæ quæ absolute affirmat hanc veritatem esse de fide cui subscripserunt omnes illius Doctores.

Decimum sumitur à recursu ad S. P. jam art. 15. Seculis in materia heresis ex omni parte mundi, à tot propositionibus Hereticorum condemnatis à S. P. quorum declarationibus aquievit tota Ecclesia.

Undecimum sumitur à ratione Theologia, quando Christus loquitur ut quod, & S. P. ut quo nullus potest esse error in definiendo, at Episcopi Galliæ fatentur Christum per Innocentium X. extra Concilium fuisse loquutum, & aquieverunt omnes qui, aut dubitarunt, aut contrarium tenuerunt, ergo sentiunt Episcopi illi Papam extra Concilium res fidei definire, etsi toti Ecclesiæ. Proponat errore non posse.

Duodecimum est ex S. Hieronimo in epistolam ad titum cap. 1. qui ait. *Antequam diaboli instinctu studia in Religione fierent, diceretur ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem cephe communi Præsbytero rum Concilio Ecclesia gubernabantur; postquam vero unus quisque Baptisaverit in toto orbe Decretum est, ut unus de Præsbyteris electus super poneretur cæteris ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret ut Schismatum semina tollerentur.*

Decimum tertium est ex S. Cypriano epistola 55. ad Corinthios. *Neque enim aliunde Hæreses abortæ sunt; aut nata sunt Schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperaretur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus judex vices Christi cogitatur*: Hæc sunt pro infallibilitate; modo per superioritate supra Concilium sic probant.

Primo ex authoritate Conciliorum generalium Primo Leo primus epistola 25. ad me levitanum Concilium ait. *Quoties fidei ratio ventillatur arbitror omnes Fratres, & Episcopos nostros, non nisi ad Petrum: id est sui nominis, & honoris, authorem referri debere cui Synodus consensit.*

Secundo Nicolaus primus epistola 8. ad imperatorem Michaëlem sic loquitur. *Ecclesiæ Romanæ Privilegia Christi ore in Beato Petro affirmata, à Sanctis Universalibus Synodis celebrata, atque cuncta Ecclesia jugiter venerata nullatenus possunt minui, nullatenus commutari, quoniam fundamentum quod Deus posuit humanus non valet conatus: ista igitur Privilegia huic sanctæ sedi à Christo donata, à Synodis non donata, sed solum modo venerata, & intra proinde animadvertendum est, quia non Nycena, non alia ulla Synodus quidquam Romanæ Ecclesiæ contulit privilegium à Deo non causa sit aliquid supra constituere, eum videret nil supra meritum suum posse*

conferri: unde quando dixit Christus, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, non dixit Christus Concilio, sed Petro.

Tertio in Concilio generali Calcedonensi actione 2. lecta est epistola Leonis Papæ ad fluvium Archiepiscopum Constantinopolitanum in qua Euthichetis Doctrinam hæreticam damnavit fidei ortodoxæ normam præscribit, omnes Episcopi clamaverunt. *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides, ita credimus. ortodoxi ita credunt, & Anathematici qui ita non credunt Petrus per Leonem declarat formam fidei Custodem, & Sancti Patres interpretem esse S. P.*

Quarto ex 8. Synodo Canone 2. *Obedite præpositis vestris tamquam rationem reddituri Paulus magnus Apostolus præcipit: itaque Beatissimum Adrianum Papam, & Nicolaum, tamquam organum Spiritus Sancti habentes nec non Sanctissimum Adrianum Papam Successorem ejus.*

Quinto Concilium Lateranense sub Eugenio III. vocat Ecclesiam Romanam Patrem, & Magistram omnium fidelium.

Sextum Concilium Veronense 2. anno 57. sic loquitur. *Quis Sacerdotum contra Decreta talia quæ à Sede Apostolica processerunt agere præsumat, & quorum authorum valere possit prædicatio, nisi quos Sedes Apostolica semper, aut intromisit aut non apocriphos facit, aut Patres nostri hæc semper Custodierunt, quod eorum præcepit authoritas; nos ergo obsequentes quod, vel Apostolus Paulus, vel Innocentius statuit in Canonibus nostris ingerentes statuimus observandum.*

Septimo epistola Synodica trium Conciliorum Affricanorum quæ ad Theodorum Papam scripta, & lecta fuit, sub ejus Successore Martino V. in Concilio Lateranensi anno 649. actione secunda quæ sic incipit; *Magnum, & indeficientem, omnibus Christianis fluenta redundantem apud Apostolicam sedem consistere fontem, nullus ambigere possit de quo rivuli prodeunt afluenter universum largissime irrigantes orbem Christianorum. cui etiam in honorem Beatissimi Petri Patrum Decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam, in requirendis Dei rebus quæ omnino, & sollicite debet, maxime vero juxteque ab ipso præsulum examinari vertice Apostolico cujus vetusta sollicitudo est, tam mala damnare quã probare cõlenda; antiquis enim regulis sancitam est, ut quidquid quamvis in remotis, vel in longinco positis ageretur provinciis non prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut usus authoritate juxta quæ fuisset prononciatio firmaretur, indeque sumerent cætera Ecclesiæ; vel de natali suo fonte prædicationis exordium, & per diversas orbis regiones puritatis incorruptæ manarent fidei Sacramenta salutis*

Octavo in actione 2. Leo Decreto secundi Concilij Lateranensis anno 649. in Libello Stephani Episcopi doxensis in

Apostolica sede ortodoxorum dogmatum fundamenta excitere.

Nono probatur à relatione Episcoporum Africanorum, per Justinum Diaconum hormisda Papæ quæ extat post epistolam 69. ejus Papæ sic incipit. *Decet, & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum; quis enim majorem circa subjectos sollicitudinem gerit, aut à quo magis est mutantis fidei stabilitas expectanda, quam ab ejus præside qui primus in Christo rector audivit; Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Probatur decimo ex insigni, ægiptiorum Episcoporum testimonio in epistola ab illis in Sancta Synodo Alexandrina Congregatis scripta ad S. P. de infectationibus Arrianorum. *Ideo Pater Beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra Apostolica sede auxilium hausimus, & nostri nos curam habere agnovimus præfatam Apostolicam, & Summam expetimus juxta Canonum Decreta fidem, ut inde auxilium capiamus, unde prædecessores nostri ordinationes, & dogmata atque sublevationes capœrunt &c.*

Probatur undecimo ex Synodo Romana sub Felice Papa in epistola ad Præsbyteros, & Archimanditas Constantinopoli, & Bithiniæ consistentes; *Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas præcipue fidei colliguntur, Domini Sacerdotes consuetudo retinetur, ut successor præsulum sedis Apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum juxta sollicitudinem sibi Ecclesiarum omnium competendum cuncta constituat, qui caput est omnium ad Beatum Petrum Apostolum, dicente Domino. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quam vocem sequentes Sancti Patres apud Nycem Congregati confirmationem rerum, atque authoritatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ detulerunt.*

Duodecimo ex Concilio Carthageniense epist. ad Joannem Papam. *Definitionibus ante Nyceni Concilij publica lectione transcursis, inter alia de quibus nosci debuit disputatione requiri jam cœperat, quomodo arrianorum Sacerdotes ad Catholicam fidem suscipi oporteat, sic omnibus nobis unanimiter subito placuit suscitari primitus beatitudinis vestræ sententiam; potest enim sedes Apostolica quantum speramus tale nobis interrogantibus dare responsum, quale nos approbare concorditer explorata veritas faciat, ex omnium quidem collegarum tacitis motibus nemini placere sensimus, ut in suis honoribus Arriani suscipiatur: verum tamen convenire claritati credimus, ut quid habeat sensus noster in publicam notitiam nemo perduceret, nisi prius vel consuetudo nobis, vel definitio Romanæ Ecclesiæ determinet.*

Decimo tertio ex Concilio Africano in epistola Synodali ad Theodorum Pontificem. *Domino Beatissimo Apostolico culmine sublimato Sancto Patri Patrum*

Theodoro Papa, & summo omnium præsulum pontifici columbus primæ sedis Episcopus concilij Bisaceni, & reparatus primæ sedis concilij Mauritaniæ, & universi Episcopi de tribus conciliis ante dictis Africanæ provinciæ magnum, & indeficientem omnibus christianis fluenta redundantem apud Apostolicam sedem consistere fontem.

Decimo quarto ex Synodo generali ab Agatone Papa contra monotelitas congregata, & Constantinopoli celebrata. *Direptas sugestiones à patre nostro Agatone ad mansuetissimum Dominum, & magnum victorem imperatorem tamquam à Spiritu Sancto dictatas per os Sancti, ac Beatissimi Principis Apostolorum Petri, & digito ter Beatissimi Papæ Agatonij scripta suscipio, & amplector; & ita credo*, Et iterum in Synodo Romæ ab eadem coacta, sic habetur. *Proinde inspiratione tanti Spiritus conspirantes, & ad invicem omnes consentientes, & Agatonij Summi Papæ dogmaticis litteris ad vestram fortitudinem Missis consentientes.*

Decimo quinto ex epistola Synodali à Concilio scripta ad Agatonem Romanum pontificem. *Maximi morbi majoribus indigent auxiliis, ut scitis Beatissimi, atque idcirco Christus verus Deus dedit medicum vestram adeo honoratam sanctitatem contagia heretica suis fortiter propulsantem remediis ortodoxæ robur membris Ecclesiæ largientem: itaque tibi ut primæ sedis antisti universalis Ecclesiæ quid gerendum sit permittimus stanti supra firmam fidei petram, acquiescentes veræ confessionis litteris à vestra paterna beatitudine ad piissimum Imperatorem Missis, quas ut à Summo Apostolorum vertice divinitus scriptas agnoscimus, per quas exortam hæreticam sectam depulimus.*

Decimo sexto epistola 55. S. Cypriani ad Cornelium. *Neq; enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non optẽperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex Christi cogitatur.*

Decimo septimo authoritate S. Augustini de verbis Apostoli sermone 2. qui sic ait. *Iam de hac causa duo Concilia Missa sunt ad Sedem Apostolicam, inde etiam rescripta venerunt, causa finita est, & contra Iovinianum cap. 4. si Ecclesia id est Romana præsidentem Innocentium si audire voluisses, iam tunc periculosam tuam juventutem Pelagianis laqueis excusses; quid enim potuit primis respondere Concilijs, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes, & Romana cum cæteris tenet perseveranter Ecclesia.*

Decimo octavo, authoritate S. Antonij 3. p suæ Summæ titulo 23. de appellationne Papæ cap. 3. art. 30. ubi ait. *Sed nec ad Concilium generale à Papa appellari potest, quia Papa omni Concilio superior est, nec robur habet quidquid agitur, nisi authoritate Romani Pontificis roboretur, & confirmetur: sentire ergo quod ad Concilium à Papa appellari possit, est*

hæreticum quod S. P. approbat, vel reprobat, Concilia, & eorum decisiones nil habent determinatum de fide nisi quod ipse approbat.

Vigesimo, est de fide, quod Summus P. sit à Christo constitutus Pastor universalis Ecclesiæ his verbis. *Posce oves meas.* Ego sive divisim sumatur Ecclesia, sive unita sit semper est Pastor, quia qui constituit illum Pastorem totius Ecclesiæ, quia totum ovile est Ecclesia, ergo vel Concilium est de ovili, vel non: si non, ergo non est de ovibus Christi. Si est, ergo Papa est ejus pastor. ergo superior.

Vigesimo primo probatur ex Universitate Parisiensis in Consistorio apud Clementem sic ait: per Magistrum Petrum de Alliaco. *Igitur pro vestris humilibus filiis, Universitatis prædictæ, & pro nobis eorum nuntiis qui suis hac parte obsequimur mandatis, & documentis, intimur corde, & ore unanimiter protestamur, quod quidquid actum est in hac causa per os, & quidquid in ea nunc & alias pro his acturi, aut dicturi sumus totum correctioni, & judicio sedis Apostolicæ, & sedentis in ea summi Pontificis humiliter submittimus, dicentes cum Beato Hieronimo 22. q. 1. hæc est fides Pater Beatissime quam in Catholica Ecclesia didicimus, in qua si minus perite, aut minus caute forte aliquid positum est emendare petimus à te qui Petri sedem tenes.*

Vigesimo secundo ex epistola Gelasij XIII. & Nicolai I. epistola 8. *Sanctæ memoriæ Flavianum inquit Gelasius Papa Pontificum Congregatione damnatum pari tenere; quoniam sola sedes Apostolica non consensit absolutè, potiusque illic receptus fuerat Dioscorus secundæ sedis præsulem sua authoritate damnavit, & impiam synodum non consentiendo submovit, ac pro veritate, ut Synodus Calcidonensis fieret sola decrevit, & Nicolaus I. ait. Non egisse nos in causa pietatis Romanæ Ecclesiæ. Quæ collectæ Concilia sua authoritate confirmat, sua moderatione custodit, quomodo non eget qualibet Synodus Romanæ Sedis. Quomodo in Ephesino latrocinio cunctis præsulibus, & ipsis quoque Patriachis probantibus, nisi Magnus Leo divinitus excitatus os aperiens totum orbem, & ipsos quoque augustos concuteret, & ad pietatem commoveret Religio Catholica penitus corruisset.*

Relinquo Doctores Universitatis Sorbonicæ qui hanc sententiam tenuerunt, ut himmatus Archiepiscopus remensis in præfatione opusculi de divortio Lotarij Regis, & Fabergæ Reginæ 7. Carnotensis epistola 8. ad Richerium Senonensem Archiepiscopum, Jacobus Cardinalis

nalis Vitriacus in Historia Orientali cap. 25. anno 1230. Franciscus Archiepiscopus Botomagensis in Apologia Evangelij pro Catholicis ad Jacobum Majoris Britaniæ Regem anno 1655. Nicolaus Cœfetau Marsiliensis in tractatu pro sacra Monarchia Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ, & Romanæ adversus rempublicam. Marcus Anthonius de Dominis Archiepiscopi Salatensis p. 5. lib. 1.

Relinquo authoritatem S. Cypriani epistola 52. lib. 4. & epistola 69. S. Hypaliti, & S. Basilij magni, epistola 32. ad Athanasium lib. 2. S. Ambrosij de obitu, S. Hieronimi epistola 57. ad Damascum Papam S. Joannis Chrisostomi de decem millium debitore sermone 10. S. Cyrilli lib. 4. Dialogorum Theodoreti epistola ad renatum præsbyterum, S. Gregorij epistola 32. lib. 4. ad omnes Galliæ Episcopos. S. Irenei lib. 3. adversus Hæreses cap. 3. his positis.

Respondent isti Doctores ad rationes primæ opinionis; ad primam respondent, quod tunc divus Petrus non erat pastor adhuc constitutus universalis Ecclesiæ; nundum enim acceperat claves regni cælestis 2. quod quando dicitur unitati intelligitur, quod non accepit claves pro se, sed pro utilitate totius Ecclesiæ 3. quod Calvinus abstulit particolam, tantum pro quo dicunt quod Ecclesia sola non potest se regere, & sic indiget aliquo qui regat.

Ad secundam respondent, quod quando Petrus negavit nundum erat supremus Ecclesiæ pastor, & confirmatus in gratia: 2. divum Petrum gravissime peccasse, contra exteriorem fidei actum, non contra interiorem; & sic non peccasse formaliter contra fidem, unde Ambrosius in psalmum 43. ait. *Quod dicit vide, & intellige, ventilatur Petrus, ut Christum negare cogatur, incidit in tentationem, quadam locutus est quasi palearum plena, sed locutus est verbo, ut fundatior esset affectus, denique flevit, & paleas suas lavit, & illis tentationibus meruit, ut pro se Christus interveniret.* D. Joannes Chrisostomus homilia 83. in Mathæum sic ait. *Non dixit non me negabis, sed ut non deficiat fides tua; cura enim ipsius, & favore factum est, ne omnino Petri fides evanesceret.*

Ad tertiam respondent talem errorem non fuisse circa fidem, sed tantum conversationis gratia. Dicit Theodorus Besa, Petrus hoc loco non peccat in Doctrina, sed in certo facto quod videlicet dum Judæorum infirmitati cupit con-

fultum Evangelicam libertatem adducit, in discrimen, & sic D. Petrus tantum hoc fecit, ut lucri faceret Judæos dissimulando.

Ad 4. Respondent; circa liberium: quod liberius exterius tantum cum Arrianis communicavit, & in Athanasium latam ab illis sententiam ratam habuit, non vero actu interno, ut dicitur de Marcello, quod patet ex authoritate ipsius Athanasij qui sic loquitur. *Nec liberio quidem Romano Episcopo pepercerunt, nulla reverentia ducti, vel quod sedes illa Apostolica esset, vel quod Romana Metropolis esset Romanæ ditionis; nam cum liberium vidissent ortodoxum, & osorem Arrianæ secta: studiosum vero in hoc, ut cunctos ab ea hæresi retraheret, ista secum impij cogitarunt. Si liberium in nostram sententiam traxerimus omnes brevi superabimus. Trahitur liberius ad imperatorem quo cum pervenisset magna prope ibi dicendi libertate usus est. Desine inquiens persequi Christianos, ne tanta per me hæreticam impietatem in Ecclesiam introducere, ad omnia potius sustinenda parati sumus, quam nos Christiani eo devenimus, ut Arriani appellemur, hoc tibi suademus, ne pugnes contra eum qui tibi hoc imperium dedit. Liberius post exactum in exilio Biennium inflexus est minisque mortis ad subscriptionem inductus est: verum illud ipsum quoque, & eorum violentiam, & liberij in hæresim odium, & suum pro Athanasio suffragium cum liberos affectus colebat satis coarguitis; quæ enim per tormenta contra priorem sententiam extorta sunt eo non metuentium, sed ita cogentium voluntates habendæ sunt.*

Circa felicem respondent primo, quod felix fuit intrusus ab Arrianis in Pontificatum 2. quod non fuit verus Pontifex cum non numeretur in cathalogo Pontificum, sed tantum præsidebat loco liberij 3. Quod licet Clerus Romanus noluerit recipere liberium qui actu exteriori defecerat in fide mortuo felice fuit agnitus, ut verus Pontifex, & regnavit adhuc per 9. annos, quod probat liberium non defecisse in fide formaliter, nec privatum fuisse suo officio à Clero Romano, sed tantum suspensum.

Circa Universitatem Cracoviensem respondent quod falsum dixit, quia si fuerit verus Papa non potest deponi, si falsus non potest de novo eligi. 2. Quod Concilium est tantum representative Ecclesia, non tota Ecclesia. 3. Sic argumentantur ad hominem contra eos, quod non semper durat non potest esse infallibile, sed Concilium non semper durat, ergo

respondent 4. quod Ecclesia formaliter sumpta nunquam defecit, sed quæritur à quo sit determinanda fidei veritas, an à Papa, vel ab ipsa Ecclesia ad Syriacum Papam respondent quod numquam sic locutus est. Quoad Sixtum III. respondent quod ibi videtur dare mutuam dependentiam. 2. Quod ibi submittit Concilium Papæ, quia vocat Episcopum Thessolonissensem Vicarium Apostolorum cum multis prærogativis, quarum prima est ut Concilium vocet.

Ad Innocentium III. respondent quod tantum hoc dixit, ut videret Rex esse impossibile hoc fieri nec à se nec à Concilij dices: ergo potest deponi S. P. à Concilio, ut ipse Innocentius. Respondent ibi esse Sophisma, nam argumentantur à dicto secundum quid ad dictum simpliciter dum absolutè concludunt S. Pontificem esse Concilio inferiorem, quia in casu hæresis declararetur à Concilio indignus, non vero deponeretur, sed non esset amplius Summus Pontifex ad Innocentium I. respondent quod 1. loquitur de virginibus quæ nolunt separari ab adultero post lapsum, & quæ sunt in ocasione proxima peccandi ad 2. Respondent quod tantum prohibuit, ne bigamus ordinaretur ad 3. respondent quod loquitur de illis qui baptisantur, & remanent in eadem hæresi, nam illi non recipiunt gratiam licet recipiant characterem.

Circa Leonem magnum respondent quod loquitur de muliere vivente priore viro quam putat esse mortuum.

Circa Honorium I. quem dicunt fuisse Monothelitum: Respondent primo Honorium errasse ut personam privatam. 2. quod scripta de Græco in Latinum fuerunt viciata, ut probatur in sexta Synodo sess. 4.

Circa Gregorium II. respondent ad primum quod jussit iterum consecrari ordinatos à non veris Episcopis, ut patet ex epistola sua scripta ad Bonifacium, ad 2. Respondent quod nomine infirmitatis intelligit ea quæ irritum reddunt Matrimonium, ut habetur in decretalibus titulo de frigidis his positis.

QUÆSTIO I.

Qui possit, vel non possit Summus Pontifex.

DIco quod Papatus est de jure divino institutus, D. Petro collatus, & successoribus

Dominus totius mundi, & jus temporale habuit scripta. Ita glos. inter Canonici juris interpretes recepto D. Th. lib. de regimine principum cap. 12. D. Antoninus Turrecremata quia sicut Deus mundum de nihillo creavit supremum habet in mundo dominium, ita quia Christus mundum captivum redemit est mundi Dominus.

Summus Pontifex non potest eligere successorem. Ita glos. in cap. Apost. 3. his omnibus 8. q. 1. Papa & Episcopus se habent sicut vir, & fœmina.

Summus Pontifex debet eligi Cardinalibus. Ita habetur in cap. opportet dist. 79. & in Stephano 30. in Concilio habito in Basilica Constantiana, si omnes Cardinales essent mortui pertinent electio ad Canonicos Lateranenses. Ita Panormitanus, quia est Sedes Pontificis, alij dicunt pertinere ad Concilium generale. Ita Ostiensis, in cap. sicut.

Papa in hæresim lapsus, est privandus sua dignitate & ob solam hæresim, potest deponi, quia hæresis separat nos ab Ecclesia, ita Turrecremata in tom. 1. lib. 2. cap. 93.

Sicut depositio ab Episcopatu, ita confirmatio ad solum summum Pontificem pertinet.

Solus Pontifex potest transferre Episcopum de una Ecclesia ad aliam, & hoc authoritate Divina, nisi sit aliquod privilegium datum à Pontifice.

Summus Pontifex alternis potestati non potest se subjicere, nisi in Tribunali Cofessionis, ita D. Th. in 11. dist. 19. q. 1. art. 1.

Non possunt simul esse duo Pontifices, quia vel potestas divideretur, vel esset æqualis. Non 1. modo quia Christus unum tantum instituit, si æqualis nullus esset universalis Pastor, quia unus non esset Pastor alterius.

Summus Pontifex potest dare authoritatem simplicis authoritatis, Confirmare, Consecrare oleum infirmorum, minores Ordines conferre.

Non potest Summus Pontifex dissoluere matrimonium, infidelium ad fidem conversorum, quia matrimonium non potest dissolui nisi in jure exprimatur, quod non est.

Posita justa causa Papa potest dispensare in 1. gradu affinitatis nempe, ut vir accipiat uxorem fratris, quia impedimentum affinitatis est de jure Ecclesiastico, similiter, ut matrimonium ineatur inter avum, & neptem, fratrem & sororem, quia ista non repugnant reverentiæ debitæ, quoniam

avus non genuit neptem.

Licet Papæ dispensare in initiato ordine sacro, quia obligatio servandæ virginitatis non est de jure divinis, ita Diana in tract. de potestate summi Pontificis.

Licet Papa non possit dispensare in 1. gradu consanguinitatis, idest, ut pater accipiat filiam, tam in casu quo nullus esset alius in mundo posset, quia cohonestaretur fine bono.

Pertinet ad Papam definire res fidei. Ita D. Th. 22. qu. 1. art. 10. & non potest errare nec in decretis morum, ita D. Th. loco citato.

Licet possit errare in quæstionibus facti quia dependent ex probationibus facti; non tamen in canonizatione Sanctorum licet nolit quod sit de fide.

Potest Papa præcipere, ut filia hæreticorum, Hebræorum instruatur, & baptizetur invitis parentibus dummodo attigerit annum discretionis.

Summus Pontifex potest præcipere Confessionem annuam, etiamsi non esset præceptum divinum: imo circa venialia, non potest tamen dispensare, ut numquam confiteantur, nec juratione Sacramentorum, neque in votis solemnibus, & juramentis, quæ sunt promissiones factæ Deo, cui soli est jus primi principij, ex ipso quod aliquis ipsi promisit non potest revocare sed tantum summus Pontifex potest declarare quod hic, & nunc propter circunstantias non prævisas quæ si prævisæ fuissent, non fecisset.

Summus Pontifex non potest sibi reservare omnia peccata venialia, quia cogeret omnes sibi confiteri, potest dissoluere matrimonium ratum & potest dispensare, ut infidelis cum fideli, & hæreticus cum catholica ineat matrimonium.

QUÆSTIO II.

De Cardinalibus, & eorum authoritatibus an sint certæ & indubitatæ eorum declarationes.

Diana parte 2. tract. 10. irresolut. 19. & Ausonius jus Dianæ summa verbo Cardinalis num. 23. varias adducunt opiniones.

Lesdesma in summa tomo 1. cap. 13. dist. 7. asserit esse indubitatas, Joannes Valexius Puntius de Martin Zipheus, Bonacina, Vega, Villarbos, Portallus esse dicunt maximi ponderis, & ab illis non recedendum; & tamen vim legis non habere.

Nota quod debet distingui authoritas speculativa à practi-

ca, & sic & condendi articulos fidei, id est credendi, & sentiendi potestatem soli Pontifici in cathedra loquenti concedam; condendi tamen practicos articulos, loquendi, docendi, concionandi, dictandi authoritatem concedo Dominis Cardinalibus, quos assumpsit summus Pontifex ad regimen practicum Ecclesiæ, & earum authoritas est duplex interdictoria, & condemnatoria; quando aliquid interdicitur tantum non redditur improbabile, sed neque probabile est, sed quia sunt perniciosæ reipublicæ, ut Biblia vulgato sermone dicta interdicuntur.

Quando aliquid condemnatur ab ipsis, dico quod practice condemnatur, & propositio sic condemnata non transit in hæresim non fieret hæretica, quæ antea non esset hæretica, sed quæ antea erat hæretica hac condemnatione declaratur hæretica, idque tanta certitudine, ut illam non esse hæreticam maneat improbabile, in hoc sensu Inquisitores habent authoritatem quibus subditi tenentur obedire.

Verbi gratia fuit condemnata opinio dicens terram moveri, [illegible] Origenes ab ipsis Cardinalibus, non quia de illis astronomicis quæstionibus agere ad ipsos pertineat, sed quia ex motu divino terræ copernici, & responsione Ecclesiæ deducunt conclusiones Calvinistæ hæreticas.

Dicunt Calvinistæ quod Ecclesia admittit motum terræ metaphoricum, & apparentem ex quo sic concludunt: ergo admittit Ecclesia sensum metaphoricum, ergo eosdem sensus poterimus admittere quando sacram scripturam interpretamur, ergo poterimus dum baptismi verba proferimus infantes abluere per multos, uti à qua artificiali, quia est à qua apparens, non vera: ergo poterimus testimonio ad nos trahere quæ apud Catholicos sunt, quia Sacramentū Confirmationis emuniunt, ergo peccata teguntur, non detur, gratia imputatur, non confertur, ergo consecrationis verba sunt admittenda metaphorice, transubstantiatio neganda, Ordo, & Matrimonia politici, & apparentes status: ergo ita de aliis, & sic decisio Cardinalium multum juvat qui condemnarunt absolute terram moveri etiam metaphorice.

PARAGRAPHUS I.

De institutione Cardinalium.

CIrca institutione dd. Cardinalium varij varia dicunt, quidam dicunt esse de constitutione summi Pontificis, & incepisse tempore Eugenij Papæ, eo quod Evaristus Papa Parrochias sive titulos divisit, & Præsbyteros singulis posuit.

Alij dicunt incepisse anno 236. alij tempore Marselli qui 25. Cardinales creavit. Alij tempore Silvestri anno 317. qui primum Caldinalium collegium ordinavit; Cardinales funguntur duplici officio 1 eligunt summum Pontificem.

Triplex ordo determinatur alij sunt Episcopi alij Præsbyteri, alij Diaconi, alij legati à latere, alij missi tituli Episcoporum Cardinalium sunt 6. hostiensis cui incumbit consecrare summum Pontificem, S. Ruffinæ, prænestinus, Tusculanus, Sabinus, & Albanus.

Præsbyterorum tituli olim erant 28. Diaconiæ quæ debebant eleemosinas distribuere Thesauros Ecclesiæ salvare qui non habent potestatem ordinis sed tantum jurisdictionis.

PARAGRAPHUS II.

De Privilegiis Cardinalium.

CIrca testamenta gaudent privilegiis miritum, à toto Cardinalium collegio lata sententia non licet appellare.

Si damnatus ad patibulum duceretur ipsis obviam factus, & ab eis juste, aut pilio tangeretur liberaretur, offendentes Cardinales puniuntur pœnæ læsæ Majestatis.

Soli Cardinales Legati dicuntur intra curiam missi. Nunquam Cardinales suspenduntur, aut excommunicantur quando lata est sententia in communi, nisi fiat specialis mentio de ipsis. Qui fit Cardinalis à patria potestate liberatur.

Cardinales ingressi Conclave, exeunt reversuri utuntur vestibus rubeis.

Cardinales suis familiribus possunt dare litteras dimissorias.

PARAGRAPHUS III.

De Legatis Apostolicis.

ALii sunt à Latere, alij Nati, alij Missi, dum Legatione funguntur utuntur veste purpurea cum veste linea, sive byssina superiori palifredo albo, & calceis deauratis.

Potest Legatus à Latere conferre

ferre beneficia suæ Provinciæ, derogare juripatronatus Clericorum non laicorum, quæ sunt in fundatione, delatione, edificatione, reparatione, amplificatione Ecclesiarum; si vero tale juspatronatus laicorum in consuetudine, sic præscriptione, & privilegio Papæ possunt derogare ita de beneficijs parte 21. qu. 3. num, 18. possunt, conferre beneficia in sua legatione etiam devoluta Papæ, possunt absolvere ab excommunicatione, & percussione enormi Clericorum, possunt dare indulgentias 10. dierum.

QUÆSTIO III.

De Patriarchis.

PAtriarchæ sunt Archiepiscopis superiores jurisdictione, quia Patriarchæ multis præsunt Provinciis. Quatuor hodie sunt in Oriente, Constantinopolitanus, Alexand. Antiochenus, & Hierosolimitanus.

In urbe fuere 4. Sedes Patriarchales Lateranensis, Basilica D. Petri, D. Pauli, Sanctæ Mariæ Majoris, & Laurentij extra muros.

In 1. assignantur 7. Cardinales. Episcopus Hostiensis, qui solus pallio utitur, Albanensis, Sabiniensis, Prænesti[illegible]s, Sanctç Rostinæ, & Tusculanus.

Basilicæ S. Petri intitulatæ sunt 7 Præsbyteri Cardinales, Cardinalis tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim, S. Crysogoni, S. Ceciliæ, S. Anasthasiæ, S. Laurentij in Damaso, S. Matiæ in monte, S. Pauli: qui debent in majori altari inservire, sunt 4. Præsbyteri Cardinales, S. Sabinæ, S. Priscæ, S. Subinæ, S. Nerei, & achilei, S. Sixti, S. Marcelli, S. Susanæ.

In Ecclesia S. Laurentij sunt 7. Præsbyteri, Cardinales, S. Praxedis, S. Petri advincula, S. Laurentij in Lucina, S. Crucis in Hierusalem, S. Stephani in Cœlis monte, S. Joannis & Pauli, 11. Quatuor Coronatorum.

Plura sunt privilegia Patriarcharum sedere inmediate post Papam quod modo non est in usu, nam Cardinales præcedunt Metropolitanas, & suffraganeos possunt deponere quod non est in usu, ut possint in signiis Papæ, ut ubique crucem elatam præse ferant, nisi præsente Papa, ut pallium possint concedere suis suffraganeis, ut habeant ordinariam jurisdictionem super omnes Episcopos suffraganeos, & Metropolitanos, ut in suis Provinciis ad ipsos appelletur.

QUÆSTIO IV.

De Archiepiscopis.

ARchiepiscopus est caput Episcoporum suæ Provinciæ, cujus authoritas consideratur, aut respective ad subditos, aut ad Episcopos, aut suffraganeorum subditos. Si in ordine ad Episcopos differt ab illis: primo in consecratione, quatenus Metropolitanus à tribus suffraganeis debet consecrari, licet ab uno tantum sicut Episcopus possit. 2. Non possit nominari Archiepiscopus, licet consecratus, nisi accipiat pallium, nec fungi suo officio.

Authoritas ejus circa suffraganeos, 1. consistit in confirmando electos, 2. in consecrando electos, 3. in convocado illos in consecratione electorum, 4. in convocando eos ad Synodum, 5. in curando ut resideant, 6. in suspendendo, interdicendo, excommunicando, 7. in cognoscendo eorum causas, 8. in corrigendo, & confirmado eorum sententias, 9. in visitando.

Authoritas erga subditos suffraganeorum consistit in illis quæ à jure specialiter demandantur, aut per appellationem.

Circa Synodum: primo convocat suffraganeos, 2. cognoscit de causis criminalibus subditorum cum suo Episcopo, 3 si dubius aliquis abusus sit extirpandus, gravis quæstio oriatur circa reliquias, imagines, & de licentia Episcopi absentis.

Archiepiscopus non potest uti sua jurisdictione nisi habuerit pallium quod est vestis candida facta ex lana candida desumpta ex ovibus benedictis in die S. Agnetis, circulum habens humeros constringentem, duas lineas ab interiori, à posteriori pendentes, & quatuor cruces insigniis purpureis distinctum, quarum unam habet in pectore, altera in humero finistro, 3. in dextero, 4. in scapulis cujus usus, & origo est antiquissima.

Jurisdictio Archiepiscopi in suffraganeos, & eorum subditos est multiplex, 1. debet intervenire in consecratione eorum ad cujus consecrationem debent esse omnes suffraganei, potest excommunicare, interdicere suffraganeos in casibus, ubi tenentur illi obedire, 3. potest mittere quæstores elemosinarum 5. potest ante se ferre crucem etiam in locis exemptis in tota Provincia, potest uti pallio, benedicere populum, indulgentias concedere, visitare, confirmare electum confirmatum à suffraganeo, cognos-

cere in causa appellationis subditorum.

QUÆSTIO V.

De Episcopis.

Episcopus idem est, ac speculator. jure antiquo eligebantur à Clero: jus nominandi est apud plures Principes, S. Pontifex confirmat, ad ipsum, tamen jure Ecclesiæ pertinet electio Episcopus electus, & confirmatus potest exercere ea quæ sunt jurisdictionis, non ordinis, & sic non potest ordinare, chrisma conficere possunt esse duo Episcopi in eadem civitate ejusdem jurisdictionis. Confirmatus Episcopus contrahit cum sua Ecclesia vinculum Matrimonij, & sic ad aliam non potest convocare, nisi authoritate Summi Pontificis, nec fieri Religiosus.

Ob Symoniam, excommunicationem irrigularitatem, suspensionem potest cedere Episcopatus, nec potest institui sine aliquo titulo.

Episcopus electus & confirmatus debet intra tres menses consecrationem procurare, quæ debet fieri die Dominica à tribus Episcopis licet possit fieri ab uno cum sit de jure humano.

Episcopus habet tantum à Christo potestatem ordinis jurisdictionis a Summo Pontifice cui aliqua competunt ratione ordinis, seu consecrationis, alia ratione jurisdictionis, & alia ratione dignitatis ratione ordinis chrisma conficere, fontes Baptismatum chrismate signare, basilicas consecrare, ordines conferre.

Videtur hic deesse quid possit ratione jurisdictionis, & dignitatis.

Episcopus habet jurisdictionem ordinariam in tota Diœcesi quæ consistit in subjectione personarum cujuscumque gradus, & conditionis, tam in foro conscientiæ, quam in foro fori quoad causas, & delicta Ecclesiastica, 2. in dispensatione absolutionis; dispensatio est præcipue circa irregularitatem, inhabilitatem, ad officia, beneficia consequenda, & facultatem contrahendi Matrimonium contra canonica impedimenta.

Episcopus non potest ferre irregularitatem, quia irregularitas est tantum in jure communi, quod solus Pontifex potest dispensare, habet jurisdictionem indirecte in Laicos, & sic potest cogere ipsos, ut vendant frumentum, tempore penuriæ, curam, ut Legata soluantur, non potest suspendere effectum

censurarum licet possit absoluere à censuris Papa reservatis, & potest absoluere suum subditum existentem in alia Diœcesi, cum absolutio à censuris possit fieri absenti.

Solus Episcopus excommunicatus vitandus excluditur ab administratione Sacramenti pœnitentiæ, ut pateat quæ sit justa authoritas Episcopi. Affero decreta Congregationis Conciliorum.

PARAGRAPHUS I.

Decreta S. Pontificum circa authoritate Episcoporum.

Episcopi ex religionibus assumpti si ad eas redierint dignitatibus officijs illarum privantur ita Paulus 4. const. incipit jus sacra 19. Julij 1559.

Episcoporum residentium sententia non suspenditur appellatione in concernentibus morum correctionem, neque decreta non difinitiva Pius 4. const. incipit de salute pridie 9. Septembris 1560.

Episcopi, ac locorum ordinarij curare debent, ut indices librorum prohibitorum inviolabiliter observentur; Clemens 8. const. incipit sacrosanctum 12. Octobris 1595.

Episcopi, & Inquisitores eos curiæ sæculari tradunt qui ordine Sacerdotali carentes Missus celebrant, aut Confessarius audiunt: Clemens 8. const. incipit etsi alias 7. Septembris 1601.

Episcopi universalis Ecclesiæ nomen soli Summi Pontifici competit; pelagius. 2. const. incipit manifesto Calendis Martij.

Episcoporum ordo in Ecclesia sublimior est gradus L. 10. const. 7. incipit supernæ 9. Mai 1514.

Episcopi, & Archiepiscopi singulis trienniis Concilium Provinciale celebrare tenentur; Leo 10. const. incipit regimen 4. 9. Maij 1515.

Episcopi, & Archiepiscopi aliquid exigentes pro collationne, possessione facienda beneficij pœnas incurrunt; Pius 5. const. 104 incipit durum nimeis pridie Calendas Junii 1540.

Episcopi tanquam sedi Apostolicæ delegati visitare possunt Ecclesias Parrochiales militum Hierosolimitarum in eis quæ spectant ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem Pius 5. constit. 130. incipit exposuit 22. Septembris 1571.

Episcopi, & omnes Ecclesiarum prælati debent uti Pontifi-

cali reformato ; Clemens 8. conſt. 38. incipit ex quo 10. Februarii 1596.

Epiſcoporum ceremoniale reformatum , & reviſum in univerſa Eccleſia recipi mandavit, & obſervari Clemens 8. conſt. 69. incipit cum noviſſime 14. Julij 1600.

Epiſcopi habita notitia cujuſcumque Eccleſiæ Parrochialis Vicarium cum congrua portione fructuũ conſtituunt qui tantis per Eccleſiæ onera ſuſtineat, & tenentur intra ſex menſes ſervata forma Concilij Tridentini Parrochiales Eccleſias vacantes conferre Pius 5. conſt. 33. incipit in conferendis 16. Calendis Aprilis 1567.

PARAGRAPHUS II.

Decreta Sacræ Congregationis Rituum de Epiſcopis.

Epiſcopus prius electus ad Epiſcopatum debet alterum Epiſcopum precedere , in Segobriſen 21 Martij 1609.

Epiſcopus diœceſanus præferendus eſt omnibus Archiepiſcopis in ſua Eccleſia in functionibus Epiſcopalibus . excepto Metropolitano. In Barchinanen. 10. Januarij 1609.

Epiſcopi , proprium munus eſt reconciliare Eccleſiam pollutam , & novam benedicere. In Placentina 19 Maij 1617.

Epiſcopus preſente Legato à Latere non poteſt populum benedicere, nec uti mõreta, vel rocheto, detectlo. In Peruſina 2 Octobris 1601.

Epiſcopus poteſt tantum uti opera duorum Canonicorum. In Coloniem 9. Septembris 1628.

Epiſcopus abſens non lucratur alternativam , etiam quandò abeſt ex cauſa à Concilio approbata. Epiſcopus preſens Miſſæ in Eccleſia Collegiatæ preſente Abbate Eccleſiæ Collegiatæ debet confeſſionem facere cum Celebrante , benedicere in cenſum , & miniſtrare , benedictionem ſolemnem dare. In Alexandrina 7 Februari 1604.

Epiſcopus conſecratus ſolum, poteſt benedicere utenſilia in quibus adhibetur ſacra unctio. In Brixien 9 Maij 1610.

In vito Epiſcopo nemo poteſt erigere confraternitatem, aut inconſulto. In Elboren. 7 Octobris 1617.

Epiſcopus aſſiſtens Miſſæ ſemper eſt thurificandus à præbytero aſſiſtente , non à Diacono Evangilij 9. Maij 1607.

Epiſcopus non celebrans Syuodum quot annis incurris pœnas. Statutas 26 Junij 1621.

Epiſcopus regularis tenetur

recitare Officium juxta ritum suæ diœcesis, non religionis 11 Junij 1605

Episcopus potest commitere alicui Sacerdoti benedictionem Ecclesiæ in agro, in pennam 14 Februar. 1631.

Episcopo venienti ad Ecclesiam dum officium decantatur tenentur duo Canonici obviam ire, & porrigere aspersorium; si non cantent omnes tenentur, in lunen surranen 3. Martij 1633.

Episcopo suffraganeo tenentur Canonici obviam ire usque ad portam Ecclesiæ non cubiculum, sicut proprio. In bracarem 1. Septemb. 1607.

Episcopo suffraganeo celebranti debent tantum Canonici assistere cum habitu ordinario, nisi celebret nomine proprium Episcopi: nec ipse debet sedere in sede Episcopi, sed infaldistorio, neque uti baculo pastorali, neque poni candelabrum. In Braclaren 2 Febr. 1604.

Episcopus suffraganeus qui habet preposituram Cathedralem debet assistere visitationi proprij Episcopi. In Florentina 24 Julij 1632.

Solus Episcopus potest accipere paramenta in ipso altari etiam dum private celebrat. In Cremonen 7 Julij 1608.

Episcopo celebranti non convenit Canonicos, thurificari nec aspergere. In ulasdislavien 2 Martij 1613.

Episcopo celebranti tenentur 5. personæ assistere. In Barbastien 17 Junij 1606.

Episcopo celebranti debet assistere prima Dignitas in ordine præsbyterali constituta, & Canonici Cathedrales non Collegiatæ. In Brundusina 15 Julij 1617.

Si Episcopus accedat in die palmarum ad EcclesiaM regularium debet benedicere palmas privative ad Abbatem. In tanen 11 Aprilis 1501.

Episcopus qui celebrat tempore Quadragesimæ singulis diebus quando non celebrat debet uti habitu quotidiano cum stola. In spalatem 27 Novembris 1602.

Episcopus non debet cum cappaves peras celebrare. In Alexandrina 25 Martij 1608.

PARAGRAPHUS III.

Decreta Sacræ Congregationis Concilij.

Episcopus non potest dispensare uxore mortua cum bigamo efecto bigamia interpretativa, ut in ordine ante suscepto ministret; in Ferettrana 15 Aprilis 1630.

Non potest admitere aliquem ordinandum sub titulo patrimonij juxta Concilium Triden. sess. 21. cap. 2. de reformatione nisi necessitas, aut utilitas Ecclesiæ postulet, 17 Martij 1619.

Licet possit familiarem ordinare, & dispensare super inter stilij ligitimare.

Non potest ante ordinationem exigere ab ordinando ut inserviat certæ Ecclesiæ, etiam post habitum beneficium simplex, residentiam requirens. In Lauretana 15 Aprilis 1628.

Habenti congruam non potest aliud beneficium dare, & si dederit vacat primum, si beneficium titulare sit; potest tamen aliud conferre sine dispensatione Apostolica, si primum non hebeat sufficientem sustentationem, non potest plura conferre absque dispensatione Apostolica Examinatores Synodales debent esse Licentiati in Theologia aut jure Canonico. In Saonem 19 Febr. 1628.

Potest prohibere ne regulares admittant in suis Ecclesiis seculares Sacerdotes exteros ad divina officia celebranda, nisi prius visis litteris admissi fuerint.

Potest habita notitia delicti alicujus regularis informationem capere superiorem moneat. Potest facere ut sui Canonici cantent Missas in die rogationum in Ecclesiis 28. Januarij 1650.

Episcopus ex::i const. Gregorij 15. de privilegiis exemptorum non potest regularibus prescribere certis tantum locis, aut personis, aut temporibus confessiones audiant, & illos restringere in administratione Sacramentorum dubio 2. de anno 1623.

Episcopus potest prohibere, ne puella professionem emitat ante exploratam ejus voluntatem sub pænis censurarum: Concilium cap. 12. sess. 25. de regularibus, in burget 4. Decembris 1627.

Episcopus extra diœcesim non potest ingredi Monasteria moniatium sine licentia proprij Episcopi; in jenuen 10. Maij 1631.

Episcopus potest egere contra regulares vagantes de uno loco ad alium; ex Bulla Pij 5.

Nullus Episcopus habet authoritatem quovis tempore in Monasteriis Domibus, & Ecclesiis regularium exemptorum, quibus non inminet cura animarum secularium visitandi Sacristias, paramenta, Vasa Sacra, Tabernaculum, pixidem in quæ Sanctissimum Sacramentum asservatur; Sacra Congre-

gatio intiman 18. Septembris 1625.

Episcopus causa negligentiæ potest dare confessores extraordinarios monialibus in cameracen 10. Decembris 1631.

QUÆSTIO VI.

De Magistro Sacri Palatij an sit alicujus authoritatis eius censura.

Dico quod si aliquis liber est inpressus cum licentia Magistri Sacri Palatij est probabilis ejus opinio.

QUÆSTIO VII.

De Vicario Generali Episcopi.

Triplex est Vicarius, Generalis, capituli, & Canonicus, ultimus est tantum in aliqua parte Diœcesis, tantum hic affero Decreta Sacræ Congregationis circa Vicarios quibus patebit eorum authoritas, & in quibus habeant jus primi Principij sive Superioritatis.

PARAGRAPHUS I.

Decreta Sacræ Congregationis circa Vicarium Generalem.

Vicarius Generalis Episcopi debet esse Clericus secularis, & Episcopus non debet permittere, ut id munus per regularem exerceatur; in montaten 8. Maii 1617.

Vicarius Generalis debet abstinere ab iis quæ soli Episcopo conveniunt, die 7. Septembris 1618.

Non debet uti morreto, aut Rocheto, nisi sit protonotarius, in Lauretana 20. Aprilis 1602.

Præcedit omnes Canonicos, & quando est in habitu in processionibus præcedit omnes dignitates, in Brundusina 16. Julij 1605.

Etiam si Canonici incedant cum habitu, Rochero, & Cappa precedit illos: in Lauretana 23. Martij 1602. Quando sedet ut Canonicus debet sedere in loco suæ receptionis.

In die purificationi non debet accipere candelam presente Episcopo ante Canonicum, qui Episcopo ministravit, in Lucerina 14 Maij 1608.

Non licet sibi parare locum ubi vult, nec sedere in loco Episcopi dum abest: in Brundusina

dusina 16. Julij 1605.

Non poteſt accipere paramenta in altari, & habere plures quam unum Miniſtrum : In Cremo 7. Julij 1612.

Vicarius etiam Apoſtolicus non poteſt facere fonctiones Epiſcopales, abſente, vel inpedito Epiſcopo, ſed ad primam dignitatem ſpectat, & ad alias ſucceſſive : In Brunduſina 5. Februarij 1614.

Non poteſt mutare conſtitutiones Synodales ſuo arbitrio 25. Febr. 1606.

Nil poteſt accipere pro licentiis de contrahendo Matrimonio, nec pro denunciationibus 27. Martij 1617.

Vicarius capitularis poteſt eſſe unus Doctor Theologus 28. Auguſti 1621.

Non eſt neceſſe, ut ſit de gremio capituli, poteſt eſſe annorum 23.

Facta electione non poteſt capitulum illum amovere ſine cauſa.

Vicarius capitularis poteſt viſitare diœceſim, poteſt demandare litteras Epiſcopo directas à Sacra Congregatione, & illius execution mandare. 10 Aprilis 1615.

Poteſt Vicarius capitularis Eccleſiam non conſecratam reconciliare. In Ydruntina 15. Decembris 1632.

Vicarius capitularis poteſt cognoſcere cauſas Matrimoniales non criminales. 30. Maij 1602.

Vicarius capituli poteſt exequi commiſſiones Apoſtolicas in forma dignum, & alias directas Epiſcopo. 2. Auguſti 1631.

Vicarius capitularis non poteſt exequi diſpenſationes Matrimoniales directas Epiſcopo, aut ejus Vicarij Generali. 24. Maij 1621.

Vicarius Foraneus nullam habet procedentiam in nullo loco, nec licet mulctare Clericos, Canonicos, vel Præsbyteros ultra punctum ſolitum, qui non veniunt ad horas Canonicas. In Brunduſina 17. Septembris 1631.

QUÆSTIO VIII.

De Abbatibus.

ABbas ſignificat dignitatem & idem eſt ac Pater : in ſacris Conciliis ſedent immediate poſt Epiſcopos; ſunt in duplici differentia, quidam ſunt ſeculares, quidam regulares : Primi ſunt qui Beneficia Eccleſiaſtica obtinent titulo Abbatiæ ex illis Abbatibus, quidam in Clericos, & Laicos juriſdictio-

nem optinent, quæ si Pontificalem, & ideo insignia Pontificalia gestant, alij qui nullam jurisdictionem habent, & nulla insignia Pontificalia gestant; alij denique qui in Cathedralibus Ecclesiis inter ceteras dignitates locum optinent, solum in choro habent presidentiam sine jurisdictionem sunt etiam Abbates commandatarij.

Abbates regulares sunt etiam in multiplici differentia. Alij qui actu habent regulares subditos sub se, & hi vere dicuntur prelati. Olim unum quodque Monasterium suum agnoscebat Abbatem, & omnes Abbates erant subditi Episcopis, sed postea à Summis Pontificibus talis jurisdictio propter multa inconvenientia ablata est, ut uni tantum Abbati Generali obedirent; alij sunt qui populum, & territorium habent, & jurisdictionem Episcopalem exercent, aliquando temporalem. Alij sunt solo nomine qui regulares subditos sub se non habent, vocantur Abbates titulares, gestant insignia prælatorum.

Solus Summus Pontifex potest Abbatias commendare, vel ad tempus, vel in perpetuum habens Abbatiam incommendam non tenetur Religionem profiteri.

Abbates perpetui debent benedici ab Episcopo, & semel benedictus quamvis mutet non est denuo benedicendus.

Insignia Abbatis sunt usus Mitræ, Baculi Pastoralis & annuli.

Abbates Generales quorumdam ordinum habent authoritatem ferendi Mozzetam, Mantellum, Birretum Clericalem, pileum more prelatorum retento sui habitus colore: non possunt ferre Mitram extra propriam Ecclesiam.

Abbas exemptus potest dare primam Tonsuram Ordines Minores.

Potest dare litteras Demissorias suis subditis, dum modo non sint novicij & absoluere à votis, & juramentis, & à casibus Papæ reservatis.

Non potest reconciliare Ecclesiam de jure, bene ex privilegio, & dispensare super illigitimitate ad ordines. Est illis prohibitum uti officio patrini, potest visitare Ecclesias, & benedicere populo quando celebrat, non in presentia Episcopi.

PARAGRAPHUS I.

Decreta Sacræ Congregationis de Abbatissis.

Abbatissæ, vel Priorissæ officia non possunt obire

viduæ absque sedis Apostolicæ licentia 29. Januarij 1585.

Soror Abbatissæ potest succedere ei in officio 19. Aprilis 1619.

Ad hoc ut puella recipiatur requiritur consensus omnium: In Amelien 4. Januarij 1608.

PARAGRAPHUS II.

Decreta Sacræ Concilij Congregationis de Abbatissis.

ABbatissa debet esse 40. annorum ætatis & 8. professionis.

In Abbatissæ electione potest Episcopus consecratorio vel alio, vota singulorum monialium ore tenus expressa audire: moniales non possunt admitti ad professionem neque ad chorum, nisi sciant legere. 12. Januarij 1604.

Possunt ante elapsum annum probationis renuntiare bonis suis per duos menses ante professionem ante 16. annos in mortis articulo non possunt de consensu Monasterij emittere professionem, ut Monasterium succedat in bonis, & in dote: in montis regatis 13. Novemb. 1627.

Non possunt recipere pecuniam anticipale ad conputum eleemosinæ dotalis, quam quævis puella habitum Monachalem succeptura persoluere debet sub pœna Anathematis; erga tam recipiantes, quam dantes. Concilium Triden. sess. 25. de regulari cap. 16.

Moniales ad consecrationem non admittantur nisi 25. anno ætatis completo exterius tantum.

Potest Episcopus visitare clausuram monialium exemptorum sine præsentia Superiorum. 22. Aprilis 1617.

Non licet Episcopo dare licentiam monialibus exeundi & clausura, nisi in casibus Pij V. expressit. 8. Novembris 1594.

Nullus Præsbyter potest exorcisare monialem intra clausuram; sed in Ecclesia viciniori.

QUÆSTIO IX.

De Officio Archidiaconi.

ARchidiaconus est Vicarius Episcopi in omnibus, & curam debet habere Cleri posito in urbe, & Parrochiis, est custos vasorum Ecclesiæ, examinare debet promovendos ad ordines, & approbare.

Non potest excõmunicare sine licentia Episcopi, nec dare literas Dimissorias ad ordines.

Archidiaconus est officium Ecclesiasticum habens jurisdictionem, & continetur sub nomine prelatorum, & dicitur prima dignitas.

QUÆSTIO X.

De Archipræsbyteris.

PRimus Præsbyterorum dicitur Archipræsbyter. Alius est Urbanus, sive Civitatis, alius ruralis, sive Foraneus quorum officium ut curam habere de Sacerdotibus, absente Episcopo, incoare officium, benedicere in Ecclesia.

QUÆSTIO XI.

De Decanis.

DEcanus nullam habet jurisdictionem nisi ea consuetudine, potest censuras ferre, excommunicare, interdicere ut constat ex cap. dilecto de apellatione.

QUÆSTIO XII.

De Canonicis.

CAnonicus dicitur à Canonica pensione quæ ei tamquam merces ut stipendium datur. Alius est Cathedralis, alius collegiatæ: primus præcedit alium.

DECRETA SACRÆ Congregationis de Canonicis §. primus.

CAnonicorum absentium portiones acrescunt de servientibus si separatæ sint; secus Ecclesiæ fabricæ, vel altari applicabuntur.

Non licet ipsis ultra tres menses quot annis abesse, & per illos tres menses non percipiunt distributiones.

Si ultra tres menses in anno abrivitio absens sit privabitur dimidia parte fructuum Canonicatus pro 1. anno omnibus 14. Augusti 1596.

Canonicus Ecclesiæ collegiatæ non potest eligi in judicem Synodalem, etiam si non extent in Cathedrali Doctores, in Alexandrina.

Canonicus collegiatæ nisi sit annorum 22. non habet vocem in capitulo 8. Augusti 1621.

Canonici collegiatæ debent duplici ductu Thuriticari, Clerici uno. 19. Januarij 1613.

Canonicus Vicarius Generalis dum sedet, ut Canonicus debet sedere in loco suæ receptionis in habitu Canonicali 5 Julij 1614.

Canonicus Vicarius non lucratur distributiones, nisi intersit choro. 3. Augusti 1624.

Canonici examinatores non lucrantur distributiones quotidianas, nisi intersint choro. 17. Maij 1607.

Concomitantes Episcopū non lucrantur distributiones. 14. Julij 1692.

Canonicus non assistens choro cum supercilio, aut habitu Canonicali punctuntur, 3. Martij 1633.

Canonici exire volentes de choro: debent petere licentiam digniori 3. Martij 1633.

Canonicus Præsbyter præcedit digniorem non Præsbyterum de Augusti 1617.

Canonicus factus Episcopus retinens Canonicatum debet præcedere omnes alios. 24. Septembris 1605.

Canonici non præcedunt Vicarium, nisi quando sunt Sacris vestibus inducti; dummodo Vicarius non sit de eorum numero. 5. Julij 1614.

PARAGRAPHUS II.

Decreta Sacræ Congregationis rituum circa distributiones.

DIstributiones quotidianæ debentur senibus, & legitime inpeditis 20. Decemb. 1605.

Canonico debentur distributiones toto tempore quo fuit injuste carceratus 19 Maij 1626.

Item debentur Canonico qui vadit Romam pro servitio Episcopi.

Non debentur quando non cantat Missam conventualem. 25. Junij 1611.

Non debentur infirmo, si habeat coadjutorem 8. Maij 1617.

Debentur Canonico curato absenti, si cura est annexa suo Canonicatui 24. glo. 1617. & Canonico qui lumen oculorum amisit 20. Julij 1619.

Debentur Canonico in servienti Episcopo in civitate, non extra 17. Maij 1600, & in servientis suo Principi 17 Novemb. 1610. & jam sit non emiserit professionem fidei.

Dispensato ab ætate à S. Pontifice debentur, & habet vocem in capitulo 10. Julij 1617.

Capellaniæ sunt incompossibiles cum Beneficio residentium poscenti.

Non debentur Canonico in publica universalitate docente.

PARAGRAPHUS III.

Decreta Sacræ Congregationis circa provisus de Canonicatu aut Beneficio.

PRoviso de Canonicatu habente annexum Ordinem

Sacrum ut possit intra annum ordinem suscipere non habet vocem in capitulo non perdit partem distributionum, si intra annum non est, promotus subtrahitur ei dimidia pars.

Provisus de Parrochiali per concursum censendus est approbatus pro confessionibus audiendis duntaxat in civitate, vel opido ubi est Parrochia.

Provisus de Parrochiali tenetur sponte se offerre ad protestationem fidei.

Provisus de Canonicatu debet habere 22 annos, dispensatus non habet vocem in capitulo 10. Julij 1617.

QUÆSTIO XIII.

De Capitulo.

CApitulum contingit proprie quando sedes Episcopi vacet, tunc collegium Canonicorum dicitur capitulum.

Jurisdictio capituli sede vacante est ordinaria in spiritualibus, & temporalibus. Sede vacante potest concedere indulgentias 40. dierum, non potest conferre Beneficia quæ patronatus non sunt.

DECRETA SACRÆ *Congregationis de capitulo.*

CApitulum potest amovere Vicarium, dummodo alium constituat intra octo dies, alioquin jus devolvitur ad Metropolitanum 1691.

Potest eligere Vicarium qui duret tantum per annum, potest concedere litteras Dimissorias post annum, tamen non potest concedere litteras ad ordinandum sub titulo Patrimonij.

Non potest suprimere beneficium, & sibi unire, potest visitare Monasteria, Monialium non exemptarum potest visitare diœcesim post annum vacationis, Concilium Trid. sess. 24. de reformatione cap. 3.

QUÆSTIO XIV.

De Parrochiis Ecclesiarum.

PArrochia duobus modis accipitur pro toto, pro territorio particulari cui unus præest.

PARAGRAPHUS I.

Decreta sacræ Congregationis Concilij Parrochiis.

PArrochialis non potest per Episcopum uniri Cathedra-

li 17 Junij 1692. vacante ipsa debet Episcopus providere per concursum.

Optinens Parrochiam insuffi. cientem ad victum non tene. tur infra annum promoveri ad ordines cap. licet Canone de electione lib. 6

Parrochiales sunt incompati. biles cum beneficio, ubi sunt quotidianæ distributiones in Parrochiali, etiam pauperi, de. bet asservari sanctissimum Sa. cramentum. 22 Maij 1694.

Parrochiales jurispatrona. tus laicorum, quæ Episcopo ob presentationem in tempore non secutam jure devoluente, subja. cent concursui. 29 Nov. 1600.

Parrochialis possessio non po. test derogare habenti Cathe. dram in universitate.

Parrochialem unam habens, & titulum alterius, alteram di. mittere tenetur.

Parrochiæ Sancti Joannis Hieroso. non subjacent concur. sui, & possunt conferri laicis, dummodo intra 6. menses habi. tum succipiant. 3 Sept. 1605.

Parrochiæ debent conferri in perpetuum non ad nutum a. movibiles.

Parrochia de jure patronatus laicorum vacatione eveniente, quando sunt plures presentati requiritur examen per concur. sum inter præsentatos tantum.

Parrochiatum de jure patro. natus Ecclesiastici institutio ubi ad interiores licet exemptos, & Abbates pertinet, ordinarius debet proponere, ut inferior instituat magis idoneũ per con. cursum approbatum ab Episco. po, alioquin collatio est nulla.

Parrochias uniri Monasteriis prohibet Concilium Trid. cap. 13. sess. 24.

Parrochiale beneficium obti. tinens in una diœcesi, non po. test in alia absque ordinarij ap. probatione eligi in confessa. rium vigore jubilei.

Ecclesia libera non potest uniri Parrochiali jurispatrona. tus etiam cum consensu patroni nisi patronus renunciet juri pa. tronatus, propter decretum cap. 9. sess. 25.

Parrochia licet sit in loco ubi est minor numerus Parrochia. norum, Parrochus tamen debet habitare prope Ecclesiam.

Potest quis esse Parrochus, & Canonicus in eadem civitate & dispensatione Papæ.

PARAGRAPHUS II.

De Parrochis.

Parrochus dicitur qui Curam habet animarum sine digni. tate Ecclesiastica, qui habet ju. risdidictionem in foro conscien. tiæ ad adsolvendum.

Obligatur ad residentiam ab

aëris intemperiem & potest audire ubique confessiones suorum subditorum.

Oblationes factæ alicui imagini seu Capellæ existent intra terminos Ecclesiæ Rectori debentur Parrocho nisi appareat relicta eo intuitu Capellæ, non Ecclesię potest cogere Parrochianos ad oblationes, & potestali, aliquid cogere pro licentia sepeliendi cadaver non electa sepultura.

Sepeliendo excommunicatum non incurrit irregularitatem, sed excommunicationem, quia in Clementina non fit mentio de irregularitate.

Post Concilium Triden. non potest eligere confessarium non approbatum ad audiendas confessiones in sua Ecclesia.

PARAGRAPHUS III.

Decreta sacra Congregationis alij de Parrocho.

PArrochus Cathedralis non potest administrare Sacramenta in aliena Parrochia. 20 Septembris 1628.

Parrochus est manutenẽdus exigẽdi decimas prædiorũ acquisitorum per regulares donec pateat privilegiare. 13 Aprilis 1630.

Licet Parrochus testes non consentiant valet matrimonium.

Non potest Parrochus prohibere in Capella rurali ne celebretur, antequam celebretur in Parrochia 18 Septembris 1617.

Nihil potest recipere pro matrimonio contrahendo. 17 Martij 1619.

Quibus diebus tenetur Missam celebrare, nil potest recipere pro Missa. 1. Septemb. 1629.

Non potest ultra duos menses obesse à Parrochia absque ordinarij licentia.

Nil potest accipere pro administratione Sacramentorum etiam à sponte dantibus pro eleemosina. 5. Febr. 1693.

Potest Episcopus prohibere, absint ultra duos dies sub pœna pecuniaria quæ dimidiã partem non eccedat, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Potest permittere ut bis celebret diebus festivis ob penuriã Sacerdotum. 17 Augusti 1627.

Parrochus potest dare licentiam prædicandi in sua parrochia approbatis.

Liberum est Episcopo iterum examinare parrochos approbatos ab antecessoribus, 28. Augusti 1628.

Parrochus sine licentia Episcopi potest matrimonia celebrare nisi Episcopus prohibeat. 12. Martij 1633.

Potest erigere à regularibus quartã funeralem. 29 Julij 1616.

Parrochus potest comitari, associare cadaver usque ad ecclesiam regularium, dummodo non

non cantent. 6. Julij 1615.

QUÆSTIO XV.

De locis Ecclesiasticis sacris.

Ecclesiæ variæ sunt, alia est Episcopalis, seu Cathedralis, alia parrochialis. Prima est in qua residet Episcopus. 2. In qua est certus numerus Clericorum. 3. Est principalis, ut Ecclesia Metropolitana, sive Patriarchalis.

PARAGRAPHUS I.

De Ecclesiis edificandis, & consecrandis.

In edificatione novæ Ecclesiæ duo debent observari, 1, ne fiat præjudicium alteri. 2. Quod sit superioris authoritas.

In fabricatione Ecclesiæ debet primo Episcopus ad locum accedere, Cemeterium assignare, & ibi vexillum crucis figere; lapidem primum ponere.

Qui fundat Ecclesiam debet illi constituere dotem sufficientem, nisi sit Ecclesia mendicantium.

Antiquitus formæ Ecclesiæ erat in forma crucis quatuor partes continens; constructa Ecclesia debet esse sub Episcopo. Ecclesia constructa, & oratoria, & Monasteria non debent reverti ad secularium habitationem, & usus prophanos: imo destructâ, lapides non debent converti ad usus privatos Laicorum: si ædificium sit dirutum, solus locus remanet sacer.

Si destruatur omnino Ecclesia cum intentione, non amplius edificandi amitit omnia privilegia, si vero ut reparetur, aut in alium locum tranferatur, remanent privilegia concessa, ita de altari.

Ædificata Ecclesia non potest deservire, nisi consecretur ab Episcopo loci, possunt tamen celebrari divina quando est benedicta.

Aliqua sunt observanda in consecratione 1. ut dos sit competens 2. ut sit in honorem alicujus sancti 3. quod Episcopus, & Patrini pridie consecrationis jejunent, 4. ut ceremonia, & ritus Ecclesiæ observentur 5. ut nil exigatur pro consecratione quando Paulatim destruitur, non est amplius consecranda, consecratio fit in superficie interiori parietum cum crucibus, debet consecrari die festo.

Effectus consecrationis sunt, primo ut Missa celebratur, Sacramentum fidelibus detur, Baptismus administretur, ut in

ea sanctorum reliquia observentur.

PARAGRAPHUS II.

De pollutionibus Ecclesiarum.

IN sex casibus Ecclesia polluitur, ita ut sit reconcilianda; non tamen denuo consecranda. Per homicidium voluntarium in ea perpetratum, non casuate: quod fit contra religionem. Si fit cum moderamine in culpata tutela non polluitur. Violatur etiam per causam mortis etiamsi, mores extra sequatur, 2. effusione sanguinis contra cultum Deo debitum.

Tertio efusione seminis humani voluntarie, quarto quando in ea excommunicatus sepelitur, quinto si sepeliatur paganus, vel non Baptisatus ultimo, quando consecratur ab Episcopo excommunicato notorio, aut benedicitur.

Ista omnia debent esse notoria, celebrantes in Ecclesia polluta fiunt irregulares: Cemeteria possunt pollui sicut Ecclesia per eosdem casus.

PARAGRAPHUS III.

De Cemeteriis.

CEmeterium est locus in quo corpora sepeliuntur, sicut Ecclesia consecratur, ita & Cemeterium, & eodem modo polluitur; polluta Ecclesia polluitur Cemeterium, non vice versa.

Eodem modo reconciliatur, ac Ecclesia, si per Episcopum est consecratum, per Episcopum, pollutum debet reconciliari.

Quando reconciliatur, corpora paganorum, non Baptisatorum; excommunicatorum sunt desumanda. Eadem immunitate gaudet ac Ecclesia.

PARAGRAPHUS IV.

De immunitate Ecclesiarum.

OMnes fideles gaudent immunitate Ecclesiarum sive excommunicati, sive interdicti, nisi in delicto hæresis; unde blasphemi, adulteri, Simoniaci, perjuri, Sacrilegi, homicidæ modo in Ecclesia non occiderint, banniti, servi gaudent.

Clerici, & religiosi non gaudent privilegiis, eccepris casibus in Bulla cenæ acceptis.

Apostata, latrones publici, grassatores viarum, proditores, assassini, rei hæresis, criminis lesæ Majestatis non gaudent: Monasteria gaudent immunitate.

PARAGRAPHUS V.

De Sepulturis.

SEpultura est locus deputatus authoritate Episcopi ad sepeliendum aliquem.

Tripliciter sumitur, pro officio ipso quod inpenditur corporibus humandis, pro loco in quo aliquis sepelitur, pro jure sepulturæ.

Jus Sepulturæ generaliter competit Ecclesiis Parrochialibus. Locus Sepulturæ tripliciter potest dari, primo ut is qui dat, sic Dominus ejus, 2. ut habeat jus sepeliendi, & inpediendi ne alij sepeliantur, tertio ut possit sepeliri aliquis in eo primo modo, non potest dari jus Sepulturæ, quia rei Sacræ Dominium nullus potest dare, 2 modo potest dari, 3. modo potest dari à quolibet habente liberam Sepulturam, & jus admittendi in sua Ecclesia.

Pro jure Sepulturæ aliquid exhigere est Simoniacum; usus vendendi capellas pro Sepulturis non est Simoniacum quia datur per modum eleemosinæ, & ratione situs.

Omnis fidelis qui est in legitima ætate potest sibi eligere Supulturam, quamvis sit sub potestate Patris, secus de impuberibus, & amentibus, servis, Religiosis professis. Forenses debent sepeliri in Parrochia si alibi non eligerint.

Mortua Matre, si puer extrahatur non debet sepeliri cum Matre sed extra Cemeterium.

Excommunicati notorie privantur Sepulturæ; manifasta usurarij, decedentes in tormentis, blasphematores Dei & sanctorum; non communicantes, & confitentes semel in anno, interdicti notorie, morientes in peccato mortali Parricidæ, Infideles, Pagani, Hæretici, raptores, morientes sine restitutione.

Servi Religiosorum possunt sepeliri in Sepulchris eorum; morientes in duello privantur Sepultura etiamsi dederint signum contritionis, verum si moriantur uno vel altero die non privantur, quia tunc non moriuntur in loco duelli.

QUÆSTIO XVI.

De rebus spiritualibus incorporalibus.

PARAGRAPHUS I.

De Prabendis, & Beneficiis.

PRæbenda seu Beneficium est jus percipiendi fructus

Ecclesiasticos ratione spiritualis officij authoritate Ecclesiæ institutum, ortum habuit à portione Canonica assignata Ministris Ecclesiæ in stipendium laboris ex bonis communibus Ecclesiæ.

Multipliciter dividitur Beneficium. Aliud est regulare, quod tantum regularibus confertur, aliud seculare, & hoc duplex, unum simplex, quod nullam habet administrationem, sed tantum institutum ad recitandas horas Canonicas, ut Canonicatus. Aliud duplex, quod habet administrationem ut Papatus, Patriarchatus.

Differentia est inter dignitatem, personatum, & officium dignitas Ecclesiastica est beneficium Ecclesiasticum habens jurisdictionem spiritualem fori exterioris, ut Abbatia, Decanatus. Personatus est quadam prærogativa sine jurisdictione, ut habere statum honorificum in choro; officium est administratio rerum Ecclesiasticarum sine jurisdictione, & prærogativa, ut Sindici, Procuratores.

Beneficium aliud est simpliciter titulare, quod in titulum, perpetuum confertur, aliud manuale quod in titulum quidem confertur, sed revocabiliter, aliud electivum, aliud collativum, quod voluntate superioris confertur. Aliud mixtum quod presente patrono, & Episcopo instituente confertur.

Alia sunt compatibilia, alia incompatibilia. Præbenda tribus modis erigitur sive Beneficium. Fundatione, restitutione, & commutatione.

Ut quis sit idoneus ad Beneficium requiritur, ut sit legitimus, requiritur Clericatus ut habeat saltem primam tonsuram: ætas requisita in Episcopo 30 annorum: in Curatis 25. in aliis Beneficiis 14. requiritur scientia, morum probitas, celibatus, ut non sit aliqua censura irretitus: habilitas ex parte corporis.

PARAGRAPHUS II.

De collocationibus Beneficiorum.

MUltipliciter fiunt collocationes; electione, postulatione, nominatione, præsentatione, simplici collatione; triennali possessione, rescriptis Apostolicis.

Electio est alicujus personæ ad Ecclesiam Pastore destituta Canonice facta vocatio. Fit tripliciter per motionem Spiritus sancti; per scrutinium, per compromissum cum plures idonei eliguntur, postulatio est

simplex Canonicorum petitio.

Præsentatio est exhibitio personæ per patronum vel Episcopum facta.

Rescriptum fit dupliciter, vel motu proprio, vel ad petitionem, alterius, quod quatuor modis fit. In forma pauperum, in forma dignitatis ratione dignitatis. Nutri alteri quando facta est lis inter duos.

Littera Apostolica seu mandata designantur per revocationem factam ab eo qui litteras dedit, si successor mandata antecessoris rescindat.

S. P. habet generalem potestatem conferendi Beneficia quod fit tripliciter, jure preventionis, ut quando alicui confert gratiam expectativam ad Beneficium vacaturum. 2. concurrendo cum aliis Collatoribus. 3. Jure devolutivo, ut quando ratione criminis jus devolvitur ad Pontificem, vel ratione negligentiæ Collatoris.

Pertinent etiam ad S. P. collatio Beneficiorum, quæ vel per mortem, vel alia ratione admittunt in Curia Romana. 2. Accedentium ad Curiam Romanam, vel recendentium morientium quadragintа [illegible] liariis à Curia no[illegible] Beneficia famil[illegible] lium. Bene[illegible] qui tempo[illegible] runt in aliqua civitate. Beneficia cubiculorum, & cursorum S. P. Patriarchalia, primatialia, Archiepiscopalia, & dignitates principales Prioratus, præpositura; quæ sibi Papa reservat ratione Episcopatus Romani, ut sunt Beneficia Joannis Lateranensis, Mariæ Majoris, item quæ sibi reservat ratione præheminentiæ supremæ potestatis, ut sunt omnia vacantia tempore vacationis ordinarium, quæ vocant mensibus Pontifices. Ultimo omnia Beneficia per suos prædecessores reservata.

Dignitates intra Episcopatum debent conferri intra tres menses, alioquin devolventur ad superiorem. Si patronatus non præsentet intra quatuor menses. Si sit laicus, si Ecclesiasticus intra 6 devolvitur ad eum cujus est instit.

Episcopus habet jus conferendi Beneficia suæ diœcesis nisi reserventur Papæ; laici habent tantum jus præsentandi.

PARAGRAPHUS III.

[illegible] jur[illegible] atus.

[illegible] o[illegible] jus tem[illegible] [illegible]exum spi[illegible] [illegible]net ad il[illegible] [illegible] fundavit, [illegible] sic jus pa[illegible] [illegible]

tronatus aquiritur dotatione, & fundatione, transit adheres, etiam ad feminas quæ habent fundum.

Non potest vendi fundus propter illud spirituale, non licet patrono seipsum præsentare, potest per procuratorem si non presentat intra 4. menses, jus devolvitur ad Episcopum pro illa vice tantum.

DISPUTATIO XXVII.

De Rebus Ecclesiasticis temporalibus.

QUÆSTIO I.

De Decimis.

DEcimæ sunt pars fructuum quæ distinguuntur in prædionales, personales, & mixtas. Prædionales sunt quæ de fructibus terræ proveniunt; personales quæ solvuntur ex fructibus quos homo percipit ex sua industria, militia mercatura, venatione piscatione; mixtæ sunt quæ partim ex industria partim ex prediis proveniunt, ut sunt fætus animalium, ut lana caseus. Observandum est quod hic standum est consuetudine locorum.

Potest auferri quatenus dicit rectam partem fructuum, quia decima est de jure Divino, non certa pars.

Omnes qui non titulo spirituali habent predia tenentur ad decimas, ut sunt infideles, laici, Clerici, Monasteria.

Decimæ debentur ex fructibus integris antequam deducuntur expensæ factæ, & pars coloni. Parrochi etiam tenentur Episcopis.

Decima personales non debentur de iis quæ acquiruntur per donationem, per eleemosinam, & per hereditatem.

Sacerdotes non tenentur solvere decimas personales, quia illi administrant Sacramenta, & illi tantum qui recipiunt debent solvere, etiam debentur ex prediis injustæ acquisitionis.

Decimæ primo debentur Papæ, deinde Episcopo, & postea parrochis; debentur Episcopis ratione Cathedralis. 2. Ratione parrochiatum, & ultimo ratione.

Obligatio solvendi decimas amittitur sæsione Ecclesiæ, & personarum per usum solvendi decimas, non abstante privilelegio; ex conventione; per alienationem prædiorum in personas non priviligiatas.

In lege veteri fuerunt qua-

tuor genera decimarum primum erat quod soluebatur levitis 2. quod levitæ ex decimis sibi datis Sacerdotibus conferebant, 3. quod in horreis recondebat, & separabat quisque de populo, ut concederet, cum irent in Templum Hierusalem: quartum erat earum decimarum quæ pauperibus erogabantur.

Religiosi non debent soluere decimas de novalibus quæ colunt suis manibus, de hortis, de nutrimentis animalium.

Decimę novalium debentur; decimæ non possunt concedi laico jure hereditario.

QVÆSTIO II.

De Primitiis.

PRimitiæ sunt primi fructus agrorum, qui Domino debentur antequam usui humano deputentur.

Differunt primitiæ à decimis, primo quia decimæ solvuntur Sacerdotibus, primitiæ Deo insignum esse largitorem bonorum omnium, 2. decimæ solvuntur ut profiteantur Deum esse supremum Dominum habentem jus primum primi Principij; primitiæ, ut testemur Deum esse bonorum datorem.

Distinguitur etiam primitia ab oblationibus, quod primitia dicitur de primis, oblatio de omnibus generatim, quæsta primitiarum ex 603. num. alij dicunt quod ex fætibus primum.

QUÆSTIO III.

De Oblationibus.

OBlatio est spontanea præstatio quam Christianis Sacerdotibus pro peccatis suis ad altare offerunt; Tria requiruntur, primo ut offerens sit Christianus, 2. ut offeretur Ecclesiæ 3. ut res oblata sit licite honeste acquisita.

Oblationes, & percepta debentur in quatuor casibus; primo cum debetur per modum census, pensionis, aut conventionis factæ cum Ecclesia. 2. Cum debentur ex Testamento, legato, donatione, voto. 3. casus quando Ministri Ecclesiæ non habent congruam sustentationem. 4. Cum alibi oblationes sunt introductæ.

Oblationes factæ in Parrochia imagini, capellæ cedunt Ecclesiæ Parrochiali, non præsbyteris capellæ, quia oblationes debentur Parrocho jure Parrochiali, nisi intuitu imaginis vel tituli

alicujus sancti oblationes sint introductæ, ut S. Antonio, tunc debentur rectori, si fiant in loco Religiosorum, cadunt Religiosis.

Ad solos Parrochos pertinet purificare mulieres post partum & recipere oblationes, benedicere ova, domos, id in quibus non se debent ingerere regulares.

Nomine oblationum veniant ea omnia quæ offeruntur in Missa, vel extra intuitu Sanctorum Defunctorum quæ omnia spectant ad Parrochum, quod si Episcopus celebret in Parrochia pertinent ad ipsum tanquam capiti Diœcesis, non vero si celebret in loco exempto,

QUÆSTIO IV.

De Alienationibus bonorum Ecclesiæ.

Causa alienationis est multiplex primo necessitas urgens 2. Utilitas evidens. 3. Pietas. v. g. ad redimendos cativos. 4. Incommoditas, ut si res sit sumptuosa, & parum utilis.

Causa jure permissi, in quibus est licita alienatio sine licentia Sedis Apostolicæ; posita tamen necessitate, & utilitate. Sunt primo, quando res alienanda est modici valoris. 2. Est legitima consuetudo prescripta, & decretum Sacræ Congregationi. 3. Quando bona sunt relicta Religioni in capaci bonorum in communi. Quarto quando sunt relicta cum tali onere, ut alienari debeant tali tempore. 5. si bona solita sunt faudari, aut in emphiteusim concedi alienari. Non possunt Res inmobiles, vel mobiles pretiosæ donatæ alicui Monasterio, vel loco pio; quamvis sub conditione relicta bona inmobilia, & mobilia pretiosa non possunt oppignorari, vel hypoterari, ut patet in Bulla Pij II.

Bona Ecclesiastica non possunt tradi in faudum, neque in emphiteusim, nisi sint solita tradi, non possunt vendi vasa argentea sine gravi necessitate.

Episcopi, vel Abbates alienantes incurrunt interdictum ab ingressa Ecclesiæ, & si per hoc menses remanserint in interdicto remanent suspensi, à regimine, inferiores privantur ipso facto suo officio.

DISPUTATIO XXVIII.

De Beneficiis.

QVÆSTIO

QUÆSTIO I.

De pluralitate Beneficiorum.

SUpponendum est primo ex divo Thom. quodlibeto art. 15. quod triplex est actionum ordo quædam deformitatem habent inseparabilem, ut mendacium. Quædam sunt indifferentes ut deambulare: quædam absolute consideratæ habent deformitatem adjunctam; si tamen vestiantur debitis circonstantiis possunt licite fieri, ut occidere est absolute malum, si quis tamen ad defensionem; aut authoritate publica occidat non peccat. Habere plura Beneficia est de genere ultimarum actionum, & habent specialem mali deformitatem constat ex cap. extirpanda de præbendis in extravagante.

Secundo supponẽdum est quod ista quæstio non est expresse in jure divino, ut dicit D. Tho. inditione art. 15.

Conclusio habere plura Beneficia est illicitum, & contra jus primi Principij, primo divini. Probatur Math. 6. nemo potest duobus Dominis servire, quæ verba 7. Synodus cap. 15. ad propositum allegat, cujus deffinitio inseritur in cap. Clericus 21. q. 1.

Secundo adversatur juri naturali. Probatur contra jus naturæ est ut unum membrum habeat locum in diversis corporibus. 2. Quod caput unius corporis sit membrum alterius.

Tertio adversatur juri Canonico. Probatur pluralitas Beneficiorum sacris Canonibus inimica est. Ex cap. quia in tantum de præbendis; hinc Canones prohibent cap. sanctorum distin. 70. 1. q. 21. cap. Clericus & cap. Clericum, & de præbendis cap. quia in tantum Concilium Trid. sess. 24. de reformatione cap. 10.

Quarto probatur ab incovenientibus. Primo divinus cultus minuitur, quia numerus inservientium decrescit. 2. Hospitalitas debita Beneficiariis tollitur. 3. Ruinis patent edifica. 4. Cura animarum negligitur. 5. Ex D. Tho in dist. art. 15. de fraudatio voluntatum testatorum, & fundatorum. Ultimo est de fraudatio pauperum Præsbyterorum qui possunt honeste vivere: hinc.

Resolves quod qui habet Beneficium Curatum est inhabilis ad simile Beneficium.

Resolves secundo, pluralitas Beneficiorum incompatibilium exigentium residentiam est illicita, & qui sine justa causa in-

petrat dispensationem, peccat graviter.

Resolves tertio potest qui habere duo Beneficia simplicia si unum non sufficiat ad sui sustentationem.

Resolves quarto quod qui quærunt plura Beneficia non solum peccant, sed etiam eorũ parentes & amici qui favent.

Resolves quinto qui plura Beneficia possidet quorum unum sufficit sicut alia dd. decentem sustentationem tenetur pluries dicere horas Canonicas in die secundum numerum Beneficiorum ex Guillelmo Parisiensi, in tractatu de collatione Beneficiorum. Dionysius Cartusianus de pluralitate Beneficiorum, quia unum quodque Beneficium sicut habet suum commodum, & suum debet habere incommodum, & onus; hoc tamen non est in usu.

Resolves sexto: qui plura habet Beneficia ex dispensatione Apostolica si non repugnant juri divino, & naturali non tenentur, nisi semel in die dicere horas Canonicas: ita D. Tho quodlibeto 1. art. 13.

Resolves 7. nullus potest habere plures Capellas sub eodem titulo.

Resolves ultimo, qui habet plura Beneficia contra canones non est absolvendus in foro conscientiæ, quia qui vult manere in peccato mortali non est contritus ergo.

QUÆSTIO II.

De Simonia circa Beneficia.

Simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi, aliquid spirituale, vel spirituali annexum, attẽdendũ est ad omnia verba, ut resoluantur casus.

Dicitur studiosa voluntas, quia ad Simoniam requiritur deliberatio, & voluntas ad includendum Simoniam mentalem nomine, emptionis & venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, ut permutatio, transactio, renunciatio.

Additur spirituale, id est omne donum spirituale divinitus datum: illud spirituale est triplex quoddam per essentiam ut dona Spiritus Sancti, gratiæ infusæ. Aliud per causam, ut Sacramenta, & Sacramentalia. Tertium per effectum, ut predicare, orare, divina peragere.

Additur secundo spirituali annexum quod ponitur ad comprehendendum ea quæ non sunt spiritualia per essensiam, sed per dependentiam à spiritualibus, & ordinantur ad illa, ut jura patronatus, Sepultura, Calix

consecratus, præbenda Canonicatus, Beneficia.

Simonia est triplex mentalis, conventionalis, & realis. Mentalis est sine ullo pacto expresso aut facto. 2. Est. Quando est pactum ex quo, vel nil datur, sed accipitur vel de facto datur. Realis quando est pactum de re spirituali & aliquid temporale datur.

Quæres quomodo Simonia est contra jus primi Principij resp. quia est contra jus divinum, ut constat ex 4. Regum cap. de Gicti à Jeroboam.

Nota quod potest accipi aliquid vel pro sustentatione vel pro labore, vel ratione statuti Episcopi, dummodo non sit pro re spirituali simpliciter ex quo.

Resolves Ministri Episcopi possunt aliquid accipere pro liberis ordinum, dummodo non plus exigatur pro uno quam pro alio ordine, quia esset vendere spirituale, nam non requiritur plus laboris pro unius ordinis litteris, quam pro alio.

Resolves secundo quod potest aliquid accipi pro administratione Sacramentorum, Sepulturæ & aliorum similium aut ex statuto superiorum, aut pro sustentatione pauperis Præsbyteri.

Resolves tertio: Sacerdos qui vadit ad Ecclesiam, aut celebrat, aut cantat magis, quia est aliquid lucrandum, quam propter suum officium, implendum, aut propter distributiones quotidiana peccat peccato Simoniæ.

Resolves quarto. Qui inseruit Episcopo, aut qui remanet in curia regis simpliciter, quia videt quod propter servitium, aut assiduitatem recipiat aliqua Beneficia est Simoniacus.

Resolves quinto. Clerici nil possunt accipere pro Sepultura, nec pro terra Sepulturæ benedicta.

Resolves sexto, nil potest accipi pro ing essu religionis, ut patet 1. q. Canon. quam pia, & cap. veniens, & cap. de regularibus, quia status religionis est res spiritualis. Potest tamen aliquid accipi pro eleemosina ratione paupertatis, vel pro sustentatione, etiam cum pacto ut detur tantum. Ita D. Tho. 22. q. 100. art. 3. ad. 4. & in 4. sententiarum.

Resolves septimo aliquid accipere pro Beneficio, vel pecuniam vel munus, aut à lingua, aut obsequio, aut ut soluat expensas factas pro tali Beneficio optinendo est Symoniacum. 1. q. 1. Can. ordinationes, & cap. cum essent, glossa panormitanus D. Tho. 22. q. 100. art. 5.

aëris intemperiem & potest audire ubique confessiones suorum subditorum.

Oblationes factæ alicui imagini seu Capellæ existent intra terminos Ecclesiæ Rectori debentur Parrocho nisi appareat relicta eo intuitu Capellæ, non Ecclesię potest cogere Parrochianos ad oblationes, & potestali, aliquid cogere pro licentia sepeliendi cadaver non electa sepultura.

Sepeliendo excommunicatum non incurrit irregularitatem, sed excommunicationem, quia in Clementina non fit mentio de irregularitate.

Post Concilium Triden. non potest eligere confessarium non approbatum ad audiendas confessiones in sua Ecclesia.

PARAGRAPHUS III.

Decreta sacræ Congregationis alij de Parrocho.

Parrochus Cathedralis non potest administrare Sacramenta in aliena Parrochia. 20 Septembris 1628.

Parrochus est manutenēdus exigēdi decimas prædiorū acquisitorum per regulares donec pateat privilegiare. 13 Aprilis 1630.

Licet Parrochus testes non consentiant valet matrimonium.

Non potest Parrochus prohibere in Capella rurali ne celebretur, antequam celebretur in Parrochia 18 Septembris 1617.

Nihil potest recipere pro matrimonio contrahendo. 17 Martij 1619.

Quibus diebus tenetur Missam celebrare, nil potest recipere pro Missa. 1. Septemb. 1629.

Non potest ultra duos menses obesse à Parrochia absque ordinarij licentia.

Nil potest accipere pro administratione Sacramentorum etiam à sponte dantibus pro eleemosina. 5. Febr. 1693.

Potest Episcopus prohibere, absint ultra duos dies sub pœna pecuniaria quæ dimidiā partem non eccedat, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Potest permittere ut bis celebret diebus festivis ob penuriā Sacerdotum. 17 Augusti 1627.

Parrochus potest dare licentiam prædicandi in sua parrochia approbatis.

Liberum est Episcopo iterum examinare parrochos approbatos ab antecessoribus, 28. Augusti 1628.

Parrochus sine licentia Episcopi potest matrimonia celebrare nisi Episcopus prohibeat. 12. Martij 1633.

Potest erigere à regularibus quartā funeralem. 29 Julij 1616.

Parrochus potest comitari, associare cadaver usque ad ecclesiam regularium, dummodo non

non cantent. 6. Julij 1615.

QUÆSTIO XV.

De locis Ecclesiasticis sacris.

ECclesiæ variæ sunt, alia est Episcopalis, seu Cathedralis, alia parrochialis. Prima est in qua residet Episcopus. 2. In qua est certus numerus Clericorum. 3. Est principalis, ut Ecclesia Metropolitana, sive Patriarchalis.

PARAGRAPHUS I.

De Ecclesiis edificandis, & consecrandis.

IN edificatione novæ Ecclesiæ duo debent observari, 1, ne fiat præjudicium alteri. 2. Quod sit superioris authoritas.

In fabricatione Ecclesiæ debet primo Episcopus ad locum accedere, Cemeterium assignare, & ibi vexillum crucis figere; lapidem primum ponere.

Qui fundat Ecclesiam debet illi constituere dotem sufficientem, nisi sit Ecclesia mendicantium.

Antiquitus formæ Ecclesiæ erat in forma crucis quatuor partes continens; constructa Ecclesia debet esse sub Episcopo. Ecclesia constructa, & oratoria, & Monasteria non debent reverti ad secularium habitationem, & usus prophanos: imo destructâ, lapides non debent converti ad usus privatos Laicorum: si ædificium sit dirutum, solus locus remanet sacer.

Si destruatur omnino Ecclesia cum intentione, non amplius edificandi amitit omnia privilegia, si vero ut reparetur, aut in alium locum transferatur, remanent privilegia concessa, ita de altari.

Ædificata Ecclesia non potest deservire, nisi consecretur ab Episcopo loci, possunt tamen celebrari divina quando est benedicta.

Aliqua sunt observanda in consecratione 1. ut dos sit competens 2. ut sit in honorem alicujus sancti 3. quod Episcopus, & Patrini pridie consecrationis jejunent, 4. ut ceremonia, & ritus Ecclesiæ observentur 5. ut nil exigatur pro consecratione quando Paulatim destruitur, non est amplius consecranda, consecratio fit in superficie interiori parietum cum crucibus, debet consecrari die festo.

Effectus consecrationis sunt, primo ut Missa celebratur, Sacramentum fidelibus detur, Baptismus administretur, ut in

ea sanctorum reliquia observentur.

PARAGRAPHUS II.

De pollutionibus Ecclesiarum.

IN sex casibus Ecclesia polluitur, ita ut sit reconcilianda; non tamen denuo consecranda. Per homicidium voluntarium in ea perpetratum, non casuale: quod fit contra religionem. Si fit cum moderamine in culpata tutela non polluitur. Violatur etiam per causam mortis etiamsi, mores extra sequatur, 2. effusione sanguinis contra cultum Deo debitum.

Tertio efusione seminis humani voluntarie, quarto quando in ea excommunicatus sepelitur, quinto si sepeliatur paganus, vel non Baptisatus ultimo, quando consecratur ab Episcopo excommunicato notorio, aut benedicitur.

Ista omnia debent esse notoria, celebrantes in Ecclesia polluta fiunt irregulares: Cemeteria possunt pollui sicut Ecclesia per eosdem casus.

PARAGRAPHUS III.

De Cemeteriis.

CEmeterium est locus in quo corpora sepeliuntur, sicut Ecclesia consecratur, ita & Cemeterium, & eodem modo polluitur; polluta Ecclesia polluitur Cemeterium, non vice versa.

Eodem modo reconciliatur, ac Ecclesia, si per Episcopum est consecratum, per Episcopum, pollutum debet reconciliari.

Quando reconciliatur, corpora paganorum, non Baptisatorum; excommunicatorum sunt desumanda. Eadem immunitate gaudet ac Ecclesia.

PARAGRAPHUS IV.

De immunitate Ecclesiarum.

OMnes fideles gaudent immunitate Ecclesiarum sive excommunicati, sive interdicti, nisi in delicto hæresis; unde blasphemi, adulteri, Simoniaci, perjuri, Sacrilegi, homicidæ modo in Ecclesia non occiderint, banniti, servi gaudent.

Clerici, & religiosi non gaudent privilegiis, eccepris casibus in Bulla cenæ acceptis.

Apostata, latrones publici, grassatores viarum, proditores, assassini, rei hæresis, criminis lesæ Majestatis non gaudent: Monasteria gaudent immunitate.

PARAGRAPHUS V.

De Sepulturis.

Sepultura est locus deputatus authoritate Episcopi ad sepeliendum aliquem.

Tripliciter sumitur, pro officio ipso quod inpenditur corporibus humandis, pro loco in quo aliquis sepelitur, pro jure sepulturæ.

Jus Sepulturæ generaliter competit Ecclesiis Parrochialibus. Locus Sepulturæ tripliciter potest dari, primo ut is qui dat, sit Dominus ejus, 2. ut habeat jus sepeliendi, & inpediendi ne alij sepeliantur, tertio ut possit sepeliri aliquis in eo primo modo, non potest dari jus Sepulturæ, quia rei Sacræ Dominium nullus potest dare, 2 modo potest dari, 3. modo potest dari à quolibet habente liberam Sepulturam, & jus admittendi in sua Ecclesia.

Pro jure Sepulturæ aliquid exhigere est Simoniacum; usus vendendi capellas pro Sepulturis non est Simoniacum quia datur per modum eleemosinæ, & ratione situs.

Omnis fidelis qui est in legitima ætate potest sibi eligere Supulturam, quamvis sit sub potestate Patris, secus de impuberibus, & amentibus, servis, Religiosis professis. Forenses debent sepeliri in Parrochia si alibi non eligerint.

Mortua Matre, si puer extrahatur non debet sepeliri cum Matre sed extra Cemeterium.

Excommunicati notorie privantur Sepulturæ; manifasta usurarij, decedentes in tormentis, blasphematores Dei & sanctorum; non communicantes, & confitentes semel in anno, interdicti notorie, morientes in peccato mortali Parricidæ, Infideles, Pagani, Hæretici, raptores, morientes sine restitutione.

Servi Religiosorum possunt sepeliri in Sepulchris eorum; morientes in duello privantur Sepultura etiamsi dederint signum contritionis, verum si moriantur uno vel altero die non privantur, quia tunc non moriuntur in loco duelli.

QUÆSTIO XVI.

De rebu spiritualibus incorporalibus.

PARAGRAPHUS I.

De Præbendis, & Beneficiis.

Præbenda seu Beneficium est jus percipiendi fructus

Ecclesiasticos ratione spiritualis officij authoritate Ecclesiæ institutum, ortum habuit à portione Canonica assignata Ministris Ecclesiæ in stipendium laboris ex bonis communibus Ecclesiæ.

Multipliciter dividitur Beneficium. Aliud est regulare, quod tantum regularibus confertur, aliud seculare, & hoc duplex, unum simplex, quod nullam habet administrationem, sed tantum institutum ad recitandas horas Canonicas, ut Canonicatus. Aliud duplex, quod habet administrationem ut Papatus, Patriarchatus.

Differentia est inter dignitatem, personatum, & officium dignitas Ecclesiastica est beneficium Ecclesiasticum habens jurisdictionem spiritualem fori exterioris, ut Abbatia, Decanatus. Personatus est quadam prærogativa sine jurisdictione, ut habere statum honorificum in choro; officium est administratio rerum Ecclesiasticarum sine jurisdictione, & prærogativa, ut Sindici, Procuratores.

Beneficium aliud est simpliciter titulare, quod in titulum, perpetuum confertur, aliud manuale quod in titulum quidem confertur, sed revocabiliter, aliud electivum, aliud collativum, quod voluntate superioris confertur. Aliud mixtum quod presente patrono, & Episcopo instituente confertur.

Alia sunt compatibilia, alia incompatibilia. Præbenda tribus modis erigitur sive Beneficium. Fundatione, restitutione, & commutatione.

Ut quis sit idoneus ad Beneficium requiritur, ut sit legitimus, requiritur Clericatus ut habeat saltem primam tonsuram: ætas requisita in Episcopo 30 annorum: in Curatis 25. in aliis Beneficiis 14. requiritur scientia, morum probitas, celibatus, ut non sit aliqua censura irretitus: habilitas ex parte corporis.

PARAGRAPHUS II.

De collocationibus Beneficiorum.

Multipliciter fiunt collocationes; electione, postulatione, nominatione, præsentatione, simplici collatione; triennali possessione, rescriptis Apostolicis.

Electio est alicujus personæ ad Ecclesiam Pastore destituta Canonice facta vocatio. Fit tripliciter per motionem Spiritus sancti; per scrutinium, per compromissum cum plures idonei eliguntur, postulatio est

ſimplex Canonicorum petitio.

Præſentatio eſt exhibitio perſonæ per patronum vel Epiſcopum facta.

Reſcriptum fit dupliciter, vel motu proprio, vel ad petitionem, alterius, quod quatuor modis fit. In forma pauperum, in forma dignitatis ratione dignitatis. Nutri alteri quando facta eſt lis inter duos.

Littera Apoſtolica ſeu mandata deſignantur per revocationem factam ab eo qui litteras dedit, ſi ſucceſſor mandata anteceſſoris reſcindat.

S. P. habet generalem poteſtatem conferendi Beneficia quod fit tripliciter, jure preventionis, ut quando alicui confert gratiam expectativam ad Beneficium vacaturum. 2. concurrendo cum aliis Collatoribus. 3. Jure devolutivo, ut quando ratione criminis jus devolvitur ad Pontificem, vel ratione negligentiæ Collatoris.

Pertinent etiam ad S. P. collatio Beneficiorum, quæ vel per mortem, vel alia ratione admittunt in Curia Romana. 2. Accedentium ad Curiam Romanam, vel recendentium, & morientium quadringinta milliariis à Curia non diſtantium. Beneficia familiarium Cardinalium. Beneficia Collectorum qui tempore ſui Beneficij obierunt in aliqua civitate. Beneficia cubiculorum, & curſorum S. P. Patriarchalia, primatialia, Archiepiſcopalia, & dignitates principales Prioratus, præpoſitura; quæ ſibi Papa reſervat ratione Epiſcopatus Romani, ut ſunt Beneficia Joannis Lateranenſis, Mariæ Majoris, item quæ ſibi reſervat ratione præheminentiæ ſupremæ poteſtatis, ut ſunt omnia vacantia tempore vacationis ordinarium, quæ vocant menſibus Pontifices. Ultimo omnia Beneficia per ſuos prædeceſſores reſervata.

Dignitates intra Epiſcopatum debent conferri intra tres menſes, alioquin devolventur ad ſuperiorem. Si patronatus non præſentet intra quatuor menſes. Si ſit laicus, ſi Eccleſiaſticus intra 6 devolvitur ad eum cujus eſt inſtit.

Epiſcopus habet jus conferendi Beneficia ſuæ diœceſis niſi reſerventur Papæ; laici habent tantum jus præſentandi.

PARAGRAPHUS III.

De jure Patronatus.

JUs Patronatus eſt jus temporale annexum ſpirituali, quod pertinet ad illum qui Eccleſiam fundavit, aut dotavit, & ſic jus pa-

tronatus aquiritur dotatione, & fundatione, transit adheres, etiam ad feminas quæ habent fundum.

Non potest vendi fundus propter illud spirituale, non licet patrono seipsum præsentare, potest per procuratorem si non presentat intra 4. menses, jus devolvitur ad Episcopum pro illa vice tantum.

DISPUTATIO XXVII.

De Rebus Ecclesiasticis temporalibus.

QUÆSTIO I.

De Decimis.

DEcimæ sunt pars fructuum quæ distinguntur in prædionales, personales, & mixtas. Prædionales sunt quæ de fructibus terræ proveniunt; personales quæ solvuntur ex fructibus quos homo percipit ex sua industria, militia mercatura, venatione piscatione; mixtæ sunt quæ partim ex industria partim ex prediis proveniunt, ut sunt fætus animalium, ut lana caseus. Observandum est quod hic standum est consuetudine locorum.

Potest auferri quatenus dicit rectam partem fructuum, quia decima est de jure Divino, non certa pars.

Omnes qui non titulo spirituali habent predia tenentur ad decimas, ut sunt infideles, laici, Clerici, Monasteria.

Decimæ debentur ex fructibus integris antequam deducuntur expensæ factæ, & pars coloni. Parrochi etiam tenentur Episcopis.

Decima personales non debentur de iis quæ acquiruntur per donationem, per eleemosinam, & per hereditatem.

Sacerdotes non tenentur solvere decimas personales, quia illi administrant Sacramenta, & illi tantum qui recipiunt debent solvere, etiam debentur ex prediis injustæ acquisitionis.

Decimæ primo debentur Papæ, deinde Episcopo, & postea parrochis; debentur Episcopis ratione Cathedralis. 2. Ratione parrochiarum, & ultimo ratione.

Obligatio solvendi decimas amittitur cæssione Ecclesiæ, & personarum per usum solvendi decimas, non abstante privilelegio; ex conventione; per alienationem prædiorum in personas non priviligiatas.

In lege veteri fuerunt qua-

tuor genera decimarum primum erat quod soluebatur levitis 2. quod levitæ ex decimis sibi datis Sacerdotibus conferebant, 3. quod in horreis recondebat, & separabat quisque de populo, at concederet, cum irent in Templum Hierusalem: quartum erat earum decimarum quæ pauperibus erogabantur.

Religiosi non debent soluere decimas de novalibus quæ colunt suis manibus, de hortis, de nutrimentis animalium.

Decimę novalium debentur; decimæ non possunt concedi laico jure hereditario.

QVÆSTIO II.

De Primitiis.

PRimitiæ sunt primi fructus agrorum, qui Domino debentur antequam usui humano deputentur.

Differunt primitiæ à decimis, primo quia decimæ solvuntur Sacerdotibus, primitiæ Deo insignum esse largitorem bonorum omnium, 2. decimæ solvuntur ut profiteantur Deum esse supremum Dominum habentem jus primum primi Principij; primitiæ, ut testemur Deum esse bonorum datorem.

Distinguitur etiam primitia ab oblationibus; quod primitia dicitur de primis, oblatio de omnibus generatim, quessa primitiarum ex 6c 3. num. alij dicunt quod ex fœtibus primum.

QUÆSTIO III.

De Oblationibus.

OBlatio est spontanea prestatio quam Christianis Sacerdotibus pro peccatis suis ad altare offerunt; Tria requiruntur, primo ut offerens sit Christianus, 2. ut offeretur Ecclesiæ 3. ut res oblata sit licite honeste acquisita.

Oblationes, & percepta debentur in quatuor casibus; primo cum debetur per modum census, pensionis, aut conventionis factæ cum Ecclesia. 2. Cum debentur ex Testamento, legato, donatione, voto. 3. casus quando Ministri Ecclesiæ non habent congruam sustentationem. 4. Cum alibi oblationes sunt introductæ.

Oblationes factæ in Parrochia imagini, capellæ cedunt Ecclesiæ Parrochiali, non præsbyteris capellæ, quia oblationes debentur Parrocho jure Parrochiali, nisi intuitu imaginis vel tituli

alicujus ſancti oblationes ſint introductæ, ut S. Antonio, tunc debentur rectori, ſi fiant in loco Religioſorum, cadunt Religioſis.

Ad ſolos Parrochos pertinet purificare mulieres poſt partum & recipere oblationes, benedicere ova, domos, id in quibus non ſe debent ingerere regulares.

Nomine oblationum veniant ea omnia quæ offeruntur in Miſſa, vel extra intuitu Sanctorum Defunctorum quæ omnia ſpectant ad Parrochum, quod ſi Epiſcopus celebret in Parrochia pertinent ad ipſum tanquam capiti Diœceſis, non vero ſi celebret in loco exempto,

---

QUÆSTIO IV.

De Alienationibus bonorum Eccleſiæ.

Cauſa alienationis eſt multiplex primo neceſſitas urgens 2. Utilitas evidens. 3. Pietas. v. g. ad redimendos cativos. 4. Incommoditas, ut ſi res ſit ſumptuoſa, & parum utilis.

Cauſa jure permiſſi, in quibus eſt licita alienatio ſine licentia Sedis Apoſtolicæ; poſita tamen neceſſitate, & utilitate. Sunt primo, quando res alienanda eſt modici valoris. 2. Eſt legitima conſuetudo preſcripta, & decretum Sacræ Congregationi. 3. Quando bona ſunt relicta Religioni in capaci bonorum in communi. Quarto quando ſunt relicta cum tali onere, ut alienari debeant tali tempore. 5. ſi bona ſolita ſunt faudari, aut in emphiteuſim concedi alienari. Non poſſunt Res inmobiles, vel mobiles pretioſæ donatæ alicui Monaſterio, vel loco pio; quamvis ſub conditione relicta bona inmobilia, & mobilia pretioſa non poſſunt oppignorari, vel hypoterari, ut patet in Bulla Pij II.

Bona Eccleſiaſtica non poſſunt tradi in faudum, neque in emphiteuſim, niſi ſint ſolita tradi, non poſſunt vendi vaſa argentea ſine gravi neceſſitate.

Epiſcopi, vel Abbates alienantes incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi per hoc menſes remanſerint in interdicto remanent ſuſpenſi, à regimine, inferiores privantur ipſo facto ſuo officio.

DISPUTATIO XXVIII.

De Beneficiis.

QVÆSTIO

QUÆSTIO I.

De pluralitate Beneficiorum.

SUpponendum est primo ex divo Thom. quodlibeto art. 15. quod triplex est actionum ordo quædam deformitatem habent inseparabilem, ut mendacium. Quædam sunt indifferentes ut deambulare: quædam absolute considerata habent deformitatem adjunctam; si tamen vestiantur debitis circonstantiis possunt licite fieri, ut occidere est absolute malum, si quis tamen ad defensionem; aut authoritate publica occidat non peccat. Habere plura Beneficia est de genere ultimarum actionum, & habent specialem mali deformitatem constat ex cap. extirpanda de præbendis in extravagante.

Secundo supponēdum est quod ista quæstio non est expresse in jure divino, ut dicit D. Tho. inditione art. 15.

Conclusio habere plura Beneficia est illicitum, & contra jus primi Principij, primo divini. Probatur Math. 6. nemo potest duobus Dominis servire, quæ verba 7. Synodus cap. 15. ad propositum allegat, cujus deffinitio inseritur in cap. Clericus 21. q. 1.

Secundo adversatur juri naturali. Probatur contra jus naturæ est ut unum membrum habeat locum in diversis corporibus. 2. Quod caput unius corporis sit membrum alterius.

Tertio adversatur juri Canonico. Probatur pluralitas Beneficiorum sacris Canonibus inimica est. Ex cap. quia in tantum de præbendis; hinc Canones prohibent cap. sanctorum distin. 70. 1. q. 21. cap. Clericus & cap. Clericum, & de præbendis cap. quia in tantum Concilium Trid. sess. 24. de reformatione cap. 10.

Quarto probatur ab incovenientibus. Primo divinus cultus minuitur, quia numerus inservientium decrescit. 2. Hospitalitas debita Beneficiariis tollitur. 3. Ruinis patent edifica. 4. Cura animarum negligitur. 5. Ex D. Tho in dist. art. 15. de fraudatio voluntatum testatorum, & fundatorum. Vltimo est de fraudatio pauperum Præsbyterorum qui possunt honeste vivere: hinc.

Resolves quod qui habet Beneficium Curatum est inhabilis ad simile Beneficium.

Resolves secundo, pluralitas Beneficiorum incompatibilium exigentium residentiam est illicita, & qui sine justa causa in-

petrat dispensationem, peccat graviter.

Resolves tertio potest qui habere duo Beneficia simplicia si unum non sufficiat ad sui sustentationem.

Resolves quarto quod qui quærunt plura Beneficia non solum peccant, sed etiam eorũ parentes & amici qui favent.

Resolves quinto qui plura Beneficia possidet quorum unum sufficit sicut alia dd. decentem sustentationem tenetur pluries dicere horas Canonicas in die secundum numerum Beneficiorum ex Guillelmo Parisiensi, in tractatu de collatione Beneficiorum. Dionysius Cartusianus de pluralitate Beneficiorum, quia unum quodque Beneficium sicut habet suum commodum, & suum debet habere incommodum, & onus; hoc tamen non est in usu.

Resolves sexto: qui plura habet Beneficia ex dispensatione Apostolica si non repugnant juri divino, & naturali non tenentur, nisi semel in die dicere horas Canonicas: ita D. Tho quodlibeto 1. art. 13.

Resolves 7. nullus potest habere plures Capellas sub eodem titulo.

Resolves ultimo, qui habet plura Beneficia contra canones non est absolvendus in foro conscientiæ, quia qui vult manere in peccato mortali non est contritus ergo.

QUÆSTIO II.

De Simonia circa Beneficia.

Simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum, attẽdendũ est ad omnia verba, ut resoluantur casus.

Dicitur studiosa voluntas, quia ad Simoniam requiritur deliberatio, & voluntas ad includendum Simoniam mentalem nomine, emptionis & venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, ut permutatio, transactio, renunciatio.

Additur spirituale, id est omne donum spirituale divinitus datum: illud spirituale est triplex quoddam per essentiam ut dona Spiritus Sancti, gratiæ infusæ. Aliud per causam, ut Sacramenta, & Sacramentalia. Tertium per effectum, ut prædicare, orare, divina peragere.

Additur secundo spirituali annexum quod ponitur ad comprehendendum ea quæ non sunt spiritualia per essensiam, sed per dependentiam à spiritualibus, & ordinantur ad illa, ut jura patronatus, Sepultura, Calix

consecratus, præbenda Canonicatus, Beneficia.

Simonia est triplex mentalis, conventionalis, & realis. Mentalis est sine ullo pacto expresso aut facto. 2. Est. Quando est pactum ex quo, vel nil datur, sed accipitur vel de facto datur. Realis quando est pactum de re spirituali & aliquid temporale datur.

Quæres quomodo Simonia est contra jus primi Principij resp. quia est contra jus divinum, ut constat ex 4. Regum cap. de Gicti à Jeroboam.

Nota quod potest accipi aliquid vel pro sustentatione vel pro labore, vel ratione statuti Episcopi, dummodo non sit pro re spirituali simpliciter ex quo.

Resolves Ministri Episcopi possunt aliquid accipere pro literis ordinum, dummodo non plus exigatur pro uno quam pro alio ordine, quia esset vendere spirituale, nam non requiritur plus laboris pro unius ordinis litteris, quam pro alio.

Resolves secundo quod potest aliquid accipi pro administratione Sacramentorum, Sepulturæ & aliorum similium aut ex statuto superiorum, aut pro sustentatione pauperis Præsbyteri.

Resolves tertio: Sacerdos qui vadit ad Ecclesiam, aut celebrat, aut cantat magis, quia est aliquid lucrandum, quam propter suum officium, implendum, aut propter distributiones quotidiana peccat peccato Simoniæ.

Resolves quarto. Qui inseruit Episcopo, aut qui remanet in curia regis simpliciter, quia videt quod propter servitium, aut assiduitatem recipiat aliqua Beneficia est Simoniacus.

Resolves quinto. Clerici nil possunt accipere pro Sepultura, nec pro terra Sepulturæ benedicta.

Resolves sexto, nil potest accipi pro ingressu religionis, ut patet 1. q. Canon. quam pia, & cap. veniens, & cap. de regularibus, quia status religionis est res spiritualis. Potest tamen aliquid accipi pro eleemosina ratione paupertatis, vel pro sustentatione, etiam cum pacto ut detur tantum. Ita D. Tho. 22. q. 100. art. 3. ad. 4. & in 4. sententiarum.

Resolves septimo aliquid accipere pro Beneficio, vel pecuniam vel munus, aut à lingua, aut obsequio, aut ut soluat expensas factas pro tali Beneficio optinendo est Symoniacum. 1. q. 1. Can. ordinationes, & cap. cum essent, glossa panormitanus D. Tho. 22. q. 100. art. 5.

ita Episcopus conferens Beneficium cum sanguineo ratione consanguinitatis non commitit Simaniam sit dignus.

Resolves octavo qui procurando alicui Beneficium, aut qui est mediator aliquid accipit est Simoniacus. non vero qui dat aliquid ad redimendam vaxationem, si habeat jus ad Beneficium, & sit in possessione.

Resolves nono, qui vitem emit cui annexum est jus patronatus & carius emit propter illud jus, commitrit Simoniam.

Resolves decimo qui permutat Beneficium tenue propinquiori, & dat aliquid propter recompensationem redituum est Simoniacus. Item qui renuntiat liti supra Beneficium ut accipiat aliquam pecuniam, etiam ratione expensarum. Ita panormitanus.

Simonia cum pacto aut contractu obligat ad restitutionem, non vero mentalis pure, aut conventionalis, quia nulli fit injuria.

Omnis Simoniacus formaliter est excommunicatus & suspensus,& meretur pœnam ignis inferni, & hoc propter læsionem juris primi Principij divini.

QUÆSTIO III.

De obligatione recitandi Officium propter Beneficium.

OMnis qui habet Beneficium etiam tenue tenetur ad horas Canonicas. Ita turrecremata S. Antonius, Sylvester, Navarrus, Arnulla, & sic qui percipit aliquos fructus ex Beneficio etiam tenue non per parentes, & amicos, aut tutores tenetur recitare Officium,nisi sit infirmus, aut dispensatus.

Omnis promotus ad Ordines Sacros. Religiosi professi deputati ad chorum, non vero laici, & novitij tenentur recitare officium qui relinquia officium, aut unam horam peccat, si sit Beneficiatus & percipiat fructus tenetur ad restitutionem prorata tenetur statutis horis dicere, si non sit inpeditus rationabili causa.

DISPUTATIO XXIX.

De Censuris Ecclesiasticis.

CEnsuræ, ut modo agimus est correctio Ecclesiastica, quæ dividitur in excommuni-

cationem, interdictum, & suspensionem, irregularitas est tantum inhabilitas ad ordines, & Ecclesiastica officia.

QUÆSTIO I.

De excommunicatione.

De fide tenendum est dari in Ecclesia jus ferendi excommunicationes, ut patet Math. *Si peccaverit in te frater tuus si Ecclesiam non audierit sit tanquam ethnicus & publicanus.* Ad Corinthios 5. tradere hominem satanæ.

Excommunicatio ex censura Ecclesiastica quæ homo Baptisatus privatur consortio fidelium, participatione Sacramentorum, & communibus Ecclesiæ suffragiis.

Dividitur in majorem, & minorem. Major privat omnibus supradictis: Minor participatione possiva Sacramentorum 2. Diciditur in eam quæ est à jure, & in eam quæ est ab Domine. Prima est illa quæ per aliquem Canonem, statutum, vel constitutiones fulminatur. Ab homine est quæ per aliquem judicem fertur; ut utraque, vel est latæ sententiæ, vel ferendæ: in prima ponitur verbum preteritum, in secunda futurum.

Excommunicatio ab homine ab illo tantum fertur, qui habet jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, & non impeditam, propterea, nec femina, nec laicus, nec simplex Sacerdos possunt excommunicare, licet sit Curatus.

Duplex est causa excommunicationis, materialis una, Proxima alia: scilicet peccatum mortali externum consummatum, & non sufficit peccatum præteritum, nisi habeat aliam.

Mandantes, consulentes non incurrunt excommunicationem effectu non secuto.

Causa materialis, alia est remota, & est homo viator baptisatus, determinatus, non vero communitas. Inferior, subditus, propter jus principij requiritur saltem una monitio.

Excommunicatio lata à Superiore per statum contra delinquentes existentes in alieno territorio non ligat; si vero sit lata per modum sententiæ afficit personam subditam ubicumque sit.

QUÆSTIO II.

De effectibus excommunicationis.

Primus effectus est privatio omnium suffragiorum Ec-

clesiæ. Quibus etiam privatur excommunicatus toleratus, & oculte excommunicatus. Publicus Clerici percursor privatur omnibus suffragiis. Excommunicatus contritus, & per pœnitentiam restitutus non privatur fructibus sacrificii Missæ, quia sacrificium Missæ habet effectum in illis qui per fidem, & charitatem Christo uniuntur.

Excommunicatus majori excommunicatione privatur participatione activa, & passiva Sacramentorum licet recipi valide quoad substantiam, non tamen licite, quia omnia requisita ad Sacramentorum validitatem non recipit; Sacramentum pœnitentiæ, non recipitur ab excommunicato vitando, nisi in articulo mortis.

Privatur participatione divinorum officiorum, & sacrarum rerum, Ecclesiastica sepultura, nisi sit absolutus in articulo mortis.

Fit inhabilis ad Beneficia, ad dignitates, & officia Ecclesiastica, sive Hierachica: inpetratio litterarum in illo cap. est invalida, & collatio pentionis. Privatur fructibus sui Beneficij, quia Beneficiorum fructus dantur propter officium, privatur officio ergo.

Privatur jurisdictione hierachica, ita ut gesta per ipsum sint invalida: Parrochus tamen excommunicatus assistens Matrimonio valide assistit, quia hic non est usus jurisdictionis proprie. Actu ab excommunicato tolerato ratione publici officij valida sunt.

Privatur communione civili, & sic alij non possunt cum illo communicare, & ideo illa prohibentur.

Os orare. Vale. communio. mensa.

In sequentibus casibus excusantur fideles communicando cum excommunicato.

Utile. lex. humile. reo. ignorante. necesse: non potest esse judex, nec actor.

Excommunicatio minor privat participatione passiva Sacramentorum, & Ecclesiastici Beneficij passiva electione, presentatione, collatione Beneficij.

QUÆSTIO III.

Qui possit absolvere ab excommunicatione.

OMnis Sacerdos approbatus potest absolvere ab excommunicatione minori.

Ille tantum potest absolvere à lata à jure, & reservata cui facta est reservatio, nimirum

Papa si Papæ, si Episcopo Episcopus, quia illi habent jus Principij. Episcopus potest ex Concilio Trid. sess. 24. de reformatione cap. 6. absolvere à reservatis Papæ si sunt ocultæ, & non deductæ ad forum contentiosum in sua diocesi, & quando est legitimum inpedimentum, & quod Papa adiri no possit.

Ab excommunicatione à jure nemini reservata possunt absolvere omnes confessarij: habens potestatem absolvendi à casibus Papæ reservatis, non habet à contentis in Bulla Cenæ, quia illa valde differunt.

Ab excommunicatione lata ab homine ille solus potest absolvere qui tulit, quia ille solus habet jus Principij.

In articulo mortis quilibet à quacumque potest abfolvere, dummodo se præsentet.

QUÆSTIO IV.

Excommunicationes Papæ reservatæ in Bulla Cenæ.

HÆretici, & Apostatæ à fide, & eorum fautores retinentes, tracanetes, eorum libros continentes Hæreses, & Schismatici: Subripientes bona naufragantium; imponentes nova pedagia, nisi sint authoritate supremæ potestatis: deferentes arma infidelibus: usurpantes authoritatem Papæ: interficientes Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos. Trahentes personas Ecclesiasticas ad Tribunal seculare; inpedientes mandata Papæ. Absolventes ab illis, alibi ponuntur excommunicationes.

QUÆSTIO V.

Excommunicationes extra Bullam Cenæ.

INcendiarij, falsificantes litteras Apostolicas; spoliantes Ecclesias 1. vexantes eos qui censuras ferunt. Absoluti ab excommunicatione, & non inplentes: violantes interdictum Papæ. Recipientes aliquid ad pacto euntes ad missionem, & religionem. Simoniaci reales circa ordinem, vel Beneficium commitentes Simoniam confidentialem: Inpedientes executionem litterarum sacræ pœnitentiæ: accipientes, dantes aliquid pro gratia, & justitia sedis Apostolicæ. Commitentes duellas, & cooperantes. Mulieres intrantes Monasteria regulárium. Facientes contra libertatem Ecclesiæ. Violantes,

docentes contra inmaculatam conceptionem. Percussores Clericorum sunt excommunicati; alia sunt reservata Episcopis. Percussio levis Clerici. Procurantes abortum animatū. Communicates cum excommunicatis ab Episcopis, & alias ab homine quas sibi reservant.

QUÆSTIO VI.

De interdicto.

INterditū est censura Ecclesiastica, qua certis personis, loco à jure, vel à judice. Divinis officiis sepultura. Et Sacramentorum perceptione, donec impetratis satisfecerint interdicitur.

Interdictum aliud est Canonis, aliud juris, aliud judicis. Juris est ipso facto interdictio. Judicis fit per sententiam, & hoc est vel locale, vel personale, vel mixtum. Locale est quo interdicitur locus, ne in ea divina officia audiantur ab incolis. Personale quo prohibetur populus, vel aliqua persona particularis. ne audiat divina in quovis loco. Mixtum est utrumque. Interdicto loco non interdicitur populus, ne in alio loco audiat divina.

Interdictum personale est duplex. Generale, & speciale; in primo interdicitur populus, in secundo pars populi.

Interdictum locale est duplex, generale quo interdicitur regnum, civitatis. Speciale quo Ecclesia interdicitur.

Interdicto populo non intelligitur interdictus Clericus, & econtra.

Potest celebrari Missa sub Missa voce, & clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdicti: verum ad communicandum ad salutationem Angelicam, in dicando festivitates licitum est pulsare campanas.

In Nativitate Domini. Pascatis, Pentecostes, Assumptionis B. V. Corporis Christi cum sua octava. Conceptione B. V. M. cum octava licet celebrare, pulsare campanas tempore cujuslibet interdicti licet.

Tempore interdicti localis generalis infantes, Clerici non conjugati, modo non [illegible] nt excommunicati, & interdicti possunt admitti ad divina officia.

Magna est differentia inter interdictum locale, & generale, & locale speciale, quod in secundo non est licitum singulis diebus celebrare divina officia, & missas, sed tantum semel in hebdomada.

Item differentia est inter interdictum

terdictum locale, & personale, quod tempore interdicti personalis personæ interdictæ personaliter, interdicto particulari, vel generali non possunt celebrare missas, nec interesse.

Tertius effectus interdicti, tam localis, quam personalis, generalis, vel specialis, est privatio sepulturæ.

Laicus sepultus tempore interdicti sublato interdicto exumandus est, & sepeliendus in loco sacro.

Clerici non interdicti, qui non dederunt causam culpabilem possunt sepeliri in loco interdicto, modo non fiat cum solemnitate.

PARAGRAPHUS I.

De violantibus interdictum.

CLerici fiunt irregulares, suspensi ab officio, quod tripliciter potest fieri; primo si actum ordinis exercent tempore interdicti, 2. Si sacris intersint violatur interdictum à Clericis, si celebrent divina officia, & celebrare permittant.

PARAGRAPHUS II.

De causa efficiente.

PRima causa efficiens est Papa. 2. Episcopus, & sic successive: Interdictum locale non cessat destructo loco interdicti.

QUÆSTIO VII.

Quæ suspensione imponantur Clericis.

SUspensione quæ Clericis ipso jure inponantur sunt sequentes. Recipientes ordines ab eo qui renunciavit Episcopatui. Recipientes ab alieno Episcopo sine licentia proprij Episcopi. Recipiens à proprio in aliena diœcesi. Recipiens ab excommunicato, & suspenso. Recipiens ordines ante legitimum ætatem. Recipiens ordines extra tempora sine dispensatione: Recipiens non servatis interstitiis sine titulo ordinatus; promotus per saltum. Post Matrimonium contractum etiam non consummatum: vacante Episcopatu ante; annum vacationis ordinatus cum litteris Demissoriis acceptis à capitulo, utens ordine in loco interdicto, celebrans coram excommunicato, vel interdicto. Tradens sepulturæ usurarios publicos; Parrochus jungens sponsos alterius Parrochiæ sine licentia proprij Parrochi, qui non prohibet clandestina matrimonia

ab utens vestibus contra juris statuta. Gravantes Ecclesias sibi commissas aliquibus debitis, occupans bona Prælati defuncti: eligens indignum ad Episcopatum, & curatum postulans eos qui prohibentur ad Episcopatum, qui ponit electum, & defecit in protestationibus: occupantes bona sensus Beneficij, & Pij loci: Concubinarius publicus, & Simoniacus Sodomitæ, provocans ad duellum, raptores, disputantes de conceptione.

QUÆSTIO VIII.

Suspensiones contra Religiosos.

PRima est contra Apostatas ordines succipientes. 2. Recipientes ad professionem ante annum probationis. 3 Superiores concedentes reditus ad vitam. 4. Vsurpantes decimus. 5. Non utentes habita. 6. Non professus recipiens ordines sacros. 7. Introducens mulieres in Monasterium.

QUÆSTIO IX.

Suspensiones contra Capitula.

PRima si dilapidant bona relicta tempore vacationis. 2. Si non servant contenta in constitutione Pij V.

QUÆSTIO X.

Suspensiones contra Episcopos.

PRima conferentes ordines Simoniace. 2. Conferentes suspenso. 3. Ordinantes Religiosos non professos. 4. Ordinantes Monachum sine licentia Abbatis. 5. Non promulgantes Concilium Provinciale. 6. Intromittétes se in causis Episcoporum. 7. Submittentes bona Ecclesiæ laicis sine eorum consensu. 8. Occupantes bona vacantium pertinentium ad eorum provisionem. 9. In causa alienationis utentes delegata potestate. 10. Alienates bona Ecclesiæ ultrà Biennium. 11. Admittentes resignationem contra formam prescriptam, in quarta constitutione. 12. Faventes usuras locando suas domos. 13. Ab utentes munere Inquisitorum. 14. Delinquentes contra Clericorum inmunitates. 15. Concubinarios à Synodo admonitos, & non se emendantes. 16. Relaxantes incidiariis pœnam raxatam à jure. 17. Negligentes procedere contra Symoniacos. 18. Non facientes comburi libros Talmuth. 19. Ingredientes

Monasteria monialium sine licentia his positis sic.

Sciendum est quod cum suspensio sit censura Ecclesiastica qua personæ Ecclesiasticæ prohibentur exercere sua officia, vel ordinis, vel jurisdictionis, idest qua prohibentur Ecclesiasticis jus Principij quoad exercitium, ordinis, officij, & beneficij, vel in totum, vel in partem, vel ad tempus, vel in perpetuum ob culpam suam, vel à jure, vel ab homine. Duplex est suspensio alia à jure, alia ab homine.

Quando suspensio est lata, videndus est tenor verborum, quia suspensus ab ordine, non censatur à Beneficio, aut econtra, nec suspensus ab uno actu censetur ab aliis; ut suspensus tantum à confessione, non est à predicatione, nec à celebratione, à minoribus tamen suspensus censetur, etiam à majoribus: sciendum. 2. Quod qui violat suspensiones justas peccat, & fit irregularis.

Clerici, debent optime scire, & cognoscere ões casus quibus suspenduntur ipso facto, vel possunt suspẽdi ab homine ne faciliter incurrant irregularitaté.

Nulla datur specialis forma absolvẽdi à suspẽsione sufficit quod dicatur absolvote à suspensione quam incurristi ob tale, vel talia delicta.

QUÆSTIO XI.

De irregularitate quid sit.

IRregularitas est impedimentum Canonicum ex facto, vel defectu proveniens, quo quis ordines promotus probibetur ministrare, sive melius est privatio juris circa ordines, vel exercitium eorum, & hierarchicorum pro quo.

Nota quod quando in jubileis, & Bullis Apostolicis conceditur potestas absolvendi à casibus reservatis, & censuris, non extenditur ad irregularitatem, nisi fiat de ipsa specialis mentio.

2. Quod nullus incurrit irregularitatem sola voluntate peccandi, aut committendi illud quod à jure imponitur, nisi sequatur effectus, ut si quis procurat homicidium per venenum, & nullus occidatus non incurrit irregularitatem.

3. In dubio in foro exteriori nemo est judicãdus irregularis, secus in interiori, ita Panormitanus in cap. audientiam de homicidio.

4. Nemo fit irregularis, nisi in casibus à jure expressis cap. 11. qui de sententia excommu. in 6.

5. Irregularis toties peccat, quoties celebrat, non tamen. Novam incurrit irregularitatem.

6. In omni irregularitate proveniente ex debito occulto, & non deducto ad forum judiciale, excepta illa quæ est ex homicidio voluntario potest Episcopus dispensare. Concilium Trid. sess. 24. cap. 6. de reformatione.

7. Cessante causa irregularitatis, cessat irregularitas.

PARAGRAPHUS I.

De irregularitatibus ratione homicidij.

SUppono, quod homicidium tribus modis contingit. Voluntarie & injuste. Casualiter, & præter intentionem. Voluntarie & juste.

Dico primo, quod omnis homo Christianus habens, usũ rationis qui voluntarie injuste alium, vel seipsum occidit desformat, vel mutilat fit irregularis. Patet ex cap. sicut dignum & ex cap. de cetero hic.

Adverto quod dicitur Christianus qui non baptisatus est incapax, dicitur homo, quia femina etiam est incapax quia est incapax ordinis.

Dico 2. qui dat causam propinquam injustæ occisionis, vel mutilationis, vel gravis desformitatis, dummodo sequatur effectus. Fit irregularis etiamsi habuerit intentionem talia non faciendi.

PARAGRAPHS II.

De homicidio casuali.

DIco primo, quod qui dat operam rei licitæ, & non habens sinistram intentionem, etiam si ex sua actione sequatur homicidium non fit irregularis, hinc qui in defensione, & cum moderamine in culpata tutela non fit irregularis, si occidat.

Dico 2. qui dat operam rei illicitæ ex se, si mors sequatur etiam preter intentionem fit irregularis.

Dico 3 qui sunt in causa, cur aliquis citius moriatur movens caput infirmi adsit irregularis.

Dico 4. qui juste hominem occidit, aut dat causam propinquam si sequatur mors fit irregularis, non est tamen gravis irregularitas.

Dico 5. Clerici possunt conqueri apud judicem seculorem & emendam petere, quamvis in tali casu sequatur sententia mortis dummodo protestentur quod non intendunt pœnam sanguinis, non fiunt irregulares.

Dico 6. prelatus qui habet jurisdictionem temporalem si intersit executioni justitiæ fit irregularis cap. ex litteris de prelatorum &c.

Dico 7. quod Clerici qui non habent jurisdictionem temporalem si intersint ex curiositate, aut alia causa executioni justitiæ non fiunt irregulares, licet graviter peccare: ita glossa in cap. sententiam ne Clerici, vel Monachi.

Dico 8. qui sunt causa accelerationis mortis alicujus damnati ad mortem, ut movere caput. Scalam, fac cito, fiunt irregulares.

Dico 9. Inquisitor qui tradit reum judici seculari comburendum non fit irregularis. Circa bellum in quibus assistunt vel occidunt Ecclesiastici jam diximus alibi.

PARAGRAPHUS III.

De irregularitate ex defectu corporis.

Quilibet defectus membri qui aliquem inneptum reddit ad exercitium actus sui ordinis, vel horrorem notabilem, ob nimiam deformitatem, aut scandalum inducere potest ex quacumque causa originem sumat reddit irregularem, cap. ex posuisti.

Habens membra superflua, ut sex digitos dummodo non sit impedimentum pro exercitio sui ordinis non reddit irregularem.

Illigitime natus est inhabilis ad ordines cap. 1. sindebiliis Præsbyterorum.

Infantes expositi censentur illigitimi, & sic indigent dispensatione, ita Cardinales Palestus de filiis notis, & spuriis.

Qui ordinatur ante legitimam ætatem est suspensus, & si utatur fit irregularis.

Qui bibere vinum non potest sine vomita est irregularis. Bigamius id est qui habuit plures uxores, vel nupsit viduæ.

PARAGRAPHUS IV.

De irregularitate quæ incurritur ob malam receptionem, exercitium ordinum, & violationem censurarum.

Qui est in majori excommunicatione, & recipit ordines fit irregularis capi de eo qui furtive.

Excommunicatus suspensus, interdictus exercens aliquem actum ordinis fit irregularis cap. si quis præsbyter.

Qui uno die ordines sacros sine dispensatione suscipit fit irregularis.

Qui recipit furtive ordines,

& qui exercet ordinem quem non habet. Ordinatus ab Episcopo excommunicare, interdicto suspenso. Simoniaco, hæretico, deposito, degradato. Qui ordinatur per saltum, qui accipit ordines ab alio sine licentia sui Episcopi, vel sine litteris dimissoriis, aut extra tempora, si exercet actum ordinis est irregularis. Ita qui ordinatur ab Episcopo qui loco, & dignitati renuntiavit.

Qui exercet actum ordinis in loco interdicto extra casus à jure permissos.

PARAGRAPHUS V.

De aliis irregularitatibus quæ ex defectibus nascuntur.

OMnis rebaptisatus scienter, scilicet sciens se esse Baptisatum.

Reiterantes confirmationem, & ordines non fiunt irregulares, ut vidimus alibi, quia hoc non est in jure expressum ergo.

Crimina enormia notaria, ut concubinarius. Ad alter: stuprum; Sodemia, Apostata à fide. Hæreticus; Idolatria. Infideles post Baptismum. Infamis infamia juris, aut facti.

PARAGRAPHUS VI.

De modis quibus irregularitas tollitur.

PEr Baptismum tollitur omnis irregularitas. Per ingressum Religionis tollitur illa quæ non nascitur ex peccato, vel defectu natalium.

Omnis irregularitas tollitur per dispensationem Summus Pontifex dispensat in omnibus. Episcopus in aliquibus: Confessarius in nullis.

Nota quod confessarius debet obtime callere notitiam irregularitatem precipue à jure. Omnes excommunicationes, suspensiones interdicta.

Ubi vides quomodo vigeat jus primi Principij in illis materiis ratio inferioritatis.

Forma absolutionis est: ego te dispenso ab irregularitate quam incurristi ob talem, vel talem defectum.

DISPUTATIO III.

De Deo sequente per Concilia.

VII. FUNDAMENTUM.

Theologiæ Moralis.

QUod Deus loquatur per Concilia patet ex modo

loquendi Conciliorum ordinaria. *Dicitur etiam*, *visum est Spiritui Sancto & nobis*, ut loquitur primum Concilium Apostolorum 2. habemus Deus Aoromij 17. quod, Deus præcepit in æteri testamento, ut causa ambigua per Sacerdotem in Concilio judicium cum summo Pontifice terminarentur. Et Ecclesiast[illegible] cap. 12. habetur. *Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi quæ per magistrorum Concilium data sunt à Pastore uno.* Sic colligitur quod & institutione Dei data fuerit potestas, seu auctoritas judiciaria in causis fidei, & Religionis ad perfectum regimen Ecclesiæ necessariam, & ex ea institutione Christi Romano Pontifici tanquam supremo, & universali.

Pastore Ecclesiæ militantis in definiendis, & congregandis Conciliis propriis.

Notandum est quod Concilium sumitur à conciendo, sivè convocand, & sic in tota sua latitudide sumptum idem est ac conventus multorum hominum, sivè personarum Ecclesiasticarum maximè Episcoporum à superiore legitimo indictus, ut de rebus fidei, & Religionis deliberent, & decernent. Illud nomen tam vætus, quam novum testamentum pro Judeorum conventu agnoscuntur, ejusque in locum Greci synadrion, quia tot primum in Canonibus Apostolorum traditas, post modum ab omnibus recepta fuit.

Quia verò personas Ecclesiasticas, ut de rebus fidei, ac Religionis simul deliberent congregari quadrupliciter potest accidere scilicet cum omnes ex toto orbe Christiano convocantur. 2. Cum ex una Religione, vel natione tantum. 3. Quando ex una duntaxat provincias. 4. Si ex una solum: hinc fit Concilium esse quoque quadruplex generale, rationale, provinciale, diœcesanum, quibus adest Sanctorum Patrum auctoritas; nam Sanctus Athanasius in epistola de decretis contra hæresim Arrianorum orbis terrarum. Concilia vocat. S. Augustinus libro. de baptismo contra Donatistas l. 3. Concilia plenaria eadem sunt cum generalibus, sivè universalibus, Græce œcumenicis, cum ea expresse distinguat à provinciorum, & regionum Conciliis. Idem ait Concilia provinciarum, vel eis majora qualia sunt regionum, à Conciliis plenariis emendari. Multi putant hanc divisionem haberi in novi testamenti scriptura; in primo enim Concilia ad electionem Mathiæ Actorum cap. 1. 2. ad electio-

nem 7. Diaconorum cap. 6. ad non imponenda legalia ad tempus cap. 15. congregatis sufficiens universalitas fuisse videtur quatenus 5. & 2. interficere omnes Apostoli, in quibus velut in seminario comprehendebantur omnes totius mundi Episcopi: sunt etiam Episcopi, inquit Augustinus in Psalmum 44. Filij Apostolorum. 3. Verò licet Apostoli non omnes interfuerint, sed soli Barrabas Paulus, & Jacobus, quia tamen cum præsidentia D. Petri hæc fuit sufficiens, vel ut pote supremi, & universalis Ecclesiæ Pastoris universale vocari possit, quod deindè legitur cap. 15. coactum Anthiochiæ fuit veluti provinciale, quia in Sede Ecclesiæ Patriarchalis: nationale vero mileti collegit, ubi majoris natu illius regionis aliæ concedisse dicitur actorum 2.

Adnimavertendum, quod aliquando nationalia vocant generalia, ut habetur in quodam Concilio. *Nefatigandi sit universaria Congregatione necessitas.*

Placuit vel quoties causa communis totius Africæ hoc exigeret, tunc universale congregamus, & in Toletano 3. sic dicitur. *Præcipit hæc sancta & universalis Synodus.*

Igitur Concilia alia sunt plenaria, alia non plenaria, seu œcumenica ex toto nimerum orbe; œcumenicam totum orbem significat, alia localia, alia generalia, seu universalia, & particularia, plenaria seu universalia & generalia, versus alia dicentur esse talia tam ex parte causæ eficientis: Romani scilicet Pontificis convocantis, quam ex parte causæ materialis prælatorum ex universo orbi congregatorum, alio vero est generalia solum ex parte causæ eficientis, quia nunc plures, nunc pauciores. Et non omnes ad illa vocantur, & Pontifice ibi præsidente vel alio ejus loco, ut Concilium Alexandriæ collectum ex Episcopis Egypti in causa collecti coram osio sedis Apostolicæ Legato, quod generale inde vocavit, Athanasius apol. 2. Mecivitanum sub Innocentio I. Arausicanum primum sub Leone magno, pleraque Romana Concilia.

Concilium Rationale est Congregatorum, seu plurium Episcoporum totius regni à Patriarcha, vel primati in finem spiritualem convocatorum: Concilium Provinciale est congregatorum Episcoporum unius Provincias ab uno Metropolitano Archiepiscopo convocatorum. Concilium diœcesanum est Congregatorum Minorum Sacerdotum unius diœcesis.

cesis : ab Episcopo illius diœcesis.

QUÆSTIO I.

An certa sint & infallibilia Conciliorum generalium judicia in rebus ad fidem & mores spectantibus.

Sciendum est primo quod Summi Pontifices præsunt Conciliis. Vel per seipsos immediatè assistentes, vel per Legatos Apostolicos qui Legati mittuntur, vel cum instructione prævia de iis præsunt in Conciliis definiendo, ut in Conciliis 4. 6. & 7. factum legimus. Nam quando est unica propositio explicanda facile potest Summus Pontifex de eo quod. Tratandum est explicare legalis qui etiam fit. Sua de hoc sententia, aliquando sine institutione, ubi præcipuæ sunt variæ quæstiones explicandæ ut in Concilio Tridentino accedit: propterea de iis prius certior. Summus Pontifex à Legatis fieri debet, ne quidquam necessarium ad institutionem omittatur.

Sciendum est secundo quod definiones Concilij possunt fieri, vel quando Patres aliquid definiunt Legatis dissentientibus, vel ipsis consentientibus, licet nullam à Pontifice instructionem habeant, vel ipsis consentibus. Cum ipso Summo Pontifice his positis.

Dico primo quod est quando aliquid definitur. In Conciliis dissentientibus Legatis, vel ipsis consentientibus, sed contra expressam Summi Pontificis instructionem, tale judicium est obnoxium periculo errandi. Probatur quia erravit Synodus Ephesina 2. quæ repugnantibus Leonis Legatis. Papa definire voluit, ut patet ex epistolis 24. 25. ejusdem Pontifices, item Synodus Constantinopolitana tempore Nicolai primi erravit eum Legatis contra ejus instructiorum. Consentientibus, ut constat ex epistola Nicolai ad Patriarchas, & Cœteros Episcopos Orientales.

Dico 2. quod definiones Conciliorum generalium in materia fidei, & morum accedente Pontificis confirmatione, vel instructione sunt infallibiles veritates. Probatur quia Concilium generale cum suo capite in unum convenit, & totam Ecclesiam representat, sed Ecclesia universalis, ut vidimus. Errare non potest cum ad ipsam pertineat, ut columnam fidei omnes fidei controversias judicare, & definire ergo alioquin errandi periculo fideles se

exponerent.

Confirmatur; quia si Summus Pontifex seorsim à Concilio generali gaudet privilegio infallibilitatis ut vidimus, multo magis cum Concilio, ergo.

Dices quod instructio tradita legalis non est sententia definitiva, sed simplex propositio quæ à Patribus debet discutionem, & postea à Summo Pontifice confirmari. Ergo ante confirmationem, & discutionem est errori obnoxia: ergo non tenentur sequi talem instructionem; pro responsione.

Sciendum non quod si Summus Pontifex taliter suam imitaret instructionem, ut vellet à Patribus decretum supra formatum à se deferri, & confirmari tunc talis instructio haberet tantum rationem simplicis propositionis discutienda à Concilio, tunc illa discutio ante instructionem posset subesse falso: ad quam propterea requireretur confirmatio Pontificis, sed talis instructio taliter. Mitteretur, ut illi Concilio sentiante juxta illam decretum formaretur, tunc illa instructio haberet vim definitive sentētia, quia Summus Pontifex est infallibilis precipue quando adest assensus Concilij. Vt loquitur, Leo in epistola 63. ad Theodoricum Episcopum Cyri, quia inquit. *Dominus nos prius Ministerio definierat universo fraternitates irrectabili firmavit ascensu, ut verè à se prodire ostenderet. Quod prius à primo omnium sed formatum totius Christiani orbis judicium recepisset, ut in hoc quoque capite verba concordent*; & deinde idem Leo similem misit instructionem ad Concilium Chalcedonense, quam ad amussim unanimi loquti sunt Patres, ut patet in epistola acti 3. dum ab eo petunt confirmationem decretorum apertè dicunt se illam petere, quia præter decretum de fide contra dioscorum, alia statuerāt sine expressa Pontificis sententia, ut patet ex epistola Bimissa ad idem Concilium; quia illud confirmare significat ergo cum Ecclesia sit regnum Monarelicum non Arestoralicum ab uno capite oritur legum servandorum obligatio. Ergo à Summo Pontifice.

Dices incertum est, an ullum umquam fuerit Concilium legitimum, quia non coalescit, nisi ex fidelibus de quorum fides veraque ordinatione certitudo omni, noticia haberi non potest, deinde non habemus, nisi ex historicis quod talia fuerint Concilia confirmata. approbata à Pontifice qui historici non sunt infallibiles veritates: ergo pro quo.

Sciendum est, quod Romanus Pontifex, ut explicuimus, existens est verus Summus Pontifex, & Christi Vicarius & Petri successor, quia sicut hæc propositio universalis ad fidem pertinet scilicet omnis Romanus Pontifex rite electus est verus, Pontifex Christi Vicarius, & successor Petri; ita ista particularis hic numero Pontifex pro tempore existens rite electus est verus Pontifex Christi Vicarius, & successor Petri. 2. Sicut ista propositio universalis omne Concilium universale legitime celebratum, & Pontificis auctoritate confirmatum errare non potest in rebus fidei, & morum, ita ista particularis hoc Concilium universale v. g. Nycænum, vel Tridentinum legitime celebratum Pontificiaque auctoritate munitum errare non potest; his positis.

Respondeo, quod non solum constat nobis de legitimitate Conciliorum, ex relatione historicorum, sed etiam & unanimi concensu fidelium qui tunc præsentes fuere, vel sunt Episcopi; utrum autem sufficiat externa Episcoporum fides absque interna, & vera ordinatione, vel sufficiat quod non constet de contrario varia sunt placita Doctorum; aliqui enim dicunt, quod etsi omnes Episcopi essent corde hæretici, ut sola externa professione Catholici vere non accepissent ordinis characterem invisibilem; sed nudam manuum impositionem: adhuc tamen inquiunt certi essemus, quia Deus non permitteret, ut tale Concilium in decretis suis erraret; existit enim Concilio Spiritus Sanctus propter Ecclesiam universalem.

Verum hæc sententia non mihi satisfacit quia tale Concilium non esset infallibile propter rationem universalis Ecclesiæ, sed quia Pontifex Concilium confirmavit illud, & approbavit qui gaudet infallibilitate, quia tunc Episcopi se habent tantum, ut disquisitores non ut judices, sicut putem quod ex parte materiæ reperiatur, ut Episcopi sint vere fideles internè saltem collectivè, ut sic tunc certi essemus de vera illarum fide interna, eo ipso quod Concilij decreta sunt ut accepta à tota Ecclesia, & à Pontifice approbato.

Dico 3. quod probabilius est decreta Conciliorum generalium, ubi expressam non habens quam sequantur instructionem, vel directionem absolutè infallibilia, non esse ante ipsius confirmationem, nisi unanimi consensu Patrum, & lega-

torum dicta sint homine discrepante.

Probatur prima pars Episcopi in Concilio œcumenica sunt, pertinetque ad eos hæreses damnare: dummodo id præstent cum unione, subordinatione Pontificis tanquam membra ad suum caput, sed hujusmodi conjunctio, & subordinatio saluari non potest, nisi Patres sequantur instructionem, Pontifices, vel non data tali instructione confirmentur: ergo non sunt infallibilia ipso desinente.

Probatur Minor, suponendo quod Concilium sit convocatum à Summo Pontifice, nec revocatum 12. quod in illo adsit per Legatos, & ad illa non sufficiunt, nisi adsit instructio, vel directio, vel confirmatio Pontificis quia tunc non repræsentatur universalis Ecclesia, ut patet ex Concilio Ephesino 2. à Leone Congregato obmissos ad illud Legatos; in qua tamen possint Patres illi reclamantibus Dioschoro consentientes aborraverunt; in Concilio Constantinopolitano sub Nicolao primo cujus Patres erraverunt definiendo contra instructionem Pontificis consentientibus aliam errori ipsis Legatis quod à fortiori potest accidere quando nulla est instructio, tunc denique quia Legati, etsi præsint, non sunt tamen. S. Pontif. ita ut habeant privilegium non errandi, sed tantum illum repræsentant.

Confirmatur. Ideo Pontifex seorsim à Conciliis gaudet privilegio infallibilitatis, quia est caput supremum Ecclesiæ; supremus, & ultimus Judex cui inest potestas Ecclesiastica, sed Episcopi sunt ac dispersi, nec congregati, tot sunt Ecclesiæ universalis epist. nec supremi judices. Ergo licet Pontifex seorsim à Conciliis sit infallibilis, secus tamen Concilia generalia, sive Episcopi adunati seorsim à Pontifice instruente, & confirmante.

Probatur Minorquia Concilia semper ad Pontificem miserunt decreta, ut confirmarentur ut robur haberent infallibilitatis, & credantur. Ergo illorum decreta non sunt ultimum judicium Ecclesiæ. sed Pontifex.

Confirmatur 2. Concilia generalia etiam legitimè congregata, & legatorum præsentia decorata non sunt absolutè infallibilia sine approbatione, instructione, & confirmatione Pontificis, si quid definiant sine infallibili confirmatione possunt non conformiter ad regulas fidei determinare. Ergo non sunt absolute infallibilia prob.

minor quia stilus Pontificum. Est prius diligenter examinare, & investigare, an servatæ sint leges vere definitionis, instructionis, quod denotat quod si essent infallibilia non fieret talis inquisitio, nec possunt Pontifices illo nõ approbare hoc patet ex Theodoreto lib. 2. hist. cap. 21. ubi dicit quod damnatus Papa reprobavit Concilium Arieminente, quia formula fides fuerat ab eo conscripta antequam Patres dissplarent inter se, & non intervenerat sentententia Pontifices, quia inquit præ omnibus expectanda erat.

Leo in epistola 24 ad Theodosium damnat Synodum Ephesinum 2. ob defectus pios narrat in sequenti epistola. In epistola autem 59. ad Martionem narrat non fuisse ambiendi rationem, quia definitiones Concilij Charcedonensis Sedi Apostolicæ placuissent, quam illis examinates invenerat omnium consensum accipite fidei cum ad eum Missa erat secundum formam Apostolica doctrina, ac paterna tradictionis.

Leo II. in epistola ad Constantinum Augustum relata in actu 18. Sanctæ Synodi ait. *Gestorum Synodalium seriam recensentes curiosaque diligentia singula quæ gesta sit flagitantes eadem quæ Apostolicæ sedes Legati narraverunt scriptis consonantibus convenire reperimus; nimium quod universum Concilium illudans sanctæ sedes Apostolicæ sentarit, atque decreverit sub ortodoxæ fidei integritate, regulisque maiorum.*

Confirmatur ultimo, vel Episcopis competeret instibilitas divisive sumptis, vel copulativè sumptis ante confirmationem Pontificis, utrum dici potest ergo. Minor quod ad tam patet est vita. Probatur quoad alteram, quia non sunt semper concordes quod est signum quod in illis conjunctivè sumptis non est infallibilitas quia indigent regulari à S. Pontifice in diversitate sententiarum: imo major pars aliquando non sufficit, ut patet ex Damaso qui Concilij Ariminensi Decretum annullavit, licet major pars consensarit in contrarium; ita etiam Leo I. circa Decretum Concilij Chalcedonensis qua de causa epistola 53. Anatolium Constantinopolitanum Episcopum ait. *Nulla sibimet de multiplicitate Congregationis Synodalia Concilia Blandiri debere.* 55. ad pulchriam ait. *Confessiones vero Episcoporum sanctorum Cananum opud nicam conditorum regulis repugnantes unice nobiscum vestra fide potestate in irritum mitimus, & per auctoritatem S. Petri Apostoli generali pror-*

sui definitione cessamus, & *subdit ita ut etiam si multi plures alij quam illi statuere decernerent in nulla reverentia sit habendum quidquid fuerit à præditarum legum constitutione diversum*.

Objiciunt illud commune in Hyeronimij epistola ad Evangelium: ubi sic ait. *Si auctoritas quæritur orbis majores orbe*. Ergo Concilium est Majus Papa. Illo utuntur hæretici contra primatum Petri: Resp. primo, quod si per orbem illigatur tota Ecclesia quæ est infallibilis in credendo est verum, non vero de Conciliis.

Secundo Resp. si sensus sit, quod una particularis Ecclesia est Minor universali verum est de quo videtur intelligi Hieronimus.

Respondeo tertio quod verum est de aliis quæ humana industria dicuntur, non de illis quæ pertinent ad fidem.

Objiciunt 2. multa decreta fiunt ante confirmationem S. Pontificis sub nomine ipsius Concilij, ut dicitur. *Visum est Spiritui Sancto & nobis*. Ergo sunt infallibilia ante confirmationem: ergo Respondeo quod semper perficiuntur ea conditione, ut rata habeant S. à Pontifice, sicut quando Judex pronuntiat sententiam mortis, reus debet mori, nisi Princeps prohibeat: unde casu quo Concilium nollet sequi, instructiones, Pontificis, vel illis dissentiret semper prævaleret decisio, Pontifices. Imo quando fiunt decreta, vel præsentes Papa; vel ejus Legatis fiunt nomine Pontificis ut expresse habetur. *Sacro aprobante Concilio definivimur.*

QUÆSTIO II.

An Concilium sit absolute necessarium.

Auctores qui ponunt Concilium supra Papam, & Papam nihil posse determinare de fide sine Concilio consequenter dicunt Concilium esse absolutè necessarium propter errores quotidianos hæreticorum.

Dico tamen quod absolutè Concilium non est necessarium. Probatur, quia per 300. annos à Summis Pontificibus damnatus, & sopiter fuerunt multæ hæreses, quibus condemnationibus inquit S. Cyprianus epistola 3. obedire debet fraternitas vestra.

Secundo si essent necessaria absolutè esset ad sessanda multa affirmata, sed non est absolute ad hoc necessarium, quia 25.

Chismata fuerunt sospita sine ullo Concilio, ut Chisma. Novati cum Cornelio, Cersino, cum Damaso; Laurentio, cum Innocentio II. Caroli cum Alexandro; Gregorij cum Vrbano IV. &c.

Dices tempore Sygismundi Imperatoris, & Caroli V. ut extingueretur Chisma. Convocatum est: Concilium. Constantiense: ubi loco Benedictis III. Gregorij XII. Joannis XXV. Electus fuit Martinus V. Respondeo quod potuisset extingui per Dominos Cardinales.

Dico secundo, quod licet non sit absolute necessarium: est tamen valde utile, ut constat ex Gregorio. Quatuor Concilia generalia: sunt ut quatuor Evangelia. Et in epistola: ad Innocentium. *Saluberrima sunt: inquit Concilia, & Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum convenerunt pro cessassione legatium.*

QUÆSTIO III.

An institutio Conciliorum sit de jure divino.

SCiendum est primo; quod apud Judæos duplex erat Concilium, sive tribunal ad dirimendas controversias. Unum minus, aliud majus. Minus instituit Moyses in singulis civitatibus, ut habetur Exodi 18. Aliud erat majus quod est institutum mandato Dei, ut constat numerorum 10. inter illa duo hoc erat discrimen quod majus erat in Jerusalem; minus vero in Angutis civitatum.

Secundo in majori majores judicabantur controversiæ; in minori faciliores. 3. (In majori præsidebat.) Pontifex: non vero in minori à quo licebat appellare ad majus. In minori erant tantum 23. denique, quia Concilium Chalcedonense in epistola ad eorum, & sexta Synodus ait. 15. & Celestinus Papa in epistola ad Concilium Ephesinum, Toletanum 3. decreta Concilia fuisse demonstrata. His verbis Mathei 18. ubi duo veteres &c. Hoc denotat esse divinæ institutionis idcirco Apostoli in primo Concilij Hiorosolimitano, ut indicarent non nisi speciali motione Spiritus Sancti fuisse Congregatos definierunt controversiam, gentiles conversos ad fidem non debere circumcidi, dicerunt. *Visum est Spiritui Sancto.*

Sciendum est secundo, quod aliqui Doctores, ut Salmerore in actu Apostolorum tractatu 77. docens Concilium inventum

quidem esse Spiritus Sancti tacitè sugestum Petro, & reliquis, ejus pocessoribus ad sedendas controversias, & extinguendas hæreses &c. Ita tamen ut hæc sugestio non efficiat jus divinum, sed jus tantum Canonicum, & Ecclesiasticum, sicut alias leges Ecclesiasticas, ut de jejuniis, de observatione festorum, ita Salmeron. Peghius quoque libro 6. Hierarchiæ cap. 1. putat Congregationem Conciliorum esse ex. Institutione humana, quod approbare videtur suares tractatu de fide disputatione 11. de Conciliis, quamvis dicat rationem illam congregandi à jure divino habere originem Cardinali Turrecremata libro 2. de Eccl. cap. 2. Cardinalis Baronius tomo 1. Cardinalis Belarminus tomo 2. libro 1. de Conciliis cap. 2. dicunt institutione Conciliorum esse de jure Divino, sive de Christo immediate orta hos sequuntur Patres de Conciliis dubio primo cap. 8. Bonerius demonstratione 4. Symb. art. 8. Dominicus Gravina cath. præscript. tom. 4. part. 2. q. 1. 22. Angelus Petrica lib. 3. Turris David. disp. 1. pro quo.

Notandum est primo, quod multa fuere juris divini in veteri testamento quæ amplius non sunt in novo, ut patet in iis quæ de ceremoniis, & judiciis agebatur, ut patet de sanctificatione Sabbati diei 7. quia erat juris divini. Genesis 2. Exodi 2. nunc autem est dies Dominica, quæ est tantum juris Ecclesiastici, ut docet D. Tho. 22. art. 4. ad 4.

Notandum est 2. quod in veteri lege Deuteronomii 12. præceperit Deus, ut causæ ambiguæ per Socerdotem in Concilio judicium cum Summo Pontifice terminarentur, male ex hoc infertur esse juris Divini, etiam in lege Evangelica Conciliorum usum. Nisi accedat Christi Domino institutio, quia illud preceptum erat judiciale, non morale.

Notandus est 3. quod plura sunt de jure Divino quoad substantiam; quam quoad circunstantias sunt de jure humano, ut patet de præcepto annuæ confessio nisi his prænotatis.

Dico quod probabilius est, quod in lege quoque Evangelica Conciliorum institutio est de jure Divino, idest quod illa ratio congregandi sit à Christo.

Probatur 1. Math. 18. inquit. *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum.* Qua significare Conciliorum auctoritatem & divina permissione, docent Concilium Chalcedonense

cedonense in epistola ad Leonem. Sexta Synodus actione 17. Concilium Toletanum 3. Cælestinus Papa in epistola ad Synodum Ephesinam. Cyrillus Alexandrinus in epistola ad Anastasium.

Probatur 2. ex Actibus Apostolorum cap. 15. ubi dicitur. *Visum est Spiritui Sancto & nobis nihil ultra imponere nobis oneris, quam sit necessarium, &c.* Quibus aperte significatur Concilium Catholicum congregati debere in Spiritu Sancto, & per Spiritum Sanctum procedere propterea solemnibus precibus invocatur, ut Episcopis assistens inducat eos in omnem quam Filius Dei promisit veritatem.

Probatur 3. quia generalia Concilio essent tantum humana tribuenda essent Apostolici, sed Apostolis jam introducta invenerunt. Ergo Divina institutione introducta sunt. Probatur Minor 1. ex Hierosolimitano Concilio Actorum 15. dicitur. *Visum est Spiritui Sancto, & nobis*, quoque colligitur. Concilia non instituisse sed instituta à Christo secutos esse quia Canone 3. Apostolorum apud Clementem legitur. *Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, & inter se invicem dogmata pietatis explorent, & emergent Ecclesiasticas contemptiones amoveant. 2. semel. quidem. septimana 4. Pentecostes: secunda vero duodecima die hyperbethi*, Ex quibus apparet quod si circunstantia adjiciuntur Conciliis ab Apostolis. Signum est substantiam jam esse determinatam, ex quo.

Dico ultimo, quod Concilia tam generalia, quam particularia quod ad circunstantias loci, temporis mere ab humano jure Ecclesiastico pendere, hoc patet ex Canone Apostolorum. Jam citato, cui addo. 2. Synodi Antiochenæ præcipientis. Bis quoque in anno Concilio habeantur. Ibi loquitur de particularibus nec non 5. Nycenes, ubi dicitur. *Recte visum est. Per singulos annos in singulis Provinciis. Bis in anno Episcoporum Concilium ferri ergo.*

QUÆSTIO IV.

Quando inceperit Conciliorum usus in lege Evangelica.

SCiendum est primo, quod ante Concilium Nicænum nullum fuit absolute loquendo Concilium œcumenicum, id est generale; hoc est tam ex parte causæ, efficientis Romani scilicet Pontificis congregantis, quam ex parte causæ materialis; scilicet majorum prælato-

rum ex universo orbe congregatorum, quod si sit sermo de particularibus, imo & generalibus ex parte tantum causæ efficientis, certum est incepisse ab epistolis ut testantur sacræ historiæ; nam.

Primum fuit pro electione duodecimi Apostoli, ut patet actu 1. *Exurgens Petrus in medio fratrum dixit erat autem turba hominum simul fere centum viginti? Viri fratres oportet impleri scripturam &c.*

Secundum Apostolorum Concilium habetur 6. ubi septem quos multitudo discipulorum statuerat, constituerunt Diaconos imponentes eis manus sacræ ordinationis, quæ ordinatio defuit esse solemnis publico, ut esset norma deinceps aliarũ.

Tertium fuit celebratum Hierosolimis, ut patet actu 8. ubi audita Samariæ conversione, id est quod recepisset Samaria verbum Dei miserunt ad eos Petrum & Joannem, quia ad supremum Collegij Apostolici ut Ecclesiastici tanti negotij cura spectabat.

Quartum fuit celebratum Hierosolimis, ut patet act. 15. occasione seditionis ortæ Anthiochiæ propter Judæos volentes gentiles conversos circumcidi, cuilicet non omnes Apostoli interfuerint; tamen præsente, & Præsidente Petro generale fuit œcumenicum: quia ibi agebatur de dirimenda fidei quæstione, & de norma deinceps aliorum Conciliorum: unde habetur ex Synodo generali Constantiense 2. ubi agit de illo Apostolico Concilio ait. *Licet Sancti Spiritus gratia, & circa singulos Apostolos abundaret, & non indigerent alieno Concilio ad eaque agenda erant, non tamen voluerunt aliter de 2. quod movebatur, si oportet gentes circumcidi definire priusquam, communiter congregati divinarum scripturarum testimoniis unusquisque sua dicta confirmaverunt.* Igitur istud Concilium fuit norma aliorum, ut patet ex circumstantiis. 1. Ex convocatione. 2. Ex præsentia D. Patri. 3. Ex Spiritus Sancti existentia juxta illud. *Visum est Spiritui Sancto & nobis.* 4. Ex dicendi modis à scripturarum sacrarum citatione.

Quintum, & sextum fuere Provincialia, & Nationalia; Hierosolimis: Congregata quando, Paulus adiit Jacobum Hierosolimorum Episcopum circa legalium observantiam, & ut habetur act. 2. cap. 2. ubi Paulus vocatis majoribus natu Ecclesiæ id est Episcopis, ut interpretatur Ireneus lib. 3. cap. 14. Mileti prope Ephæsum circa regimen Ecclesiæ.

Septimum fuit, quando Apostoli congregati inesset diversitas in enunciatione Evangelij Canones quos, proprie Ecclesia nominat Symbolum Apostolorum, in quo Symbolo, ut jam vidimus in disputatione circa explicationem Missæ instinctæ Spiritus Sancti ab Apostolis adunatis juxta numerum Apostolorum duodecim articuli continentur; nam Petrus dixit, Credo in unum Deum Patrem omnipotentem; Joannes, Creatorem Cœli & terræ; Jacobus, Credo, & in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum; Andreas, Qui conceptus est de Spiritu Sancto natus ex Maria Virgine; Philippus, Passus sub Pontio Pilato Crucifixus mortuus & sepultus est; Thomas, Descendit ad inferos tertia die resurrexit à mortuis; Bartholomeus, Ascendit ad Cœlos sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; Mathæus dixit, Inde venturus est judicare vivos & mortuos; Jacobus Alphei, Credo in Spiritum Sanctum sanctam Ecclesiam Catholicam Sanctorum communionem; Simon Zelotes Remissionem peccatorum; Judas Jacobi, Carnis resurrectionem; Mathias, vitam æternam.

QUÆSTIO V.

Ad quem pertineat convocare Concilia Oecumenica.

GRavis nunc insurgit dificultas propter Maldiburgenses, & alios hæreticos qui volunt quod convocatio Conciliorum pertineat ad Imperatores, & Reges, pro quo.

Dico primo, quod ad solum summum Pontificem pertinet convocatio Conciliorum, non Imperatores.

Probatur primo à testimonio Marcelli Papæ epistola 1. ad Episcopos Antiochenæ Provinciæ ubi ait. *Apostolos eorumque successores inspirante Domino constituisse ut nulla Synodus fieret præter sedis Apostolicæ auctoritatem.*

Secundo ex epistola Julij Papæ ad Orientales Episcopos. Vbi ait. *Dudum ab Apostolis successoribus quod eorum imprefatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ actenus sancta & universalis Apostolica tenet Ecclesia non oportere præter sententiam Romani Pontifices Concilia celebrari, nec Episcopum damnari.*

Probatur 3. ex Nicena Synodo epistola ad Felicem 2. *Scimus* inquiunt *Patres illius in Nicena magna Synodo* 318. *Episcoporum ab*

omnibus concorditer roboratum non debere absque Romani Pontificis sententia Concilia celebrari, nec Episcopos damnari, licet hæc, & alia quam plura necessaria ab hæreticis qui nos quotidie infestãt, & perdere nituntur, ut facilius nos capere poßint, sint Synodica capitula incensa, nobisque sublata, &c.

Probatur 4. ex praxi Ecclesiæ contra primum Nycenum Conciliũ fuit indictum & Sylvestro Papa; ut testatur sexta Synodus actione 18. secunda Synodus Constantinopolitana, licet fuerit invito Damaso congregata. Rata tamen ab ipso habita fuit, ut patet ex vetusto codice Vaticano.

Synodus generales Ephesina contra Nestorium à Cælestino Papa fuit indicta, ut habetur act. 3. illius Synodi his verbis. *Has equidem etiam antequam Sanctißima hæc Synodus conveniret. Cælestinus primus magnæ Romæ Episcopus per litteras suas indicaverat Cyrilo quæ sanctißimo Deoque dilectißimo magnæ civitatis Alexandriæ Episcopo, ut suas vires subiret commiserat.*

Synodus generalis Chalcedonensis fuit celebrata authoritativè à Leone, ut patet act. 1. ubi diescoro prohibitum fuit sedere inter Episcopos, quia sine authoritate Pontificis Synodum. Facere autus fuisset, quod numquam licuit inquit Leo I. 2. Episcopi secunda Missiæ ad Leonem Imperatorem miserunt quod in Calcedonentium civitate multi sancti Episcopi convenerunt per sessionem Leonis Romani Pontificis qui vere caput est Episcoporum.

Quinta, Synodus Constantinopolitana numquam proligitima habita fuit à Justino Imperatore sine consensu vigilij Papæ congregata, donec ab ipso vigilio rata habita fuerit.

Sexta Synodus Constantinopolitana 3. contra Monothelitas indicta fuit ab Agathone Papa, patet ad 6. illius Synodi ad Imperatorem scripta. Synodus Nycena 2. fuit ab Adriano. I. Contra Iconoclaustas coacta. Synodus generalis Constantipolitana. 4. Sub Basilio Imperatore contra Photium fuit ab Adriano II. Congregata, ita de aliis, ut vidimus superius.

Probatur 5. ad illum solum spectat congregare Concilia generalia. Juridice, cui solus Christus concessit supremam in Episcopos totius orbis potestatem, ut soli Romano Pontifici hanc dedit potestatem. Ergo Major & Minor constant ex dictis superius. Nam potestas Imperatorum est mere secularis, non Ecclesiastica. Ergo non habent sufficientem authorita-

tem. Imo solus Pontifex potest punire Episcopos : qui nolunt venire, aut negligentes fuerint: ergo.

Dico 2. quod quando Papa unus, aut plures tempore Chismatis incerta laborarent electione, Ecclesia sufficientem haberet authoritatem convocandi generale Concilium. Nec non in casu Canonis. Si Papa hoc est si primatus fieret hæreticus. Hoc patet, est communis opinio Doctorum.

Dico 3. casu qua Papa esset Seclatissimus, & pessimus; tamen generale Concilium non posset convocari sine isto. Ista conclusio est contra Gersonem, Almainum, & alios qui docent non solum in casu Hæresis & Chismatis, sed etiam quando, Pontifex congregatus de coganda Concilio tenuit ipso invito posse congregari ubi Ecclesiæ necessitas postulat. Probatur conclusio quia S. Pontifex per scelera non admittit clavium supremam jurisdictionem ergo Concilium non posset convocari sine ipso. Probatur consequens quia convocatio Concilij ut vidimus est actus supremæ authoritatis, ergo pro perfecta notitia istius.

Sciendum est quod propter varios fines celebrantur Concilia: propter exortam aliquam hæresim: ut componantur dissidia. Religionis veritatis fidei explicentur propter quas prima 7. Concilia; celebrata sunt.

Secundo ad extinguenda Chismata inter Romanos Pontifices, ut in Chismatibus novati cum Cornelio, Ursinum cum Damaso, Laurentij cum Symacho Anacleti cum Innocētio II. Cadaloicum cum Alexādro II. & ob Chisma inter Benedictum XIII. Gregorium XII. & Joannem XXIII.

Tertio est ad emendationem abusuum. Ut ipsimet Pontifices aliquo crimine imposito purgentur, ut in causis Damasi, Symmachi, Leonis III. & IV. ob resistentiam communem hostis Ecclesiæ, tam externi quam interni, ut tempore Urbani II. Calixti II. Eugenij III. & aliorum pro bello contra sacra Can. ad deponendos aliquos Imperatores hæreticos, ut Concilia à Gregorio III. contra Leonē III. Ichonomacum à Gregorio VII. contra Henricum IV. ab Innocentio IV. contra Federicum II.

QUÆSTIO VI.

De personis vocandis ad Concilium generale.

Sciendum est quod inter personas alij sunt Clerici,

verum ; ut Monachos & seculares ac cæteros denique omnes qui hujus spectaculi causa , vel commune confluxerunt , vel in posterum forte confluunt ab eadem illos civitate omnibus modis submoveant , quando quidem non illis qui omnino necessarij non sunt sacrorum dogmatum examem aliquo tumultu impediret , & iis qui cum tranquilitate, & vestra sanctitate constitui : definiri que debent obstaculũ aliquod afferre , tunc rursus , ac diligenter prospiciat, neque gravior dissentio ex mutuo repugnandi studio coorta , & sane tempestatis inter debactata sanctissimæ vestræ Synodi consultatione exatioremque veritatis indagationem , quovis modo obturbit. Omitto epistolam Martiani Imperatoris in Concilio Chalcedonensi act. 6. & 7.

Probatur 3. habet votum decisivum in Concilij , vel sedere ut judicem quando agitur de rebus , fidei est actus jurisdictionis, sed laici in illis nullam habent jurisdictionem, quia ista jurisdictio est Ecclesiastica , non temporalis quam non habent laici. Ergo.

Objiciunt Hæretici primo. causa fidei est pro omnibus Christianis , & omnes tangit. Ergo ad omnes debet spectare, & approbari , quia Concilia repræsentant universalem Ecclesiam , ergo omnes debent interesse , saltem aliqui ex omni ordine , ergo.

Respondeo quod causa fidei omnes tangit , sed diverso modo prælatos , ut judices , alios ut subditos , & discipulos , deinde illud argumentum probret, fæminæ etiam deberent anteresse.

Dico 2 quod Legati Sedis Apostolicæ habent votum decisivum , etiamsi non sint Sacerdotes , quia illis summus Pontifex dat jurisdictionem. Ita omnes Cardinales , patriarchæ, primates , Archiepiscopi , Episcopi habent votum decisivum à jure , quia vere sunt judices secundum illud. *Visum est Spiritui Sancto & nobis* : & Actu Apostolorum cap. 20. *Attendita nobis , & universo gregi in quo Spiritus Sanctus posuit vos Episcopos regire Ecclesiam Dei.*

Advertendum est quod Patres in Conciliis debent præcedere ad definiendum ex aliquibus Principiis , & regulis , ut patet ex Concilio habito Hierosolimis act. 15. ubi sic habetur. *Conveneruntque Apostoli , & seniores videre de verbo hoc , cum autem magna conquisitio fieret surgens Petrus ad eos &c.* Unde.

Advertendum est 2. quod cum res in Conciliis definiendæ sunt in duplici deferentia , alias enim formaliter , & ad fidem

pertinet tanquam ejus dogmata, alia indirecte, & universaliter tantum, ut sunt plures conclusiones Theologiæ: ita diversa sunt principia, vel regulas quibus proceditur ad definiendum: dogmata enim fidei alia propriè non habent principia quam verbum Dei scriptum, aut traditum quibus ad æqualè comprehenditur divina revelatio quam cum sit sola ratio credendi debet esse tota ratio definiendi, quia Concilium non aliud definit, quam propositionem de quo est controversam esse à Deo revelatam, nec proponitur credendo, nisi sub illa ratione revelata ad quod explorandum, licet Theologici deserviant; Doctrinam alia non habent principia quam ipsamet fidei dogmata, quia vero conclusio Theologica est duplex. Una ex ultroque præmissa de fide, alia ex una de fide, & altera Philosophica seu rationis lumine evidens. In conclusionibus primi generis ducendis peritia Doctrinæ Ecclesiæ requiritur; scilicet historia Ecclesiastica, Patrum Conciliorum. In conclusionibus secundi generis necessaria est noticia illius partis Philosophicæ ad quam pertinet talis præmissa.

QUÆSTIO VII.

Quot sint Concilia generalia. Primo de Conciliis approbatis post Apostolos.

Concilia approbata sunt tantum 18. primum fuit Nycenum 318. Episcoporum sub Sylvestro Papa celebratum: Anno Domini 325. contra Arium negantem divinitatem in Christo, quia putabat suam hæresim in illis verbis scriptura. *Pater major me est.*

Secundum fuit Constantinopolitanum primum 150. Episcoporum sub Damaso Papa anno Domini 381. contra Macedonium negantem divinitatem Spiritus Sancti, quia inquiebat procedit à Filio, & Patre, ut mititur ab illis quod est signum dependentia; & inferioritatis.

Tertium est Ephæsinum primum. 200. Episcoporum sub Cælestino I. anno Domini 431. contra Nestorium admitentem duas in Christo personas, unam humanam aliam divinam.

Quartum fuit Chalcedonense 630. Episcoporum sub Leone I. anno Dominis 451. contra Eutichesem: Unum tantum in Christo naturam admittentem.

Quintum fuit Constantinopoli-

politanum 2. 165. Episcoporum sub vigilio anno Domini 552. in quo originis hæresis fuit damnata, & sedalæ sunt dissentiones quibus agitabatur Ecclesia ob Concilium Chalcedonense.

Sextum fuit Constantinopolitanum 3. Episcoporum 280. sub Agatone Papa anno Domini 630. ad damnandam hæresim Monethelitarum, unam in Christo voluntatem admittentem.

7. Fuit Nycænum secundum Episcoporum 350. sub Adriano I. anno Domini 787. adversus Iconomachos, id est sanctarum imaginum impugnatores.

8. Fuit Constantinopolitanum quartum: Episcoporum 383. sub Adriano 23. anno Domini 369. sub Adriano II. propter Tyrannicam depositionem. Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani, cui substitus fuerat potius contra sacros Canones cujus persuatione Græci contra Romanum Pontificem docuerunt, & odio. Habere Latinos, ut excommunicatos, eo quod adiderint. Symbolo Nycæno, & Constantinopolitano verbo ista. *Filioque*, tunc diviserunt se Græci & Latini, & eo tempore nulla fuere habita Concilia in Oriente.

9. Fuit Lateranense primum ferè mille Episcoporum, & Abbatum anno Domini 1122. sub Calixto II. contra Sarasenos pro recuperatione Terræ Sanctæ.

10. Fuit Lateranense 2. mille Episcoporum & Abbatum sub Innocentio II. anno Domini 1139. contra Leonem Anthipapam, & pro jure Cleri.

11. Fuit Lateranense 3. Episcoporum 300. sub Alexandro III. anno Domini 1179. contra Vvaldenses & pro reformatione Ecclesiæ.

12. Fuit Lateranense quartum Patrum 1285. ex quibus erant duo Patriarchæ Orientales Constantinopolitanus & Hierosolimitanus. Archiepiscopi 70. Episcopi 800. Abbates 12. Priores Conventuales 800. sub Innocentio III. anno Domini 1215. contra varias hæreses, & transubstantialis vocabulum in Sacramento altaris approbatum fuit.

13. Fuit Lugdunense primum sub Innocentio IV. anno Domini 1245. contra Federicum II. Ecclesiæ hostis declaratas Regno, & Imperio spoliatus fuit, actum etiam fuit de recuperanda Terra Sancta sub Ludovico Sancto Francorum Rege.

14. Fuit Lugdunense 3. Patrum ferè mille ex quibus erant Episcopi 500. Abbates 60. sub Gregorio X. anno 1274. contra Græcos definitum est Spiritum

QUÆSTIO IX.

Concilia partim approbata partim reprobata.

PRimum fuit Sardicense Episcoporum 376. tempore Julij I. Constantij anno 351. in quo 300. Episcopi Occidentales fidem Catholicam confirmarunt. Reliqui Episcopi Orientales hæresi Arrianæ adhæserũt.

2. Fuit Mirnense tempore Liberij, & Constantij Imperatoris anno 356. in quo Photini hæresis damnata est sed duæ formulæ fidei dissentientes additæ sunt unam ut Catholicam, aliam ut hæreticam reprehendit.

3. Fuit Quinisextum tempore Fergij Papæ circa: annum 688. quintum à dissolutione sexta Synodi Constantinopolitanæ 3. contra Monothelitas. Vocatur Quinisextum, quia non est quintum, nec sextum, sed Canones addidit 5. & 6. Synod. 102. Triolanos dictos à loco Palatij ubi celebratum fuit qui Canones dicuntur partim reprobati, quia non interfuit S. Pontifex, nec per se, nec per Legatos ideo Sergius, ut refert Beda in libro de 6. Cursibus hoc Concilium quod ipse vocat erraticum reprobavit; Partim vero approbati, quia aliqui ex illis fuere approbati postea à Pontifice, aut aliis Conciliis.

4. Fuit Concilium Francofordiense sub Adriano I. anno 794. ab eodem Adriano confirmatum quantum ad illam partem in qua definitur Christum non esse filium adoptivum, reprobatum vero quoad cultum imaginum impugnatum.

5. Fuit Concilium Constantiense Patrum fere mille ex quibus fuere Episcopi 300. annum 414. incoatum sub Joanne XXIII. anno 1418. finitum sub Martino V. istud Concilium non potuit dici in principio generale quia aderat tantum tertia pars Ecclesiæ: illi scilicet qui obediunt Joanni XXIII. alij Gregorio XII. & Benedicto XIII. electus Martinus declaravit se confirmare tantum decreta quæ, facta fuerant conciliariter more aliorum conciliorum, ut accidit in damnatione hæresum Vviclef. Et Joannis Hus 2. alia multa repropabit de quibus jam diximus superius.

6. Concilium fuit Balsilcense inchoatum anno 1431. & continuatum Basileæ, & Lausanæ 1449. quod Concilium, etsi fuerit legitime convocatum à

Martino V. contra Boëmorum errores, & eo mortuo Eugenius IV. confirmaverit illam Legationem Cardinalis Cæsar. & sic inter generalia resensetur: attamen quia posteriora non respondent prioribus, ideo ut optime, & doctissimè ait Duvallus Doctor Sorbonicus pietate, & doctrina insignis reprobatum est ab Eugenio IV. à Leone I. in Concilio Lateranensi, ejus decreta nullum robur habere declaratum est, quia inquit Duvallus non Concilium fuit, sed exercitum &c. Hæc sufficiant pro ista materia omnia ad majorem Dei gloriam.

DISPUTATIO IV.

De Deo loquente per traditiones Apostolicas.

VIII. FUNDAMENTUM.

CAlvinistæ, & Lutherani negant absolute traditiones quorum primum dogma est. Nihil præter scripturas sacras habere posse authoritatem Divinam. Maximinus Arrianorum Episcopus cum Augustino disputaturus dicebat. *Si de divinis quod est commune cum omnibus protuleris necesse, est audiamus, hæc vero voces quæ sunt extra scripturam nullomodo à nobis suscipientur.* Ita D. Augustinus libro contra Maximinum. Eutiches negat duas naturas in Christo. *Ait neque à Sanctis Patribus didici de duabus naturis.* Ita refertur in Concilio Calcedonensi actione prima. Pelagioni dicebant, *Credamus quod legimus & quod non legimus nefas credamus*; Ut videtur apud D. Augustinum. Libro de natura, & gratia, denique Macedoniani, & Ecenomeniani nolebant hanc vocem. *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, quia non continebatur in scriptura sacra, ut refert Sanctus Basilius in libro de Spiritu Sancto.

QUÆSTIO I.

An admittendæ sint traditiones Apostolicæ.

CAlvinistæ Lutherani affirmant, eaque proferrebant vivæ vocis oraculo Apostoli esse liberas asservationes ut ritus Sacramentorum.

Sciendum est quod novatores ad evertendam Doctrinam Apostolorum à quibus ut ab Ecclesia orta est veritas traditionum, assumebant pro funda-

mento Christum totum quod necesse erat ad fidem docuisse, & nihil Spiritui Sancto reservatum. Ita Calvinus libro quarto institutionum cap. 8. quod apparet falcissimum ut videre est in actis Apostolorum.

Sciendum est 2. quod S. Augustinus refert lib. 1. de consensu Evangelij cap. 8. 9. & 10. aliquos gentiles existimasse Apostolos scriptis accepisse à Christo quod docuerunt, non viva voce, & postea per modum epistolæ docuisse: totus igitur scopus istius quæstionis consistit in hoc, an sint aliqua à Deo specialiter ordinata. Quæ in scripturis sacris non extant, an non.

QUÆSTIO II.

An sit de fide quod admittendæ sunt traditiones.

Dico quod dantur traditiones quas sequi debemus in Ecclesia Catholica. Probatur primo, dantur in Ecclesia traditiones si fideles in lege naturæ. In lege scripta: in lege veteri in lege nova fidei dogmata tradiderunt, & nunc credantur, & quidem ad salutem necessaria. Quæ non continentur in libris Canonicis, sed hoc est, quia certum est quod ab Adamo usque ad Moysem nulla fuit scriptura, Canonica, atqui fideles legis naturæ multa credebant ad salutem necessaria, ut Deum fecisse Mundum. 2. Judæi in lege scripta multa tradiderunt ad salutem necessaria, quæ non continebantur in libris Canonicis; nam credebant omnes libros, qui continebantur in eorum Canone esse Divinos. Pueros, ac pullas concipi in peccato originali, fideles novi testamenti credunt fide divina quatuor Evangelia. In Christo duas naturas: ipsimet hæretici credunt quatuor esse Evangelio Filium Dei esse consubstantialem Patri, & alia multa: quæ tamen non exstant in scriptura sacra ergo.

Respondent quod licet non sint scripta, deduci tamen possunt ex scriptura sacra. Contra. conclusio quæ deducitur à Majori ad Minus non nititur Principio revelato. ergo non potest esse de fide, quia ut conclusio sit legitima debent prædicatum, & subjectum esse idem inter se, quia fuerunt identificata uni tertio in præmissis, atqui illud principium non est revelatum; neque continetur in scriptura sacra, ergo illa conclusio non est de fide.

Probatur 2. Joanni cap. ulti-

mo. *Sunt alia multa inquit quæ fecit Iesus quod si scribantur per singula ipsum mundum capere non posse eos qui scribendi sunt libros.* Lucæ 24. versu 22. dicitur. *Christus incipiens à Moyse & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant*: Tamen in particulari nescimus quænam loca sit interpretatus.

Probatur 3. actuum Apostolorum cap. 1. dicitur. *Apostolis præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies 40. apparẽs eis loquens de Regno Dei.* Tamen quid dicerit nescimus per scripturas ergo 1. Corinthiorum undecimo ait Apostolus. *Laudamus vos quia per omnia memores mei estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis.* 2. Ad Thesalanicenses 2. dicitur. *Itaque fratres state, & sancta traditiones quas didicistis, sive per sermonẽ, sive per epistolam.* 2. Ad Thimoteum. *Quæ audistis inquit me per multos testes hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei erant alios docere.* Sanctus Joannes ait epistola 2. cap. 1. *Multa habuit tibi scribere sed nolui per atramentum, & calamum scribere tibi, spero autem protinus se videre, & ad os loqui.*

Probatur 4. ex Sancto Ignatio Martyre tertio post Petrum Antiochenem Ecclesiæ Episcopo. *In ullo forte inquit clypeo muniri posse discipulos suos quam traditionibus adversus hæreses.*

Probatur 5. ex Sancto Dyonisio Areopagita libro de Ecclesiastica, Hierarchia, cap. 1. *Quocirca inquit primi illi hierarchiæ nostræ duces, ac Principes cum & ipsi divina bonitate, plena, cumulatesque sanctum hoc munus accepissent, & divina begninitate ejus quod posteros præparandi, prærogandique causa mitti essent iidem uti decet divini Pastores ad Ecclesiæ, & divinitatis similitudinem traducere cuperent, ita partim scriptis, & partim non scriptis suis institutionibus ex sacro sanctis legibus nobis tradiderunt.* Toto hoc libro ritus Sacramentorum exponit quos docet ab Apostolis esse acceptos quos non existant in scriptura sacra.

Probatur 6. ex Sancto Justino Martyre secundi sæculi Apologia pro Christianis, postquam exposuit multa de Apostolis in alia quædam non scripta de divinis scripturis ut quod conveniant singulis dominicis, consacretur panis, & vinum, aqua temporatum, & quod non liceat Eucharistium sumere, nisi post baptismum, subiungit postea die Saturni qui est dies solis cum Apostolis, discipulisque suis apparuisse hæc istis tradidit, qui nobis quoque tradenda per-

mittimus.

Probatur 7. ex Tertulio qui vixit 3. Sæculo libro de scriptionibus cap. 19. 20. & 21. ait. *Harum similium disciplinarum si legem expostules scripturarum nullam invenies. Traditio tibi prater detur autrix consuetudo confirmatrix, fides observatrix.*

Probatur 8. Clemens Alexandrinus Origenes magister pantini discipulus in libro quem de pascha composuit ait. *Se à familiaribus suis compulsum, ut traditiones quas à veteribus Præsbyteris accepisset litteris prodire ad posteritatem.* Origenesque cap. 6. epistola ad Romanos. *Ecclesia inquit ab Apostolis traditionē accepit etiam parvulis baptismum dari.* S. Cypr. lib. 2. epist. 3. *Docet Dominicam esse traditionem, ut Calicis vino admittatur aqua in sacrificio.*

Eusebius Episcopus Cæsariensis libro de demonstratione Evangelica cap. 8. qui vivit in 4. sæculo ait. *Ceterum Moyses in Tabulis inanimatis Christus autem in mentibus vita præditis perfecta novi Testamenti documenta descripsit: ejus vero discipuli ad magistri sui nutum auribus multorum doctrinam suam commendantes quoscumq; quidem voluit ultra abitū progressis à perfecto ipsorum magistro precepta fuerant ex iis qui capere poterant tradiderunt, quæcumq; vero iis cōvenire arbitrabantur qui animas adhuc efectibus obnoxias gererent curationesq; indigenter ex ipsis ad imbecillitatem, partim litteris, partim sine litteris quasi jure quadam non scripto servandæ commendarunt.*

S. Athanasius Episcopus Alexandrinus libro 1. de decretis Nicenæ Sinodi S. Hilarius Pictavorum Episcopus libro adversus Constantium. Augustus Sabatilius Magnus Archiepiscopus Cæsariensis libro de Spiritu Sancto cap. 27.

S. Augustinus quinti sæculi sess. 2. cap. 3. ait. *Quem credo ex Apostolica traditione venientem, sicut multa non in litteris eorum, neque in Conciliis posterorum; tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur.*

Probatur 9. habemus tantum ex traditione pueros esse baptisandos. Baptisatos ab hæreticis non esse rebaptisandos. Pascha esse celebrandum die Dominica post decimam quartam Lunæ Martij, certum & determinatum esse numerum Sacramentorum, quod talis materia in illis sit servanda.

Probatur 10. admittendæ sunt traditiones in Ecclesia, si Deus voluit eam gubernari non solum per verbum. Scriptum, sed per non scriptum, sed ita Deus voluit. Ergo, probatur Minor,

quia in novo testamento Christus nihil scripsit, nec quidquam scribi voluit, sed tantum præcepit Evangelium prædicari omni creaturæ. Imo Apostolis diu prædicarunt antequam scriberent, ergo cum traditio ad vocem pertineat, debet prius fieri traditio, quam scriptio ergo tota lex Evangelica consistit primò in traditione; imo Apostolis præcepit Christus omnia dogmata tradere, non scribere: quia tamen præcepit ut prædicarent ergo per traditionem inculcarunt Christ.

Probatur ultimo nullum efficacius habemus Fundamentum, quam odium hæreticorum erga traditiones quas Sancti Patres opugnarunt; Nam signum est quod in Ecclesia semper fuere amissas traditiones cum fuerunt impugnatæ, & defensæ à Patribus suis, ut vidimus.

Pelagius qui vixit ann. 415. cæpit docere peccatum originale non esse in hominibus. Sine gratia Dei posse impleri omnia habemus ex traditionibus.

Nestorius Episcopus Constantinopolitanus qui vivit circa annum 430. cæpit dicere B. Virginem non esse matrem Dei. In Christo duas esse personas, quia non erat in scriptura sacra.

OBIECTIONES Adversariorum.

OBjiciunt primo ad Galatas cap. 1. *Licet nos, aut Angelus de Cœlo Evangeliset nobis præterquam quod Evangelisavimus nobis anathema sit.* 2. *ad Thimoteum cap. 3. omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum, in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Respondeo ad primum, quod illa vos præter Græca significat tradtiones, aut enim non sunt contra, & hoc apparet in Divo Paulo ad Romanos 16. ubi sic ait. *Rogo vos Fratres ut observetis eos qui dissentiones, & offendicula præter doctrinam quam didicistis faciunt, & declinate ab illis.* Respondeo 2. quod Apostolus non loquitur solum de verbo scripto, sed de aliis quæ didicerunt vivæ vocis oraculo ad aliud totum admittimus, ut verba sonant.

Objiciunt 2. Deutonomij cap. 3. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferatis ex eo, & cap. 12, quod precipio tibi hoc tantum facito Domino non addes quidquam, nec minus.*

Respondeo quod hæc duo loca non possunt habere hunc sensum quem volunt hæretici: nam

nam David absque ullo scripturæ mandato constituit cantores in Organis Musicorum, David, Salomon variis imaginibus: Templum ornatum, ergo 26. quod intelligi debent de verbo Dei scripto, & non scripto; Nam Moyses dicit non addetis ad verbum quod loquor.

Objiciunt 3. Esaias cap. 29. *In vanum colunt me docentes mandata & doctrinas hominum.* Ubi videmus damnari traditiones per doctrinas hominum. 2. Mathæi 15. dicitur. *Irritum fecisses mandatum Dei propter traditiones vestras.* 3. Collocenses. 2. *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & Inarum Fallacium secundum ordinationem hominum.* 4. 1. Petri. 1. *Redempti estis de vana vestra conversatione Paternas traditiones.*

Respondeo ad illa omnia, vel similia, quod de traditionibus Judæorum generalium quia pugnabant ex fide Christiana & vocantur fabulæ, & Philosophia inanis, non de traditionibus laudabilibus.

Objiciunt 4 ex S. Cycilio lib. 12. in Joanem cap. ultimo ait. *Non omnia quæ Dominus fecit conscripta sunt, sed quæ scripta sunt tam ad mores, quam ad dogmata sufficere potuerunt* 2 ex D. Chrysostomo Homilia 3. in 2. ad Thesalonicenses. *Quæcumque necessaria sint, idest ad salutem manifesta sunt ex divinis scripturis* 3. S. Augustinus libro 20. de Doctrina Christiana cap. 9. ait. *in his quæ appertè posita sunt in scriptura in veniuntur illa omnia quæ continent fidem, moresque vivendi.*

Respondeo quod sufficientia de qua loquantur, sunt Patres respectu sacræ scripturæ 1. non excludit traditiones 2. loquuntur de sufficientia respectu particularium fidelium non respectu universalis Ecclesiæ.

Objiciunt 5. fides procedit ex verbo Dei, & Christo juxta illud Apostoli. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Ergo Respondeo tantum nego; dico multæ sunt falsæ historiæ, & traditiones: ergo Resp. quod non impedit quin non dentur veræ.

Objiciunt 6. S. Ireneus libro 3. cap. 1. *Non etiam per alios dispositionem salutis nostræ cognovimus, quam per eos per quos Evangelium prevenit ad nos quod quidem tunc præconiaverunt, postea; vero per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt fundamentum, & columnam fidei nostræ futurum,* ubi vides quod S. Ireneus & alij putarunt quod omnia quæ sunt ad salutem. Necessaria, & ad mores esse scripta.

Respondeo quod solum S. Ireneus dixit, quod scripserunt

Evangelium quod prædicaverunt, quod non excludit aliud 2. quod prædicaverunt, quod ſcripſerunt quoad ſalutem neceſſaria, & quoad mores pro particularibus, non pro univerſali Eccleſia.

Objiciunt 7. quod magna errorū aperiatur janua, quia qui non intelligeret ſcripturas confugeret ad prædictiones ſæpè falſas. Reſp. quod ſicut ex malo uſu ſcripturorum oriuntur hæreſes, ita ex traditionibus quod nihil facit contra nos.

DIVISIO traditionum.

SCiendum eſt primo quod traditio Apoſtolica definitur obſervantia ſacra, vel ſalutaris ab Apoſtolis primum inſtituta, & viva voce tranſmiſſa fidelibus ad ritus Religioſos, moreſve fidelium formandos pro quo.

Nota, quod Apoſtoli ſancti ſunt duobus officiis in Eccleſia. Uno præconum pro iis quas à Chriſto tam pro fide, quam pro moribus expreſſe mandata erant, alio Paſtorum, & Epiſcoporum priori modo traditiones promulgarunt, quarum aliæ ſunt divinæ; Aliæ internæ ſecundum modum quo ipſis factæ ſunt, ut loquitur Apoſtolus ad Theſſalonicenſes 2. *Quoniam à nobis accepiſſetis verbum auditu Dei accepiſtis illud, non ut verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei*: Poſteriori vero ſunt traditiones quæ proveniunt ab ipſis, ut paſtoribus, ſicut ſunt ritus ceremoniæ Miſſæ, Sacramentorum &c. Traditio Eccleſiaſtica, eſt obſervantia ſalutaris quæ ſenſum optinuit vim legis vel ſpontaneæ conſuetudinis, quatenus poſt Apoſtolorum tempora multa fuere à Summis Pontificibus, & Sacris Conciliis tradita, vel pie modum legis, ut obſervatio feſtorum, abſtinentia à carnibus. Vel per modum ſpontaneæ conſuetudinis, ut mos formandæ crucis, aquæ benedictæ aſperſionis, benedictio cynerum.

Traditiones primò dividi poſſunt in legitimas, & in illigitimas. Legitima eſt doctrina ad Religionem. Pertinens quæ ab habentibus in Eccleſia authoritatem viva voce communicant, & per modum legis ſtabilitur. Illigitima contra, ut ſunt omnes illæ quas hæretici introduxerunt in novo teſtamento, & Phariſæi in veteri teſtamento, hujuſmodi illigitimæ traditiones originem ſumpſere Jammai Killet, Akiba, & aliis qui legem corruperant.

Secundo legitimæ traditiones

dividuntur in traditiones legis naturæ, legis scripturæ, sive Mosaycæ, & legis gratiæ, sive Evangelicæ.

Tertio in nova lege triplex potest statui traditio fidei, rituum, & morum. Traditio fidei est vivæ vocis doctrina fidei in posteros. Transfusa, ut quod tota scriptura veteris, & novi testamenti sit verbum Dei, quod septemnarius sit Sacramentorũ numerus, quod parvuli sint baptisandi, quod baptisati ab hæreticis non sint rebaptisandi. Quod fuerit Maria Virgo, & Trinitas personarum. In divinitate, nec plures, nec pauciores, processio Spiritus Sancti à Patre & Filio, quæ omnia absque traditione non possunt definiri contra hæreticos.

Traditio rituum est vivæ vocis doctrina ceremoniarum, Missæ, Sacramentorum, & Sacramentalium, in posteris transfusa, ut quod in Calice debent misceri aqua vino. Trina immertio in baptismo, exsublatio. Unctio.

Traditio morum, & vivæ vocis doctrina festorum jejuniorum, & observantiarum salutarium in posteros transfusa. Ut celebratio Paschæ post decimam quartam Lunam Martij. Jejunium quadragesimate dies Dominica servanda.

Tertio traditiones a''æ sunt divinæ sivè Dominicæ, aliæ humanæ quæ sunt Apostolicæ, & Ecclesiasticæ, sic proprie aliæ sunt divinæ, aliæ Apostolicæ, aliæ Ecclesiasticæ.

Traditio divina est doctrina ad Religionem pertinens divinitus hominibus revelata ab iis viva voce in posteros transfusa absque scripto Authoris a giographis quæ est duplex. Interna, & externa, ut patet in Concilio Tridentino sess. 4. in decreto de libris Canonicis. Scriptis, & sine scripto traditionibus, quas ab ipso Christi ore ab Apostolis accepto, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi permanens tradita. Ad nos usq; pervenerunt.

Traditio divina interna est fidei doctrina à Spiritu Sancto interius dictante Apostolis, & ab iis viva voce transmissa. Fidelibus absque scripto Actoris Agimgraphi ut de perfecta Virginitate Virgines, de invocatione sanctorum.

QUÆSTIO III.

Quanta sit traditionum Authoritas.

Dico primo quod traditiones divinæ sunt infallibils Authoritatis ad Catholicam, &

veram fidei Religionisque doctrinam confirmandam, & comprobandam.

Probatur primo: illud omne quod est à Deo revelatum, sive scriptum sit, sive non scriptum est infallibilis authoritatis, sive pertineant ad fidem, sive ad mores, sed traditiones divinæ sunt à Deo revelatæ, alioquin non essent divinæ, ergo sunt infallibilis authoritatis.

Probatur 2 hæreticos non alia ratione sancti Patres confutarunt negantes traditiones, nisi quia traditio divina non minus est verbum Dei, quam sacra scriptura, sed sacra scriptura est infallibilis authoritatis ergo per accidens etiam est quod verbum Dei sit scriptum, & est de fide; quia sunt tam verbum Dei, quam verbum scriptum ut supponimus. 2. Quia pertinent ad finem fidei ut verbum scriptum.

Dico 3. traditiones divinæ quoad nos sunt aliqualiter majores authoritates, quam sacra scriptura.

Probatur primo quia traditiones divinæ sunt aliquo modo causa cur scriptura sacra recipiatur, & in illis fundatur judicium & magisterium Ecclesiæ notitias proponentis propter quod dicit D. Augustinus. *Evangelio non crederem, nisi Ecclesiæ Catholicæ commoveret authoritas.* Ergo quod est causâ causæ est magis credibile quam causatum.

Probatur 2. magis dependet authoritas scripturarum ex legitimo illarum sensu, quam ex veteribus, sed sine traditionibus non potest nobis de tali sensu constare, ergo quoad nos majorem habent authoritatem traditiones, quam sacra scriptura; imo semper Concilia, & Sancti Patres uti sunt illis ad firmandam scripturam sacram, & nobis ignotescendam.

Dico quarto: traditiones Ecclesiastica non possunt esse judex controversiarum fidei quod probatur iisdem eorum argumentis, ac probatur quod sola scriptura tota non possit esse supremus judex controversiarum quæ oriuntur inter Christianos circa fidem actionem, sed solam Ecclesiam.

Dico quinto tam scriptura, quam traditiones sunt adæquata fidei regula; quia solum Dei verbum, & doctrina divinitus revelata est adæquata fidei regula credenda, sed sola scriptura, & traditiones sunt verbum Dei revelatum ergo quia nihil credere debent nisi quod ista duo nobis proponunt credenda supposita tamen Ecclesiæ approbatione.

V. FUNDAMENTUM.

DISPUTATIO XXIV.

De Deo justificante.

DIvo Thomas tractat. iſtam materiam in 1. 2. art. quæſtione 109. uſque ad quæſtionem 114. circa quam Lutherani, & Calviniſtæ varios habent errores. Primo dicunt quod gratia juſtificans non eſt quid creatum intrinſcece inhærens animæ; ſecundo quod non ita peccatores juſtificari, ut de facto tollantur eorum peccata, & illam juſtificationem conſiſtere in juſtitia Dei, vel Chriſti per fidem cognita, quæ à Deo nobis gratis imputatur, & ad illam nullam requiri diſpoſitionem, ſed tantum fidem. Ergo per merita Chriſti quibus peccata teguntur, ut ad pœnam non amplius imputentur, & ſic hominem in hac vita poſſe] eſſe certum quod habeat fidem: propterea dicebat Lutherus. Tam Sanctus ſum quam Beata Virgo Maria, ſi habeam fidem. Tertio negant eſſe ullum meritum proveniens à gratia in genere cauſæ efficientis.

QUÆSTIO I.

Utrum detur gratia quæ ſit quid creatum & intrinſece inhærēs animæ.

NOtandum eſt, quod juſtificatio quæ à juſtitia dicitur: tres habet ſignificationes 1. eſt quod idem ſit ac judiciaria declaratio quæ vocatur juſtificatio forenſis ad inſtar parlamentarum quæ judicant, vel abſolvunt Reos. Juxta illud Iſaiæ: *Ve vobis qui juſtificatis impium pro muneribus.* 2. Eſt quæ ſignificat acquiſitionem per quā homines ex peccatoribus juſti fiunt per juſtitiæ, & gratiæ infuſionem, quæ ſignificat motum, ſive tranſitum à ſtatu peccatoris ad ſtatum gratiæ. 3, Sumitur pro incremento, & augmento juſtitiæ, & gratiæ.

Fundantur Lutherani duplici authoritate Apoſtoli. Prima ſumitur ad Romanos 5. *Iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in juſtificationem.* Ubi Apoſtolus apponit juſtificationem condemnationi, ſed condemnatio eſt verbum forenſe conſiſtens in hoc, quod quis declaratur dignus tali pœna, vel ſupplicio propter tale delictum, ergo

veram fidei Religionisque doctrinam confirmandam, & comprobandam.

Probatur primo: illud omne quod est à Deo revelatum, sive scriptum sit, sive non scriptum est infalliblis authoritatis, sive pertineant ad fidem, sive ad mores, sed traditiones divinæ sunt à Deo revelatæ, alioquin non essent divinæ, ergo sunt infallibilis authoritatis.

Probatur 2. hæreticos non alia ratione sancti Patres confutarunt negantes traditiones, nisi quia traditio divina non minus est verbum Dei, quam sacra scriptura, sed sacra scriptura est infallibilis authoritatis ergo per accidens etiam est quod verbum Dei sit scriptum, & est de fide; quia sunt tam verbum Dei, quam verbum scriptum ut supponimus. 2. Quia pertinent ad finem fidei ut verbum scriptum.

Dico 3. traditiones divinæ quoad nos sunt aliqualiter majores authoritates, quam sacra scriptura.

Probatur primo quia traditiones divinæ sunt aliquo modo causa cur scriptura sacra recipiatur, & in illis fundatur judicium & magisterium Ecclesiæ notitias proponentis propter quod dicit D. Augustinus. *Evangelio non crederem, nisi Ecclesiæ Catholicæ commoveret authoritas.* Ergo quod est causa causæ est magis credibile quam causatum.

Probatur 2. magis dependet authoritas scripturarum ex legitimo illarum sensu, quam ex veteribus, sed sine traditionibus non potest nobis de tali sensu constare, ergo quoad nos majorem habent authoritatem traditiones, quam sacra scriptura; imo semper Concilia, & Sancti Patres uti sunt illis ad firmandam scripturam sacram, & nobis ignotescendam.

Dico quarto: traditiones Ecclesiastica non possunt esse judex controversiarum fidei quod probatur iisdem eorum argumentis, ac probatur quod sola scriptura tota non possit esse supremus judex controversiarum quæ oriuntur inter Christianos circa fidem actionem, sed solam Ecclesiam.

Dico quinto tam scriptura, quam traditiones sunt adæquata fidei regula; quia solum Dei verbum, & doctrina divinitus revelata est adæquata fidei regula credenda, sed sola scriptura, & traditiones sunt verbum Dei revelatum ergo quia nihil credere debent nisi quod ista duo nobis proponunt credenda supposita tamen Ecclesiæ approbatione.

V. FVNDAMENTVM.

DISPVTATIO XXIV.

De Deo justificante.

DIvo Thomas tractat. istam materiam in 1. 2. art. quæstione 109. usque ad quæstionem 114. circa quam Lutherani, & Calvinistæ varios habent errores. Primo dicunt quod gratia justificans non est quid creatum intrinsecce inhærens animæ; secundo quod non ita peccatores justificari, ut de facto tollantur eorum peccata, & illam justificationem consistere in justitia Dei, vel Christi per fidem cognita, quæ à Deo nobis gratis imputatur, & ad illam nullam requiri dispositionem, sed tantum fidem. Ergo per merita Christi quibus peccata teguntur, ut ad pœnam non amplius imputentur, & sic hominem in hac vita posse esse certum quod habeat fidem: propterea dicebat Lutherus. Tam Sanctus sum quam Beata Virgo Maria, si habeam fidem. Tertio negant esse ullum meritum proveniens à gratia in genere causæ efficientis.

QUÆSTIO I.

Vtrum detur gratia quæ sit quid creatum & intrinsece inhærēs animæ.

NOtandum est, quod justificatio quæ à justitia dicitur: tres habet significationes 1. est quod idem sit ac judiciaria declaratio quæ vocatur justificatio forensis ad instar parlamentarum quæ judicant, vel absolvunt Reos. Juxta illud Isaiæ: *Ve vobis qui justificatis impium pro muneribus.* 2. Est quæ significat acquisitionem per quā homines ex peccatoribus justi fiunt per justitiæ, & gratiæ infusionem, quæ significat motum, sive transitum à statu peccatoris ad statum gratiæ. 3. Sumitur pro incremento, & augmento justitiæ, & gratiæ.

Fundantur Lutherani duplici authoritate Apostoli. Prima sumitur ad Romanos 5. *Iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem.* Ubi Apostolus apponit justificationem condemnationi, sed condemnatio est verbum forense consistens in hoc, quod quis declaratur dignus tali pœna, vel supplicio propter tale delictum, ergo

etiam justificatio consistit in sententia declaratoria quæ quis absolutus est à debito. Consequentia est vera, quia oppositorum eadem est ratio ex Apostolo. 2. 1. Corinthiorum 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, qui enim judicat me Dominus est.* Id est tunc cum justificatus quando Deus justum me judicat seu declarat, ergo.

Dico primo, quod ad justificationem necessarius est in Deo actus voluntatis, qui sit dilectio in ordine ad finem supernaturalem seu acceptio ad gloriam, ut homo sit illi gratus qui actus dicitur gratia increata, sive uno verbo opportet ut Deus prius diligat nos ad hoc ut scimus justi.

Prima pars ab omnibus admittitur. Secunda pars habet suam difficultatem in hoc, quod aliqui Doctores tenent quod illa dilectio Dei non possit dici gratia increata, & fundantur authoritate D. Augustini lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 10. & lib. de bono perseverantiæ cap. 14. ubi comparat prædestinationem, & gratiam sicut causam, & effectum. D. Tho. vero tenet illam dilectionem esse quid increatum 12. q. 110. art. 1. & 3. p. q. 2. art. 10. quia primo sic loquuntur scripturæ. Lucæ 1. 11. 3. *Ait Angelus ei ne timeas Maria invenisti gratiam apud Deum*. Ephes. c. 1. & 2 Timoth. cap. 1. 11. 2. *Gratia misericordia, & pax à Deo, Patre & Christo Iesu Domino nostro.* Secundo, quia id Ratio probat, adæquata ratio cur aliquid dicatur gratia, est quia gratis fit, & efficit gratis nos gratos Deo, sed Deus ab æterno gratuito nullis præcedentibus meritis homines dilexit, & hæc dilectio est causa efficiens primaria, cur homines sint Deo grati, & accepti ergo est vera gratia.

Ad authoritatem D. Aug. dico quod ibi sumit gratiam stricto modo, quatenus est effectus prædestinationis, vel dilectionis æternæ in ordine ad finem supernaturalem.

Dico 2. quod gratia gratum faciens, qua sumus formaliter Deo grati est quid creatum, & inhærens animæ justi.

Probatur primo, ex Concilio Trid, sess. 6. cap. 7. nec non Canone 11. *Si quis dixerit homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione exclusa gratia, & charitate quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum infundatur esse tantum favorem Dei anathema sit.*

Probatur 2. ex S. Cyrillo lib. 4. comment. in Isaiam, & orationem primæ ubi explicans il-

lud Pauli ad Galathas. *Filioli quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis ait.* Formatur autem in nobis Christus S. Spiritu nobis divinam quandam formam per sanctificationem, & justitiam indente; sic enim in animis nostris elucet character substantiæ Dei & Patris reformante ut dixi Sancto Spiritu nos per sanctificationem in id ipsum.

Probatur 3. in scriptura, sancta vocantur gratia pleni, ut Lucæ 1. act. item gratia ipsa vocatur decor, & ornamentum animæ, & psalmo 44. comparatur sigillo unctioni fonti, & semini. Joannes 4. 2. Corinth. 1. 1. Joannis 2. & 3. dicitur denique donari, difundi in cordibus creari, esse in nobis, manere inhabitare, amitti Rom. a. 3. 2. Corinth. 1. & 6. Tessaloni. 51. Joann. 4. 1. Petri 5. ergo.

Probatur quarto rationibus prima sumitur ex D. Tho. 12. q. 110. art. 1. in corpore item 3. p. q. 86. art. 2. item lib. 3. contra gentes cap. 150. & in 2. sensum distinet 26. art. 1. ubi fundat suam probationem supra naturam amoris qui nessessario respicit bonitatem, & ad eam terminatur, ut ad objectum, ita ut diligere nil sit aliud, quam velle bonum ei qui amatur quæ ratio sic formatur.

Datur gratia in hominis anima, si de facto Deus ipsum diligat, sed Deus diligit hominem justum, ergo datur gratia creata animæ inhærens: probatur ma. Quia Deus non potest diligere hominem, nisi ponat in ipso aliquid quod sit objectum sui amoris, alioquin nil amaret, sed illud est bonum factum bonum per gratiam productam à Deo, ergo illa omnia sunt clarissima.

Probatur 2. amor Dei erga aliquam creaturam est amor effectivus, non affectivus, ergo efficit, ergo producit aliquod bonum quod est gratia reddens hominem ipsi gratum.

Probatur 3. sicut quando Deus nos amat amore naturali producit existentiam, & alias perfectiones naturales in nobis ad hoc ut ille amor terminetur ad aliquid, ergo quando nos amat amore supernaturali producit in nobis aliquod bonum supernaturale ad quod terminetur, ergo paritas est adæquata.

Probatur 4. ratione, datur de facto gratia in anima justi per dilectionem Dei, si eo ipso ac justus diligitur habeat jus ad gloriam, si vocetur corona, justitiam, merces, præmium, sed sic est, quia eo ipso quod est gratus Deo habet jus ad hereditatem sed tale jus non potest

[illegible] habent ali-[illegible] tribuens, [illegible] quæ potest [illegible] ad beatitudinem, [illegible] scripturis vocatur coro-[illegible] hæreditas. Debet [illegible] per aliquid supernaturale [illegible] intrinsece inhærens, exis-[illegible], quod appellatur gratia sanctificans per quam homines vere efficiuntur Filij Dei, & heredes ejus.

Probatur 5. Ratione, id per quod homo formaliter dicitur justus, & denominatur talis debet esse aliquid ipsi intrinsece inhærens, sed quando homo justificatur vere formaliter denominatur justus, ergo major est certa, quia denominatio formalis provenit à forma intrinseca, sicut privatio sumitur à negatione formæ. Mi est certa quia homo vere quomodocumque remittantur ipsi peccata denominatur justus, cum formaliter habent juste ad gloriam ergo.

Dico 3. gratia justificans est forma accidentalis, non subs-tantialis, & est de fide contra Osiandrum hæreticum in sua harmonia Evangelica, ubi asserit gratiam esse potius substantiam, quam qualitatem.

Totum fundamentum est, quia quid est in Deo Deus est, propterea inquit gratia per quam justificamur est substantia.

Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 6. ubi loquēs de hac gratia dicit. Iam nobis inhęrere, in alio autem propria accidenti. ergo.

Probatur 2. omnis substantia, vel est creata, vel increata, non potest esse creata, quia nulla substantia creata potest esse ordinis supernaturalis, nisi sit ipsemet Deus, & sic esset creata, & non esset, ut probat D. Tho. non potest esse increata quia ut videbimus, illa esset Deus: nullus autem potest fieri formaliter justus per ipsum Deum ergo.

Dico 4. cum gratia sanctificante infunduntur tres personæ divinæ quæ inhabitare incipiunt in anima justi, & est de fide, licet modus quo loquuntur doctores non sit.

Ista conclusio patet Joannis 14. *Si quis diligit me sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, apud eum veniemus & mansionem apud eum faciemus* 2. Joannes epistola 1. cap. 2. ait. *Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in illo.* 3. Ex D. Paulo ad Romanos 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datur est nobis.*

Pro quo sciendum est, quod Deus præter communem presentiam quæ Deus est in omnibus

bus rebus, quam alij restringunt ad præsentiam objectivam, qua ut objectum cognitum, & amatum in mente justi tanquam in templo colitur, alij ad novam, & realem, ita ex gente perfecta amicicia Dei Deus, & homo justus sed illigunt, ita ut si Deus non esset ubique ratione immensitatis, aut per gratiam: tamen constitueretur in homine justo taliter presens ratione gratiæ, ut de facto habitaret personaliter.

Sciendum est 2. quod quamvis personæ divinæ dicantur cum gratia justificante & ejus donis non solum presentes objective, sed etiam reali presentia animam inhabitare per illam tamen presentiam realem homo non est formaliter gratus tanquam per causam formalem, cum Deus non possit esse forma informans, nec possit uniri, ut subsistentia sicut unitum est verbum Divinum humanitati, quæ absque ulla alia gratia dicta est humanitas grata gratitudine personali, sed tres personæ divinæ sunt in anima, ut terminus & objectum amoris, sive ut res amata sit realiter unita, & conjuncta amanti; gratia vero qua sumus formaliter grati Deo est inhærens animæ & faciens nos objectum congruum, & proportionatum dilectionis divinæ.

Sciendum est 3. quod hæretici quando argumentantur contra nos circa istam materiam, falluntur, primo in hoc quod confundunt gratiam in tota sua latitudine cum gratia stricte sumpta; licet enim gratia in sua latitudine possit se extendere ad aliquid extrinsecum; ut est prædestinatio, dilectio Dei æterna; non vero si sumatur limitate pro dono quo sumus formaliter Deo grati.

Secundo confundunt sensum causalem cum formali; ut ergo dicitur Exodi 30. *Ipse est vita sua, & longitudo dierum tuorum*, hoc non potest intelligi, nisi causaliter, non formaliter; id est quod Deus est causa vitæ tuæ, causa longitudinis dierum tuorum; non vero, formaliter ut volebant priscillianistæ teste Leone I. epistola 91. & 93. ad Turibium.

Tertio confundunt gratum esse Deo per dilectionem Dei qua sumus formaliter dilecti cum dilectione qua sumus objectum proportionatum, ut diligamur inter quas dilectiones, est magnum discrimen; nam concedo quod prima dilectio potest esse tantum in nobis denominatio extrinseca: non vero secunda quæ est bonitas rationis cujus objectum aliquod est proportionatū, ut diligatur à Deo,

mo. *Sunt alia multa inquit quæ fecit Iesus quod si scribantur per singula ipsum mundum capere non posse eos qui scribendi sunt libros.* Lucæ 24. versu 22. dicitur. *Christus incipiens à Moyse & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant*: Tamen in particulari nescimus quænam loca sit interpretatus.

Probatur 3. actuum Apostolorum cap. 1. dicitur. *Apostolis præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies* 40. *apparẽs eis loquens de Regno Dei.* Tamen quid dicerit nescimus per scripturas ergo 1. Corinthiorum undecimo ait Apostolus. *Laudamus vos quia per omnia memores mei estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis.* 2. Ad Thesalanicenses 2. dicitur. *Itaque fratres state, & sanctæ traditiones quas didicistis, sive per sermonũ, sive per epistolam.* 2. Ad Thimoteum. *Quæ audistis inquit me per multos testes hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei erant alios docere.* Sanctus Joannes ait epistola 2. cap. 1. *Multa habuit tibi scribere sed nolui per atramentum, & calamum scribere tibi, spero autem protinus se videre, & ad os loqui.*

Probatur 4. ex Sancto Ignatio Martyre tertio post Petrum Antiochenem Ecclesiæ Episcopo. *In ullo forte inquit clypeo muniri posse discipulos suos quam traditionibus adversus hæreses.*

Probatur 5. ex Sancto Dyonisio Areopagita libro de Ecclesiastica, Hierarchia, cap. 1. *Quocirca inquit primi illi hierarchiæ nostræ duces, ac Principes cum & ipsi divina bonitate, plena, cumulateque sanctum hoc munus accepissent, & divina begninitate ejus quod posteros præparandi, prærogandique causa missi essent iidem uti decet divini Pastores ad Ecclesiæ, & divinitatis similitudinem traducere cuperent, ita partim scriptis, & partim non scriptis suis institutionibus ex sacro sanctis legibus nobis tradiderunt.* Toto hoc libro ritus Sacramentorum exponit quos docet ab Apostolis esse acceptos quos non existant in scriptura sacra.

Probatur 6. ex Sancto Justino Martyre secundi sæculi Apologia pro Christianis, postquam exposuit multa de Apostolis in alia quædam non scripta de divinis scripturis ut quod conveniant singulis dominicis, consacretur panis, & vinum, aqua temporatum, & quod non liceat Euchariſtium sumere, nisi post baptismum, subiungit postea die Saturni qui est dies solis cum Apostolis, discipulisque suis apparuisse hæc istis tradidit, qui nobis quoque tradenda per-

mittimus.

Probatur 7. ex Tertulio qui vixit 3. Sæculo libro de scriptionibus cap. 19. 20. & 21. ait. *Harum similium disciplinarum si legem expostules scripturarum nullam invenies. Traditio tibi præter detur auctrix consuetudo confirmatrix, fides observatrix.*

Probatur S. Clemens Alexandrinus Origenes magister pantini discipulus in libro quem de pascha composuit ait. *Se à familiaribus suis compulsum, ut traditiones quas à veteribus Præsbyteris accepisset litteris prodire ad posteritatem.* Origenesque cap. 6. epistola ad Romanos. *Ecclesia inquit ab Apostolis traditionẽ accepit etiam parvulis baptismum dari.* S. Cypr. lib. 2. epist. 3. *Docet Dominicam esse traditionem, ut Calicis vino admittatur aqua in sacrificio.*

Eusebius Episcopus Cæsariensis libro de demonstratione Evangelica cap. 8. qui vivit in 4. sæculo ait. *Ceterum Moyses in Tabulis inanimatis Christus autem in mentibus vitæ præditis perfecta novi Testamenti documenta descripsit: ejus vero discipuli ad magistri sui nutum auribus multorum doctrinam suam commendantes quoscumq; quidem voluit ultra abitũ progressis à perfecto ipsorum magistro precepta fuerant ex iis qui capere poterant tradiderunt, quæcumq; vero iis cõvenire arbitrabantur qui animas adhuc efectibus obnoxias gererent curationesq; indigenter ex ipsis ad imbecillitatem, partim litteris, partim sine litteris quasi jure quadam non scripto servandæ commendarunt.*

S. Athanasius Episcopus Alexandrinus libro 1. de decretis Nicenæ Sinodi S. Hilarius Pictavorum Episcopus libro adversus Constantium. Augustus Sabatilius Magnus Archiepiscopus Cæsariensis libro de Spiritu Sancto cap. 27.

S. Augustinus quinti sæculi sess. 2. cap. 3. ait. *Quem credo ex Apostolica traditione venientem, sicut multa non in litteris earum, neque in Conciliis posterorum; tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur.*

Probatur 9. habemus tantum ex traditione pueros esse baptisandos. Baptisatos ab hæreticis non esse rebaptisandos. Pascha esse celebrandum die Dominica post decimam quartam Lunæ Martij, certum & determinatum esse numerum Sacramentorum, quod talis materia in illis sit servanda.

Probatur 10 admittendæ sunt traditiones in Ecclesia, si Deus voluit eam gubernari non solum per verbum. Scriptum, sed per non scriptum, sed ita Deus voluit. Ergo, probatur Minor,

quia in novo testamento Christus nihil scripsit, nec quidquam scribi voluit, sed tantum præcepit Evangelium prædicari omni creaturæ. Imo Apostolis diu prædicarunt antequam scriberent, ergo cum traditio ad vocem pertineat, debet prius fieri traditio, quam scriptio ergo tota lex Evangelica consistit primò in traditione; imo Apostolis præcepit Christus omnia dogmata tradere, non scribere: quia tamen præcepit ut prædicarent ergo per traditionem inculcarunt Christ.

Probatur ultimo nullum efficacius habemus Fundamentum, quam odium hæreticorum erga traditiones quas Sancti Patres opugnarunt; Nam signum est quod in Ecclesia semper fuere amissas traditiones cum fuerunt impugnatæ, & defensæ à Patribus suis, ut vidimus.

Pelagius qui vixit ann. 415. cæpit docere peccatum originale non esse in hominibus. Sine gratia Dei posse impleri omnia habemus ex traditionibus.

Nestorius Episcopus Constantinopolitanus qui vivit circa annum 430. cæpit dicere B. Virginem non esse matrem Dei. In Christo duas esse personas, quia non erat in scriptura sacra.

OBIECTIONES Adversariorum.

OBjiciunt primo ad Galatas cap. 1. *Licet nos, aut Angelus de Cœlo Evangeliset nobis præterquam quod Evangelisavimus nobis anathema sit.* 2. *ad Thimoteum cap.* 3. *omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum, in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Respondeo ad primum, quod illa vos præter Græca significat tradtiones, aut enim non sunt contra, & hoc apparet in Divo Paulo ad Romanos 16. ubi sic ait. *Rogo vos Fratres ut observetis eos qui dissentiones, & offendicula præter doctrinam quam didicistis faciunt, & declinate ab illis.* Respondeo 2. quod Apostolus non loquitur solum de verbo scripto, sed de aliis quæ didicerunt vivæ vocis oraculo ad aliud totum admittimus, ut verba sonant.

Objiciunt 2. Deutonomij cap. 3. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferatis ex eo, & cap.* 12, *quod precipio tibi hoc tantum facito Domino non addes quidquam, nec minus.*

Respondeo quod hæc duo loca non possunt habere hunc sensum quem volunt hæretici: nam

nam David absque ullo scripturæ mandato constituit cantores in Organis Musicorum, David, Salomon variis imaginibus: Templum ornatum, ergo 26. quod intelligi debent de verbo Dei scripto, & non scripto; Nam Moyses dicit non addetis ad verbum quod loquor.

Objiciunt 3. Esaias cap. 29. *In vanum colunt me docentes mandata & doctrinas hominum.* Ubi videmus damnari traditiones per doctrinas hominum. 2. Mathæi 15. dicitur. *Irritum fecisses mandatum Dei propter traditiones vestras.* 3. Collocenses. 2. *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & Inarum Fallacium secundum ordinationem hominum.* 4. 1. Petri. 1. *Redempti estis de vana vestra conversatione Paternas traditiones.*

Respondeo ad illa omnia, vel similia, quod de traditionibus Judæorum generalium quia pugnabant ex fide Christiana & vocantur fabulæ, & Philosophia inanis, non de traditionibus laudabilibus.

Objiciunt 4 ex S. Cycilio lib. 12. in Joanem cap. ultimo ait. *Non omnia quæ Dominus fecit conscripta sunt. sed quæ scripta sunt tam ad mores, quam ad dogmata sufficere potuerunt* 2 ex D. Chrysostomo Homilia 3. in 2. ad Thesalonicenses. *Quæcumque necessaria sint, idest ad salutem manifesta sunt ex divinis scripturis* 3. S. Augustinus libro 20. de Doctrina Christiana cap. 9. ait. *in his quæ apperte posita sunt in scriptura in veniuntur illa omnia quæ continent fidem, moresque vivendi.*

Respondeo quod sufficientia de qua loquantur, sunt Patres respectu sacræ scripturæ 1. non excludit traditiones 2. loquuntur de sufficientia respectu particularium fidelium non respectu universalis Ecclesiæ.

Objiciunt 5. fides procedit ex verbo Dei, & Christo juxta illud Apostoli. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Ergo Respondeo tantum nego; dico multæ sunt falsæ historiæ, & traditiones: ergo Resp. quod non impedit quin non dentur veræ.

Objiciunt 6. S. Ireneus libro 3. cap. 1. *Non etiam per alios dispositionem salutis nostræ cognovimus, quam per eos per quos Evangelium prevenit ad nos quod quidem tunc præconiaverunt, postea; vero per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt fundamentum, & columnam fidei nostræ futurum,* ubi vides quod S. Ireneus & alij putarunt quod omnia quæ sunt ad salutem. Necessaria, & ad mores esse scripta.

Respondeo quod solum S. Ireneus dixit, quod scripserunt

Evangelium quod prædicaverunt, quod non excludit aliud 2. quod prædicaverunt, quod scripserunt quoad salutem necessaria, & quoad mores pro particularibus, non pro universali Ecclesia.

Objiciunt 7. quod magna errorũ aperiatur janua, quia qui non intelligeret scripturas confugeret ad prædictiones sæpè falsas. Resp. quod sicut ex malo usu scripturorum oriuntur hæreses, ita ex traditionibus quod nihil facit contra nos.

DIVISIO traditionum.

SCiendum est primo quod traditio Apostolica definitur observantia sacra, vel salutaris ab Apostolis primum instituta, & viva voce transmissa fidelibus ad ritus Religiosos, moresve fidelium formandos pro quo.

Nota, quod Apostoli sancti sunt duobus officiis in Ecclesia. Uno præconum pro iis quas à Christo tam pro fide, quam pro moribus expresse mandata erant, alio Pastorum, & Episcoporum priori modo traditiones promulgarunt, quarum aliæ sunt divinæ; Allæ internæ secundum modum quo ipsis factæ sunt, ut loquitur Apostolus ad Thessalonicenses 2. *Quoniam à nobis accepissetis verbum auditu Dei accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei*: Posteriori vero sunt traditiones quæ proveniunt ab ipsis, ut pastoribus, sicut sunt ritus ceremoniæ Missæ, Sacramentorum &c. Traditio Ecclesiastica, est observantia salutaris quæ sensum optinuit vim legis vel spontaneæ consuetudinis, quatenus post Apostolorum tempora multa fuere à Summis Pontificibus, & Sacris Conciliis tradita, vel pie modum legis, ut observatio festorum, abstinentia à carnibus. Vel per modum spontaneæ consuetudinis, ut mos formandæ crucis, aquæ benedictæ aspersionis, benedictio cynerum.

Traditiones primò dividi possunt in legitimas, & in illigitimas. Legitima est doctrina ad Religionem. Pertinens quæ ab habentibus in Ecclesia authoritatem viva voce communicant, & per modum legis stabilitur. Illigitima contra, ut sunt omnes illæ quas hæretici introduxerunt in novo testamento, & Pharisæi in veteri testamento, hujusmodi illigitimæ traditiones originem sumpsere Jammai Killet, Akiba, & aliis qui legem corruperant.

Secundo legitimæ traditiones

dividuntur in traditiones legis naturæ, legis scripturæ, sive Mosaycæ, & legis gratiæ, sive Evangelicæ.

Tertio in nova lege triplex potest statui traditio fidei, rituum, & morum. Traditio fidei est vivæ vocis doctrina fidei in posteros. Transfusa, ut quod tota scriptura veteris, & novi testamenti sit verbum Dei, quod septemnarius sit Sacramentorũ numerus, quod parvuli sint baptisandi, quod baptisati ab hæreticis non sint rebaptisandi. Quod fuerit Maria Virgo, & Trinitas personarum. In divinitate, nec plures, nec pauciores, processio Spiritus Sancti à Patre & Filio, quæ omnia absque traditione non possunt definiri contra hæreticos.

Traditio rituum est vivæ vocis doctrina ceremoniarum, Missæ, Sacramentorum, & Sacramentalium, in posteris transfusa, ut quod in Calice debent misceri aqua vino. Trina immertio in baptismo, exsublatio. Unctio.

Traditio morum, & vivæ vocis doctrina festorum jejuniorum, & observantiarum salutarium in posteros transfusa. Ut celebratio Paschæ post decimam quartam Lunam Martij. Jejunium quadragesimate dies Dominica servanda.

Tertio traditiones aliæ sunt divinæ sivè Dominicæ, aliæ humanæ quæ sunt Apostolicæ, & Ecclesiasticæ, sic proprie aliæ sunt divinæ, aliæ Apostolicæ, aliæ Ecclesiasticæ.

Traditio divina est doctrina ad Religionem pertinens divinitus hominibus revelata ab iis viva voce in posteros transfusa absque scripto Authoris a giographis quæ est duplex. Interna, & externa, ut patet in Concilio Tridentino sess. 4. in decreto de libris Canonicis. Scriptis, & sine scripto traditionibus, quas ab ipso Christi ore ab Apostolis accepto, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante quasi permanens tradita. Ad nos usq; pervenerunt.

Traditio divina interna est fidei doctrina à Spiritu Sancto interius dictante Apostolis, & ab iis viva voce transmissa. Fidelibus absque scripto Actoris Agimgraphi ut de perfecta Virginitate Virgines, de invocatione sanctorum.

QUÆSTIO III.

Quanta sit traditionum Authoritas.

DIco primo quod traditiones divinæ sunt infallibils Authoritatis ad Catholicam, &

veram fidei Religionisque doctrinam confirmandam, & comprobandam.

Probatur primo: illud omne quod est à Deo revelatum, sive scriptum sit, sive non scriptum est infalliblis authoritatis, sive pertineant ad fidem, sive ad mores, sed traditiones divinæ sunt à Deo revelatæ, alioquin non essent divinæ, ergo sunt infallibilis authoritatis.

Probatur 2 hæreticos non alia ratione sancti Patres confutarunt negantes traditiones, nisi quia traditio divina non minus est verbum Dei, quam sacra scriptura, sed sacra scriptura est infallibilis authoritatis ergo per accidens etiam est quod verbum Dei sit scriptum, & est de fide; quia sunt tam verbum Dei, quam verbum scriptum ut supponimus. 2. Quia pertinent ad finem fidei ut verbum scriptum.

Dico 3. traditiones divinæ quoad nos sunt aliqualiter majores authoritates, quam sacra scriptura.

Probatur primo quia traditiones divinæ sunt aliquo modo causa cur scriptura sacra recipiatur, & in illis fundatur judicium & magisterium Ecclesiæ noticias proponentis propter quod dicit D. Augustinus. *Evangelio non crederem, nisi Ecclesiæ Catholicæ commoveret authoritas.* Ergo quod est causa causæ est magis credibile quam causatum.

Probatur 2. magis dependet authoritas scripturarum ex legitimo illarum sensu, quam ex veteribus, sed sine traditionibus non potest nobis de tali sensu constare, ergo quoad nos majorem habent authoritatem traditiones, quam sacra scriptura; imo semper Concilia, & Sancti Patres uti sunt illis ad firmandam scripturam sacram, & nobis ignotescendam.

Dico quarto: traditiones Ecclesiastica non possunt esse judex controversiarum fidei quod probatur iisdem eorum argumentis, ac probatur quod sola scriptura tota non possit esse supremus judex controversiarum quæ oriuntur inter Christianos circa fidem actionem, sed solam Ecclesiam.

Dico quinto tam scriptura, quam traditiones sunt adæquata fidei regula; quia solum Dei verbum, & doctrina divinitus revelata est adæquata fidei regula credenda, sed sola scriptura, & traditiones sunt verbum Dei revelatum ergo quia nihil credere debent nisi quod ista duo nobis proponunt credenda supposita tamen Ecclesiæ approbatione.

V. FUNDAMENTUM.

DISPUTATIO XXIV.

De Deo justificante.

DIvo Thomas tractat. istam materiam in 1. 2. art. quæstione 109. usque ad quæstionem 114. circa quam Lutherani, & Calvinistæ varios habent errores. Primo dicunt quod gratia justificans non est quid creatum intrinsecece inhærens animæ; secundo quod non ita peccatores justificari, ut de facto tollantur eorum peccata, & illam justificationem consistere in justitia Dei, vel Christi per fidem cognita, quæ à Deo nobis gratis imputatur, & ad illam nullam requiri dispositionem, sed tantum fidem. Ergo per merita Christi quibus peccata teguntur, ut ad pœnam non amplius imputentur, & sic hominem in hac vita posse] esse certum quod habeat fidem: propterea dicebat Lutherus. Tam Sanctus sum quam Beata Virgo Maria, si habeam fidem. Tertio negant esse ullum meritum proveniens à gratia in genere causæ efficientis.

QUÆSTIO I.

Utrum detur gratia quæ sit quid creatum & intrinsece inhærẽs animæ.

NOtandum est, quod justificatio quæ à justitia dicitur: tres habet significationes 1. est quod idem sit ac judiciaria declaratio quæ vocatur justificatio forensis ad instar parlamentarum quæ judicant, vel absolvunt Reos. Juxta illud Isaiæ: *Ve vobis qui justificatis impium pro muneribus.* 2. Est quæ significat acquisitionem per quã homines ex peccatoribus justi fiunt per justitiæ, & gratiæ infusionem, quæ significat motum, sive transitum à statu peccatoris ad statum gratiæ. 3, Sumitur pro incremento, & augmento justitiæ, & gratiæ.

Fundantur Lutherani duplici authoritate Apostoli. Prima sumitur ad Romanos 5. *Iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem.* Ubi Apostolus apponit justificationem condemnationi, sed condemnatio est verbum forense consistens in hoc, quod quis declaratur dignus tali pœna, vel supplicio propter tale delictum, ergo

etiam justificatio consistit in sententia declaratoria quæ quis absolutus est à debito. Consequentia est vera, quia oppositorum eadem est ratio ex Apostolo. 2. 1. Corinthiorum 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, qui enim judicat me Dominus est.* Id est tunc cum justificatus quando Deus justum me judicat seu declarat, ergo.

Dico primo, quod ad justificationem necessarius est in Deo actus voluntatis, qui sit dilectio in ordine ad finem supernaturalem seu acceptio ad gloriam, ut homo sit illi gratus qui actus dicitur gratia increata, sive uno verbo oportet ut Deus prius diligat nos ad hoc ut simus justi.

Prima pars ab omnibus admittitur. Secunda pars habet suam difficultatem in hoc, quod aliqui Doctores tenent quod illa dilectio Dei non possit dici gratia increata, & fundantur authoritate D. Augustini lib. de prædestinatione Sactorum cap. 10. & lib. de bono perseverantiæ cap. 14. ubi comparat prædestinationem, & gratiam sicut causam, & effectum. D. Tho. vero tenet illam dilectionem esse quid increatum 12. q. 110. art. 1. & 3. p. q. 2. art. 10. quia primo sic loquuntur scripturæ. Lucæ 1. 11. 3. *Ait Angelus ei ne timeas Maria invenisti gratiam apud Deum.* Ephes. c. 1. & 2 Timoth. cap. 1. 11. 2. *Gratia misericordia, & pax à Deo, Patre & Christo Iesu Domino nostro.* Secundo, quia id Ratio probat, adæquata ratio cur aliquid dicatur gratia, est quia gratis fit, & efficit gratis nos gratos Deo, sed Deus ab æterno gratuito nullis præcedentibus meritis homines dilexit, & hæc dilectio est causa efficiens primaria, cur homines sint Deo grati, & accepti ergo est vera gratia.

Ad authoritatem D. Aug. dico quod ibi sumit gratiam stricto modo, quatenus est effectus prædestinationis, vel dilectionis æternæ in ordine ad finem supernaturalem.

Dico 2. quod gratia gratum faciens, qua sumus formaliter Deo grati est quid creatum, & inhærens animæ justi.

Probatur primo, ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. nec non Canone 11. *Si quis dixerit homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione exclusa gratia, & charitate quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum infundatur esse tantum favorem Dei anathema sit.*

Probatur 2. ex S. Cyrillo lib. 4. comment. in Isaiam, & orationem primæ ubi explicans il-

lud Pauli ad Galathas. *Filioli quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis ait.* Formatur autem in nobis Christus S. Spiritu nobis divinam quandam formam per sanctificationem, & justitiam indente; sic enim in animis nostris elucet character substantiæ Dei & Patris reformante ut dixi Sancto Spiritu nos per sanctificationem in id ipsum.

Probatur 3. in scriptura, sancta vocantur gratia pleni, ut Lucæ 1. act. item gratia ipsa vocatur decor, & ornamentum animæ, & psalmo 44. comparatur sigillo unctioni fonti, & semini. Joannes 4. 2. Corinth. 1. 1. Joannis 2. & 3. dicitur denique donari, difundi in cordibus creari, esse in nobis, manere inhabitare, amitti Rom. a. 3. 2. Corinth. 1. & 6. Tessaloni. 51. Joann. 4. 1. Petri 5. ergo.

Probatur quarto rationibus prima sumitur ex D. Tho. 12. q. 110. art. 1. in corpore item 3. p. q. 86. art. 2. item lib. 3. contra gentes cap. 150. & in 2. sensum distinet 26. art. 1. ubi fundat suam probationem supra naturam amoris qui nessessario respicit bonitatem, & ad eam terminatur, ut ad objectum, ita ut diligere nil sit aliud, quam velle bonum ei qui amatur quæ ratio sic formatur.

Datur gratia in hominis anima, si de facto Deus ipsum diligat, sed Deus diligit hominem justum, ergo datur gratia creata animæ inhærens: probatur ma. Quia Deus non potest diligere hominem, nisi ponat in ipso aliquid quod sit objectum sui amoris, alioquin nil amaret, sed illud est bonum factum bonum per gratiam productam à Deo, ergo illa omnia sunt clarissima.

Probatur 2. amor Dei erga aliquam creaturam est amor effectivus, non affectivus, ergo efficit, ergo producit aliquod bonum quod est gratia reddens hominem ipsi gratum.

Probatur 3. sicut quando Deus nos amat amore naturali producit existentiam, & alias perfectiones naturales in nobis ad hoc ut ille amor terminetur ad aliquid, ergo quando nos amat amore supernaturali producit in nobis aliquod bonum supernaturale ad quod terminetur, ergo paritas est adæquata.

Probatur 4. ratione, datur de facto gratia in anima justi per dilectionem Dei, si eo ipso ac justus diligitur habeat jus ad gloriam, si vocetur corona, justitiam, merces, præmium, sed sic est, quia eo ipso quod est gratus Deo habet jus ad hereditatem sed tale jus non potest

esse in ainma, nisi habeat aliquid in ipsa tale jus tribuens, ergo tota dignitas quæ potest esse in homine ad beatitudinem, quæ à scripturis vocatur corona justitia hæreditas. Debet fieri per aliquid supernaturale ipsi intrinsece inhærens, existens, quod appellatur gratia sanctificans per quam homines vera efficiuntur Filij Dei, & heredes ejus.

Probatur 5. Ratione, id per quod homo formaliter dicitur justus, & denominatur talis debet esse aliquid ipsi intrinsece inhærens, sed quando homo justificatur vere formaliter denominatur justus, ergo major est certa, quia denominatio formalis provenit à forma intrinseca, sicut privatio sumitur à negatione formæ. Mi est certa quia homo vere quomodocumque remittantur ipsi peccata denominatur justus, cum formaliter habent juste ad gloriam ergo.

Dico 3. gratia justificans est forma accidentalis, non substantialis, & est de fide contra Osiandrum hæreticum in sua harmonia Evangelica, ubi asserit gratiam esse potius substantiam, quam qualitatem.

Totum fundamentum est, quia quid est in Deo Deus est, propterea inquit gratia per quam justificamur est substantia.

Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 6. ubi loquẽs de hac gratia dicit. Iam nobis inhęrere, in alio autem propria accidenti. ergo.

Probatur 2. omnis substantia, vel est creata, vel increata, non potest esse creata, quia nulla substantia creata potest esse ordinis supernaturalis, nisi sit ipsemet Deus, & sic esset creata, & non esset, ut probat D. Tho. non potest esse increata quia ut videbimus, illa esset Deus: nullus autem potest fieri formaliter justus per ipsum Deum ergo.

Dico 4. cum gratia sanctificante infunduntur tres personæ divinæ quæ inhabitare incipiunt in anima justi, & est de fide, licet modus quo loquuntur doctores non sit.

Ista conclusio patet Joannis 14. *Si quis diligit me sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, apud eum veniemus & mansionem apud eum faciemus* 2. Joannes epistola 1. cap. 2. ait. *Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in illo.* 3. Ex D. Paulo ad Romanos 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datur est nobis.*

Pro quo sciendum est, quod Deus præter communem presentiam quæ Deus est in omnibus

bus rebus, quam alij restringunt ad præsentiam objectivam, qua ut objectum cognitum, & amatum in mente justi tanquam in templo colitur, alij ad novam, & realem, ita ex gente perfecta amicicia Dei Deus, & homo justus sed illigunt, ita ut si Deus non esset ubique ratione immensitatis, aut per gratiam: tamen constitueretur in homine justo taliter presens ratione gratiæ, ut de facto habitaret personaliter.

Sciendum est 2. quod quamvis personæ divinæ dicantur cum gratia justificante & ejus donis non solum presentes objective, sed etiam reali presentia animam inhabitare per illam tamen presentiam realem homo non est formaliter gratus tanquam per causam formalem, cum Deus non possit esse forma informans, nec possit uniri, ut subsistentia sicut unitum est verbum Divinum humanitati, quæ absque ulla alia gratia dicta est humanitas grata gratitudine personali, sed tres personæ divinæ sunt in anima, ut terminus & objectum amoris, sive ut res amata sit realiter unita, & conjuncta amanti; gratia vero qua sumus formaliter grati Deo est inhærens animæ & faciens nos objectum congruum, & proportionatum dilectionis divinæ.

Sciendum est 3. quod hæretici quando argumentantur contra nos circa istam materiam, falluntur, primo in hoc quod confundunt gratiam in tota sua latitudine cum gratia stricte sumpta; licet enim gratia in sua latitudine possit se extendere ad aliquid extrinsecum; ut est prædestinatio, dilectio Dei æterna; non vero si sumatur limitate pro dono quo sumus formaliter Deo grati.

Secundo confundunt sensum causalem cum formali; ut ergo dicitur Exodi 30. *Ipse est vita sua, & longitudo dierum tuorum*, hoc non potest intelligi, nisi causaliter, non formaliter; id est quod Deus est causa vitæ tuæ, causa longitudinis dierum tuorum; non vero, formaliter ut volebant priscillianistæ teste Leone I. epistola 91. & 93. ad Turibium.

Tertio confundunt gratum esse Deo per dilectionem Dei qua sumus formaliter dilecti cum dilectione qua sumus objectum proportionatum, ut diligamur inter quas dilectiones, est magnum discrimen; nam concedo quod prima dilectio potest esse tantum in nobis denominatio extrinseca: non vero secunda quæ est bonitas ratione cujus objectum aliquod est proportionatū, ut diligatur à Deo,

ficut in objecto viso, eſt diferens eſſe viſum, & eſſe objectum proportionatum, ut videntur quia primum eſt tantum denominatio extrinſeca proveniens à viſione corporea 2. eſt id ratione cujus objectum viſibile eſt.

Sciendum eſt 4. quod dilectio Dei poteſt conſiderari dupliciter, primo ut eſt productio ſui objecti 2. ut eſt volitio, & amor primo modo conſiderata antecedit gratiam quam cauſat ſaltem prioris dependentiæ, ſecundo modo conſiderata eam ſuponit, ſicut dicitur quod intellectio ut eſt dictio differt à ſe ipſa, ut productio verbi, primo modo dicunt Theologi intellectionem eſſe priorem verbo, ut eſt dictio, quatenus eſt principiũ ejus eſt productio verbi, verſus ſuponitur.

Ad argumenta ſeu fundamenta hæreticorum Reſp. ad primum quod intelligit Apoſtolus de judicio hominum de quo nil curabat, ſed de judicio Dei quo datur nobis gratia, videt nos ipſi gratas.

Circa condemnationem quod ponitur in primo argumento. Dico quod licet condemnatio ſit quid forenſe ſimilitudinarie, tamen juſtificatio non eſt, quia ſuponitur gratia: in judicibus vero ſecularibus nil ponitur ab ipſis in reis.

QUÆSTIO II.

Vtrum per juſtificationem remittantur ita peccata ut tantum tegantur vel totaliter remittantur.

Notandum eſt quod duplex eſt juſtificatio, una quæ fit per ſimplicem generationem à non eſſe gratias adeſſe ejuſdem, qualis fuit in adam, & angelis in primo inſtanti quo creati ſunt, illi enim per gratiæ infuſionem nullo præcedente peccato juſti facti ſunt, alia eſt quæ fit de contrario in contrarium id eſt à non juſto per peccatum adeſſe juſtum per gratiam. de iſta eſt queſtio, & ſic in remiſſione peccati eſſentialiter includitur peccatum, ſicut in calefactione includitur expulſio frigoris.

Notandum eſt 2. quod tam apud catholicos, quam hæreticos homines impii dum juſtificantur eorum peccata remittuntur aliquo modo. Lutherus, & Calvinus putant non ita remitti, ut totaliter tollantur, nec amplius remaneant, ſed tantum teguntur, & ocultantur taliter quod adeo non amplius videantur, & ſic non amplius imputantur quia inquiunt, Deus ſta-

tuit propter Christi justitiam homini imputatam non punire hominem: unde Calvinus voluit quod hominem esse justum nil sit aliud quam declarari justum; sicut judex facit erga aliquem cognitum innocentem.

Dico cum Catholica Ecclesia, quod homini per justificationem ita peccata remittuntur, ut totaliter deleantur quoad culpam, nec amplius remaneant abstrahendo quod hoc fiat per gratiæ infusionem, vel non fiat.

Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 5. de peccato originali ss. 5. *Si quis per Iesum Christi Domini nostri gratiam quam in baptismale confertur reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dici tantum radi, aut non imputari Anathema sit.* Idem docet sess. 6. cap. 7. de omni impij justificatione.

Probatur 2. psalmo 50. 11 2. *Dele iniquitatem meam* & 11. ergo *Lavabit me & super nivem dealbabor*, Psalmo 102. 11. 12. *Quantum distat ortus ab accidente longe fecit à nobis iniquitates nostras.* Isaiæ 44. delevi *ut nubem iniquitates tuas & quasi nebulam peccata tua.* Michel 2. 11. 18. *Quis Deus similis tui qui aufert iniquitatem*

Joannis 1. 11. 29. *Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi.* Roman. 8 *Nihil ergo nunc damnationis est eis qui sunt in Christo jesu*, ad Ephes. cap. 5. *Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino ubi.*

Nota quod nil reffert si in scriptura utantur doctores nomine deleantur, tegantur, desinant, imputari, ut psalmo 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, beatus vir cui non imputavit Deus peccatum.* Et psalmo 44. *remisisti iniquitatem plebi tuæ, aperuisti omnia peccata eorum.* Nam cum habemus in multis aliis locis auferri totaliter, remiti debemus accipere alia loca in eadem significatione, quia licet illa particula tegi secundum eos non sit idem, ac deleri; respectu tamen Dei idem est, quia oculis Dei omnia sunt aperta, deinde si peccatum remaneret haberetur pro impio, & non impio ergo.

Probatur 3. rationibus. Primo potest Deus totaliter peccatum delere ergo debet. Probatur antecedens quia peccatum sub ratione aversionis à Deo potest delere per actum conversionis peccatoris sub ratione offensa diligendo peccatorem, & operando in ipso, ut vicissim Deum diligat, sub ratione vero pœnæ eternæ non amplius obligare, quia sublata aversione

& offensa, id est sequitur, quia nil amplius remanet puniendum.

Secunda ratio est, si homo remaneret peccator ut ipsi volunt quia remanet peccatum, remaneret dignus odio Dei, & pœna æterna: quod implicat: imo hoc esset contra efficaciam meritorum Christi & contra Apostolum ad Romanos 5. *Sicut inquit per unius delictum in omnes homines in condemnationem sic per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ; sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam justi constituuntur multi: lex autem sub intravit ut abundaret delictum super abundavit gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per justitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum.*

Tertia ratio, ex ipso Calvino libro de reforma. Ecclesiam pagina 36. dicit quod numquam reconciliamur Deo, quin simul donemur justitia inhærente.

QUÆSTIO III.

Vtrũ causa formalis nostræ justificationis sit realis & interna justitia per quam interius renovantur.

CUm justificatio ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 4. *Fit translatio ab eo statu in quo homo nascitur filius primi adæ in statum gratiæ, & adoptionis Filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum Salvatorem nostrum, quæ quidem translatio per Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest sicut*, scriptum est, *nisi quis renatus fuerit ex à quo & Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Cœlorum.* De illa nunc agendum est, ubi.

Notandum est, quod cum justificatio sit vera actio qua homo fit amicus Dei & Filius suus habet causas, quas Concil. Trid. cap. 7. sic describit. *Hanc dispositionem seu præparationẽ justificatio ipsa sequitur quæ non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum: unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus, ita sit heres secundum spem vitæ æternæ. Hujus justificationis causæ sunt; finalis quidem gloria Dei, & Christi, ac vita æterna. Efficiens vero misericors Deus qui gratuito abluit, & sanctificat signans, & augens Spiritu promissionis Sancto qui est pignus hæreditatis nostræ: meretoria autem dilectissimus filius suus Dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici propter nimiam charitatem qua dilexit nos sua sanctissima passione in ligno Crucis nobis*

justificationem meruit, & pro nobis Deo Patris satisfecit instrumentales. Item Sacramentum Baptismi quod est Sacramentum fidei sine quo nulli unquam contingit justificatio: demum unica formalis causa est justitia Dei non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit qua videlicet ab eo donati renovamur Spiritus mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere justi nominantur & sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram quam Spiritus Sanctus partitur singulis pro ut vult, & secundum propriam cujusque dispositionem & cooperationem, quamquam enim nemo possit esse justus nisi cui merita passionis Domini Iesu Christi communicantur: id tamen in hac impij justificatione fit, dum ejusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei difunditur in cordibus eorum qui justificantur, atque ipsis inhæret: unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum cui conferitur fidem spem & charitatem.

Hæretici conveniunt cum Catholicis circa omnes causas relatas, à Concilio, accepta formali, quam nolunt esse inhærentem, & per consequens non esse animæ intersecam, ita Calvinus qui solæ imputationi tribuit justitiæ Christi, licet absolute non neget dari gratiam inhærentem, sed illam non est perquam justificamur.

Osiander hæreticus dicit in confutatione scripti contra ipsum à Melanctone editio, ubi refferuntur 20. sententiæ diversæ inter Catholicos de justificatione, dicit. Quod formalis justificatio qua homo justus est, & justificatur sit ipsa justitia Dei qua ipse Deus essentialiter justus est, & hominem inhabitat, & hanc solum acceptare Deum.

Melancton, & alij Lutherani dicunt quod Christi justitia, seu omne opus à Christo in humana natura pro hominibus præstitum, & per fidem illis applicatum sit justitia formalis à qua homo formaliter justus sit, & dicatur: ita ut nec fides, nec ulla alia qualitas homini inhærens sit causa formalis à qua justus denominetur: quamvis Lutherus libro de captivitate Babilonica. & cap. 2. ad Galatas dicat. *Est ergo formalis nostra iustitia ipsa fides, & nebula cordis, hoc est fiducia in reum quæ non videtur.*

Inter Catholicos est etiam diversitas. Nam Franciscus Somnius lib. 2. demonstrat Christianæ Religionis tractatu 9. cap. 5. concedit contra hæreticos gratiam inhærentem, veramque

remiſſionem peccatorum, ita ut omnia prorſus deleantur, ſed putat talem perfectionem non perfici formaliter per ipſam gratiam, ſed per miſericordiam, & condemnationem Dei extrinſecam, ita ut juſtitia inhærens, ſeu gratia concomitentes tantum ſe habeat ad illam juſtificationem, & remiſſionem, quamvis ſit vera cauſa formalis juſtificationis.

Albertus Pihgius cum aliquibus conjungit ſimul Chriſti juſtitiam imputatam, & infuſionem juſtitias inhærentis ad conſtituendam unam cauſam formalem adæquatam juſtificationis.

Dico primo, quod juſtificatio impij non conſtat in ſola remiſione peccatorum, abſtraho in hoc quod fiat, vel per eandem rationem juſtitiam Dei inhærentem.

Probatur primo ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. & Canone 11. *Si quis dixerit homines juſtificari, vel ſola peccatorum remiſſione excluſa gratia & charitate quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum difundatur atque illis inhæreat, aut etiam gratiam qua juſtificamur eſſe tantum favorem Dei Anathema ſit.*

Probatur 2. ex S. Patribus D. Aug. in pſalmo 30. ait. *Quia non inveniſti in me juſtitiam meam erue me in tua*, hoc eſt illud me eruat quod me juſtificat, quod ex impio pium facit, quod ex injuſto juſtum quod ex cæco videntem, & in pſalmo 118. juſtitiæ nomine hoc loco non ipſa virtus, ſed opus ejus ſignificatum eſt: quis enim facit in hominés juſtitiam, niſi qui juſtificat impium hoc eſt per gratiam ſuam ex impio facit juſtum.

Item epiſtola 106. *Profecto inquit antequam gratia juſtificatur ut juſtus efficiatur impius quid eſt niſi impius.* D. Aug. lib. 1. de peccatorum merit. & remiſſ. cap. 13. *Quid eſt inquit quod abundantiam gratiæ, & juſtitiæ accipiunt, niſi quod non ei tantum quæ addiderunt gratia remiſſionis datur, eiſque hominibus, tanta juſtitia donatur, ut cum adam conſueſerit ad peccatum ſuadenti, non cedant illi etiam cogenti ſolum Auguſtinum.* Eccipit Calvinus rejecit aliis ſanctis Patribus.

Probatur 3. rationibus prima eſt, omnis mutatio eſt tranſitus à termino à quo ad terminum ad quem, ut in illuminatione terminus à quo eſt expulſio tenebrarum, terminus ad quem eſt lucis infuſio, ſed juſtificatio eſt mutatio. Ergo eſt tranſitus à termino uſque ad terminum ad quem, nempe à peccatoris ſtatu ad ſtatum juſti, ſed

nullus potest esse alius terminus sed quem, nisi gratia producta; nam si homo diceretur justus per solam remissionem ad nil terminaretur justificatio, quia nil produceretur ergo:

2. Ratio est, non potest homo fieri de novo Dei amicus Filius heres, nisi per aliquid adveniens sive per formam, sed homo per justificatioem sic formaliter amicus, & Filius Dei, ergo.

3. Ratio, sumitur ex D. Tho. q. 110. art. 1. in hac parte. Omnis dilectio quæ facit objectum quod diligit debet producere aliquid, sed dilectio Dei facit id quod diligit, quia est differentia inter dilectionem nostram, & dilectionem qua Deus diligit nos, quod dilectio Dei est effectiva, alia effectiva, & sic quando Deus diligit dilectionę naturali facit objectum naturale, quando diligit dilectione supernaturali facit objectum supernaturale.

Probatur 4. impugnando errores hæreticorum singulatim, primo Lutheri errorem qui asserit hominem per solam fidem justificari: unde ajebat se tam sane tam esse art. 6. 11. sit credidit in Christum. Ubi.

Nota quod triplicem distinguit fidem Lutherus. Historicam, quam nos dogmaticam vocamus. Fidem miraculorum, & fidem promissionum, quam vocat justificantem quia inquit per illam homo justificatum.

Contra hunc errorem sic insurgo, nulla fides justificat ergo justificatio non potest attribui fidei. Probatur antecedens ex Apostolo ad Galatas 5. *Neque circum silio aliquid valet neque preputium, sed fides quæ per dilectionem operatur*, ubi Apostolus probat quod sola fides non justificat sed fides cum dilectione. Ut 1. Corinth. 13. dicitur. *Si habuero omnem fidem ut montes transferam charitatem autem non habuero nihil mihi prodest*: Ubi Apostolus excludit omnem fidem, deinde iste error damnatur in Concilio Trid. sess. 6. cap. 9. Canone 9.

Secundus error Lutheri est quod justificatio fiat per imputationem justitiæ Christi iste error damnatur à Concil. Trid. loco citato superiorioris erris.

Contra ad Romanos 5. habetur. *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita est per unius obedientiam justi constituuntur multi, & subdit. ubi autem abundavit delictum super abundavit gratia.*

Tertius error est Osiandri qui vult ut causa formalis nostræ justificationis sit justitia Dei essensialis in nobis inhabitans, qui error damnatur à Concilio

Trid. loco citato deinde.

Contra ex Apostolo ad Galatas 5. *Neque Circumcisio aliquid valet & sed fides quæ per dilectionem operatur.* Sed fides quæ per charitatem operatur non est justitia Dei essentialis, sed quid creatum, ergo.

Secundo si homo justificaretur per illlam justitiam Dei habitantem, vel per habitantem per præsentiam, potentiam, & essentiam, vel per unionem hypostaticam, vel per effectum supernaturalem, non primo modo qui est communis omnibus. Non 2. qui est proprius solius Christi tertio, ergo per gratiam quod est quod volunt Catholici.

Quartus error est Calvini qui dicit quod justificatio est sola remissio peccatorum absque ullo producto in homine, qui error damnatur à Concilio Trid. & ratione preterita satis impugnatur.

Quintus error est buceri qui ponit duplicem causam formalem nostræ justificationis; gratiam scilicet, & justitiam Christi, qui error damnatur à Concilio Trid. loco citato deinde ratione confutatur.

Causa efficiens, & causa formalis non possunt esse una & eadem, sed causa efficiens nostræ justificationis est gratia, & justitia Christi non potest esse causa formalis nostræ justificationis 2. Si hoc esset omnes justi essent æquales in justificatione, sed hoc est falsum est quia eadem causa facit eundem effectum minor probatur ex illo. *In domo Patris mei mantiones multa sunt ergo.*

Dicunt contra nos hæretici. Primo ex Apostolo ad Romanos 10. *Ignorantes Dei justitiam, & propriam quærentes iustitiæ Dei non sunt subjecti.* Ibi Apostolus reprehendit Judæos quod propriam justitiam quærebant. Respondebit D. Aug. Sermone 31. de verbis Apostoli dum ait. *Comendat hoc assidue Apostolus, comendat fidem gentibus, qua fide imputant adiutorium, ut implicent legem non per legem, sed vires implendi impetrandi per fidem, ad hoc assidue ducit & commedat illo. Apostolus propter Iudæos qui de longe gloriabantur, & libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur ignorantes Dei iustitiam, id est ea fide iustitiam datam à Domino, & suam volentes statuere quasi suis viribus impletam non danta fide impetratam iustitiæ Dei non sunt subjecti.*

Dicunt 2. ex Apostolo ad Corinth. 1. *Qui factus est nobis à Deo sapientia, iustitia, & redemptio,* ergo tota nostra justitia est justitia Christi nobis imputata. Respondeo quod Apostolus ibi vocat

vocat justitiam Christi causam efficientem nostræ justificationis, non formalem, ut psalmista vocat Deum suam fortitudinem, patientiam, salutem.

Dicunt 3. justitia qua quis justus est debet esse justitia perfecta, sed sola justitia Christi sic est, & nostra imperfecta juxta illud. *Sicut pannus menstruatur, omnes justitiæ nostræ* Resp. quod justitia qua justi sumus non est tantæ perfectionis, ut deleat, fed sufficit quod sit talis, ut debeat: propterea dicit D. Gregorius Magnus. Lib. 8. Moralium cap. 22. *Quantaliter justicia polleant nequaquam sibi ad innocentiam vel electi sufficiunt si in judicio districto requirantur*, propterea clamabat Psalmista. *Non intres in judicium cum servo tuo Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

Probatur 5. si essemus justi per justitiam Dei nobis imputatam; essemus justificati, & non justificati, essemus, ut supponitur, non essemus justificati, quia remaneret in nobis illud quod maculat nos ergo.

Probatur 6. Christus restituit nobis quod amiseramus per Adæ peccatum, sed non amisimus justitiam Dei Christi imputatam, sed realem, & physicam inhærentem.

Dico 2. quod unica causa formalis justificationis est gratia, seu justitia Christi creata, & homini infusa, & inhærens.

Probatur 1. ex Concilio Trid, sess. 6. cap. 7. & Canone 11. Probatur 2. ex Apostolo ad Romanos 5. *Charitas diffusa est in cordibus per Spiritum Sanctum qui datur est nobis*: Unde D. Aug. lib. de Spiritu & littera dicit cap. 32. *Charitas inquit dicta est difundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit ipse dilectores suos.*

D. Ambrosius lib. 3. Exameron cap. 8. *Verum inquit justificatio secundum Corpus, an secundum animam tibi conferri videatur, quæso respondeas, sed dubitare non potest, cum justitia unde justificatio derivata est mentis tuæ, utique non corporis sit pictus eo, ergo homo, & pictus à Domino Deo tuo bonum habet artificem, atque pictorem, noli delere bonam picturam non fuco, sed veritate fulgentem, non cera expressum sed gratia.*

D. Aug. lib. de natura, & gratia cap. 38. 42. & 20. tomo 8. in Psalmum 98. & 118. *Iustitia Dei dicitur non qua Deus justus est, sed quam dat hominis Deus ut justus sic homo per Deum.*

Probatur rationibus. 5. Illud est inhærens per quod homo dum justificatur dicitur spiritualiter renasci, & vivere, & operari, sed homo dicitur re-

nasci, quando justificatur, & vivere spiritualiter ergo ma est certa, quia nemo vivit nisi per vitam qua habet in semetipso, ergo ut dicit D. Aug. epistola 85. ad consentium. *Quid est inquit aliud justitia cum in nobis est, vel qualibet virtus qua recte sapienterque vivitur, quam interioris hominis pulchritudo.*

Secunda ratio est. Quotiescumque homo justificatur fit Filius Dei adoptivus ergo requiritur gratia inhærens. Probatur consequentia; omnis adoptio requirit similitudinem naturæ inter adoptatum, & adoptantem, sed per solam gratiam recipimus talem similitudinem. 2 Apostolum ad Romanos 8. & 1. Corinth. 15. *Quos inquit præscivit, hos prædestinavit comformes fieri imagini filij sui, ut sit ipse primo genitus in multis fratribus, & sicut portavimus imaginem terrens, ita portamus, & imaginem celestis.* Unde sicut Christus non est justus per solam imputationem, sed per solam inhabitantem justitiam increatam, sic homo est justus per justitiam creatum, & alia inhærentia dona.

30. Probatur ratione. Per illud homo justificatur per quod recipit incrementum, & crescit spiritualiter sed augmentum gratiæ, & justitiæ in justificato non potest fieri, nisi per aliquid intrinsece inhærente, ut patet in natura ipsa augmenti nam hoc non crescit, nisi per aliquod intrinsecum, Concilium Trid. sess. 6. cap. 10. *Semel justificati, & amici Dei & domestici facti euntes de virtute in virtutem renovantur, ut Apostolus inquit. De die in diem, hoc est mortificando membra carnis suæ, & exibendo arma justitiæ in sanctificationem per observationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ in ipsa justitia per Christi gratiam accepta cooperante fide, bonis operibus crescunt, atque magis justificantur, sicut scriptum, qui justus est justificetur adhuc, & iterum ne verearis usque ad mortem justificari, & rursus, videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum, ut vero justificet incrementum petit sancta Ecclesia cum orat: da nobis domine fidei spei, charitatis augmentum.*

Hoc argumento convicti adversarij negant hominem posse crescere in vera justitia, & sanctitate, & sic omnes justos esse pares, sed errorem errore sustinent; nihil enim est magis falsum, quam hoc, ut videre est in multis locis scripturæ sacræ, præcipue apud Apostolum ad Corinth. 4. ad Philippenses 1. ad Thesalonicenses 3. &c. Unde divus Thomas 22. questione 24. art. 4. ad 3. *Nihil est aliud*

loquendo de charitate ipsam secundum essentiam augeri, quam eam magis inesse subjecto, quod est jam magis radicari in subiecto. Quod totum expressit S. Prosper. *Iustificatus inquit homo, id est ex impio pius factus nullo praecedente bono merito accipit Donum quo medio acquirat, & meritum, ut quod in illo inchoatum est per Christi gratiam, etiam per industriam liberi arbitrij augeatur numquam remotto adjutorio Dei sine quo, nec profiscere, nec permanere in bono quisquam potest.*

Dico 3. sola fides exclusis ceteris gratiæ donis spei, & charitatis non est adæquata causa formalis justificationis, & sic non est justitia inhærens qua formaliter justificamur.

Probatur ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. & Can. 9. *Si quis dixerit sola fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quoad justificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse cum suæ voluntatis motu preparari, atque disponi Anathema sit.*

Dico 4. dona gratiæ quibus integre justificamur sunt fides, spes, & charitas. Ista conclusio est difinita in Concilio Trid. cap. 7. sess. 6. quod ait. *Vnde in ipsa justificatione aut remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum cui inseritur fides, spes, & charitas. Nam fides nisi ad eam, spes, & charitas accedant neque unit perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit, qua ratione verissime dicitur fidem sine operibus mortuam, & otiosam esse, & in Iesu Christo neque circumcisionem aliquid valere, neque prepucium, sed fidem quæ per charitatem operatur, hanc fidem ante baptismi Sacramentum & Apostolorum traditione talem cui ab Ecclesia petunt, cumpetunt fidem, vitam æternam prestantem, quam sine spe, & charitate, fides prestare non potest; unde & statim verbum Christi audiunt. Si vis ad vitam ingredi serva mandata, ita que veram, & Christianam justitiam accipientes, seu primam notam pro illa quam Adam sua inobedientia tibi & nobis perdidit per Christum Iesum illi donatam candidam, & immaculatam jubentur Scimmati conservare, ut eam perferant ante Tribunal Domini nostri Iesu Christi & habeant vitam æternam.*

Propter hoc adversarij dicunt, quod per illa dona cum gratia non fieri homines justos, sed per justitiam Christi soli Christo inhærentem, & nobis extrinsece justificari. Verum quidem est dicunt quod per illa sanctificantur, sed non justificantur, sed hoc patet esse falsum ex verbis Concili Trid.

Dico 5. quod per illam justitiam inhærentem qua formaliter justificamur delentur peccata formaliter. Istam conclusionem aliqui Theologi negant quoad aliquid, nam licet fateantur per gratiam qua justificamur remitti peccata: Non tamen, illam remissionem perfici, nisi accedat misericordia, & condemnatio, Dei extrinseca, quæ infunditur quando remittuntur peccata: ego verè licet admittam requiri Dei misericordiam, & condemnationem propter merita Christi; tamen per gratiam justificantem formaliter remitti peccata assero.

Probatur primo, ex Concilio Trid. sess. 6 cap 7. & Canone 11. nec non cap. 14. ubi iustificatio quæ est effectus formalis iustitiæ inhærentis dicitur remissio peccatorum, renovatio, & sanctificatio, ita ut remissio sit effectus positivus: & sanctificatio effectus privativus gratia iustificantis, sicut paries per albedinem dealbatur, & nigredo expelletur, ita per gratiam peccata expelluntur, & anima sanctificatur, & mandatur.

Nec obest quod dicit Concilium de favore extrinseco, nam ille favor extrinsecus, & misericordia Dei non est formalis ratio sanctificationis, sed comcomitanter se habent, id est quod illa gratia quæ datur per quam anima sanctificatur est ex favore misericordia Dei.

Probatur 2. ex scriptura sacra 1. Corinth. 6. *Hæc quidem fuistis sed abluti estis & sanctificati, & iustificati*; id est jam vobis remisa sunt, & abluta illa peccata per gratiam, & iustitiam, qua abluti estis, & mundati à maculis earum.

Probatur 3. rationibus; primo per illud justificamur, & remittuntur peccata per quod sumus justi, & mundi formaliter justi, & remittuntur peccata, ergo major patet ex ipsis hæreticis qui conveniunt nobis cum in hoc quod licet non conveniant in modo. Minor probatur, quia adversarij admittunt gratiam inhærentem, sed illa vera justificat, alioquin cum illá staret peccatum ergo.

Probatur 2. Ratione dantur Sacramenta, ut Baptismus quæ conferunt remissionem peccatorum, ut adversarii dicunt de peccato originali per baptismum, sed illa Sacramenta non auferunt pecatum, nisi quia sunt instrumenta quæ conferunt, & producunt gratiam, ergo gratia est causa formalis remissionis peccatorum.

Probatur 3. Ratione, vel peccatum restat adhuc veniente gratia, vel aufertur. Si pri-

mum, ergo homo in gratia remaneret peccator formaliter, & sic esset in gratia, & non esset; deinde idem proportione servata debet facere gratia, quod faceret natura Divina cujus est participatio. sed natura Divina ex vi suæ rationis non potest esse cum peccato, ergo si secundum, ergo gratia est causa expulsiva peccati, sicut calor frigoris; nam adveniente calore non expellitur frigus nisi quia unum formaliter opponitur alteri, ergo ita dicendum est de gratia respectu peccati.

Dico 6, quod gratia justificans est gratia habitualis permanent in anima.

Probatur primo ex Conciliis generalibus ex Concilio Viennensi sub Clemente V. ubi aderant 300. Episcopi anno 1311. in quo Templariorum Ordo qui annis 230 steterunt supresus est. Begardi & Beguinæ, nec non doctrina qua tradebatur animam rationis compotem non esse corporis humani formam damnatæ sunt in illo Concilio. Circa gratiam habitualem, tria continentur omnino distincta, primum quod gratia, & virtutes infusæ sunt formæ habitualiter informantes. 2. Quod erat in dubio apud Theologos, agitatum est, scilicet an parvulis per baptismum solum remitteretur culpa; an vero simul etiam infunderetur gratia, & virtutes habituales sicut ab omnibus infundebatur adultis. 3. Determinatione Concilii in partem affirmativam tanquam magis probabilem, & Sanctorum dictis consentaneum, ergo ex illo Concilio tanquam certum supponebatur. quod gratia illa esset habitualis, sicut & virtutes; sed solum erat dissensio de justificatione parvulorum in baptisans.

Probatur 2. ex Concilio Lateranensi 4. sub Innocentio III. in quo adfuere Patres 1285. ex quibus erant duo Patriarchæ Orientales, Constantinopolitanus, & Hierosolimitanus. Archiepiscopi tam Græca quam Latini 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores Conventuales 800. anno Domini celebrato 1215. contra varias hæreses, precipue circa transubstantiationem in Sacramento Eucharistiæ ubi fuit absolute admissum ab omnibus Theologis gratiam, & virtutes infusas per Baptismum esse habituales, & inhærentes.

Probatur 3. Ex Concilio Trident. in quo adfuere Cardinales 6. Legati 4. Patriarchæ 3. Archiepiscopi 32. Episcopi 228. Abbates 5. Generales Ordinum 7. sub Paulo III. Julio III. Pio

IV. celebrato anno Dni. 1547. sub quo hæreses Lutheri & Calvini damnatæ sunt sess. 6. cap. 7. & Canone 3. distinguit Concilium gratiam justificantem ab operatione & ponit actus contritionis, dilectionis, & alios ex præveniente Dei auxilio factos tamquam dispositiones ad justificationem. Insuper sess. 6. cap. 10. 15. 16. & Can. 24. & sess. 14. cap. 1. & 4. definit gratiæ justificantis donum in nobis conservari augeri, ergo ex Concilio Trid. gratia justificans, & habitualis.

Probatur 4. ex D. Aug. Tractatu 72 in Joannem ubi dicit gratiam habere majorem permanentiam, quam celum, loquendo ex natura rei. D. Dionisius dicit per gratiam fieri in nobis divinum statum, & multi alij doctores ita sentiunt.

Probatur 5. illa gratia est habitualis quæ permanet, sed gratia justificans permanet, quia per illam homo non solum pro uno instanti est justus, sed toto tempore, ut non peccati unde licet per alios actus fiat justus, ut per contritionem, tamen non dicitur formaliter justus, sed tantum dispositive, & actualiter, nisi infundatur gratia justificans.

Probatur 6. ex D. Tho. sicut in naturalibus non solum Deus monet ad operationes, sed etiam dat formas, & virtutes quæ sunt principia illarum operationum ita in supernaturalibus.

Dicunt adversarij ad ista, quod sicut ut homo sit ingratus, & odiosus Deo nulla qualitas habitualis requiritur, sed ad hoc sufficit actus præteritus cumque maculam suam contraxit, ergo pariter, ut homo sit justus sufficit actus contritionis, & dilectionis.

Respondeo quod malum ex quocumque defectu: bonum vero ex integra causa, & sic, est homo sit odiosus Deo sufficit, vel minimus actus malus, ut autem sit justus requiritur integra causa.

Respondeo 2. quod non est paritas, quia gratia justificans est effectus Dei diligentis justos & ordinantis eos ad finem supernaturalem, debet esse permanens; in injusta autem non requiritur aliqua forma præter peccatum.

QUÆSTIO IV.

Quænam sint dispositiones ad justificationem & an dentur.

Quatuor numerantur dispositiones ad justificationem à Concilio Trid. sess. 6.

cap. 6. fides. Timor divinæ justitiæ, spes divinæ misericordiæ, dilectio Dei.

Lutherani pro fide ponunt fiduciam quam justificantem dicunt, & sic si ab his quæratur; ad quid prosint opera, ut contritio, & dilectio Dei, & observantia mandatorum, si fides sufficiat ad justificationem. Respondent, eos esse effectus, sive fructus ipsius justificationis per fidem, adeo ut si in aliquo mala opera depræhendantur est argumentum à posteriori, fidem eius non esse veram, & sic non esse iustificantem.

Dico primo nulla opera naturalia ad iustificationem disponere, nec illam promereri contra pelagianos, Lutheranos, & Calvinistos.

Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 5. ubi sic loquitur. *Declarat sta Synodus ipsius justificationis exordium in adultis à Deo per Christum Iesum præveniente gratia sumendum esse, hoc est ab ejus vocatione qua nullis eorum producentibus meritis vocantur; tum Canone, si quis dixerit hominem suis operibusque, vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiant absque divina per Iesum Christum gratia posse justificari coram Deo anathema sit.* Et Canone 2. *Si quis dixerit ad hoc solum Divinam gratiam per Iesum Christum dari, ut facilius homo juste vivere, ut vitam æternam premereri possit quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed egre tamen, & dificulter possit. anathema sit.* Deinum Canone 3. *Si quis dixerit sine prevenienie Spiritus Sancti inspiratione; atque ejus adjutori hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, & justificationis gratia conferatur anathema sit.*

Dico 2. Dantur aliquæ dispositiones Deo auxiliantes ad ipsam justificationem. Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 5. *Vt qui per peccata à Deo adversi erant, per ejus exiſtationem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperando disponantur.* Et Canone 4. *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum & exitatum, nil cooperari assentiendo Deo exitantem, atque vocantem quoad optinendam justificationis gratiam se disponet, ac preparet, neque possit dissentire, si velit, sed velut inanime quoddã nil omnino agere & mere passive se habere anathema sit,*

Probatur 2. Ex scriptura sacra Proverbiorum 14. *Vocavi, & retinuisti, sed expetitis omne Concilium meum, increpationes meas neglexistis extendi manum meam, & non erat qui respiceret.* Jeremiæ

Dico 4. quod fides quæ est dispositio ad justificationem non est fiducia qua credimus in particulari peccata nobis esse remissa, & Deum nobis esse propitium per passionem Christi, est de fide contra Lutherum.

Probatur 1. ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 6. & Canone 12. *Si quis dixerit fidem justificantem, nihil aliud esse quam fiduciam Divinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse qua justificatus anathema sit.*

Probatur 2. Rationibus, primo quod est effectus fidei justificantis non est fides justificans, sed fiducia est effectus fidei justificantis, ex Apostolo ad Ephesios 3. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem ejus.

2. Fidei per quam justificamur debet distingui à spe, sed fiducia nil est aliud quam spes roborata quæ à fide sumit suam certitudinem; nam quare credimus quod per passionem Christi delentur peccata, nisi quia credimus Christum passum fuisse, ergo.

Dicit Kinnitius, quod hic ordo debet servari: primo debet esse cognitio promissionum Dei. 2. Assensus, ex illa notitia oritur desiderium justificationis. 3. Eccitatio fiduciam accedendi ad Tronum gratiæ.

Resp. Quod isti actus non possunt pertinere ad eandem virtutem cum duo primi pertineant ad intellectum, & alij ad voluntatem. 2. Illi actus non sunt, nisi præposita fide. Nolumus excludere fiduciam, sed dicimus non esse istam quæ justificat.

Dico 5. quod per justitiam non est notitia sed firmus assensus nostri intellectus contra Calvinum, qui definit fidem per cognitionem libro 3. institut. cap. 3. & insultat Catholicos qui profitentur credere quidquid Ecclesia docet, etiamsi ea minus intelligant, aut penetrent.

Probatur in fide sunt duo, apprehentio, & assensus, sed apprehentio non est fides, sed quid precedens illam, nam infideles possunt apprehendere nostra mysteria, ut mysterium Trinitatis; sed tamen non credere; imo irrident, rustici credunt; sed tamen non apprehendunt, & tamen justificantur, ergo.

Deinde duplex est assensus, & judicium primus sequitur Rationem, & evidentiam rei qui dicitur notitia, alter authoritatem proponentes, & dicitur fides, ergo per illam notitiam non credimus juxta Augustinum quod credimus authoritati.

Dico 6. Objectum fidei justificantis non est sola promissio Divinæ misericordiæ, sed omnia Divinitus revelata.

Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 6. disponuntur autem ad ipsam justitiam dum excitati divina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes libere moventur in Deum tradentes vera esse quæ divinitus revelata, & promissa sunt, atque illud in primis à Deo justificari impium per gratiam ejus per redemptionem quæ est in Christo Jesu.

Probatur 2. per loco scripturæ, ubi Christus laudavit fidem primo Math. ergo. *Creditis quia hoc possunt facere nobis*, & cap. 16. *Tu es Christus Filij Dei vivi, beatus es Simon Baronia*, Lucæ 7. *Non inveni tantam fidem in Israelio dic tantum verbo, & sanabitur puer meus.*

Probatur 3. ex D. Aug. lib. 1. de doctrina Christi cap. 18. *Quis quis in Ecclesia ejus demitti sibi peccata non crederet.*

Probatur 4. Deus vult ut per fidem justificemur, si hoc erigit tanquam dispositionem, sed hoc erigit Deus, juxta illud Joannis 3. *Qui credit in Filium hominis habet vitam æternam*, deinde in scripturis laudat Christus & approbat fidem illam circa revelata ergo.

Dico 7. sola fides non est dispositio ad justificationem, sed insuper requiruntur plures alij actus qui 6. enumerantur à Concilio Trid. sess. 6. cap. 6. timor. Spes. Dilectio. Pœnitentia. Propositum. Suscipiendi Baptismum & inchoandi novam vitam, atque observandi mandata Dei.

Probatur 1. ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 6. cum vero Apostolus dicit justificari hominem per fidem, & gratis verba, in eo sensu intelligenda sunt quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ sensus expressis, ut scilicet per fidem, ideo justificari dicamur quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis sine qua impossibile est placere Deo, & ad Filiorum ejus consortium pervenire: gratis autem justificare dicamur, quia nil eorum qui justificationem procedunt, sive fides, sive opera ipsam justificationis gratiam promeretur, si enim gratia est, jam non ex operibus, alioquin ut idem Apostolus inquit gratia non est gratia. Tandem Canone ergo, *Si quis dixerit sola fide impium justificari ita ut intelligat nihil aliud requiri quod ad justificationis gratiam consequendam, cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi anathema sit.*

Probatur 2. sola fides non sufficit ad justificationem, si præter illam requirantur alij actus, & ex illis aliqui sint quibus illa nil prodest, sed ex divinis scripturis præter fidem requirantur alij actus inter quos charitas, & pœnitentia sunt talis naturæ, ut sine illis salus non possit optineri ergo sola fides non sufficit ut dispositio ad justificationem. Minor probatur Ecclesiastici. 2. *Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra* art. 11. 12. *Si pœnitentiam non egerimus incidemus in manus Domini, non in manus hominum.* Lucæ 7. *Remissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Ad Corinthios cap. 13. *Si habuero omnem fidem ita ut ardeam charitatem autem non habuero nihil sum.* Ad Galatas 5. *Neque circumcisio aliquid valet neque preputiam sed fides quæ per dilectionem operatur.* Epistola 2. Jacobi. *Qui proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat numquam poterit fides saluare illum*, Videtis quod ex operibus justificatur homo, non ex fide tantum, sola fides non sufficit.

Probatur 3. sola fides non justificat, si possit stare cum peccatis mortalibus, sed fides potest esse etiam cum enormibus peccatis excepta infidelitate, ergo sola fides qua tmvis vera non justificat; Probatur Minor Jacobi 2. *Demones credunt, & contremiscunt, sicut corpus inquit idem sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.*

Dices quod mali habent quidem fidem, sed historiam, quia habent notitiam articulorum, sed non fidem formalem quæ sit necessaria ad justificationem Resp. quod nulla datur talis fides, deinde non est quæstio de illa, sed alia 3. fides ergo quæ requiritur debet esse fides formata charitate, ergo sola fides non sufficit.

Dicunt ad hoc quod vera fides est inseparabilis à charitate, sed contra primo hoc admitto non sequitur quod sola fides justificet.

Secundo falsum est quod non sit separata à charitate. Probatur ex Joanne 12. *Verum tamen multi ex principibus crediderunt in eum sed non confitebantur dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei* fides separatura charitate unde Aug. Tractatu 93. & 54. *Quidam inquit crediderunt prædestinati in vitam aeternam, quidam vero non crediderunt; eorum autem, qui crediderunt alij usque à Deo confitebantur, ut palmarum ramis acceptis venienti occurrerunt, in eadem laudis confessio-*

ne lectantes, alij vero ex principibus confiteri non audebant ut de Sinagoga non ejicerentur. Ubi S. Aug. loquitur de fide, quæ credebant in Christum quæ quia non audebant, non habebant charitatem tamen habebant fidem ergo idem D. Aug. de trinitate libro 15. cap. 18. fidem sine charitate posse quidem esse sed non prodesse ergo.

S. Ignatius in epistola ad Ephesios. *Principium vitæ inquit est fides, finis vero eius est dilectio; ambæ autem junctæ, & in unitate factæ hominem Dei perficiunt.*

Gregorius Nazianzenus oratione 40. *In sanctum lavacrum hoc dogmatum fundamento bona opera strue, quando quidem fides sine operibus mortua est quemadmodum & opera si fides absit.*

S. Chrysostomus Homilia 30. in Joannem ait. *Non quid ergo satis est ad vitam æternam credere; Minime; non enim omnis inquit qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cœlorum.*

Probatur quarto; A remotione causarum quas habent adversarij ad probandam solam fidem sufficere; vel fides sufficit ex natura rei, vel quia sic placuit Deo justificare homines per solam fidem, sed neutrum dici potest. Probatur prima pars, quia cum vera fides sit actus intellectus quo credimus vera esse quæ divinitus revelata, & promissa sunt à Deo, non potest esse sufficiens est homo justificetur, quia sicut ægrotus eo ipso quod credit posse sanari, & medicum velle ipsum sanare non fit sanus, ita licet quis credat omnibus misteriis uti accedat quid aliud, non justificabitur.

Probatur secunda pars voluntas Dei non potest nobis notificari, nisi vel per revelationem, vel per scripturas, vel per traditiones, sed nullibi habetur quod sola fides justificet ergo.

Dices videmus in scriptura fidem justificare, justum ex ea vivere Resp. quod intelligitur de fide viva, id est cum charitate ut patet ex D. Leone epistola 60. *Sola fides inquit Catholica justificat, & sanctificat.* Ergo non fides hæreticorum mortua.

Dices 2. fides in veteri lege sola justificabat sine lege, ita & inficiebat credere in Christum venturum: imo feminæ non emundabantur à peccato originali, nisi per fidem parentum quæ erat in Christum ergo.

Respondeo quod verum est, quod sola fides in veteri lege justificabat sine lege, sed non sine charitate, & operibus, ut patet ex S. Hilario Jan. 8. in Matheum, ubi ait. *Monet scribas remissum ab homine peccatum;*

hominem enim tantum in Iesu Christo intuebantur, & remissum ab eo quod non poterat; fides enim sola justificat cum charitate; Vnde Sanct. Joannes Chrysostomus homilia 30. in Joannem ait. *Numquid ergo satis est ad vitam æternam in Filium credere, minime; non tamen dicimus fidem satis esse totam ad salutem: cur enim non dixit ipsa est vita sola*: Et homilia 70. in Mathæum. *Ne fideles sola se fide salvari posse confidant* Et homilia primo in 1. ad Timoth. *Non fide solum opus est, sed etiam charitate.*

Dico ultimo: fides, & aliæ dispositiones non merentur de condigno justificationem, id est quod opera facta ex viribus naturæ, & ex fide, spe, & charitate non merentur justificationem de condigno, sed tantum de congruo.

Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 6. cap, ubi omnes justificationis causas recenset ait. *Meritoria autem Iesus Christus qui cum essemus inimici, &c.* & cap. 8. *Gratis autem justificari ideo dicimur, quia nil eorum quæ justificationem non præcedunt, sive fides, sive opera ipsam justificationis gratiam præmeretur, si enim gratia est jam non ex operibus, alioquin ut idem Apostolus inquit gratia jam non est gratia.*

Cum de fide sit inter Doctores Catholicos fidem, & alios actus esse dispositiones ad justificationem, & eos debere esse supernaturales, active, & libere eliciuntur à nobis, ut dicit Concilium Trident. sess. 4. Canone 4. *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum nil operari consentiendo Deo excitanti quoad gratiam se disponat, sed passive se habere anathema sit*: Unde D. Aug. tractato 3. de Verbis Apostoli. *Non est Deus adjutor, si nil agamus, non est cooperator si nil operamur*; contra hæreticos.

Dico quod per illos præcedentes meremur justificari de congruo. Probatur primo ad Romanos 3. 28. *Arbitramur hominem justificari per fidem*: Et cap. 5. justificati ergo ex fide, sed particula ex, & per denotat meritum ergo, unde Origines homilia 11. in Leviticum cap. 2. *Purgatio peccati per pœnitentiam constat, quam verum quis digne gerat.* S. Cyprianus homilia 5. de lapsu ait. *Qui sic Deo satisfecerit, qui pœnitentia facti sui, qui pudore delicti, plus virtutis, & fidei de ipsa lapsus sui dolore conceperit exauditus, & adjutus à Domino quam constristaverat nuper latam faciet Ecclesiam, nec jam solum Dei veniam merebitur, sed coronam.* S. Ambrosius lib. 2. de pœnit. cap. 2. *Tam cito veniam meretur, ut*

venienti, & adhuc longe posito occurat pater, osculum tribuat. Et libro 10. in cap. 22. Lucæ. *Respexit Dominus Petrum, & lachrimæ veniam non postulant, sed merentur, & sic si veniam vis mereri, dilue culpam lachrimis tuam.*

Sanct. Hieronimus lib. 2. contra Pelagianos ait. *Qui peccata simpliciter confitetur meretur humilitate clementiam Salvatoris.* D. Aug. libro de Spiritu, & littera cap. 130. *Per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ peccatum, per gratiam sanatio animæ.*

Probatur 2. homo cooperando, & se disponendo debet aliquid mereri, scilicet ut justificetur, alioquin ad quid se disponeret: unde S. Aug. epistola 105. *Non est remissio peccatorum sine aliquo merito, si fides hanc impetrat.*

Tertio. Omnis actus fidei est ordinis supernaturalis, ergo proportionem habet cum gratia. ergo potest mereri gratiam justificantem.

QUÆSTIO V.

Vtrum per Dei potentiam possit adultus justificari per solam gratiæ infusionem absq; ullo actu proprio.

Supponendum est parvulos justificari per baptismum, sive per solam gratiæ infusionem absque ullo actu proprio ex Concilio Trid. sess. 5. Canone 5.

Supponendum est 2. quod si verbum divinum assumeret naturam humanam originali peccato infectam justificaretur per solam unionem hypostaticam absque alia gratia, & actu proprio illa natura: ita possumus diccere de homine proportione servata, qui elevaretur ad visionem beatificam in mortali peccato existente posse videre Deum sine ulla retractatione proprij peccati, ita Gabriel Nost. q. 3. si de justificatione, quia lumen gloriæ sufficeret ad hoc. Petrus solo, & alij Dominicani putant impossibile aliquem adultum posse justificari absque proprio actu & fundantur in D. Th. 3. p. q. 8. 6. qui sic loquitur. *Impossibile est peccatum actuale mortale sine penitentia remitti*, loquendo de penitentia, ut est virtus, ergo ex D. Tho. peccatum mortale non potest remitti sine actu retractraionis, quia actus penitentiæ est actus retractationis, unde addit D. Tho. *Offensa peccati mortalis procedit ex hoc quod voluntas hominis, est aversa à Deo per conversionem ad aliquod tamen commutabile, unde requiritur ad remissionem peccatorum divinæ offensæ quod vo-*

luntas hominis sic immutetur, ut conversatur ad Deum cum detestatione conversionis predictæ, & proposito emendæ, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ, secundum quod est virtus, & ideo impossibile est quod peccatum alicui remitatur sine pœnitentia secundum quod est virtus. Ex D. Tho. non potest remitti peccatum in adultis sine actu proprio.

Secundum fundamentum est, actus pœnitentiæ qui est peccati retractatio, & dispositio ad gratiæ habitualis, infusionem, sed dispositio non potest à Deo supleri, quia est in genere causæ materialis: ergo non potest fieri justificatio sine illo actu retractante.

3. Nullum est peccatum mortale quod non proveniat à libera hominis voluntate, avertente se à Deo, sed libera aversio non potest auferri sine libera conversione ad Deum, quia homo debet posse scire se esse justificatũ, alioquin semper remanebit in peccati opinione, quæ opinio faciet ut teneatur se convertere ad Deum, sed non cognoscere, si se non retractet, & relinquat creaturam nam vel per gratiam sine actu retractante reliquet creaturam, vel non; primum non potest esse sine actu ergo.

Quartum eo ipso quod Deus remittit peccatum per gratiæ infusionem, eo ipso diligit illum, sed non potest diligere, nisi diligatur, quia amor, & charitas provenit à Deo, non est otiosa, sed dictio Dei est retractatio, & semper aliquis actus.

Alia opinio est. P. Grabielis à S. Vincentio Carmelita discarceato cum aliis multis qui tenent contrarium, quorum fundamenta sunt. Primum Deus potest aliquem sanctificare absque ulla prævia dispositione ergo potest justificare absque actu proprio peccati; antecedens probatur quia Deus de facto justificat parvulos per gratiæ efusionem absque ullo eorum actu, saltem per omnipotentiam divinam potest justificari homo per solam gratiæ infusionem.

Secundum est, gratia per sua naturalia expellit peccatum, & absolute loquendo non requirit aliquod aliud. Ergo deinde homo per solam attritionem cum Sacramento pœnitentiæ justificatur, licet attritio non sufficiet ad justificationem sine illa poterit justificari utraque opinio videtur probabilis.

QUÆSTIO VI.

Vtrum detur aliqua creatura quæ possit esse causa principalis gratiæ.

NOtandum est quod dupliciter potest intelligi, quod creatura sit causa principalis gratiæ, primo quod creatura per propriam sibi virtutem inatam causet gratiam, quod non potest esse. 2. Per virtutem sibi super additam, ergo per gratiam sibi datam producat principaliter gratiam aliam, sicut calor producit calorem, per calorem de quo est tantum difficultas.

Montano, Scotus & alij tenent opinionem affirmativam, quorum fundamenta sunt primum sumitur ex D. Aug. libro de prædestinatione sanctorum cap. 5. ubi sic ait. *Proinde posse habere fidem sicut posse habere charitatem naturæ est hominum, habere autem fidem quemadmodum habere charitatem gratiæ est fidelium.*

Secundum est, gratia Christi est alterius gratia productiva, ergo etiam nostra quæ est ejusdem speciei, quia prima est capitis, alia membrorum.

3. Est quod est causa ultima dispositionis ad formam, est etiam formæ, ut patet in phisicis, sed homo per gratiam est ultima dispositio ad formam, scilicet actus contritionis, gerit causa principalis gratiæ quæ ad illam dispositionem ultimam sequitur.

Dico quod nulla creatura potest esse causa principalis gratiæ. Probatur primo psalmo 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Isaiæ 43. *Ego Dominus & absque me non est saluator.* Ad Romanos 3. *Vnus est Dominus qui justificat.*

2. Probatur ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. *Hujus justificationis causæ sunt, finalis quidem gloria Dei, & Christi, & vita æterna efficiens vera misericors Deus qui gratuito abluit, & sanctificat, signans, & ungens spiritu promissionis sancto qui est dignus hereditatis nostræ: meritorio autem dilectissimus filius suus.*

Probatur 2. ex D. Tho. q. 112. art. 1. *Dicendum quod nulla res potest agere ultra suam speciem, quia semper oportet quod causa potior sit effectu: donum autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nil aliud sit, quam quædam participatio Divinæ naturæ quæ excedit omnem aliam naturam creatam, & ideo impossibile est quod aliqua creatura gratiam causet; sicut enim necesse est, quod solus Deus deificet communicando consortium divinæ*

Divinæ naturæ per quamdam similitudinis participationem, sicut impossibile est, quod aliquid igneat nisi solus ignis.

Probatur 3. nulla potentia potest agere extra sphæram activitatis cujuscumq; agentis creati, quia gratia est participatio Divinæ naturæ.

Respondebis. quod homo cum gratia actuali erit ejusdem ordinis ac gratia habitualis, ergo cum illa poterit causare gratiam habitualem. Contra gratia actualis est multo imperfectior gratia habituali, quia gratia actualis est tantum motio, & fluxus; & gratia habitualis est quid permanens, deinde gratia actualis se habetur potentia transiens, gratia habitualis se habet ut esse.

2. Respondebis. Saltem homo per gratiam habitualem quam habet, poterit causare gratiam actualem. Contra, quia gratia habitualis, non est operativa, sed tantum est operativa per virtutes, infusas quæ sunt suæ passiones.

Probatur 4. solus Deus potest esse causa justificationis, sed solus Deus potest esse causa principalis justificationis, ut vidimus ex Concilio Trid. ex Lucæ 5. *Confide filij remittuntur tibi peccata tua dixerunt intra se is blasphemat, quis est qui potest dimittere peccata, nisi solus Deus.*

Ad fundamenta aliorum Resp. ad primum quod loquitur hic de homine in quo nulla est repugnantia, sed est potentia passiva proxima ad fidem, & charitatem, non activa.

Ad 2. quod gratia Christi est tantum causa instrumentalis effectiva gratiæ, ut videbimus. Ad aliud Resp. quod licet gratia sit causa efficiens ultimæ dispositionis: actus tamen contritionis non est causa efficiens illius, quia essent simul causa efficiens, quod non potest esse; unde illud axioma non est verum in genere causæ efficientis, sed formalis.

QUÆSTIO VII.

Utrum per absolutam Dei potentiam possit aliqua creatura esse causa efficiens principalis gratiæ.

Quæritur hic, an Deus possit communicare alicui gratiam de sua potentia absoluta, ut sit causa principalis gratiæ per virtutem sibi connaturalem.

Dico quod non potest communicari qualitas neque ulla virtus produci à Deo quæ sit causa principalis gratiæ habitualis.

Probatur 1. Job. 14. *Quis*

potest facere mundum de immundo conceptum semine, non ne tu qui solus es.

Probatur 2. omnis causa principalis debet esse vel ejusdem ordinis cum effectu, si sit univoca, vel superioris, si sit æquivoca, sed nulla est creabilis qualitas quæ sit vel ejusdem ordinis, vel superioris cum gratia. Ergo nulla qualitas est creabilis quæ sit productiva gratiæ. Probatur minor; de essen gratiæ est esse participatio divinæ naturæ secundum formalissimam sui constitutivi rationem, sed præter gratiam nulla potest esse alia creabilis qualitas quæ sit divinæ essentiæ participatio: ergo. Probatur minor. Vel illa qualitas esset gratia, vel aliquod distinctum ab illa, non potest esse alterius gratiæ prædictiva, sed contra primo. Hoc impugnant nostri Salmaticenses disputatione 3. dubio 2. de visione Dei, sed dato hoc ut non concesso. Illa substantia non posset producere gratiam per modum causæ principalis, quia nulla causa principalis potest tribuere alteri naturam alienam, ergo creatura quæ haberet illam posset tantum tribuere suam naturam creatam, non divinam: Nam nulla natura inferior potest efficere principaliter illam; deinde quod non est vel formaliter, vel virtualiter, vel eminenter natura divina non potest causare principaliter naturæ divinæ formalem participationem, ergo.

Dices 2. non implicat aliqua creatura quæ sit ejusdem perfectionis, & ordinis cum gratia. Probatur antecedens; quia impeccabilitas est ejusdem ordinis ac gratia, cum non possit esse sine illa, sed potest dari in creatura impeccabilitas, ergo. Probatur mi; quia potest Deus creare intellectum qui circa cognitionem errare non possit, ergo potest creare voluntatem quæ peccare non possit, quia potest Deus creare liberũ arbitriũ ex natura sua impeccabile, quia peccabilitas est defectus, & imperfectio libertatis, ergo potest Deus creare illud sine tali defectu: contra licet posset dari liberum arbitrium impeccabile circa Deum ut finem naturalem: tamen. Secundum S. Tho. & Salmaticenses disputatione, dubio 2. de Angelis potest dari creatura impeccabilis circa Deum, ut authorem supernaturalem ex natura sua creabilis, quia omne bonum quod apetitur à creatura est defectibile & non est omne bonum, ergo deinde deberet esse sua regula suarum operationum non est ita de voluntate, ac de

intellectu; Nam circa prima principia intellectus errare non potest, voluntas autem deficere potest ex natura sua cum sit ex nihilo.

Dices 3. sicut datur qualitas quæ est participatio divinæ voluntatis, ut charitas, alia quæ est participatio divinæ intellectionis ut lumen gloriæ, ita poterit dari participatio divinæ omnipotentiæ, sed hæc poterit producere gratiam. Resp. quod illæ qualitates sunt in ordine operativo: gratia vero est in ordine essendi, & sircum ratio naturæ sit superior conceptus, quam ordo operativus, sequitur quod illa qualitas non poterit producere gratiam, quæ est participatio naturæ divinæ sub conceptio naturæ.

QUÆSTIO VIII.

An gratiæ quantitas attendi debeat tantum ex parte Dei, an vero etiam ex parte liberi arbitri.

POstquã vidimus quod creatura non potest esse causa gratiæ; videndum est si adminus possit esse causa augmenti gratiæ.

Suppono I. Quod facienti quod in se est ex solis naturæ viribus Deus non dat infallibiliter, & ex certa lege auxilia gratiæ prævenientis quibus id quod ad salutem pertinet prout opportet exequatur, ut patet ad Romanos 4. *Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Nam si esset talis lex quod operatio ex facultate naturæ auxilia gratiæ exigeret, darentur secundum debitum, non secundum gratiam, illa gratia non est præveniens, non esset prima vocatio, quia liberum arbitrium prævenirет omnia illa.

Secundo, hoc fuit declaratum in Concilio Arausicano II. Canone 3. quod sic loquitur. *Cum qui dicit gratiam Dei posse conferri in vocatione mala contradicit Isaiæ, & Apostolo dicentibus in persona Dei. Inventus sum à non quærentibus me,* Canone 4. *Resistere cum Spiritui Sancto qui asserit Deum spectare nostram voluntatem, ut purgemur à peccato, quique non confitetur fieri in nobis per inspirationem Spiritus Sancti, ut etiam velimus purgari,* & Canone 5. damnatur. Qui dixerit, initium fidei, & ipsum credulitatis affectum inesse nobis naturaliter solis naturæ viribus; non autem per spirationem Spiritus Sancti. Et Canone 5. damnatur qui dixerit nobis sine gratia Dei conantibus, taburantibus, & pulsantibus conferri Divinitus mi-

sericordiam, & tandem Canone 7. damnatur qui dixerit hominem per naturæ vigorem posse cogitare aliquod bonum quod pertineat ad animæ salutem. Suppono 2. quod homo non potest per solas naturæ vires per actum bonum, & meritorium de congruo se se disponere, nec proxime, nec remote ad primam gratiam; quod patet ex Concilio Arausicano & Trid. sess. 6. & Canon. 3. ubi habetur. *Quod nostræ justificationis initium non est ex nobis.* His positis plures moderni extra Scholam D. Tho. & D. Aug. tenent quod homini magis conanti intentior gratia præveniens concedatur, & proinde intentior gratia habitualis, & sanctificans, quia volunt quod facienti quod in se est ex viribus naturæ, Deus non deneget gratiam ex pacto, & certa lege.

Dico quod gratiæ quantitas non mensuratur ex majori, vel minori quantitate conatus liberi arbitrij, sed secundum gratuitam Dei voluntatem.

Probatur 1. Corinthiorum 12. *Hæc omnino operatur unus, & idem Spiritus dividens singulis prout vult*, & ad Ephesios 4. *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Primo. Corinth. 1. *videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem &c.* Quem locum explicans. Div. Aug. in fine primi libri ad Simplicium. *Non habeo quid intuear in eligendis hominibus ad gratiam salutarem, si ad examen hujus electionis aliqua cogitatione promitor, nisi vel ejus ingenium, vel minora peccata, vel utrumque Adamus, etiamsi placeat utiles doctrinas: quisquis ergo fuerit quam minimis factis irretitus, atque maculatus, & acer ingenio & liberalibus actibus expositus eligendus videbitur ad gratiam, sed hoc cum statuero ita me reddebit ille, qui infirma mundi elegit, ut confundat fortia & stulta mundi, ut confunderet sapientes, eum intuens, & pudore correptus ego irrideam multos & præ quibusdam peccatoribus castiores, & præ quibusdam piscatoribus oratores*; & Paulo post. *Nam videmus quosdam homines utriusque sexus in conjugali castitate viventes sine querela; & tamen, vel hæreticos, vel paganos. Restat ut voluntates eligantur.*

Probatur 2. ex D. Tho. 22. q. 24. art. 5. in corpore. Resp. *Dicendum quod unius cujusque rei quantitas dependet à propria causa rei, quia universalior causa effectuum majorem producit: charitas autem cum super eccedat proportionem naturæ humanæ non dependet ex aliqua naturali virtute, sed ex sola gratia Spiritus Sancti eam infundentis, & ideo quantitas chari-*

tatis non dependet ex conditione naturæ, sed solum ex voluntate Spiritus Sancti, Vnde Apostolus dicit ad Ephesios 4. unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Probatur 3. Deus non dat gratiam facienti quod in se est ex viribus naturæ, ergo neque majorem secundum majorem liberi arbitrij conatum. Probatur consequentia, quia quantitas dependet à causa ejusdem rei. Secundo tam gratia, quam ejus intentio superat naturæ vires.

Suppono hic, quod facienti quod in se est, dare Deum potest primam gratiam ex tribus causis. Primò ex titulo legis justitiæ quod est Pelagianorum hæresis.

Pelagius fuit natione Scotus, sive Britannus profectus in Syriam Palestinæ ita hypocrisis suæ calliditatem simulavit, ut omnium admirationi esset, contra gratiam, & prædestinationis necessitatem scripsit, habuit discipulos multos, inter quos fuit celestius, Julianus Episcopus Capuensis. Vitalis Carthaginiensis; qui vult videre totam historiam illius, & hæreses sicut & condemnationem à Conciliis; videat Salmaticenses nostros tomo primo de gratia.

Secundo titulo de decen, quatenus Divinam decet bonitatem concedere primam gratiam sic optanti, & hoc est Semipelagianorum hæresis, ut patet ex Cassiano lib. de institutione Cœnobiæ cap. 11. & 13. & collatione 20. cap. 8. & ex S. Prospero & Hilario epist. ad S. Aug.

Condemnata Pelagiana hæresi pullulare cæpit Semipelagianorum error Marsilliæ proptereti dicti sunt illi hæretici Marsilienses inter quos fuit Cassianus Abbas, Marcus Hæremita, Faustus Lirinensis Religiosus factus Episcopus Narbonensis, Gennadius Præsbyter Marsiliensis, anno Domini 490. Faustus Sulpicius, Vincentius Præsbyter Gallus, Camillus, & Theodorus Genuenses; qui docuerunt gratiam efficacem ab Augustino intellectam, sicut & prædestinationem antecedentem actus nostros tollere libertatem, & sic dicebant Deum nil circa actus nostros determinare, nec prædestinasse, nisi prius præsciendo in quam partem se inclinatum esset liberum arbitrium.

Tertio titulo liberalitatis, & misericordiæ quæ tamen aliquod pactum includat de danda gratia facienti quod in se est ex viribus naturæ, & hoc est Molinistarum opinio, ut videre est in ejusdem Molin. concordia

disputat. 10. art. 13. q. 14.

Probatur illud antecedens testimonio D. Aug. hic de pecca merit. & remissi cap. 28. qui sic ait. *Nundum natis, nec quid agerent aliquid boni, aut mali ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est quod major serviet minori; nec ipse tamen quid hoc sentiunt evadunt hujus quæstionis angustias in eis cohartati, & hærentes similiter. O altitudo ex clamare coguntur: unde enim fit homo ab ineunte pueritia modestior, ingeniosior, temperatior, ex magna parte libidinum victor luxuriam detestatur, atque ad virtutes cetera provetior, aptiorque consurgat; & tamen eo loco sit ubi eis prædicari gratia Christiana non possit? Quomodo enim invocabunt in quem non crediderunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Alius autem tardus ingenio libidinibus deditus flagitiis coopertus ita gubernetur, ut audiat, credat baptisetur, rapiatur; & laudabiliter vivat? Vbi duo isti tam diversa merita contraxerunt non dica ut iste credat, ille non credat, quod est propriæ voluntatis, sed ut iste audiat quod credat, ille non audiat: hoc enim non est in hominis potestate. Quid hic respondeant omnino non video qui voluntates hominis creaturis justitiam Dei defendere, & ignorantes altitudinem gratiæ fabulas improbabiles tenuerunt.*

Probatur 2. antecedens Ratione. Quidquid datur ex lege, vel pacto saltem ex imperfecta justitia datur, quæ licet meritum de condigno non dicat: de congruo tamen inducit. Sed dici non potest cum sit sententia Semilagianorum ergo. Major probatur lex, & peccatum fundant justitiam, ut dicit D. Tho: 22. q. 80. art. 2. hoc est debitum legale ad quod reddendum aliquis lege astringitur ergo.

Dicunt ad hoc adversarij quòd esset verum si talis lex fundaretur in naturæ dignitate, sed quia fundatur in virtute meritorum Christi qui hanc promisit gratiam, & tunc talis gratia debetur meritis Christi; non vero viribus naturæ.

Sed contra quia hoc non infringit vim nostri rationis: nam si quis legem condat remittendi debitum facienti talem rem, revera qui talem rem faceret jus haberet ad talem debiti remissionem, etiam si talis lex fuerit facta intuitu alterius seu ob alterius merita.

Secundo quia si Deus facienti quod in se est viribus naturæ ex lege, aut pacto primam concederet gratiam, loqueretur quod initium nostræ justificationis esset ex nobis, sed hoc non potest dici ut definitum est in Conciliorum definitionibus.

Tertio quia si hoc esset verum maledixisset Concilium Arausicanum II. cap. 23. *Hoc etiam salubriter inquit confitemur, & credimus quod in omni opere bona nos non incipiamus, & postea per Dei misericordiam adjuvamur, sed ipsa nobis nullis præcendentibus meritis, & fidem, & amorem inspirat.*

Secunda ratione probatur; opera præcedentia primam gratiam nihil ad illam conducunt, ergo neque major liberi arbitrij conatus ad majorem gratiam. Probatur consequentia, quia ad primam gratiam consequendam etiam conatus numerantur ex adversariis, ergo.

Dicunt primo, adversarij ex Apostolo ad Timotheum primo dicitur. *Qui prius fuerit blasphemus, & persecutor, & contumeliosus; sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Resp. quod hoc dicit Apostolus qui ignoranter facit aliquod opus malum facilius habet veniam; non vero quod sit causa veniæ.

Dicunt secundo ex parabola Mathei 25. de homine qui peregre proficiscent sua distribuit talenta unicuique secundum propriam virtutem, ergo propter majorem, vel minorem industriam unusquisque meruit aliud talentum, vel demeruit ergo unicuique datur gratia secundum propriam virtutem Resp. cum D. Tho. quod hic non distribuitur propriæ virtuti gratia ex viribus naturæ sed jam dotata aliqua gratia. 22. q. 24. art. 3. ad. I. secundo cum S. Hiero. quod Christus per talia talenta intelligit diversa ministeria Ecclesiæ.

Dicunt 3. ex D. Aug. lib. 83. q. 68. ubi habetur. *Hic fortasis conturbatus ad illam quæstionem reddis. Cujus vult miseretur, & quem vult indurat, quid adhuc conqueritur. Voluntati ejus qui resistit.* Respondet *Sed hæc voluntas, Dei injusta esse non potest; venit enim de ocultissimis meritis.* Resp. quod D. Aug. se ipsum explicat lib. I. retractationum cap. 26. hoc modo. *Hoc dictum est post pœnitentiam; Nam est misericordia Dei ipsam etiam præveniens voluntatem, quæ si non esset non præpararetur voluntas, ad Dominum & ad misericordiam pertinet ipsa vocatio quæ etiam fidem prævenit.*

Dicunt ultimo & est achilles adversariorum ad Romanos 8. *Quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui.* Ubi prædestinatio ad gratiam, exordium sumit à præscientia; quosnamque præsciunt, nos prædestinavit Resp. quod Apostolus se explicat dicit enim prius; *Scimus autem quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt san-*

fti; Id est secundum voluntatem Dei; Nam quos præscivit, hoc prædestinavit premittit igitur decretum suæ voluntatis.

QUÆSTIO IX.

Vtrum cum æquali auxilio gratia unus majorem consequatur gratiam justificantem ratione majoris sui conatus liberi arbitrij.

VIdetur nova dificultas, quomodo fieri possit, ut sint duo cum æquali auxilio, & unus majorem consequatur gratiam, & ille excessus non tribuatur viribus liberi arbitrij. Ista dificultas coincidit cum illa quæ tractatur in materia de visione Dei, an intellectus perfectior cum æquali lumine gloriæ perfectius videat Deum, quam alius qui volunt tribuere liberi arbitrij conatus quantitatem gratiæ, dicunt quod iste excessus provenit ex majori conatu libri arbitrij.

Dico quod liberum arbitrium actuali gratia ut sex non potest elicere nisi actum intensum ut sex & sic augmentum gratiæ sanctificantis debet tantum tribui actualis gratiæ augmento.

Probatur primo liberum arbitrium non potest se disposuere ad gratiam sanctificantem, nisi per gratiam, ergo non poterit se magis disponere ad majorem gratiam, quam per majorem gratiam. Antecedens est definitum à Concilio Aurosicano contra Pelagium, consequentia est certa, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter ita magis ad magis.

Probatur 2. ideo liberum arbitrium non potest attingere dispositionem ad gratiam, quia gratia est ordinis supernaturalis, sed etiam ad majorem gratiam, gratia est supernaturalis, ergo non poterit magis se disponere per vires suas.

Dicunt primo adversarij, quod cõtrarietas nostræ opiniõnis apparet ex scriptura sacra. Primo Mathei 25. de talentis à Domino profisceicentibus. Secundo ex Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. ubi habetur. *Vere justi nominamur, & sumus justitiam in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis pro ut vult, & secundam propriam cu usçumque dispositionem, & cooperationem.* Jam responsum fuit ad primum. Ad 2. Resp. quod Concilium intendit, quod illa dispositio sit cum gratia.

Dicunt secundo. Liberum arbitrium vero influit, ut ait Concilium Trid. sess. 6. cap. 5.

Contra

Contra hæreticos, qui dicunt quod sit inane instrumentum, ergo debet tribui ipsi aliquod augmentum gratiæ Resp. quod liberum arbitrium influit tantum rudicaliter, & tota virtus proxima est à gratia, ergo Concilium non agit, nisi per gratiam.

Dicunt ultimo ex D. Tho. prima parte q. 62. art. 6. ubi sic ait. *Rationabile est quod secundum gradum naturalium Angelis data sint donæ gratiæ, & perfectio beatitudinis, primo ex parte Dei qui per ordinem suæ sapientiæ diversos gradus in Angelica natura constituit*; Sicut autem *natura Angelica facta est à Deo ad gratiam, & beatitudinem, ita etiam gradus naturæ Angelicæ ad diversos gradus gratiæ, & gloriæ ordinari videntur*; Et Paulo post dicit. *Ideo rationabile est quod Angeli, qui meliorem naturam habuerunt, etiam fortius, & efficatius ad Deum sint conversi.* Postea subdit. *Vnde videtur quod Angeli qui habuerunt meliora naturalia habuerunt plus de gratia, & de gloria.* Respondet D. Tho. *Diversitas naturalium aliter est in Angelis qui differunt specie, & aliter in hominibus differentia enim secundum speciem est propter finem. Vnde non est eadem ratio de utroque: itaque illa gratia quæ data est maior, vel minor Angelis perfectioris naturæ, vel imperfectioris data est nullo interveniente conatu Angeli.*

QUÆSTIO X.

An homo in statu naturæ lapsæ possit id totum quod poterat in statu puræ naturæ.

Cardinalis Cajetanus, & soto Dominicani dicunt quod homo purus, & homo lapsus differunt tantum sicut homo nudus, & homo spoliatus, in quantum, quod homo sit spoliatus in pœnam peccati; non vero nudus, sed est pura carentia, ex quo principio deducunt, quod homo in statu naturæ lapsæ potest id totum, quod potuisset in statu naturæ puræ quoad naturalia.

Dico cum Cajetano, & soto quod homo corruptus potest omnia quæ potuisset in statu naturæ puræ; quoad naturalia.

Probatur primo. Per peccatum nil amisit homo quoad vires naturales, sicut Angeli, quia naturalia per peccatum, nec extincta, nec sublata, nec læsa fuere, ergo homo in illo statu totum id potest quod potuisset in statu naturæ puræ.

Dices vires sunt debilitatæ: ergo totum non potest quod potuisset in alio statu. Respond.

quod hoc tantum facit, quod difficilius possit.

Probatur 2. ex Cajetano; qui ait, quod peccatum respectu naturæ lapsæ se habet tantum ut removens prohibens; removens vero prohibens non destruit naturam rei, sicut lapis ex hoc quod magis non movetur, non sequitur ex parte sui destructio naturæ, sed remanet cum sua gravitate naturali: ergo cum peccatum sit tantum removens prohibens relinquit in anima totum quod habebat ex viribus suis.

Probatur 3. homo per peccatum non est magis corruptibilis, quam in statu naturæ puræ, ergo in anima non facit minores vires, quia sicut in statu naturæ integræ, justitia originalis totum quod agebat in corpore, totum agebat in anima, & sic sicut corpus per illam subdebatur anima, & anima Deo, ergo sicut per gratiæ originalis amissionem non fuit sublata subjectio, ita neque in anima & vice versa.

Dices homo lapsus habet vires vulneratas, quod non habuisset in statu naturæ puræ, sed homo vulneratus & plagatus non potest id totum quod homo sanus, ergo. Resp. quod hoc tantum probat quod difficilius potest; non vero quod non possit dicunt 2. homo purus potuisset amare Deum ut authorem naturæ super omnia, quod non potest modo homo lapsus, ergo quia homo per peccatum est aversus à Deo, ut authore naturalis, & supernaturalis, nec potest converti ad unum, quin convertatur ad alium, sed modo non potest se convertere ad Deum, ut authorem supernaturalem sine gratia, ergo neque ut authorem naturalem; quod tamen potuisset in statu naturæ puræ, ergo Resp. quod hoc provenit, quia homo lapsus est elevatus ad ordinem supernaturalem, & sic non potest se convertere ad Deum ut authorem naturalem, quin convertatur ut authorem supernaturalem, sed hoc non facit quod non possit modo cum auxilio generali, aut speciali, quod potuisset in alio statu cum eisdem auxiliis, sed si non potest, hoc provenit ex elevatione, non vero defectu virium.

QUÆSTIO XI.

An homo cum solo auxilio generali in statu naturæ lapsæ possit facere aliquod bonum morale ordinis naturalis.

Quando loquimur de bono morali non loquimur de

bono meritorio vitæ æternæ, ſed de bono conformæ rationis quod referatur in finem naturalem, ſaltem implicite..

Vaſques ex inclita ſocietate Jeſu tenet quod nullus poſſit facere aliquod opus bonum cum ſolo auxilio generali, ſed neceſſariam eſſe gratiam.

Primum fundamentum ejus eſt quod ſunt quodam opera naturalia bona, ut Virginitas, caſtitas paupertas quæ non poſſunt exerceri ſine gratia ergo.

Secundum ſumitur ex orationibus Eccleſiæ in quibus petitur gratia pro operibus moraliter bonis. *Tua nos quæſumus Domine gratia ſemper præveniat, ac ſequatur, ac bonis operibus præſtet eſſe intentos.* 2. *Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat & per te cepta finiatur.*

Tertium eſt quod petimus per merita Chriſti, finiuntur enim omnes orationes per Chriſtum &c. ergo ſignum eſt quod requiritur gratia.

Quartum eſt quod gratias agimus pro omni opere moraliter bono, ergo iſta omnia ſunt ſatis debilia.

Dico, quod non ſequiritur aliud auxilium, quam generale ad opus bonum naturale operandum in ſtatu naturæ lapſæ.

Probatur primo. Ad Romanos 2. *Gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis ſunt faciunt.* Quod explicat S. Joannes Chriſoſt. Homilia 3. illud naturaliter ex viribus naturæ, ſicut Theophilactus, Theodoretus, & alij. Sic formo argumentum, hoc poſito.

Gentes cum ſolo auxilio generali poſſunt ſervare aliqua legis præcepta naturæ, ſed hoc eſt facere aliquod opus bonum ergo poſſunt facere aliquod opus bonum viribus naturæ.

Probatur 2. ad Romanos 4. *Si Abraham ex operibus juſtificatus eſt apud gloriam, ſed non apud Deum.* Quod explicat Cardinalis Toletus Franciſcanus de liberi arbitrii operibus.

Probatur 3. Ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. Canone 6. *Si quis dixerit omnia opera quæ ante juſtificationem fiunt vere eſſe peccata anathema ſit.* Ergo ex Concilio Trid. aliqua opera peccatoris ſunt bona, non ordinis ſupernaturalis, ergo naturalis.

Reſpondet ad hoc Vaſques quod omnia opera peccatoris non ſunt peccata, ſed fiunt per aliquod auxilium ſupernaturale, quando ſunt bona, ſed contra. Hoc fuit damnatum a Pio V. Ordinis Dominicanorum, & à Gregorio XIII. his verbis,

contra Michaelem Baium. *Cum Pelagio sapit qui boni aliquid naturalis, hoc est quod ex naturâ solis viribus actum fuit, agnoscit.* Altera propositio Bai erat liberum arbitrium sine gratia, & sine Dei adjutorio non nisi ad peccatum valet, quæ fuit dam. damnata ab illis summis Pontificibus.

Ocurrit Vasques à dicit, quod illi summi Pontifices damnarunt propositiones Bai. scilicet, liberum arbitrium nil valet, nisi ad peccatum sine gratia, sed non quod dentur actus indifferentes, sed contra. D. Thomas, & multi Patres societatis negant dari actus indifferentes, & sic non fuit damnatus propter hoc.

Probatur 4. Ex D. Aug. tom. 3. de Spiritu, & littera cap. 27. 28. 29. ubi sic habetur. *Quiddam tamen facta, vel legimus, vel novimus, vel audivimus quæ secundum justitiæ regulam, non solùm vituperare non possumus, verum etiam merito, rectèque laudamus.* S. Hieronimus ad demetriam Virginem ait. *Quam multos Philosophos legimus, & ipsi vidimus, castos, patientes, liberales, abstinentes, benignos, & honores mundi simul & delictas respuentes, & amatores justitiæ non minus quam scientiæ.* Unde quæso, *hominibus alienis à Deo, itaque Deo placemus unde autem illi bona, nisi de natura bona:* Postea sic loquitur. *Est in animis nostris quædam ut ita dixerim sanctitas; quæ velut in arce animi præsidens exercet mali. bonique judicium, & ut honestis, rectisque artibus favet, ita sinistra opera condemnet, atque ad conscientium testimonium diversas partes domestica quadam lege diudicut.*

Probatur 5. Ex D. Tho. in ista q. art. 2. ait. *Quia tamen natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, ut scilicet toto bono naturæ privetur; potest quidem etiam in statu naturæ corrutæ per virtutem suæ naturæ aliquod bonum particulare agere, sicut ædificare domos plantare vineas; non tamen totum bonum sibi connaturate, ita ut in nullo deficiat.*

Probatur 6. Homo potest facere naturaliter ad quod naturaliter tenetur, sed naturaliter tenetur agere bonum moraliter, ex solo auxilio generali Dei, ergo quia frustra teneretur ad hoc quod non posset, nam tamen naturale non est extinctum. Dicit Vasques, quod ut homo infirmus hoc nō potest, contra homo infirmus potest aliquas actiones sani facere, ita & homo lapsu aliqua bona opera.

Probatur 7. Ad hoc ut aliqua potentia naturaliter possit exire in actum sibi proportionatum tria requiruntur, & sufficiunt

ex Philosophis. 1. Quod detur in potentia virtus sufficiens ad talem actum producendum, & aliunde non sit impedita. 2. Quod objectum ejus sit proportionatum. 3. Quod detur concursus generalis ad talem actum producendum. v. g. ad hoc ut potentia visiva eliciat actum visionis sufficit virtus visiva non impedita, visibile proportionatum, & concursus Dei gegeralis; sed hæc omnia inveniuntur in homine in statu naturæ lapsæ in ordine ad bonum naturale morale. ergo homo in statu naturæ lapsæ potest aliquod bonum morale facere cum solo auxilio generali. Probatur minor. Primo, voluntas nostra habet virtutem innatam tendendi in bonum morale naturale; est objectum sibi proportionatum ex parte Dei, est paratus concursus generalis ergo.

Ad fundamenta Vasquesij R. ad primum quod illa bona possunt fieri ex una parte cum solo auxilio generali, ex alia indigent auxilio speciali proquo.

Nota quod voluntaria paupertas secundum quod est temporalium bonorum abdicatio potest considerari dupliciter, primo secundum quod provenit ex motivo temporali. v. g. si quis bona sua renunciet; ut studiis melius vacet, vel propter amicum. Dico, quod ille actus potest fieri cum solo auxilio generali, & viribus naturæ, ut notavit D. Hieronimus libro 3. in Math. cap. 19. super illa verba. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis.* ubi nota quoad prima verba nil respondit Christus, sed solum ad illa secuti sumus te, & rationem reddit, quia hoc crates Philosophus, & multi alij divitias contempserunt secunda bonorum objectio potest considerari prout fit propter Deum, tunc non erit ex viribus naturæ, sed ex gratia, quod est proprium Apostolorum, atque credentium.

Advertendum est tamen, quod voluntas viribus naturæ licet possit facere aliquod bonum morale ordinis naturæ; non tamen omne bonum collective, quia sicut intellectus non potest collective cognoscere omnes veritates naturales speculativas, ita nec voluntas potest practice facere omne opus bonum naturale quia voluntas magis fuit infirmata per peccatum circa bonum, quam intellectus circa verum; in statu vero naturæ integræ potuisset facere omne bonum morale collective, si voluisset sine speciali auxilio supernaturali: scilicet gratia, quia omnia bona tunc

erant homini proportionata.

Ad secundum Resp. Quod Soto doctissimus Dominicanus jam hoc dixerat & sic dico quod consequentia non valet petimus auxilium, ergo est supernaturale v. g. petimus pluviam serenitatem. Ad id quod dicit Vasques quod petimus per Christum. Resp. Quod quia volumus ut deserviant ad salutem.

Ad ultimum Resp. Quod mirum est quod Vasques illud afferat pro sua defensione, cum debeamus gratias agere Deo pro operibus bonis moralibus.

QUÆSTIO XII.

Vtrum opera bona moraliter facta à peccatore vel infideli prosint ad salutem.

A Naturali veniamus ad supernaturale & quæramus, an homo per sua opera bona moraliter possit aliquid ad suæ animæ salutem. Non est difficultas de operibus quæ præcedunt justificationem; an sint dispositiones ad remissionem peccatorum. Hoc enim declaravit Concilium Triden. sess. 9. cap. 6. sed de illis virtutibus quæ fiunt propter honestatem naturalem, an sint dispositiones ad justificationem in infideli, & ad remissionem peccatorum in peccatore. Vasquis disp. 190. cap. 11. & Molina in sua concordia tenent affirmativam quorum fundamenta afferentur quæstione sequenti.

Dico; quod actus moraliter bonus virtutis acquisita factus à peccatore non prodest ad remissionem peccatorum.

Probatur primo ex Concilio Trid. sess. 8. cap. 6. ubi dicitur gratis justificari à Deo dicimur, quia nil eorum quæ justificationem præcedunt, sive spes, sive fides, sive opera ipsam justificationis gratiam promeretur; si enim gratis est, jam non est ex operibus, ut idem Apostolus ait. *Gratia jam non est gratia* & cap. 3. ejusdem sessionis dicitur. *Si quis dixerit sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, ac quo ejus adjutorio; hominem credere, sperare, diligere, aut pænitere sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur anathema sit.*

Probatur 2. ex D. Aug. libro de spiritu & litera cap. 28. *Sicut inquit non impediunt vitam æternam justum quadam peccata venialia sine quibus hæc vita non ducitur, sic ad salutem æternam nil prosunt impio aliqua bona opera sine quibus difficillime vita cujuslibet pessimi hominis non invenitur.*

Item D. Prosper cap. 22. &

26. contra collatorem, & D. Fulgentius libro de Incarnatione Christi cap. 26. ubi ait. *Quomodo poterunt justi esse apud Deum qui in moribus, atque operibus boni aliquid servant, & nec non in fidem Christianæ fidei, atque charitatis referunt.*

Probatur 3. Si opera bona moraliter deservirent ut dispositionis ad remissionem peccatorum, vel hoc haberent ex natura sua, vel pacto aliquo Dei, sed neutrum dici potest ergo probatur minor quoad primam partem non potest esse aliquid dispositio alicujus est natura sua, nisi aliqua connectio naturalis sit inter illud ad quod disponit inter se; sed nulla potest esse, quia opera illa non possunt esse debita gratiæ, sicut admittebant Pelagiani, & Semipelagiani, sed gratia non potest esse naturæ debita, alioquin gratia non esset gratia. Probatur 2. pars; quia nullibi apparet tale pactum, aut lex divina, imo oppositum est Apostolo, & Concilio Trid. relato.

Dicit ad hoc Vasques; quod facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, sed peccator per illa opera bona facit, quod in se est ergo Resp. quod illud axioma habet triplicem sensum. Primus est Catholicus, scilicet facienti quod in se est ex auxilio gratiæ actualis, Deus non denegat gratiam habitualem, quod est verissimum; si enim infidelis, vel fidelis peccator non divino moveatur auxilio ad fidem, vel peccatorum remissionem, & ipse consentiat, impetrabit remissionem peccatorum, & fidem recipiet; quia tunc facit quod in se est ex illo gratiæ auxilio. Secundus sensus est Catholicus, scilicet. facienti quod in se est ex primo gratiæ auxilio Deus non negabit consequentia auxilia quæ disponunt ad justificationem. Tertius sensus est Pelagianorum, quod facienti quod in se est ex viribus naturæ Deus non denegat gratiam, quod est hæreticum, & definitum à Concilio Trid. Arausicano II. & à Leone primo Epistola 84. adversus Pelagianos, quæ sic loquitur. *Hoc sibi tota arte fallendi, nisi intelligatur excipiunt, ut gratia Dei secundum merita dari accipientium sentiatur, quæ utique, nisi gratis detur non est gratia; sed merces. Dicente Paulo Ephesio 2. Gratis estis saluati per fidem, hoc non ex vobis; donum enim Dei est, non est operibus, nequis glorietur,* ergo.

Dicit 2. Vasques, nullum est inconveniens, quod facienti quod in se est, Deus de gratiam cum sit bonus. Resp. quod dat gratiam ex viribus naturæ est in

conveniens, non vero ex viribus gratiæ. Poteſt quidem dare ex liberalitate; ſed non erit ex debito ut vult Vaſques.

Dico 2. opera bona moraliter facta ab infideli nullo modo deſerviunt adhuc, ut Deus concedat illis fidem.

Probatur primo; ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 3. ubi ait. *Cum vero Apoſtolus dicit juſtificari hominem per fidem, & gratis, ea verba in hoc ſenſu* intelligenda ſunt, quem perpetuus Catholicæ Eccleſiæ ſenſus tenet, & expreſſit, ut ſcilicet per fidem ideo juſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix.

Dicit ad hoc Vaſques. Quod fidei eſt initium neceſſarium; non tamen primum initium abſolute, quia etiam opera bona ſunt initium, etſi deſint talia opera, fides erit initium ut loquitur Concilium, ſed contra primo.

Illa reſponſio eſt contra mentem Concilij. 2. Si fides eſſet tantum initium neceſſarium, & caſu quo non præcederent opera bona, fidei eſſet tantum initium ſecundum quid & per accidens, quod eſt contra Concilium, deinde in hoc Concilium impugnat Pelagium ergo.

Probatur 2. Eſt D. Auguſtino lib. de prædeſti. Sanctorum cap. 7. libro de gratia Chriſti, & libro de bono perſeverantiæ cap. 16. epiſtola Jacob. affero tantum verba epiſtolæ. *Reſtat igitur, ut ipſam fidem unde omnis juſtitia ſumit initium non humano tribuamus arbitrio, nec ullis præcedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quæcumque ſunt merita.*

Probatur 3. Opera bona naturalia nullam habent cum gratia connectionem, ergo non ſunt diſpoſitiones.

Probatur 4. Si fides daretur intuitu bonorum operum, qui plura faceret bona opera majorem conſequeretur fidem, quod eſt falſum, quia ſæpiſſime qui minora facit opera bona, & plura committit peccata magis exitatur, quam qui plura fecerit bona opera, & minora perpetraverit peccata ergo.

Sed dicit Vaſques cum Semipelagianis qui putabant noſtræ ſalutis exordium eſſe ex nobis; dicebant enim hominem per liberum arbitrium, vel naturalis conatus poſſe ad gratiæ deſiderium exitari, id eſt poſſe infidelem conari ad fidem petendam, & peccatorem habere deſiderium propriis viribus juſtitia eficax, licet poſtea executio dependeat à fide, & gratia in quo differebant à Pelagianis qui admittebant deſiderium & aſſecu-

assecutionem provenire ex viribus naturæ: unde erat inter illos hoc axioma. Nostris conatibus quotidianam Dei misericordiam, & jugem gratiam implorandam esse, propterea dicebant, & erat eorum fundamentum. Speciale Dei auxilium debet esse in nostra potestate, sed non potest esse, si non proveniat ex viribus naturæ, & nostris conatibus ergo.

Respondeo debet esse in nostra potestate receptive c. effective, & dispositive n. pro quo.

Sciendum est, quod nullum Dei auxilium potest esse in hominis potestate effective, cum non possit homo esse causa bonorum supernaturalium, etiam ut instrumentum. Potest esse in nostra potestate gratia receptive, quia possumus illam, vel acceptare, vel respuere, quo sensu sic loquitur Concilium Trid. sess. 6. cap. 5. *Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nil omnino agit inspirationem illam recipiens. Quippe qui illam, & abjicere potest.* Et Canone 4. *Hominem motum eccitatumque à Deo non se habere velut inanime quoddam & mere passive, sed posse consentire & dissentire recipiendo illam gratiam &c.*

Dices cum Pelagianis. Petite, & accipietis, quærite & invenietis, pulsate, & aperietur vobis, quia omnis qui petit accipit, ergo ex salvatore initium est à nobis. Resp. quod illas petitionis fiunt ex gratia.

Dices 2. cum eisdem. Prima gratia cui non datur, non datur quia ponuntur impedimenta, ergo cui datur, datur quia ponuntur dispositiones. Respond. quod quando prima gratia denegatur, ex nostris demeritis denegatur, quando vero datur, datur à Deo non ex nobis.

Dico 3. quod opera moraliter bona ordinis naturæ, etiam si fiant à gratia ordinis naturalis non valent ad primam fidei gratiam, neque ad remissionem peccatorum optinendam, sed ut valeant, debent provenire à gratia ordinis supernaturalis. Ista conclusio patet ex dictis, quia gratia illa non esset ejusdem ordinis, ac gratia fidei.

Nota quod auxilium generale est concursus generalis debitus rei naturali ex vi sua creationis & conservationis, & Providentiæ Divinæ. Auxilium speciale naturale est quædam gratuita Dei motio ordini naturali in debito, ut concursus quo Deus concurrit cum homine sano ad ambulandum est concursus generalis, ita in homine claudo ad claudendum, quia ipsis debetur talis concursus, ut petit

ſtatus ejus. Concurſus vero ad ambulandum cum claudo recte, licet ſit naturalis; tamen eſt ipſi indebitus, quia non tenetur Deus concurrere cum claudo, niſi ad claudendum. Ille concurſus quo Deus concurrit ad opera moraliter bona naturalia eſt concurſus generalis debitus, ut honorare parentes, ſed ad opera in quibus natura claudicat ordinarie, ut ſunt mala patienter tolerare, mortem ſuſtinere pro republica, & ſimilia ordinis naturalis eſt concurſus ſpecialis indebitus. Videatur D. Thomas 22. q. 136. art. 6. ad. 2. illa opera tamen aliquo modo proſunt ad præcepta naturalia implenda, & negative ad gratiam, quatenus homo non ponit obicem ad gratiam recipiendam.

QUÆSTIO XIII.

An opera moraliter bona facta ab infideli, vel peccatore pertineant ad verum Dei cultum.

NOta quod opera bona pertinere ad Dei cultũ idem eſt ac pertinere ad Religionem, ut docet D. Aug. 4. de Civitate Dei cap. quia cultus pertinet ad Religionem. Vaſques utitur iſto argumento opera bona moraliter pertinent ad cultum Dei, ergo ad Religionem, ſed opera bona & infidelium & peccatorum, ad verum Dei cultum pertinent; ergo fundamenta Vaſqueſij ſunt iſta. Primo infideli poſſunt Deum orare, opera eorum ſunt placita Deo, illa non pertinent ad naturam, ergo ad Dei verum cultum.

Secundum eſt Deus per illud colitur quod eſt Religionis materia, id eſt prout ad virtutem Religionis pertinent prout Religio regulatur fide, ſed poſſunt dari in infidelibus talia opera, ergo Deus poteſt coli ab infideli. Probatur minor ſit caſus; quod fidelis qui peccatum commiſerit fornicationis & pœnitendo illud confiteatur, & detur ei pro pœnitentia unius diei jejunium, & priuſquam impleat fiat infidelis, & poſtea ad impleat tunc præſtabit opus bonum pertinens ad cultum Dei, quia vere ſatisfacit. Non teneretur ſatisfacere, ſi redderet ad veram religionem, ergo.

Dico; quod opera bona moraliter facta ab infideli vel peccatore non pertinent ad verum Dei cultum proprie, ſed abuſive.

Probatur primo. Opera bona naturalia non pertinent ad Religionem, ergo non pertinent

ad cultum Dei. Probatur antecedens ex D. Tho. 22. q. 101. art. 1. ad. 1. ubi sic loquitur. *Sicut Religio est quædam protestatio fidei, spei & charitatis, quibus homo primordialiter ordinatur ad Deum; ita pietas est quædam protestatio charitatis quam quis habet ad parentes, & ad patriam.* q. 94. art. 1. ad. 1. sic dicit. *Ad primum ergo dicendum, quod Religio non est fides, sed fidei protestatio.* q. 81. art. 1. corpore ait. *Religio proprie importat ordinem ad Deum; ipse enim est cui principaliter obligari debemus tanquam indeficienti principio ad quod nostra electio assidue dirigi debet, sicut in ultimum finem, quem negligenter peccando amisimus, & credendo, fidem protestando recuperare debemus.*

Probatur 2. nil potest proprie pertinere ad Religionem, nisi in Deum tanquam in fine multimum referatur, sed bona opera moraliter infidelium, & peccatorum non referuntur in Deum ut ultimum finem, ergo ad Dei cultum non pertinent probatur minor: quia homo per peccatum avertit se à Deo, non solum ut fine supernaturali, sed etiam naturali, & ad creaturam ut ad ultimum finem convertitur, ergo non potest in Deum converti, nisi à Deo rectificetur.

Confirmatur. Non potest fieri rectitudo in [illegible] Deum ut authorem [illegible] eum ut naturalem, nisi detur [illegible] authorem supernaturalem, quia homo elevatus ad ordinem supernaturalem non potest rectificari à Deo fine naturali, nisi rectificetur à Deo, ut fine supernaturali, quia alioquin esset conversus in Deum, ut authorem supernaturalem, & aversus à Deo ut authore naturali, & sic haberet duos fines ultimos, quia si Deus per opera bona naturalia ab infideli coleretur, deberet infidelis per talem cultum in Deum ut authorem naturæ se convertere, sed hoc dici non potest cum sit aversus à Deo ut authore supernaturali, ergo.

Probatur 3. ex D. Tho. 22. q. 23. art. 7. ita se habet inquit finis in agibilibus, ac principium in speculativis. Sed in speculativis non erit recta scientia si desit principium rectum, ergo si desit ultimus finis non poterit esse aliquid rectum, cum omnis rectitudo desumatur à fine in agibilibus, sed in infideli deest finis, ergo.

Probatur 4. ex D. Aug. lib. 4. Contra Julianum Pelagianum cap. 3. *Iuliane noli præcipitare sententiam, diligenter considera, quid te respondere conveniat: an dicis infidelem arborem bonam? Placet ergo Deo; neque enim potest homo*

non placere quod bonum est, & ubi erit quod scriptum est: sine fide impossibile est placere Deo? An respondebis non in quantum infidelis sed in quantum homo est? Arbor bona est, de quo ergo Dominus ait, non potest arbor mala bonos fructus facere, quando quidem quicumque ait homo, aut Angelus arbor bona est, hæc enim Dei sunt opera qui naturarum conditor est bonarum, ac per hoc nulla erit arbor mala de qua dictum est, quod non possit facere fructus suos bonos. Quis infidelis ita infideliter sapiat? Non itaque in quantum homo est, quod est opus Dei, sed in quantum malæ voluntatis est, quisquis arbor mala est, & fructum bonum facere non potest, & subdit, *& ideo Deus istas arbores non potest diligere, & si permanserint disponit excidere quia sine fide impossibile est placere Deo*, ut dicitur Math. 7. nil potest dici, efficatius si perpendantur verba D. Aug.

Resp. ad argumenta adversariorum, ad primum quod infideles proprie orare non possunt, quia vera oratio est elevatio mentis in Deum, quia in homine averso à Deo non potest esse elevatio; oratio dicit duo ex parte intellectus cognitionem Dei, ex parte voluntatis motum in Deum cognitum in infideli potest esse primum, sicut in peccatore, non secundum de quibus dicitur. *Populus hic labies me honorat, cor autem eorum longe est à me*, sic opera illorum proprie non possunt placere à Deo, quoad aliud dico quod aliqua præcepta naturalia possunt impleri etiam ex fine malo ut jejunare propter vanam gloriam.

Ad 2. Resp. quod nostra conclusio procedit tantum de operibus bonis naturalibus, non Sacramentalibus, potest enim infidelis ministrare baptismum valide, dummodo intendat facere quod facit Ecclesia; jejunium illud vel satisfactio facta, ab illo valebit in virtute Sacramenti prius suscepti: non vero. ut infidelis.

Dicit optime quod si unus infidelis suum proximum difamavit. Potest satisfacere proximo suo, sed tunc pœna debita peccato delebitur ergo poterit infidelis sine ordine ad Sacramenta satisfacere pœnæ debitæ. R. quod illa satisfactio erit tantum temporalis, non ad salutem prospicua, quia remanebit aversus à Deo.

QUÆSTIO XIV.

Utrum homo lapsus cum solo auxilio generali possit diligere Deum super omnia ut authorem naturæ.

Cardinalis Cajetanus ornamentum familiæ Domini-

canæ tenet hominem cum solo generali auxilio diligere Deum ut authorem naturæ super omnia posse.

Fundamenta ipsius sunt. 1. Angeli damnati diligunt Deum super omnia, ut authorem naturæ ergo homines etiam possunt in peccato mortali existentes: imo ex d. Th. 1. p. q. 60. art. 1. non possunt nec potuerunt peccare contra Deum ut authorem naturæ, sed etiam ut Deus ponit præcepta supernaturalia, ergo cum sit amor naturalis necessarius in Angelis malis potest esse in hominibus post peccatum.

Secundum Homo in peccato mortali potest exercere aliquod opus bonum naturale, ergo diligere Deum cum sit ejus bonum non excedens vires naturales.

Tertium. Homo in illo statu potest cognoscere Deum esse summum bonum, & summe diligendum, ergo voluntas poterit illud amare, cum ferri possit in totum illud ad quod potest ferri intellectus. 2. Homo in puris naturalibus hoc potuisset, ergo cum peccato, quia peccatum non aufert vires naturales. 3. Præcepta naturalia dantur pro viribus naturæ, ergo. 4. Paganus qui ignorat invincibiliter fidei mysteria obligatur ad dilectionem Dei, ergo possunt diligere, alioquin non essent inexcusabiles.

4. Homo in 1. instanti rationis tenetur se convertere ad Deum ex D. Th. sed non potest nisi possit diligere Deum viribus naturæ ergo.

Dico quod homo in peccato mortali potest tantum inefficaciter diligere Deum & conditionatè, ut authorem naturæ cum Alvaro & Soto Dominicanis.

Probatur 1 dilectio Dei ut authoris naturæ non est actus perfectus, ergo poterit fieri ab homine infirmo; nam videmus sæpe homines impios reprehendere blasphematores.

2. Potest homo in tali statu habere actum inefficacem erga beatitudinem cum solo auxilio generali, ut dicit d. Thom. & nostri Salmaticenses ergo multo magis diligere Deum imperfecte ut authorem naturæ, cum sit magis proportionatus homini peccatori Deus ut author naturæ, quam beatitudo ergo.

3. Videmus quod sæpe peccatores dicunt vellem diligere Deum super omnia, ipsi placere, & servare ejus præcepta, sed iste actus est spei supernaturalis.

Dico 2. quod homo in peccato mortali non potest diligere Deum dilectione perfecta sine speciali auxilio etiam per breve tempus.

Probatur 1. ex Concilio Melivitano, quod putant aliqui fuisse Melit. in quo d. Aug. fuit propter figuras patrum Concilii depictas in Ecclesiâ beatæ Mariæ, tribus leucis distante à civitate nova; vocata Ecclesia de la Melega. Ubi est imago 6. Mariæ dapicta a S. Luca quod sic loquitur Can. 4. *Vtrumq; est donum Dei, & scire quid scire debeamus, & diligere ut faciamus.* Et ex Concilio Arausicano 2. Can. 24. *Prorsus donum est inquit diligere Deum.*

Probatur 2. ex d. Aug. epistola 207. ad vitalem, ubi ait. *liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus.* Et libro de gratia & libero arbitrio cap. 18. *Si non ex Deo, sed ex hominibus dilectio Dei & proximi est, vicerunt Pelagiani, si autem ex Deo vicisti Pelagianos,* idem Doctor Angelicus hic art. 3. & q. 100. art. 10. ad. 3.

Probatur 3. homo in peccato mortali non potest per seipsum convertere in Deum ergo neque Deum diligere ut authorem naturæ qui per dilectionem convertitur in Deum, & sic haberet duos fines ut probant nostri Salmaticenses tractatu 8. disp. 4. ergo non potest velle tunc peccatum mortale, quia dilectio Dei excludit peccatum, sed peccatum non potest excludi viribus naturæ, & per auxilium generale.

Ad fundamenta Cajetani R. ad primum Angeli diligunt Deum amore elicito nego; amore innato concedo propter pondus naturæ. 2. Amore elicito perfecto, n. imperfecto, c. quia non possunt Angeli diligere Deum ut authorem naturæ perfecte, nisi diligant ut authorem supernaturalem. 3. Quod illa dilectio est amor concupiscentiæ, non vero cum spe aliqua.

Ad 2. Resp. quod illa dilectio non est bonum naturale morale quod deberet esse efficax, ad 3. R. potest cognoscere Deum, ut summum bonum speculative c. practice n.

Ad ultimum Resp. quod illa conversio cum non fiat sine ablatione aversionis à Deo non potest fieri viribus naturæ, sed per gratiam, & auxilium speciale.

DISPVTATIO XXV.

De Merito.

Suppono 1. Quod ad meritum requiritur bonitas, & libertas, quia mala opera non possunt esse meritoria præmij, & actionibus necessariis nec me-

remur nec demeremur. Lutherani, & Calviniſtæ ut negarent meritum, negarunt libertatem, quam putant extinctam per peccatum originale, & ſic dicunt quod opera noſtra, licet appareant bona nullomodo eſſe meritoria vitæ æternæ, nec ad illam obtinendam eſſe neceſſaria.

Suppono 2. Multos eſſe acceptiones meriti, 1. Mereri idem eſt ac conſequi, ut canit Eccleſia: O *felix culpa quæ tale meruit habere redemptorem*, de hoc non procedit quæſtio, quia hæretici hoc concedunt. 2. Sumitur pro idoneitate ad aliquod officium, de hoc etiam non eſt quæſtio, & hoc concedunt adverſarij. 3. Sumitur pro ut eſt bonum opus præmio dignum, quod poteſt definiri. Quod ſit valor actionis bonæ humanæ ad obtinendum aliquod præmium, vel ex juſtitia, vel ex decentia, & congruitate, ex quo oritur iſta diviſio de condigno, id eſt ſimpliciter, & de congruo, id eſt ſecundum quid. Pro quo oritur difficultas in D. Th nam art. 1. negat meritum ſimpliciter noſtri ad Deum, & concedit ſecundum quid: art. vero 4. 12. 9. 14. concedit tam meritum de condigno, quam de congruo noſtris actionibus, ad quod.

Dicendum eſt, D. Tho. art. 3. ſubdividiſſe meritum quod art. 1. vocaverat ſecundum quid. 1. In illud quod inducit perfectam æqualitatem & juſtitiæ obligationem, quod eſt meritum ſimpliciter ab aliis vocatum de condigno rigoroſum, quod provenit ex operis, & operantis dignitate quod eſt in Chriſto. 2. In illud quod exigit remunerationem ſecundum quamdam proportionem minorem æqualitate juſtitiæ, quod eſt meritum ſecundum quid quod dividitur in condignum ordinarium, & congruum, & ſic illud meritum de condigno de quo loquitur D. Tho. art. 4. eſt opus bonum, cui ex ſua operantiſq; dignitate debetur merces ex juſtitia: non tamen ex rigore perfecto, quia origo illius provenit à gratia habituali, vel actuali, meritum vero de congruo eſt opus bonum cui debetur merces ex liberalitate, & gratitudine remunerantis: Unde Caietanus dicit quod eſt proportio inter meritum noſtrum, & mercedem, id eſt, eſt proportio inter gratiam quæ eſt principium meriti, & gloriam quæ eſt merces non vero ad Deum viſum.

Suppono 3. Quod multa ſunt quæ poſſũt cadere ſub merito, & ſic quæ habent rationẽ præmij. 1. Sunt bona temporalia. 2. Bo-

na spiritualia quæ sunt auxilia gratiæ. 3. Gratia primo justificans. 4. Augmentum. 5. Finalis perseverans, & reparatio illius post lapsum. Ultimo gloria de qua est quæstio.

QUÆSTIO I.

An opera justorum sint meritoria vitæ æternæ.

Lutherus veterum hæreticorum quos D. August. pseudoprophetas vocat libro de fide, & opere errorem secutus nec non Simonis Magi, ut refert Ireneus lib. 1. cap. 20. Valentiniani Zunomij ut loquitur etiam D. Aug. & Hieronimus ad caput 4. Ozeè, ita fuit inimicus bonorum operum, ut asservit non solum non esse necessaria ad salutem, sed etiam nihil obesse quocunlibet perpetrationem, & perseverantiam peccatorum si adsit fides lib. de libertate Christiana. lib. de Babiloni. cap. de baptismo sermone de novo testamento, ubi sic ait sermone cui titulus sic Deus dilexit mundum. *Ego inquit dico tibi quia angusta est via oportet te fieri tenuem si vis per eam venire: eorum qui operibus onerati sunt sicut conchilibus onestas videmus, Iacobi Peregrinos, 11. non poterunt penetrare:* Similiter sermone de Piscatoria Petri ait. *Erga Deum non operibus, sed nuda fide indigemus; debemus enim cum solo Isaac venire, hoc est in fide, servos & asinos, hoc est opera deorsum dimittere oportet, quanto sceleratior, & tanto citius Deus suam gratiam infundit.*

Hanc doctrinam quamplurimi Lutherani abominati sunt tanquam viam ad omnia scelera, ut patet ex colloquio Altemburgensi anno 1570. in quo Theologi Ducis Saxoniæ defenderunt quod opera bona ad salutem sunt necessaria: non tamen secundum efficientiam sed secundum præsentiam, ita ut fidei necessario debeant esse præsentia ut homo salvetur. At rigidi Lutherani Electorales damnarunt primos Theologos: imo quidam Nicolaus Ambsdorfius in libro quem inscripsit, docuit quod opera sunt perniciosa ad salutem contra Georgium Majorem. Calvinus quoque licet verbo tenus bona opera in fidelibus requirat tanquam fructum vere fidei; reipsa tamen negat illorum necessitatem, & meritum ad salutem æternam, dum docet omnia justorum opera coram Dei Tribunali esse peccata mortalia. Ut patet lib. 3 Inst. cap. 12 ff. 4. ubi sic ai . *Qui serio tanquam sub Dei conspectu de vera justitia regula quærent illi, certo comperient*

comperient omnia hominum opera si sua dignitate censeantur nil nisi inquinamenta esse, & sordes quæ justitia vulgo dicitur apud Deum meram esse iniquitatem quæ integritas censetur pollutionem, quæ gloria dicitur ignominia. Idem repetit cap. 14. ff. 9. 10. & 11. ex tali principio & similibus v. g. quod etiam justis impossibilis sit observantia legis, manifestum sequitur opera esse ad salutem inutilia, quia licet dicuntur bona, tamen ex Calvino coram Deo sunt vere, & realiter peccata.

Circa meritum fuit Calvinus intentissimus, ut patet lib. 3. instit. cap. 15. ff. 2. ubi sic ait. *Primum de meriti nomine id mihi proferre necesse est, quicumque primus illud operibus humanis ad Dei judicium comparatis aptavit, eum fidei sinceritati pessimæ consuluisse. & infra. ubi sunt fateor possim Ecclesiæ scriptores, atque utinam vocabula unius abusu erroris materiam posteris non præbuissent.*

Fundamenta ipsorum sumuntur à scriptura, 1. ex Evangelio in quo dicitur, lex servitutis; Evangelium vero lex libertatis. Mathæi 11. versu 28. Christus ait. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Romanorum 8. 11. 11. *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus abba pater* & cap. 3. *Ubi est gloria tua? exclusa est, per quam legem factorem, non, sed per legem fidei.* Ad Galatas 3. *Christus nos redemit de maledicto legis.* 1. Ad Thimo. cap. 1 *Iusto non est lex posita.* Ergo lex vetus ad factorem spectat, lex nova ad fidem atque ita legem factorum non obligare.

Secundum sumitur ex prospero responsione ad caput 6. Gallorum, ubi ait. *Iustificatus homo, id est ex impio pius factus, nullo præcedente dono, opere, & merito accipit donum quo medio acquiret, & meritum.*

Tertium sumitur ex absurdis per bona opera fides aboliretur, Christus negatur ejus merita inutilia redduntur, & similia sequerentur absurda.

Quartum sumitur ex actis Apostolorum 15. *Nunc ergo quid tentatis Deum imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus, sed per gratiam Domini nostri credimus salvari*; Quemadmodum illi ad Romanos 7. *Velle quidem adjecit mihi, perficere autem bonum non invenio.* Ad Galatas 3. v. 30. *Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, scriptum est enim maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Christus nos liberabit à maledicto*

legis factus pro nobis maledictum.

5. Quod vocant Achillam est illud Isaiæ 64. *Et facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ.*

Dico 1. quod homo justificatus speciali auxilio adjutus potest mandata Dei observare.

Probatur 1. ex Conc. Triden. sess. 6. cap 11. *Nemo quantumvis justificatus liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet; nemo temeraria illa & à patribus sub anathemate prohibita voce uti. Dei præcepta homini justificato ad observandum esse impossibilia.* Et Can. 18. *Si quis dixerit Dei præcepta homini justificato & sub gratia constituto esse observandum impossibilia anathema sit.*

Probatur 2. ex scriptura Deuteronomij 30. *Revertatur Dominus aut gaude ac super te in omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus suis, si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodias præcepta ejus, & revertaris ad Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota animâ tuâ, mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non supra te est, nec procul positum, ut possis dicere quis nostrum valeat cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus.* Certe si esset impossibile observare præcepta Domini, & diceretur tantum lex suavis quia Deus non imputaret peccata quæ fiunt contra illam à justo, lex esset durissima & gravissima.

Probatur 3. ex S. Patribus; Clemens Alexand. lib. 4. Stromatum cap. 8 ait. *Quin etiam præcepta sunt hujusmodi ut à nobis possint fieri quæ consentaneum est, ut consequatur laus & vituperatio* D. Basilius magnus homilia in illud Moysis. *Attende tibi ipsi ait, impium est asserere præcepta Spiritus Sancti impossibilia esse observari.* Et in regulis brevioribus ait. *Sine dubio autem non præcipisset hoc qui bonus, & justus est, nisi etiam facultatem qua id faceremus fuisset largitus.* S. Joannes Chrysost. homilia 18. in Matheum ait. *Ne igitur putemus impossibilia esse præcepta*, & homilia in 1. ad Corinthios ait. *Quæ præcepit Deus, sunt adeo facilia.* Et homilia 9. *Si jussisset quidem gravia, & quæ non possent fieri, posset fortasse proferre quispiam legum difficultatem.* Homilia 19. ait. *Nequaquam Dominum accuses, haud mandat impossibilia; multi enim ipsa superant præcepta.* S. Aug. lib. de natura & gratia cap. 43. ait. *Non igitur impossibilia Deus jubet, sed jubendo admonet, & facere quod possis.*

Probatur 4. si Deus præciperet impossibilia essent injustus, & crudelis nullomodo obliga-

obſervantibus, nec pœna pro in obſervantibus, nec homo unquam peccaret.

Probatur 5. non ſunt impoſſibilia ſi ex ſtis patribus, & prophetis ſi obſervata fuerint, ſed hoc eſt ergo. Probatur minor ſolve cap. 11. dicitur. *Sicut præceperat Dominus Moyſi ſervo ſuo ita præcepit Moyſes ſolve, & ille univerſa complevit, non præteriit de univerſis mandatis, nec unum quidem verbum quod juſſerat Dominus Moyſi.* Lib. 3. regum cap. 14. *Non feciſti ſicut ſervus meus David qui cuſtodivit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo faciens quod placitum eſt in conſpectu meo.* Et cap. 15. *propter David dedit ei Dominus Deus tunc lucernam in Ieruſalem, eo quod feciſſet David rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat ei.* Item pſalmo 118. item lib. 4. regum cap. 23. lib. 2. Paralipomenom cap. 15. Lucæ 1. cap. Joannis 1. cap. 3.

Probatur 6. vel eſſent omnia impoſſibilia, vel tantum aliqua, ſcilicet diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde, & non concupiſces, quæ ſunt impoſſibilia ex adverſariis: ſed illa non ſunt ergo: quia ut dicitur Eccleſiaſtici 47. de omni corde ſuo dilexit Deum pro quo.

Sciendum eſt quod illud præceptum poteſt quadrupliciter rent, nulla eſſent merces pro adimpleri. 1. Ut diligamus Deum tam perfecte in hac vita ac diligitur in altera, quod fieri non poteſt, quia non præcipitur. 2. Ita ut omnes ſenſus ita occupentur, ut nil aliud diligamus quam Deum, quod non præcipitur. 3. Vt toto conatu diligamus Deum quantum fieri poteſt, quod non præcipitur, licet poſſit fieri cum auxilio ſpeciali. 4. Vt diligamus Deum ſuper omnia appretiative, & hoc vere præcipitur.

Præceptũ etiam non concupiſcẽdi eſt poſſibile quod probatur. Notando quod concupiſcentia poteſt ſumi tripliciter. 1. In actu primo, ut eſt pronitas quædam naturæ corruptæ ad concupiſcendum. 2. Vt eſt motus concupiſcendi in actu. 2. præveniens rationem qui vocatur motus primo primi. 3. Pro conſenſu qui procedit à libera voluntate. Illa tria ſunt peccata ex adverſariis, primum eſt peccatum originale, alia duo actualia contra hoc præceptum, & ſic putant illud præceptum eſſe impoſſibile quo ad illa duo.

Catholici tenent quod concupiſcentia in actu primo non eſt peccatum originale, ſed naturalem quandam pronitatem ad malum quæ non eſt cul-

possibilis, 2. Motus concupiscentiæ qui præveniunt rationem non sunt peccata nisi consensus accedat, & sic non prohibentur illo præcepto, sed solum consensum, quod potest observari à justis quod.

Probatur 1. Ecclesiastici 5. *Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui*, & cap. 18. post concupiscentias tuas non eas. Ad Romanos 6. *Non regnet peccatum in mortali corpore vestro, ut obediatis concupiscentiis ejus*: Propterea dicit Aug. lib. 1. de nuptiis, & concupiscentiam cap. 23. *Non ipsa quidem concupiscentia jam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur, non enim in desiderio pravo, sed in nostra consentione peccamus*, & lib. 5. contra Julianum cap. 3. aliud est habere mala desideria carnis, aliud tradi eis consentiendo.

Probatur quo ad illa præcepta. Si duo prima illa quæ sunt difficilia sunt possibilia, multo magis alia. Probatur Exodi 20. *Faciens misericordias iis qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.* Ad Romanos 13. *Qui diligit proximum legem implevit; nam non adulterabis, non occides, non concupisces, & si quid aliud est mandatum in hoc verbo instaurantur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Ergo si dilectionis præceptum potest impleri alia etiam poterunt. Joannis 14. dicitur. *Qui habet mandata mea & servat ea, ille est qui diligit me*, & cap. 15 *Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis*.

Resp. ad fundamenta adversariorum. Ad primum R. Quod D. Petrus hic non loquitur de lege morali, sed de cæremoniis quæ dicuntur insuportabiles secundum quid. Ad illud quod dicitur per gratiam Jesu Christi salvari, voluit quod omnis lex habeat vim suam per Christum; Vnde dicit optime D. Aug. lib. 2. de Spiritu & littera cap. 14. *In illis igitur præceptis excepta Sabbati observatione dicantur mihi, quid non sit observandum à Christiano, sive de non faciendis, colendisque idolis, aliisque ullis diis præter unum verum Deum, sive de non accipiendo nomine Dei in vanum, sive de honore parentibus deferendo, sive de cavendis fornicationibus, homicidiis, furtis, falsis testimoniis, adulteriis, re aliena concupiscenda? Quid horum quisquam dixerit Christianorum non debere servare.* Ergo ex D. August. possunt observari præcepta.

Ad 2. Resp. Quod nostra bona opera sunt semper opera Dei, ex hoc non sequitur, quod non possint observari præcepta, sed provenit observantia ex nostris

meritis.

Ad 3. Resp. Quod illa absurda non sequuntur, quia solum sequitur quod fides sola, & merita Christi non justificant, licet sint absolute necessaria.

Ad 4. Resp. Quod D. Paulus non loquitur de observatione legis, sed de carentia motuum concupiscentiæ, quasi dicat. Vellem quidem carere inordinatis motibus, sed non possum. Ad aliud ad Galatas, Resp. Quod D. Paulus voluit quod Christus non liberaverit à lege, sed arctius nos obligavit propter quod voluit ipse illam implere.

Ad principale Resp. Quod ex hoc non sequitur quod omnia justorum opera sint peccaminosa, quia hoc non exprimitur in textu. 2. Resp. Quod D. Hieronimus explicat de populo Judeo cum per titum & Romanos devastato. Alij explicant de sceleratis, non de omnibus justis, unde D. Aug. lib. de unitate Ecclesiæ cap. 13. contra Donatistas sic loquitur. *Hoc id est de Juda & Israel commemorandum arbitratus sum, ut admoneantur illi non obesse justus in medio impiorum constitutis, quidquid in ipsos populos propter impiorum multitudinem dicitur, ut desinant colligere testimonia quæcumque, sive per Prophetas, sive per os Domini, sive per Evangelistas in Zizaniam, vel paleam orbis terrarum dicta inveniantur: plerumque enim sermo divinus impias turbas Ecclesiæ, quæ nec in Ecclesia deputantur; tamen propter Sacramenta quæ cum sanctis communiter habent quia in eis est quædam forma pietatis: virtutes autem ejus abnegantes sic redarguit tamquam omnes tales sint, & nullus omnino bonus remanserit: inde quippe admonemur in suo quidem numero eos dici omnes, id est omnes filios gehennæ quos eos Deus pertinere præscivit.* Igitur Isaias comparat ritum justorum panno menstruatæ propter multitudinem scelerum; nam bona opera justorum in medio sceleratorum vix apparent, & quasi cum aliis mixti, ut quando sunt duo poma in medio putridorum.

Dico 2. Quod opera justorum sunt bona contra hæreticos, & definitum de fide in Concilio Trid. sess. 6. cap. 11. ubi habetur. *Constat eos orthodoxæ Religionis doctrinæ adversari qui dicunt justum in omni bono opere saltem venialiter peccare, & quod intolerabilius est pœnas æternas mereri, atque etiam eos qui statuunt in omnibus operibus justos peccare si in illis suam ipsorum concordiam excitando, & se se ad currendam in stadio cohortando cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intueantur æternam,* & Canone 25. ait. *Si*

quis in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabilius est mortaliter, atque adeo pœnas æternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia DEus *ea opera non imputat ad damnationem anathema sit.*

Sciendum est quod quæstio non procedit de omnibus operibus, cum certum sit Sanctos sæpe peccare venialiter.

Sed dicimus quod non omnia opera sunt peccata venialia, & multo minus mortalia.

Probatur 1. Mathæi 7. 18. *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere*: Per gratiam enim justificantē dolentur peccata, & fiunt justi homines ex peccatoribus. 2. Job. 1. *In omnibus his non peccavit Iob labijs suis, neque stultum quid contra* DEum *locutus est*:& alij. *Nunquid considerasti servum meum Iob quod non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus timens* DEum, *& recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam suam.* Mathæi 25. & ad Corinthios 3. *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum.* Vide insuper Psalmum 118. Mathæum 5. 11.16.

Probatur 2. ut aliquod opus sit bonum sufficit ut objectum sit bonum, ut fiat propter finem, & cum debitis circunstantiis sed justorum opera sic fiunt, ut dum faciunt eleemosinas.

Probatur 3. evidenter, si opera justorum sunt peccata mortalia, sequeretur hominem per peccatum justificari, quia fidei actus est opus justorum, & tamen ex ipsis justificantur per illam.

Dico. habetur in psalmo 12. *Non intres in judicium cum servo tuo domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*, ergo.

Resp. quod hoc dicitur propter peccata venialia quæ sunt in justis. 2. Quia justificatio est à Deo, & sic non debet superbire. 3. intelligitur in comparatione justitiæ Dei.

Dico 2. Ecclesiastes 7. dicitur. *Non enim est homo justus in terra qui faciat bonum & non peccet.* Ergo omnia opera sunt peccata Resp. qui non peccat, vel venialiter, vel moraliter aliquando est verum.

Dico 3. quod in adultis semel justificatis fides sola non sufficit, sed requiruntur bona opera ad salutem, non solum necessitate præsentiæ sed efficientiæ,& sic non sunt liberi ab observatione præceptorum decalogi.

Lutherus, & Calvinus postquam negarunt necessitatem bonorum operum, dicunt, quod est differentia inter legem Moysis, & Evangelij, quod

prima promittat salutem sub conditione servandi præcepta decalogi ; lex vero Evangelica absolute sola fidei tribuit salutem : propterea inquiunt, Christus non est legislator, sed tantum salvator, qui nos ab obligatione decalogi, & faciendi bona opera liberavit.

Fundantur in authoritatibus. Primo ad Romanos 8. cap. 3. *Vbi est ergo, gloria tua ? Exclusa est per quam legem factorum ; non per legem fidei.* 2. Ad Thimoteum. 9. *Iusto non est lex posita.* Ergo nulla præcepta.

Probatur 1. ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 11. Nemo autem inquit quantumvis iustificatus liberatum se esse ab observatione mandatorum putare debet : & Canone 19. *Si quis dixerit nihil præceptum est in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nil pertinere ad Christianos anathema sit.* Canone 20. *Si quis hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum dixerit, non teneri ad observantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum, quasi vero Evangelium sit nuda, & absoluta promissio vitæ æternæ sine conditione observationes mandatorum anathema sit.* Can. 21. *Si quis dixerit Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, ut redemptorem cui obediant anathema sit.*

Probatur 2. Deuteronomij vel, & Isaiæ 2. *De sion exhibit lex* cap. 33. *Dominus legisfer noster*, Mathæi ultimo. *Euntes ergo docete omnes gentes baptisantes eos in Nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis* ; Et 5. *nolite putare quoniam veni solvere legem, non veni solvere sed adimplere : qui autem solverit unum de mandatis istis minimis & docuerit sic homines.*

Mathæi cap. 7. *Non omnes qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei Filius enim hominis &c. reddet unicuique secundum opera sua.* Mathæi 19. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut Patrem, aut Matrem, aut uxorem, aut Filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.* Lucæ 10. ad Romanos. 2. 8. 17. ad Corint. 4. ad Galatas 5. ad Ephesios 2. ad Philipenses 2. ad Colosenses 3. ad Thimoteum 4. ad Hæbreos 6. potestis videre.

Probatur 3. ex sanctis patribus Clemens Alexandrinus lib. 5. de eleemosina, & misericordia in pauperes ait. *Gratia salvamur, sed non absque operibus bonis.* Et lib. 6. *Quando audivimus fides tua te salvum fecit ; non accipiamus*

eum dicere absolute eos saluos futuros, qui quomodocumque crediderint, nisi facta quoque fuerint secuta. Origenes homilia 1. in Ezechielem 3. ait. *Dupliciter constat salus credentium, per agnitionem, & operum perfectionem.* Theophilus Alexand. lib. 1. cap. 3. Joannes Chrisost. homilia 5. & 42. in genesim.

Probatur 4. bona opera sunt necessaria ad salutem, si Deus jussit & promisit mercedem illa observantibus mandata, & bona opera facientibus, sed Deus jussit, ut patet innumeris locis sacræ scripturæ, ergo.

Ad fundamentum adversariorum Resp. quod Apostolus non excludit bona opera. Ad aliud Resp. cum D. Tho. 1. 2. q. 69. art. 5. quod lex non est posita justis quoad vim coactivam sed tantum directivam, quia sponte observant, non minis; injustis vero quoad vim coactivam.

PRÆCIPUA DIFFICULTAS solvitur.

DIco 4. quod bona opera justorum sunt meritoria vitæ æternæ.

Calvinus dicit, quod nil est tam clarum in tota scriptura, quam quod bona opera justorum non sunt meritoria vitæ æternæ: imo mala, & fundatur primo. Psalmo 102. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus.* Ergo sine merito sed puræ gratis, ad Romanos 6. *Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna.* Ergo vita æterna est gratis 2. Probatur Isaiæ 55. *Venite emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac.* Ergo absque meriro, Lucæ 17. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite servi inutiles sumus.* Ad Romanos 8. *Non condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam &c.*

Probatur conclusio 1. ex Conc. Trid. sess. 6. c. 16. ubi ait. *Non enim iniustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis quam ostenditis in nomine ipsius, & nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem, atque adeo bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia filiis Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter*

fideliter reddenda.

Canone 2. ejusdem Concilij habetur. *Si quis dixerit justos non debere pro bonis operibus quæ in Deo fuerint facta expectare, & sperare æternam retributionem à Deo per ejus misericordiam in Iesu Christi merita si bene agendo, & divina mandata custodiendo usque in finem perseveraverit anathema sit.*

Canone 31. habetur. *Si quis dixerit justificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur anathema sit.*

Item Canone 32. *Si quis dixerit hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati, aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum cujus vivum membrum est non mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gratiæ augmentum anathema sit.*

Probatur 2. Psalmo 61. Vbi dicitur. *Tu reddes unicuique juxta opera sua.* Mathæi 16. *Et tunc reddet unicuique secundum opera ejus.* Ad Corinthios 5. *unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Mathæi 5. *Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, esurivi, & deditis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere.* Ad Corinthios. 9. ad Thimoteum 4. epistola Jacobi cap. 1. & multis aliis locis.

Probatur 3. Ex D. Aug. lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 7. ait. *Iustitia secundum quam justus ex fide vivit, quoniam per Spiritum gratiæ homini ex Deo est vera justitia, quæ licet immerito in aliquibus justus pro hujus vitæ capacitate perfecta dicitur: parva tamen est ad illam magnam quam capit æqualitas Angelorum, sed plane minor ista justitia facit meritum, major illa fit præmium: unde qui istam non sequitur, illam non assequitur.*

Probatur 4. Ex eodem D. Aug. de gratia, & libero arbitrio cap. 6. de D. Paulo sic ait. *Quem certe invenimus sine ullis meritis bonis; imo cum multis meritis malis, Dei gratiam consecutum reddendis bona pro malis videamus quid dicat sua jam appropinquante passione scribens ad Thimoteum. Bonum certamen certavi, cursum consumavi, fidem servavi, ista utique jam merita sua bona commemorat, ut post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consecutus est gratiam. Denique attendite quid sequatur. Superest inquit mihi corona justitiæ quam reddet mihi in illa die justus Iudex. Cui redderet coronam justus Iudex si non dedisset gratiam misericors Pater? Et quomodo illa corona justitiæ, nisi præcessisset gratia quæ justificat impium? Quomodo ista debita redderentur, nisi prius illa gratuita donarentur & subjungit his & talibus testimoniis dicimus probatur gratia Dei non secundum merita nostra, dari quandoquidem non solum multis bonis, verum etiam multis meritis malis præcedentibus videmus datam, & quotidie dari videmus, sed plane cum data fuerit incipiunt esse merita nostra bona: per illam tamen, nam si illa se subs-*

traxerit cadit homo non exercens, sed præcipitatus libero arbitrio: quapropter quando conceperit homo habere merita bona, non debet sibi tribuere illa, sed Deo, sed dicunt Pelagiani hanc esse solum non secundum merita nostra gratiam, quo homini peccata dimittuntur: illam vero quæ datur in finem, id est æternam vitam meritis nostris reddi. Respondemus eis: si enim merita nostra sic intelligant ut etiam ipsa dona Dei esse cognoscant, non esset reprobanda illa sententia; quoniam vero merita humana sic prædicant, ut ea ex semetipso hominem habere dicat, verissime respondet Apostolus, quid habes quod non accepisti: si enim accepisti quid gloriaris? Prorsus talia cogitanti verissime dicitur, dona sua coronet Deus, non merita tua; hoc enim si talia, sunt mala sunt. Quæ sunt mala non coronat Deus; si autem bona sunt, bona sua coronat Deus: si ergo dei dona sunt bona merita tua, non Deus coronat merita tua tanquam merita tua sed tanquam dona sua. Hactenus D. Aug.

Probatur ultimo ibi reperitur ratio meriti, ubi reperiuntur omnes conditiones ad illam, sed reperiuntur in operibus justis ad æternam salutem consequendam, ergo. Probatur minor: ut actio sit bona, & meritoria requiritur, ut sit libera, ut fiat à viatore habente gratiam, ut habeatur ex ulteriori gratiæ auxilio, & ut sic sit supernaturalis, ut ordinetur ad Deum ut ultimum finem, ut præter valorem operum, intercedat promissio Dei ad retribuendum vitam æternam, ut mercedem, sed hæc omnia inveniuntur ut probavimus, ergo.

Ad fundamenta Calvini R. Ad primum, quod cum Deus præmiet ultra condignum semper facit ex misericordia, sed hoc non impedit quin fiat ex justitia, ut ait Apostolus.

Ad 2. Resp. quod vita æterna vocatur gratia, quia initium nostræ salutis provenit ex gratia, & sic gloria dicitur gratia originaliter.

Sed dicit Calvinus si vita æterna non daretur ex mera gratia debuisset dicere Apostolus stipendium bonorum operum vita æterna, sicut dixerat stipendium peccati mors. Resp: quod hoc sequitur ex natura locutionis, ut dicit D. Aug. epistola 105. ad sixtum.

Ad illud Isaiæ dico, quod per vinum, & lac intelligitur gratia præsentis vitæ; non vitæ æternæ ad illud Lucæ Resp. quod sumus serui inutiles attenta sola natura bonorum operum, non vero gratia: propterea non dicit absolute serui inutiles, sed dicite serui inutiles sumus. Ad illud ad Romanos. Resp. quod non sunt condignæ passiones, quia merita sunt tantum de congruo. Ex quibus sequitur, quod merita nostra sunt meri-

toria de congruo formaliter, & de condigno materi aliter, id est non attenta æqualitate valoris meriti cum vita æterna, sed attenta gratia, & promissione Dei per quæ fiunt actiones meritoriæ.

Dico ultimo quod augmentum gratiæ, & virtutum supernaturalium vere cadit sub merito hominis justi.

Probatur 1. ex Conc. Triden. sess. 6. cap 10. *Si ergo inquit justificati, & amici Dei, ac domestici facti euntes de virtute in virtutem renovantur, ut Apostolus inquit de die in diem, hoc est mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma justitiæ in sanctificationem per observationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ in ipsa justitia per Dei gratiam accepta cooperante fide, bonis operibus crescunt, atque magis justificantur, sicut scriptum est, qui justus est justificetur adhuc; videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum, hoc vero justitiæ incrementum petit sancta Ecclesia quam orat, da nobis Domine fidei, spei, charitatis augmentum.* Canone 24. ait. *Si quis dixerit justitiam acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse justificationis: non autem ipsius agendæ causam anathema sit.* Canone 32. ait. *Si quis dixerit homines justificati bona opera &c. Non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (Si tamen in gratia decesserit) consecutionem atque etiam gloriæ augmentum anathema sit.*

Dicit Calvin. si secunda gratia cadit sub merito maxime de condigno, non esset gratia contra Apostolum Resp. quod secunda gratia stricte non est gratia, sed nomen gratiæ vigorose competit primæ gratiæ. 2. Resp. Quod vocatur gratia quia gratuita, id est gratis radicaliter, & remote, non proxime; nimirum respectu primæ, qua homo etiam meruit.

QUÆSTIO II.

Utrum liceat operari intuitu mercedis æternæ.

Ista quæstio ponitur propter hæreticos, qui putant nullum dari posse meritum ad Deum in homine, & sic nullum posse operari propter mercedem, quorum fundamentum sumitur ex hoc, quod sequeretur ultimum finem ordinari ad aliud: hoc maxime deservit ad stabiliendum rationem meriti.

Author hujus hæresis est Burgarius Catalonienssis, & post ipsum Calvinus lib. 3. instit. cap. 16. & 18. qui addit opera bona vitiari per intuitum mercedis. Propterea conviciis nos lacerat Calvinus, sed non mirum.

Grassulus Monachus, qui nullum unquam certamen experti sunt conscientia inquit loco citato. *Nonne etiam vel ambitione inebriati, vel crapula suo tantum Idolo (id est S. Pontifici) ventilare se cupiunt de legis perfectione ita guarrire eadem servitute, cur tum pro mercede exponunt ipsi in terra in præsenti, cui insciant occupat.*

Secundum fundamentum est, si licet agere propter mercedem non reprehenderentur mercenarij. 2. Mercenarius non agit ex charitate. 3. Esset serviliter agere. 4. Deus est diligendus amore amicitiæ, non concupiscentiæ.

Dico tamen, quod est licitum operari intuitu mercedis.

Probatur 1. ex Conc. Triden. sess. 6. & Canone 31. ubi sic loquitur. *Constat eos orthodoxæ religioni adversarij qui statuunt justos peccare si suam ipsorum socordiam, & sese ad currendam in studio exortando, cum hoc ut in primis glorietur Deus, mercedem quoque intuentur æternam*: Ubi vides Concilium dicere operandum esse propter gloriam Dei.

Probatur 2. Ecclesiast. 18. *Ne verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces Dei manet in æternum.* Psalmo 118. *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem.* Supra quod ait Albertus Magnus. *Sic in martirijs gaudete, & inclinavi humiliando carnem ad cognoscendas tantum, sed ad faciendas justificationes tuas, & non ad tempus, sicut multi faciunt, sed in æternum propter retributionem.*

Probatur 3. licitum est operari propter finem ultimum, sive objectivum, sive formalem, sed vita æterna est finis ultimus tam objectivus, quam formalis, ergo. Probatur minor unicuique est licitum operari propter suum objectum bonum, sed objectum creaturæ est finis ultimus, ut docet D. Tho. hac p. q. 1. art. 1. & 2.

Probatur 4. quidquid homo agit, vel agit propter finem, vel propter media, sed omnis actio est propter finem, quia si fit circa media est propter finem.

Probatur 5. licitum est agere propter finem temporalem, ut ægroto accipere pharmacum propter sanitatem, ergo in opere supernaturali propter vitam æternam.

Ad fundamentum primum Resp. Quod est verum in ordine morali secundum quid.

Ad secundum quod aliud est operari intuitu mercedis, aliud esse mercenarium, primus principaliter respicit gloriam Dei, non alius: ad aliud dico quod esset verum si ageret propter

bona temporalia. Ad ultimum dico quod qui agit propter mercedem æternam agit ex utroque amore.

QUÆSTIO III.

An homo poßit promereri alteri primam gratiam de congruo.

CErtum est quod existens in peccato mortali non potest mereri alteri primam gratiam, nec sibi, licet ex congruitate operis, non persona secundum quid possit, & sic est sola difficultas de homine existente in gratia.

Sunt aliqui Theologi novi qui tenent contrarium quorum fundamenta sunt. Primo, Jeremiæ 15. *Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum*, ergo.

2. Orationes justi sunt valoris finiti, ergo non possunt mereri, quia nulla est proportio inter illas, & primam gratiam.

Dico 1. quod justus potest mereri de congruo alteri primam gratiam. Probatur 1. ex D. Tho. hic art. 6. *Merito congrui inquit potest alteri aliquis mereri primam gratiam; quia enim homo in gratia constitutus implet Dei voluntatem, congruum est secundum amicitiæ proportionem, ut Deus impleat hominis voluntatem in salvatione alterius, licet quandoque poßit habere impedimentum ex parte illius, cujus aliquis sanctus justificationem desiderat.*

Probatur 2. habemus in Ecclesia, Paulum fuisse conversum præcibus S. Stephani, ergo.

Probatur 3. congruum est, ut amicus amicum audiat, sed justi sunt amici Dei, ergo possunt obtinere conversionem alicuju peccatoris unde oportet, ut talem obtineat gratiam, quo dirigat suas præces ad eum finem, quia meritum de congruo est impetrare, & nihil sit impetrativum, nisi ad eum ordinetur apud quem impetratio fieri debet.

Ad fundamenta adversariorum Resp. quod ex D. Tho. contingit aliquando ut justus non audiatur propter peccatoris impedimenta.

Ad 2. Resp. quod sufficit, ut meritum, & impetratio sint ejusdem ordinis, non vero proportio. Pro quo.

Nota quod justus potest mereri alteri bona temporalia ex istis in peccato mortali de congruo; non tamen de condigno, licet non semper consequatur effectum suum.

2. Potest etiam illa promereri sibi de congruo ut dicit D. Tho. art. 10. ubi sic loquitur. *Si autem*

considerentur hujusmodi bona secundum se, non sunt simpliciter bona hominis, sed secundum quid, & ita simpliciter non cadunt sub merito, sed secundum quid, in quantum scilicet homines merentur à Deo ad aliqua temporalia agenda, in quibus suum propositum consequuntur Deo favente, ut sicut vita æterna est simpliciter præmium operum justitiæ per relationem ad motionem divinam: ita temporalia bona in se considerata habent rationem mercedis habito respectu ad motivum divinum, quâ voluntates hominum moventur ad hæc prosequenda licet interdum in his non habeant homines rectam rationem.

Montesino tenet justum non posse mereri de condigno bona temporalia. Fundamentum ipsius est, quia bona temporalia sunt potius impedimenta ad vitam æternam, quam bona. 2. Meretur quis actionem Dei qua concedit talia bona quæ est infinita, quod non potest esse.

Dico quod justus potest mereri bona temporalia de condigno pro altero secundum quod conducunt ad vitam æternam.

Probatur 1. Ex D. Tho, in q. art. 10. ubi ait. *Bonum autem hominis est duplex, unum simpliciter, aliud secundum quid bonum hominis simpliciter est ultimus finis ejus, secundum illud Psalmi. Mihi autem adhærere Deo bonum est, & per consequens omnia illa quæ ordinantur ad conducentia ad hunc finem, ut talia simpliciter cadunt sub merito: bonum autem secundum quid hominis est quod est bonum ei, ut nunc, vel quod ei est secundum quid bonum, & hujusmodi non cadunt sub merito sed secundum quid. Secundum hoc ergo dicendum est quod si temporalia bona prout sunt utilia ad opera virtutum quibus perducimur ad vitam æternam, secundum hoc directè, & simpliciter cadunt sub merito, sicut est augmentum gratiæ, & omnia alia quibus homo ordinatur ad perveniendum ad beatitudinem per gratiam.* Hactenus D. Tho.

Probatur 2. Eodem merito quo quis meretur finem meretur media, sed justus per bona opera meretur finem de condigno ergo meretur bona temporalia.

Ad fundamentum Montesino Resp. quod bona temporalia secundum se spectata non sunt simpliciter bona, bene vero ut conducentia ad vitam æternam.

Ad 2. Resp. Quod justus non potest mereri bona temporalia, nisi mereatur actionem Dei n. vel 2. primario. c. ratione termini. n. & secundario; & sic actio Dei est finita ut unita finito.

QUÆSTIO IV.

Vtrum justus mereatur gratiæ augmentum per actus æquales, & remissos.

DOctissimus Bannes Dominicanus tenet 22. q. 24. art. 6. Quod quantumvis multiplicatur actus æqualis, & minus intenti, nunquam datur propter illos præmium essentiale, sed tantum accidentale.

Vt si Petrus in tota sua vita eliciat tantum actum intentum ut 10. & Paulus mille erunt æquales quoad gloriam essentialem, & quoad accidentalem æquales. Fundamentum ejus sumitur ex D. Mathæi 25 ubi dicitur. *Habenti dabitur; & abundabit, ab eo autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.* Hoc est quod gratis bene utentibus dabitur si sint intenti, & intentius operetur, non vero remisse utentibus.

2. Ex D. Tho in prima sententia distinctione 17. q. 2. art. 3. ad 2 ubi dicitur. *Non quolibet actu charitatis augetur charitas, nec cuilibet correspondet augmentum præmij*, & solutione ad 5. ait. *Ad multitudinem actuum charitatis non sequitur de necessitate augmentum præmij essentialis*, & in 2. distinctione 27. q. 1. art. 5. ad 2. *Habet. Non opportet quod quilibet actus meritorius augmentum gratiæ mereatur.* Demum in 3. distinct. q. 1. art. 2. ad 4, ait. *Ille qui meretur non oportet, quod proficiat quantum ad mercedem quam meretur ut sibi illam debitam faciat, vel simpliciter vel quantum ad aliquem modum qui sibi debita prius non erant.*

3. Gratia debet augeri, sicut alii habitus, sed illi non augentur, nisi per actus intensiores & secundum illorum excessum, ut patet, nec valet dicere, quod alij habitus augentur inesse physico; gratia vero inesse morali, quia sicut nostri actus non sunt causa efficiens gratiæ, sunt tamen dispositio augmenti.

4. Actus charitatis est ratio merendi, ergo major, & intensior actus erit ratio magis merendi; ergo intensior actus non poterit mereri augmentum, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis; ergo si charitatis actus est ratio merendi simpliciter, major ratio merendi erit ratio magis merendi ergo actus remissus non poterit, nisi remisse mereri, ergo non mereri augmentum.

Dico, tamen justus meretur gratiæ, & gloriæ augmentum per omnes actus meritorios, etiam si sint æquales in intentio-

ne cum habitu, vel etiam minores. Hoc est definitum in Concil. Trid. sess. 6. cap. 10. & Can. 24. & 32. ubi dicitur.

Si quis dixerit hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi mortem, cujus vivum membrum est fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserint) consecutionem atque etiam gloriæ augmentum anathema sit.

Probatur conclusio. Ideo per Bannesium actus æquales, & remissi non sunt meritorij augmenti gratiæ, & gloriæ de condigno, quia debet servari idem modus, qui servatur in habitibus naturalibus, sed hoc non est verum ergo.

Probatur minor. Ideo habitus naturales augentur tantum per actus intensiores qui augentur physice habitus per actus, ita ut actus sint vera causa efficiens; in causa autem efficiente non datur actio, nisi causa superet in virtute passum, sed hoc ratio non valet respectu gratiæ, ergo quia gratia non causatur physice per nostros actus.

Probatur 2. Charitas augetur per actus remissos; ergo, & gratia probatur anteced. charitas augetur per actus aliarum virtutum, ergo per proprios remissos. Probatur ant. ex Apostolo ad Philippenses primo. *Oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri sine offensa in diem Christi Iesu repleti fructu justitiæ.*

Probatur 3. Sequeretur gratiam ut 10. & alicujus actum charitatis ut 9. vel alterius virtutis nil mereretur. 2. Potioris esse conditionis qui primo gratiam acciperet intensiorem, quam qui remissiorem, quia ille aliquando per suos actus mereretur non ille. 3. Posse dari aliquem qui per totam vitam sancte vixisset, & nil mereretur. 4. Æqualiter mereri Petrum qui actu charitatis intenso ut 10. sua omnia bona dedisset pauperibus, & alium qui cum gradu intenso ut 10 martiris coronaretur. 5. Illum qui videret non posse operari, nisi remisse nil curare de virtutum actibus

Ad fundamenta Gannesij R. Ad primum quod nil contra nos, quia ibi non fit mentio ad actibus remissis, aut intentis.

Ad 2. quod D. Th non loquitur ibi de gratia, & charitate inesse juris ad gloriam, sed inesse qualitatis phisicæ, quia primum augetur per meritum, aliud per seipsum, ibi igitur loquitur

loquitur D. Thom. de charitate, quæ non augetur quolibet actu ut respicit præmium, quia semper præmium non datur ex necessitate, sed de inesse physico.

Ad 3. Quod debet augeri gratia, ut alij habitus inesse physico, non inesse meriti, sive præmij, & juris ad gloriam, in quo debet sequi naturam præmiorum.

Ad 4. Resp. Quod ratio merendi non est actus charitatis, sed gratia, quæ dignificat animam secundum omnes suos gradus.

QUÆSTIO V.

An omnia justorum merita per peccatum mortificata reviviscant ad præmium essentiale.

SCiendum est quod, sunt tria operum genera: mortua, viva, & mortificata. Mortua sunt illa quæ fiunt in peccato mortali, quæ dicuntur mortua, quia sunt ab homine mortuo spiritualiter. Viva sunt quæ fiunt ab homine in gratia. Mortificata sunt quæ fiunt ab homine justo, sed quæ per peccatum adveniens amittunt suum jus uel potius suspenditur jus ut remaneret in acceptatione Dei per decretum præcedens.

Dico primo quod merita mortificata reviviscunt per subsequentem justificationem.

Probatur 1. Ex Concilio Moguntino capite 9. *Divinorum inquit præceptorum observantia renatis tanto fit poßibilior, quanto majorem gratiam sancto semper spiritu operante, vel semel acceptam retinet, vel amissam novo sub inde munere recuperant.* 2. Ex Conc. Trident. sess. 6. cap. 16. *Nil ipsis inquit justificatis amplius deesse credendum est, quominus illis plane operibus, quæ in Deo facta sunt divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse & vitam æternam, suo etiam tempore (si tamen in gratia deceßerint) consequendam vere promeruisse censetur.*

Probatur 2. Ezechielis 18. *Si impius egerit pœnitentiam omnium iniquitatum ejus non recordabor.* Et cap. 23. *Iniquitas impij non nocebit ei*, sed noceret si non reviviseeret, ergo.

Probatur 3. Ex d. Aug. lib. de vera & falsa pœnitentia cap. 14. *Timeat ne inquit omnia bona quæ fecit dum in uno peccatore perseveraverit ex contaminatione mali perdiderit, ut qui servivit Diabolo per crimen, Dei quem abstulit perdiderit servitus. Pium est tamen credere vel recepta Dei gratia quæ in eo destruit mala*

Aaaa

propria, etiam remuneret bona, ut cum destruxerit quod suum non invenit amet, & diligat bonum quod etiam in peccante plantavit.

Probatur 5. ex D. Heron. supra verba ad Galat. 3. sic scribit. *Sicut & hic accipiendum, quod quicumque ad Christi fidem laboraverit, & postea lapsus fuerit in peccatum priora sine causa dicitur passus fuisse dum peccavit, sic rursus non perdat ea si ad pristinam fidem ut antiquum studium revertatur.*

Positis fundamentis Theologiæ moralis veniendum est ad ipsam, & ad casus resolvendos quare est.

LIBER II.

Iuris primi Principij.

De Materiis singulis casuum Conscientiæ.

QUIDQUID diximus in toto primo libro est tantum ad fundandum jus primi principij tam Divini, quam Ecclesiastici, tam proximi, quam laicorum, quia non possumus resolvere casus conscientiæ ex vi juris primi principij, nisi sciamus apud quos vigeat tale jus primi principij, quid exigat, & quid prohibeat, quod vidimus audientes Deum loquentem per scripturas quæ sunt veluti voces & expressiones DEI. Videntes quid possint Summi Pontifices, & Prælati sicut & quid Ecclesia jubeat, & prohibeat: deinde quid sit jus primi principij proximi nostri, & ultimo authoritatem principum & superiorum laicorum. Unde est.

TRACTATVS I.

De præambulis & principiis generalibus præmittendis casuum conscientiæ & primo de legibus.

QUIA necessario. Videndi sunt omnes qui habent jus primi principij tam Divini, quam Ecclesiastici, tam humani quam naturalis, præmittendus est tractatus de legibus.

CAPUT I.

De divisione legum.

Suppono primo quod lex dicitur à ligando quia ligat subditos : illud autem quod ligat est quædam superioritas, sive jus primi Principij ex quo oritur in subditis quædam subjectio ratione inferioritatis, & definitur ratio agendorum recta à publica, vel particulari potate communitati denunciata cum voluntate perpetuo obligandi. Dicitur ratio agendorum, quia ipsa facit, ut faciamus, vel coactivè, vel directivè : dicitur perpetuo obligativa, per quod differt à præceptis, ad hoc ut sit obligativa debet esse honesta, & hæc conditio respicit materiam legum. 2. Debet esse justa, & hoc respicit formam, quæ fundatur in jure, & justitiæ. 3. Debet esse possibilis, alioquin non esset justa. 4. Debet esse necessaria, & utilis. 5. Debet esse perpetua, quia fertur communitati, ad differentiam præcepti quod fertur personæ privatæ. 6. Debet esse promulgata, & post promulgationem tantum obligat post trimestre. Nota, lex Pontificum, & Conciliorum non dependent ab acceptione subditorum, quia censetur esse in bonum Religionis.

Suppono 2. quod lex alia est civilis, alia Ecclesiastica, alia divina, & naturalis, alia innata de quibus suo loco tractabimus.

CAPUT II.

De jurisdictione ut sic, & ejus divisione.

Jurisdictio à jure dicitur, & nihil aliud est quam quædam potestas, ac superioritas, sive jus præcipiendi dans rationem primi Principij erga subditos in his omnibus quæ ab ipsis dependent, & sic pertinet ad superiores leges condere, in iis dispensare, præcipere, indicare, punire, Ministros publicos creare, pupillis tutores assignare, Ecclesias læsas in integrum restituere, Sacramenta ministrare.

Alia est libera, & expedita, alia impedita per censuras, alia est ordinaria, alia delegata.

Prima dividitur in contentiosam quæ dat jus puniendi, causas civiles, & criminosas definiendi, & in voluntariam, quæ versatur circa alia Reip. exercitia, ut legitimare, dispensare, beneficia conferre, Sacramenta

ministrare, matrimoniis assistere. Dicitur voluntaria quia dependet à voluntate recipientis: oportet hic advertere quod jurisdictio non se extendit ultra subditos.

2. Dividitur in Ecclesiasticam, & civilem. Prima respicit causas Ecclesiasticas, sive est spirituale jus; & ista dividitur in eam quæ est in foro fori, sive externo, & in eam quæ est in foro interiori, sive in Sacramento pœnitentiæ. Jus fori externi dividitur in imperium absolutum, & simplex, primum est maxima jurisdictio, alia est mercenaria qui versatur circa lites.

Imperium absolutum habet multos gradus. Primus est potestas inferendi bellum, leges universales condendi, universalia Concilia, & comitia cogendi, & cognoscendi delitibus absque appellatione, monetas cudendi, tributa, & vectigalia imponendi. 2. Gradus est potestas erga facinorosos morte condemnandos. 3. Est potestas Canonica, sive in Clericos, degradandi, potestati civili tradendi, excommunicandi. 4. Est potestas ignis, & ultimus est potestas relegandi, applicandi torturæ, flagellandi.

CAPUT III.

De materia legum ut sic.

OMnis actio bona quæcumque sit, potest esse materia legum, imo actio alias imperata, & aliunde obligata; nisi actiones sint difficiles, & arduæ, ut castitas, & paupertas, quæ sunt materia legis divinæ, vel humanæ, vel Ecclesiasticæ; quoad determinationem, ut Sacramentum pœnitentiæ, & dies dominica possunt esse materia legum.

Ordinariè dicitur quod actus interni non cadunt sub præcepto, quia Ecclesia non judicat de internis; tamen sciendum est quod quando actus interni sunt inseparabiles ab actibus externis, tunc cadunt sub præcepto, & sub lege, ut attentio ad officium, quia Ecclesia, vult quod dicatur officium per modum orationis; qui præcipit Sacramentum pœnitentiæ simul præcipit actum contritionis.

CAPUT IV.

De Ecclesiasticis legislatoribus, de Summo Pontifice.

NOta quod duplex est legislator, Ecclesiasticus, &

civilis qui differunt ratione originis, quia legislatrix poteſtas Eccleſiaſtica eſt à Deo; alia ab homine; prima verſatur circa ſpiritualia juſta illud. *Poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*, civilis poteſtas téporalem pacem conſiderat, ut patet ad Thimoth. ubi orare jubet pro principibus & omnibus qui in poteſtate ſunt ſublimi, ut quietam vitam agant, & ſic primo de ſummo Pontifice.

Inter Legiſlatores primum locum tenet ſummus Pontifex cui Chriſtus dixit. *Paſce oves meas*, id eſt ſecundum D. Bernardum paſce verbo, paſce exemplo, paſce Sacramento ex quibus.

Colliges quod Petro dixit, & ſucceſſoribus paſce oves meas. Secundo dixit Petro & ſucceſſoribus. *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, id eſt quod debent regere condendo leges: Tertio ſummus Pontifex errare in fide, non poteſt juxta illud. *Ego rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua.* Quarto quod habet ſupra omnes fideles jus, & rationem primi principij Eccleſiaſtici. Quinto quod talis poteſtas non à Cardinalibus eſt, ſed à Chriſto. Sexto quod à nemine judicatur, quia non habet ſuperiorem ſe; Chriſtus enim non habet; ergo nec Papa ejus Vicarius. Vidimus iſta fuſius in primo libro.

CAPUT V.

De generalibus Conciliis.

CONcilium generale eſt illud quod congregatur authoritate Summi Pontificis, & ſic vis tota eſt à Summo Pontifice quoad convocationem; ut patet in Conciliis, Orientalibus quæ Summus Pontifex firmavit authoritate ſua, determinavit, & approbavit; Ad Concilium generale, ſoli Epiſcopi, & Cardinales habent jus accedendi; Generales, Abbates ex gratia, & Secundario, & ſic ad Epiſcopos partinet leges condere, ſtatuta determinare, & ea quę ſunt orbi nota: quod nihil poteſt determinari de fide niſi ſit vel expreſſè vel implicitè in ſacra ſcriptura, vel in traditionibus.

CAPUT VI.

De Conciliis non œcumenicis

COncilia non œcumenica ſunt particularia Concilia, quibus debent ſubditi Epiſcopi ſubdi; juriſdictio quoad ſubſtantiam eſt à Chriſto, quoad

modum à summo Pontifice, & sic prima est de institutione divina.

Episcopi non succedunt Apostolis in Apostolatu, sed in Sacerdotali ordinis dignitate: de aliis Legislatoribus Ecclesiasticis egimus in libro primo.

CAPUT VII.

De jure Canonico in communi

IUs Canonicum habet quinque partes. Continet decretum Gratiani Monachi Benedictini ex sacræ scripturæ sententiis, Conciliorum, Summorum Pontificum decretis, ac responsis, Romanorum Imperatorum legibus, Sanctorum Patrum, Ecclesiasticarum Historiarum dictis, ipsius Gratiani, ac ejus discipuli Paleæ commentis compilatione. Tres partes habet quarum prima continet 101. distinctiones Canonibus, sive capitulis distinctas. Secunda habet 36. causas quæstionibus suis Canonibus, & capitulis distinctas. Tertia habet distinctiones de consecratione: ubi adverte quod iste liber non est approbatus à summis Pontificibus, quia habet multa ex hæreticorum libris deprompta, quare oportet tantum accipere ea, quæ pertinent ad decreta summorum Pontificum, & Conciliorum: civiles constitutiones Gratiani multum deserviunt pro civilibus. 2. pars juris Canonici continet quinque libros decretalium, quæ sunt variarum Pontificum rescripta à Gregorio IX. congesta.

3. pars continet librum sextum decretalium à Bonifacio IX. congesta.

4. pars continet constitutiones Clementis V. quinque libris distinctas.

5. pars continet constitutiones extravagantes Joannes XXII. & summorum Pontificum, quæ vagabundæ dicuntur, quia sunt extra corpus juris; tamen postea in ordinem sunt redactæ, numerari etiam possunt. Canones & decreta Conciliorum generalium, & particularium à summis Pontificibus approbata.

Unde nota quod definitiones fidei. sive decreta nullus potest annulare; decreta vero morum possunt annulari.

CAPUT VIII.

De lege, & potestate civili, & politica.

LEgum ferendarum potestas hominum naturæ conve-

nic, Deumque authorem habet, quia homines constituunt quamdam Rempublicam, & sic cum in republica bene ordinata debent esse leges, debent esse etiam aliqui qui condant leges.

Triplex ex forma Reipublicæ, Democratica, quæ est multitudinis regimen; Aristocratica quæ est optimatum regimen; & Monarchica quæ est unius regimen. Capita omnium illarum possunt condere leges, sicut Marquiones, & Barones in suis locis ut videbimus in fine istius libri.

CAPUT IX.

De lege civili.

Leges naturales sunt immutabiles; leges positivæ pendent ab arbitrio legislatorum, & ideo sunt variæ apud gentes.

Est discrimen inter jus naturale, & jus gentium, quod licet omnes gentes debeant subdi utrique; tamen jus gentium determinatur ad sedium occupationem, bella, captivitates, servitutes, postimia, fœdera, paces, inducias legatorum, non violandas.

CAPUT X.

Vtrum legislator propria lege obligetur.

Svppono tanquam certum; quod qui non habent superiorem se, ut Summus Pontifex, Imperatores, Reges non tenentur ad leges coactive, quia prima sedes à nemine judicatur, nisi à Deo; sed tota difficultas est; an obligentur directive, id est in conscientia.

Dico ergo quod tenentur in conscientia ad suas leges. Probatur 1. omnis lex positiva fundatur in lege naturali, omnes tenentur ad legem naturalem; ergo quia radicaliter omnis lex est jus naturale.

Probatur 2. Math. 23. *Dicunt & non faciunt, alligant onera insupportabilia & imponunt super humeros suas leges*, sed hoc non esset verum & justa reprehensio, si non teneantur ad legem, ergo.

Probatur 3. ad Romanos 2. *inexcusabilis es homo qui judicas, in quo enim judicas alterum, ipsum condemnas.*

Probatur 4. ex Divo Ambrosio. *Quod aliis præcepisti, tibi præscripsisti.*

Probatur 5. legislatores non ferunt leges, nisi tanquam Mi-

nistri Dei, qui dat ipsis talem potestatem, & hæc est ratio quare obligant in conscientia, quia Deus præcipit superioribus esse obediendum.

Probatur 6. lex justè lata constituit materiam suam in quadam specie virtutis, ut si Papa ordinaret jejunium, & non observaret faceret contra temperantiam, ergo ultimo probatur juxta nostrum principium. Deus in omnibus legibus habet jus primi Principij, & alij legislatores sunt tantum ministri illius ergo.

CAPUT XI.

An Clerici teneantur civilibus legibus.

DIco 1. quod Clerici tenentur civilibus legibus, quæ sunt in bonum publicum, quando sacris Canonibus, & proprio statui non adversantur; ut legibus, quibus taxatur pretium frumenti, prohibetur quoddam genus armorum, modus ædificandi, testandi, contrahendi, quia Clerici sunt membra reipublicæ, juxta illud. *Qui sentit commodum debet sentire & incommodum.*

Dico 2. quod non obligantur coactivè id est ad pœnam. Debent citari ad proprium judicem, quia seculares non habent jus primi Principij erga ipsos, & sic non obligant ad pœnas corporales.

CAPUT XII.

Quando leges obligant in conscientia & quando.

MOdo videbimus vim nostri principij primi, unde quod totum diximus usque modo resoluitur.

Suppono quod sub isto principio non cadunt amentes, pueri ante usum rationis. 2. Advenæ Peregrini, quia non sunt subditi, ut quando fit aliquod festum locale tantum: & sic ad concordandas varias opiniones, & vitandas varias obscuritates: attendendum erit ad primi principij rationem.

Dico 1. quod omnes tenentur in conscientia obedire habenti jus primi principij probatur, prius.

Supponendum sit, quod ad hoc ut jus illud obliget, duo requiruntur. 1. Gravis materia. 2. Intentio habentis tale jus, quia legislator potest obligare sub gravi, vel sub levi culpa, ut patet in nostris legibus. 2. Oportet attendere ad legem secundum

ſecundum omnes circonſtantias, quia aliquando quod eſt leve ſecundum ſe erit grave ſecundum circonſtantias, ut accipere tabacum in Eccleſia S. Petri Romæ eſt prohibitum ſub cenſuris propter loci reverentiam; ad hoc ut cognoſcatur intentio legiſlatoris oportet attendere ad verba legis, quæ ſunt iſta, hortamur, monemus, vel præcipimus, mandamus, prohibemus; Prima duo ſunt tantum Concilia, & obligant ſub levi, alia ſunt præcepta, & obligant ſub gravi, quia denotant rem gravem.

Quarto tunc materia cenſetur gravis, licet videatur levis, quando ſunt ipſa verba, præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub precepto, vel ſub excommunicatione judicij, gehenna &c.

5. Illa tantum quæ ſunt dubia videntur pertinere ad Concilium: ut caveant, oportet, nolumus, ordinamus, ſtatuimus ut hoc faciant, & in iſtis penſenda eſt materia legis & adjectio pœnæ.

6. Quod eſt differentia inter divinam & humanam legem, quod legiſlator divinus, ut Deus, aut Chriſtus poſſunt obligare ſub gravi pœna, ut morte, non vero humana ordinarie: adverte tamen quod aliquando obligat, aut quando eſt magnum detrimentum Reip. v. g. quando præcipitur militi ſtatio ſervanda cum evidenti periculo vitæ, ut talis civitas igne ſuccendatur; Summus Pontifex Sacerdoti præcipit ut profiteatur fidem, ut inſerviat tempore peſtis, &c. Quia tunc cenſetur res gravis. Eccleſiaſtica cenſura ligatus non tenetur abſtinere à communione cum periculo vitæ, niſi vergat in detrimentum Religionis &c.

Probatur concluſio.

Quia legitimus legiſlator utitur poteſtate Dei ſibi tradita, ergo non minus ſubditus debet obedire juſta præcipienti, quam Deo; ſecundum illud Romanorum. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt, non enim eſt poteſtas, niſi à Deo.* 2. Ex divo Thoma. 96. *Leges hominum juſtæ habent vim obligativam in foro conſcientiæ à lege æterna, à qua derivantur.* 3. Probatur nullum jus licet violare, ſed qui derogat juri primi Principij violat jus, ergo qui non obedit juſta præcipienti peccat, ut qui non obedit parentibus.

CAPUT ULTIMUM.

De lege pœnali.

Pœna eſt duplex, una quæ non imponitur niſi poſt ju-

dicis sententiam, & dicitur sententiæ ferendæ, alia ipso facto, & dicitur latæ v. g. Clericus qui habet beneficium cum censura, vel per Simoniam, tenetur statim relinquere illud, nec facit amplius fructus suos.

Est magna difficultas apud auctores, an illa quæ obligant sub pœna, obligent etiam sub culpa; ordinariè non obligant; unde sciendum est, quod quando pœna est gravis, ut cum periculo vitæ, vel amissione omnium bonorum &c. propter illud grave damnum tenentur ad legem in conscientia.

Nota quod pro interpretatione legis, semper attendendus est finis legis, quia cessante fine cessat lex, ut quando imponitur jejunium propter pestem, cessante peste cessat jejunium 2. oportet attendere ad verba legis quæ exprimunt intentionem legislatoris.

Nota 2. quod qui habet jus condendi leges, potest in iis dispensare; unde solus Deus potest dispensare in lege divina, & naturali, & sic quando dispensatur in voto, vel juramento propriè non dispensatur à Summo Pontifice, sed declaratur quod hic & nunc non tenet propter circonstantias ad quas si attendisset jurans, vel vovens non vovisset. Durans causa dispensationis durat dispensatio, expirans expirat.

Dispensatio alia est obreptitia; alia subreptitia. Consuetudo habet vim legis, quando res duravit per multum tempus, & hoc est verum, tam in materia Canonica, quam in civili.

TRACTATVS II.

De Regulis juris Canonicis.

Regula prima.

Beneficium Ecclesiasticum non potest sine Canonica institutione obtineri.

Regula secunda.

Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit.

EXPLICATIO.

Præscriptio est acquisitio Dominij utilis, vel directi rei alienæ per continuationem possessionis bonæ fidei spatio tamen temporis definiti à lege.

Ad legitimam possessionem requiruntur. 1. Possessio continuata. 2. Titulus præsumptus.

3. Bona fides. 4. Tempus à lege præscriptum dubitans non censetur habere bonam fidem. Ignorantia juris non sufficit ad præscriptionem, etiam si sit excusabilis.

Mala fides nocet possessori universali, non particulari, quia hæres defuncti, sive successor universalis censetur una persona cum defuncto. Particularis hæres, quia non representat personam sui actoris non præscribit, bona fides ad præscriptionem non sufficit sed requiritur titulus.

Ad præscriptionem rerum mobilium requiritur spatium decem annorum inter præsentes cum titulo; inter absentes viginti. In præscriptione triginta annorum non requiritur titulus, nec in jure civili, nec Canonico.

Debita rerum immobilium præscribuntur annis 30. sicut legata servitus personalis præscribitur 10. annis cum titulo inter præsentes, & inter absentes 20. spatium 10. annorum non sufficit ad præscribendum contra legem civilem, contra Canonicam 40.

Res furtivæ non possunt præscribi, nisi bona fide possessa fuerint, subditi non possunt præscribere, nisi visitentur. Res Ecclesiasticæ à laico non possunt præscribi.

Contra præscriptionem datur in integrum restitutio.

Regula 3.

Sine possessione præscripsio non procedit.

Explicatio.

Possessio dicitur à pedum positione; dupliciter aliquid potest possideri, bona fide, mala fide & ratione alicujus tituli.

Tribus modis acquiritur possessio. Apprehensione vera, ficta, & legis dispositione.

Possessio rerum mobilium, tum civilis, tum naturalis, amittitur sola voluntate possessoris: per furtum aut rapinam alterius, si alterius custodiæ subsit, per fugam si sint animalia, vel per amissionem Rei. v. g. bursæ, at possessio servi non amittitur per fugam.

Regula 4.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.

Explicatio.

Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra Dei legem æternam, sive est, aversio à Deo, & conversio ad creaturas; sive melius est derogare juri primi principij, sive divini, sive humani, sive ecclesiasticici, sive laici.

Peccata distinguntur numero duobus modis, ex diversis objectis materialibus, ut quando

peccans distinctis actibus successivè versatur circa ipsa. 2. Per interruptionem actuum moralium. Peccata distinguntur specie per ordinem ad diversas perfectiones, quibus privant objectum, non per ordinem ad diversa præcepta, vel per ordinem ad abjecta formalia, vel melius ad diversa jura primi principij formalia; qui rem alienam, bona fide possidet, tenetur restituere, ex justitia statim ac scit esse alienam, si res perit stante bona fide non tenetur restituere.

Si rem alienam possidet bona fide, & dubitat an sit bona fide, non tenetur restituere si fecit diligentiam, & non reperiat mala fide, possessor semper tenetur restituere: sive extet sive non: imo ad damna. Acceptum bona fide per contractum onerosum, factus malæ fidei tenetur restituere ei à quo mala fide accepit.

Regula 5.

Peccati venia non datur nisi correcto.

Explicatio.

Correctio duo importat: detestationem peccati, & propositum non amplius peccandi, & sic correctio nihil est hic aliud, quam pœnitentia, & pœnitentia nihil est aliud, quam detestatio peccati, & propositum emendandi.

Regula 6.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Explicatio.

Impotentia est duplex una physica, alia moralis; physica est quando aliquis non potest facere; moralis quando non potest fieri sine notabili damno, id est impotentia coeundi impedit matrimonium, impotentia ambulandi impedit auditionem missæ.

Regula 7.

Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.

Regula 8.

Semel malus semper præsumitur malus intelligitur in eodem genere mali.

Regula 9.

Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum.

Explicatio.

Triplex est fictio; inductiva, privativa, & translativa. Inductiva qua lex fingit esse quod non est, veluti quod mortuus sit in bello per gloriam. Privativa qua lex fingit contrarium non esse quod in veritate est, ut quod Monachus deportatus habeatur pro mortuo. Translativa qua lex uno tempore fingit in alio.

Rati habitio alia est tacita, alia expressa. Ratum habemus percussionem factam, quod suo nomine incurrit excommunicationem.

Regula 10.

Rati habitionem retrotrahi à mandato non est dubium comparari.

Regula 11.

Cum sunt partium jura obscura Reo favendum est potius quam actori.

Regula 12.

De judiciis non est acceptatio personarum.

Explicatio.

Hæc regula apparet in distributione juris facienda per judices, dum partibus jus dicunt, in distributione onerum, in collatione Beneficiorum, in electione, & præsentatione.

Regula 13.

Ignorantia facti non juris excusat.

Explicatio.

Ignorantia alia est juris communis, alia juris particularis. Prima est ignorantia legis universalis obligans omnes.

Ignorantia tam juris, quam fori subdividitur in probabilem, quæ dicitur invincibilis, & inculpabilis, & improbabilem, quæ dicitur vincibilis, & culpabilis.

Ignorantia vincibilis est duplex, affectata, crassa sive supina.

Aliquando est antecedens, qua non posita actus malus non fieret. Concomitans quæ si non esset, actus non fieret; subsequens quæ quovis modo est voluntaria.

Ignorantia inculpabilis potest dari juris divini, & mysteriorum fidei, & etiam juris naturalis, ut aliquorum præceptorum naturalium, non tamen omnium, quia sunt quædam prima principia, ut quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.

Ignorantia invincibilis, tam juris, quam facti excusat à peccato. Ignorantia vero juris externi neminem excusat: ignorantia facti excusat.

Ignorantia pœnæ excusat à peccato non nona pœna: ignotionem concomitans excusat acrantia externam à peccato.

Regula 14.

Cum quis succedit in jus alterius justam ignorantiæ causam censetur habere.

Explicatio.

Clericus succedit in bonis, sicut Laicus. Clericus successor in Beneficio tenetur ad debita per suum prædecessorem facta in utilitatem Ecclesiæ, item ad debita pro sua sustentatione, solvere medecinas, ad funeralia ad expēsas utiles factas per lites.

Locatio facta per prædecessorem in bonum Ecclesiæ obligat successorem.

Successor universalis tenetur ad locationes factas ab antecessore, & is qui succedit per sententiam judicis.

Successor in marchionatu tenetur transactiones, conventiones, pacta servare, non tamen soluere debita.

Tenetur successor beneficij soluere pensiones diversas tempore prædecessoris.

Regula 15.

Odia restringi, favores convenit ampliari.

Explicatio.

Proprietas verborum est duplex, alia naturalis, alia civilis.

Lex humana odiosa explicanda est solum secundum suam significationem naturalem.

Lex humana favorabilis extenditur etiam secundum civilem, unde lex favorabilis loquens de filiis extenditur ad adoptivos.

Lex favorabilis est quæ primeva institutione prodest: Odiosa quæ primario dicit pœnam. Leges tam favorabiles, quam odiosæ non sunt explicandæ ultra proprietatem verborum naturalem aut civilem.

Regula 16.

Decet concessum à principe beneficium esse mansurum.

Beneficium quod à Principe conceditur, vel est reale, vel personale; primum est quod conceditur ratione loci, aut dignitatis, aut meritorum, aliud etiam est gratiosum quod conceditur nulla habita ratione meritorum, aliud remuneratinum.

Concessiones gratiosæ non expirant morte principis.

Beneficium concessum à Principe finitur cessante causa, nisi sit mandatum executioni.

Regula 17.

Indultum à jure Beneficium non est alicui auferendum.

Explicatio.

Licet beneficium à jure concessum nemini sit auferendum ab homine, tamen potest tolli à lege.

Privilegia concessa Clericis à laica potestate non possunt auferri.

Regula 18.

Non firmatur tractu temporis quod de jure ab initio non subsistit.

Explicatio.

Clericus monachus exercens Chirurgiam & Medecinam non secundum regulas artis secuta morte fit irregularis. In cap. tua nos. Monachus qui aperit gutturis mulieris Apostema ex qua sequitur mors, fit irregularis in cap. sententiam sanguinis ne

Clerici vel monachi.

Clericus assistens in bello justo secuta morte dummodo non sit per ipsum, non fit irregularis: hortando milites ut suo fungantur officio, non fit irregularis nisi in bello injusto.

Regula 19.

Nemo prohibetur uti pluribus defensionibus.

Regula 20.

Quod semel placuit displicere non potest.

Regula 21.

Non debet aliquis alterius odio gravari.

Explicatio.

Nemo punitur pœna spirituali pro alterius peccato, bene pœna temporali quia homo est res alterius, unde filij puniuntur pœna Patris.

Regula 22.

Siné culpa nisi sit causa non aliquis puniendus.

Explicatio.

Necessitas boni publici potest esse causa punitionis innocentis indirecte. Ergo possunt puniri innocentes, non directe.

Regula 23.

Quod quis mandato facit judicis dolo facere non videtur.

Explicatio.

Subditus non tenetur obedire superiori contra legem divinam aut conscientiam.

Regula 24.

Mora sua cuilibet nociva.

Regula 25.

Ea quæ sunt à judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistant.

Regula 26.

Scienti & consentienti non fit injuria.

Explicatio.

Qui deflorat Virginem consentientem non tenetur ad restitutionem.

Regula 27.

Quæ à jure communi exorbitans non sunt ad consequentiam trahenda.

Explicatio.

Illa dispositio dicitur exorbitans, quæ corrigit jus commune.

In exorbitantibus non fit extentio, sed potius restrictio: propterea statuta municipalia, & privilegia cum recedant à jure communi sunt restringenda.

Privilegium tangens jura condentium semper est stricte interpretandum.

Privilegium quod est contra jus spirituale est interpretandum. Privilegium contentum in corpore juris non est stricte interpretandum: item privilegium concessum regulari, semper est interpretandum de beneficio simplici, non ad curatum.

Locatio facta per prædecessorem in bonum Ecclesiæ obligat successorem.

Successor universalis tenetur ad locationes factas ab antecessore, & is qui succedit per sententiam judicis.

Successor in marchionatu tenetur transactiones, conventiones, pacta servare, non tamen solvere debita.

Tenetur successor beneficij solvere pensiones diversas tempore prædecessoris.

Regula 15.

Odia restringi, favores convenit ampliari.

Explicatio.

Proprietas verborum est duplex, alia naturalis, alia civilis.

Lex humana odiosa explicanda est solum secundum suam significationem naturalem.

Lex humana favorabilis extenditur etiam secundum civilem, unde lex favorabilis loquens de filiis extenditur ad adoptivos.

Lex favorabilis est quæ primeva institutione prodest: Odiosa quæ primario dicit pœnam. Leges tam favorabiles, quam odiosæ non sunt explicandæ ultra proprietatem verborum naturalem aut civilem.

Regula 16.

Decet concessum à principe beneficium esse mansurum.

Beneficium quod à Principe conceditur, vel est reale, vel personale; primum est quod conceditur ratione loci, aut dignitatis, aut meritorum, aliud etiam est gratiosum quod conceditur nulla habita ratione meritorum, aliud remunerativum.

Concessiones gratiosæ non expirant morte principis.

Beneficium concessum à Principe finitur cessante causa, nisi sit mandatum executioni.

Regula 17.

Indultum à jure Beneficium non est alicui auferendum.

Explicatio.

Licet beneficium à jure concessum nemini sit auferendum ab homine, tamen potest tolli à lege.

Privilegia concessa Clericis à laica potestate non possunt auferri.

Regula 18.

Non firmatur tractu temporis quod de jure ab initio non subsistit.

Explicatio.

Clericus monachus exercens Chirurgiam & Medecinam non secundum regulas artis secuta morte fit irregularis. In cap. tua nos. Monachus qui aperit gutturis mulieris Apostema ex qua sequitur mors, fit irregularis in cap. sententiam sanguinis ne

Clerici vel monachi.

Clericus assistens in bello justo secuta morte dummodo non sit per ipsum, non fit irregularis: hortando milites ut suo fungantur officio, non fit irregularis nisi in bello injusto.

Regula 19.

Nemo prohibetur uti pluribus defensionibus.

Regula 20.

Quod semel placuit displicere non potest.

Regula 21.

Non debet aliquis alterius odio gravari.

Explicatio.

Nemo punitur pœna spirituali pro alterius peccato, bene pœna temporali quia homo est res alterius, unde filij puniuntur pœna Patris.

Regula 22.

Siné culpa nisi sit causa non aliquis puniendus.

Explicatio.

Necessitas boni publici potest esse causa punitionis innocentis indirecte. Ergo possunt puniri innocentes, non directe.

Regula 23.

Quod quis mandato facit judicis dolo facere non videtur.

Explicatio.

Subditus non tenetur obedire superiori contra legem divinam aut conscientiam.

Regula 24.

Mora sua cuilibet nociva.

Regula 25.

Ea quæ sunt à judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistant.

Regula 26.

Scienti & consentienti non fit injuria.

Explicatio.

Qui deflorat Virginem consentientem non tenetur ad restitutionem.

Regula 27.

Quæ à jure communi exorbitans non sunt ad consequentiam trahenda.

Explicatio.

Illa dispositio dicitur exorbitans, quæ corrigit jus commune.

In exorbitantibus non fit extentio, sed potius restrictio: propterea statuta municipalia, & privilegia cum recedant à jure communi sunt restringenda.

Privilegium tangens jura condentium semper est stricte interpretandum.

Privilegium quod est contra jus spirituale est interpretandum. Privilegium contentum in corpore juris non est stricte interpretandum: item privilegium concessum regulari, semper est interpretandum de beneficio simplici, non ad curatum.

Privilegium concessum ad ordines minores, non est ad majores quia hoc est contra jus commune, privilegium concessum ad lites debet strictè accipi, similiter quod vergit in præjudicium tertij.

Regula 28.

Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.

Regula 29.

In obscuris minimum est sequendum.

Regula 30.

Non licet actori quod reo licitum non est.

Explicatio.

Ista regulla intelligitur quando non est medium.

Regula 31.

Cum quis certus est certiorari non debet.

Regula 32.

Mutare Consilium quis non potest in præjudicium alterius.

Regula 33.

Generi per speciem derogatur.

Explicatio.

Quia posteriora derogant prioribus, ut posteriora testamenta derogant prioribus; fallit tamen ista regula quia prima regula tenet non secunda.

Regula 34.

Plus semper in se continet quod est minus.

Explicatio.

Plus & minus variè considerantur, in quantitate, in genere, respectu specierum, in qualitate, ut in obligatione pura, vel in diem respectu conditionalis, & sic verificatur quod v. g. dispositio de majori summa verificatur etiam de minori. Stipulatio in qua quis expressit majorem summam, valet in minori, habens facultatem disponendi in voto castitatis, habet etiam disponendi in voto non nubendi, quia primum continet secundum.

Regula 35.

Pro possessore habetur qui dolo definit possidere.

Explicatio.

Possessio dicitur à pedum positione; possessio tribus modis acquiritur; apprehensione vera; legis dispositione, apprehensione ficta.

Possessio jurium, & servitutum, duobus modis acquiritur; usu juris tanquam ad se pertinentis sciente eo ad quod pertinebat cedere, & non prohibere; missione in agrum in quo quis servitutem vult constituere.

Possessio rerum mobilium amittitur. 1. Sola voluntate possidentis nolentis eam ampliùs possidere. 2. Per furtum, aut rapinam alterius. 3. Si alterius custodiæ subsit. 4. Per fugam,

Si

ſi ſint animalia, vel per amiſſionem rei, ut burſæ, &c.

Privilegia poſſeſſionis bonæ fidei hæc ſunt. Primo parit præſcriptionem, & facit, ut res non tua elapſo tempore fiat tua, & omnes fructus percepti. 2. Parit præſcriptionem Dominij. 3. Poſſeſſor poteſt armis ſuam poſſeſſionem deffendere, tam naturalem, quam civilem. 4. Poſſeſſor expulſus poteſt armis ſuam poſſeſſionem repetere. 5. Poteſt tueri vim vi repellendo. 6. Si Dominus rei injuſte expellat poſſeſſorem à paſſione, amittit jus, ſi non ſit Dominus tenetur expulſo reddere poſſeſſionem.

Regula 36.

Utile non debet per utile vitiari.

Explicatio.

Hæc regula intelligitur de ſeparabilibus rebus in quibus utile per utile vitiatur. v. g. locatio bonorum Eccleſiaſticorum facta ad plures annos non ſolum eſt invalida pro illo tempore, ſed etiam pro primo triennio.

Regula 37.

Ex eo quis non debet fructum conſequi quod miſſus eſt impugnare.

Explicatio.

Quando quis impugnavit teſtamentum dicens illud inofficioſum, & nullum eſſe, ſi improbe id dixerit, & ſucubuit quidquid ex teſtamento capiebat perdit: ſecus vero ſi ſimpliciter poteſtatur.

Regula 38.

Cum guid probibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.

Regula 39.

Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.

Regula 40.

Acceſſorium naturam congruit ſequi principalis.

Regula 41.

Imputari non debet per quem non ſtat ſi non facit quod per eum erat faciendum

Regula 42.

Qui tacet conſentire videtur.

Explicatio,

Hoc eſt intelligendum in favorabilibus, non in odioſis, & in actu honorabili, & concupiſcibili.

Regula 43.

Is qui tacet fatetur, ſed nec utique negare videtur.

Regula 44

Inſpicimus in obſcuris quod eſt vero ſimilius vel quod plerumque fieri ſolet.

Regula 45:

Si quis in jus ſuccedit alterius eo jure quo illo uti debet.

Regula 46.

Præſumitur ignorantia ubi ſcientia non probatur.

Regula 47.

Non debet locupletari aliquis cum alterius injuria, & jactura.

Explicatio.

Ista regula non valet in usu capione non solum de jure civili & Canonico, in quo in acceptione non numeratæ pecuniæ, quæ intra biennium continuum proponenda est, quo elapso locupletatur possidens cum alterius jactura.

Regula 48.

In pœnis benignior est interpretatio facienda.

Regula 49.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.

Explicatio.

Conditiones quædam sunt generales, quæ tacite cuilibet contractus insunt, aliæ speciales ex quibus, aliquæ sunt intrinsecæ, aliæ extrinsecæ. Matrimonium licet non recipiat conditionem; consensus tamen pristinus ad matrimonium recipit. Matrimonium recipit tantum conditiones generales, quæ in omni contractu inveniuntur. Actus legitimi licet non recipiant conditionem, recipiant tamen modum. Actus legitimi qui sunt contractus recipiunt ad diem, ideo venditio, & emptio possunt contrahi cum conditione.

Regula 50.

Semel Deo dicatum non est ad usus humanos transferendum.

Regula 51.

Non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum.

Regula 52.

Cuilibet quod est plus utique licet quod est minus.

Explicatio.

Hoc intelligitur quando minus includitur in majori, vel uti pars in voto, species in genere.

Regula 53.

Qui prior est tempore prior est jure.

Explicatio.

Hæc regula procedit regulariter precipue in creditoribus, hypotecariis inter quos præferendi sunt primi tempore, non vero in iis in quibus nullus ordo servandus est; sunt plures casus in quibus posterior profertur priori. Primus est mutuantis pro re custodienda, 2. Hypotheca dotalis, 3. Emptæ pecuniæ pupilli, 4. Mutui ad aliquid emendum. 5. Contrahentis cum fisco. 6. Credentis pecuniam ad militiam.

Regula. 54.

Qui sentit onus debet com-

modum ſentire & econtra.

Regula 55.

In re communi potior eſt conditio prohibentis.

Regula 56.

Contra eum qui legem dicere potuit apertius eſt interpretatio facienda.

Explicatio.

Verba dubia contra proferentem ſunt interpretanda, item verbum ambiguum, teſtis contra proferentem.

Regula 57.

Non eſt obligatorium contra bonos mores juramentum.

Explicatio.

Juramentum contra prius non eſt obligatorium, ſicut contra votum emiſſum.

Regula 58.

Dolo facit qui petit quod reſtituere oportet.

Regula 59.

Non eſt in mora qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

Explicatio.

Juſta delatio habet aliquam excuſationem, liberat debitorem à mora.

Regula 60.

Quod ad gratiam alicujus conceditur non eſt ad ejus diſpendium retorquendum.

Regula 61.

Nullus ex Concilio dummodo fraudulentum non ſit obligatur.

Regula 62.

Exceptionem objiciens non videtur de intentione adverſarij confiteri.

Explicatio.

Excipere ſignificat eximere aliquem à regula.

Regula 63.

Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.

Regula 64.

In pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

Explicatio.

Iſta regula intelligitur in materia injuſta qui rem alienam bona fide accepit & poſtea dubitat alienam eſſe facta diligentia retinere poteſt, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis.

Regula 65.

Cum non ſtat per eum ad quem pertinet quo minus conditio impleatur haberi debet ac ſi eſſet impleta.

Regula 66.

Quod alicujus nomine non licet alieno non licebit.

Explicatio.

Hæc procedit in maleficiis, ſicut Clericus non poteſt nomine ſuo facere uſuras, nec alieno nomine debet.

Regula 67.

Quod poteſt quis per alium per ſe ipſum poteſt.

Explicatio.

Hæc regula intelligitur de delictis, quando aliquid prohibetur ratione delicti.

Regula 68.

In malis promiſſis fidem non expedit ſervare.

Regula 69.

In alternativis debitoris electio eſt, & ſufficit alterũ impleri.

Explicatio.

Facultas eligendi in alternativis non ſolum debitori competit, ſed tranſit ad hæredes. Ut ſi milites in hæreditate, legatarij ad ipſos erit electio.

Regula 70.

Qui ad agendum admittitur eſt accipiendum magis admittendus.

Regula 71.

Qui facit per alium eſt ac perinde ſi faciat per ſe ipſum.

Explicatio.

Acta per procuratores cenſentur facta per nos ipſos.

Regula 72.

Quod alicui gratioſe conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

Explicatio.

Intelligitur hæc regula de privilegiis gratioſe conceſſis à Principe alicui ob aliquam cauſam.

Regula 73.

Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari cui fidem à ſe præſtandam ſervare recuſat.

Regula 74.

Delitum perſonæ non debet induci in detrimentum Eccleſiæ, & delitum patris, filiis nocere non debet.

Explicatio.

Religioſus non debet ſine licentia ſuperioris depoſitum ſuſcipere, & Monaſterium non tenetur ſi res depoſitata perit dolo ſolvere. cap. ſi de Abbate, quia ex delito peculiaris non tenetur Monaſterium. Delitum patris non poteſt nocere filiis in aquiſitis bene in acquirendis, niſi lex puniat delitum patris in filiis.

Regula 75.

Rationi congruit ut ſuccedat in onere qui ſuſtituitur in honore.

Regula 76.

In argumentum trahi nequeunt quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſæ.

Regula 77.

Non poteſt plus juris transferri in alium quem ſibi competere dignoſcat.

Explicatio.

Ex iſta regula venditio rei

alienæ est invalida quoad transferendum dominium rei vindictæ in emptorem, sicut usurarius non potest transferre per usuras vendens rem obligatur ad evictionem. Evincere est auferre rem emptam de manu emptoris; unde quando dicitur venditorem teneri ad procurandum, ut emptor legitime habeat rem per contractum traditam hinc fit quod emptor habeat actionem in vindictorem.

Regula 78.

In toto partem non est dubium contineri.

Regula 79.

In generali concessione non veniunt ea quæquis non esset vero similiter specie concessurus.

Explicatio

Ut obtinens à S. P. absolvendi potestatem à casibus reservatis suis, non potest absolvere à reservatis in Bulla Cenæ quia casus Bullæ specialiter reservantur.

Regula 80.

Quæ contra jus mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.

Explicatio.

Ista regula ostendit quod contrahens sine solemnitatibus à jure requisitis est in dolo Præsumptio.

Regula 81.

Bona fides non petitur ut semel exactum iterum exigatur.

Regula 82.

Cum quid una via prohibetur alicui ad alia non debet admitti.

Regula 83

Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur.

Explicatio.

Hæc regula intelligitur de contractibus legitime factis non vero de conventionibus, quæ sunt contra legem.

Regula 84.

Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet imputari.

TRACTATUS III.

Vis primi Principij divini Theologiæ Moralis.

Sciendum est quod vis juris primi Principij divini consistit in quadam authoritate, qua Deus sibi vindicat omnes actiones creaturarum, quæ propter ipsum fieri debent, cum ab ipso procedant sive naturales sive supernaturales, vel ut authore naturali, vel ut authore gratiæ, & donorum superna-

turalium. Quare illa actio quæ non fit propter Deum, sed propter creaturas aliquas lædit tale jus primi Principij, nam quare non licet furari, quia læditur jus primi Principij proximi; in quantum res furata pertinet ad illum æque furatur in ratione primi Principij illius. Ita de aliis unde est.

CAPUT I.

De jure primi Principij quod respicit primum decalogi præceptum.

Sciendum est primo, quod cum jus primi Principij divini sit quædam superioritas erga inferiores respicit tria prima decalogi præcepta, quorum primum adimpletur per tres virtutes Theologales de quibus nunc agitur scilicet fide spe & charitate.

Sciendum est 2. quod sicut summa omnium credendorum continetur in Symbolo Apostolorum, & summa omnium petendorum in oratione Dominica, ita summa omnium faciendorum in decalogo comprehenduntur, ut patet ex Concilio Coloniense. Advertendum est tamen quod Patres nolunt, quod quæ non continentur in Symbolo non sint credenda, nam mysterium Eucharistiæ non continetur, sicut, nec dilectio Dei: tamen sunt credenda: unde præceptum de diligendo Deum non est primum decalogi præceptum; sed præsuponitur ad alia; nam primum præceptum decalogi est, non habebis Deos alienos, in quo solum peccata superstitionis, & idolatriæ prohibentur, ita præceptum de credendo in Deum, quia fides est virtus Theologica non Moralis: necesse tamen est tractare de illa, sicut de spe, & charitate, quia peccata quæ fiunt contra illa reducuntur ad defectus primi præcepti decalogi, & primo an possit dari ignorantia præceptorum decalogi.

CAPUT II.

An detur ignorantia præceptorum decalogi.

Suppono quod ignorantia quæ est scientiæ privatio jus naturale, jus positivum, & humanum respicit: de qua tamen non ago, sed de illa quæ respicit præcepta decalogi.

Suppono 2. quod præcepta juris naturalis generalia quædam sunt per se nota, & universalissima, ut Deum esse, bonum amplectendum, malum

fugiendum alia non per se nota, quæ ex aliis deducuntur, & ex aliis facile colliguntur, ut præcepta decalogi, videlicet colendum esse Deum per fidem, spem & charitatem, & contraria cavenda quædam difficilia ex decalogo colliguntur, ut usuram esse illicitam, fornicationem fugiendam.

Dico primo, quod præcepta decalogi non possunt ignorari ab habente usum rationis.

Probatur. Ad Romanos 1. *Gentes naturaliter quæ legis sunt faciunt*, quia naturalia justinctu naturæ ipsius discuntur.

Dico 2. quod apud gentes barbaros possunt ignorari per breve aliquod tempus tertij generis principia, ut usuram esse illicitam, quia inventi sunt homines rudes qui putarunt proxime moriturum accelerare ad mortem ut a doloribus liberetur.

CAPUT III.

De præcepto colendi Deum.

SCiendum est quod honor debitus Deo redditur tamquam habenti jus primi Principij per virtutem Religionis. 2. Per virtutes Theologales. 3. per virtutes Cardinales, pro quo nota, quod, sicut virtus Religionis & Latriæ inclinat nos ad Deum debito modo colendum, ut primum principium omnis creaturæ rationalis, sic falsa Religio inclinat nos ad derogandum juri primi Principij Dei.

Sciendum est 2. quod ex divo Augustino, & D. Thoma 22. q. 91. art. 1. quatuor sunt falsarum Religionum species. Primo qua perniciosus cultus exibitur Deo, qui cultus perniciosus fit per falcitatem aliquam præ se ferentem mendacium, ut sunt Judaicæ ceremoniæ. 2. Qua superfluus cultus fit, quando adhibentur ceremoniæ, quæ neque ad Dei gloriam, neque ad subjugandam carnem spiritui, & spiritum Deo quidquam conferunt. 3. Falsa Religio est qua cultus exibetur creaturæ, ut opera nostra dirigantur. Ex quibus inferes ex vi juris primi Principij divini.

Primo, Quare qui circumcidit puerum peccat, quia per illam derogatur juri divino quod habet authoritatem prohibendi. Sicut qui utitur ceremoniis Judæorum Mahomitanorum.

2. Quare qui se fingit infidelem, vel hæreticum, & vestem Judæorum, vel Sarracenorum, vel Mahometanorum defert, peccat, quia jus divinum

Evangelium prohibet.

3. Qui falsas reliquias adorandas proponit, vel votivas imagines ob miracula falsa turpis lucri gratia ofert alicui sancto peccat, quia juri divino derogatur cui soli honor.

Quæres primo, an qui adorat Humanitatem Christi cum sit creatura deroget juri divino.

Respondeo negative, quia Humanitas Christi est unita Divinitati, propterea D. Augustinus sermone 58. de verbis Domini. *Ego Dominicam Carnem: imo perfectam in Christo Humanitatem propterea adoro, quod à Divinitate suscepta. Atque Deitati unita est, ut non alium, atque sed unum, eumdemque Deum, & Hominem in Dei Filium confitear. Ioannes Damacenus libro 3. cap. 8. & libro 4. cap. 3. ait. Non Carnem nudam adoramus sed Carnem Dei, idest incarnatum Verbum.* D. Bernardus sermone 3. de vigilia Nativitatis Domini sic ait. *Voluit infirmiora nostra abundantiori gloria sublimare, & contraxit se Majestas, ut quod melius habebat videlicet seipsum limo nostro conjungeret, & in persona una sibi invicem uniretur Deus, & limus, Majestas & infirmitas.* D. Cyprianus loquens de adoratione Corporis Christi in Eucharistia sic loquitur. *Sicut in persona Christi Humanitas videbatur, & latebat Divinitas; ita in Sacramento visibili ineffabiliter Divina se effudit essentia, ut esset Religioni ad Sacramenta devotio, & ad veritatem cujus corpus Sacramenta sunt, sincerior pateret accessus.*

Divus Petrus Chrysologus sermone 34. loquens de Amoroissa quæ tetigit fimbriam vestimenti Christi si ait. *O quid illa mulier vidit habitare in inferioribus Christi, quæ in Christi fimbria Divinitatis totum vidit inhabitare virtutem. O quam docuit mulier quantum sit Corpus Christi, quæ in Christi fimbria tantum esse monstravit.*

Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 5. sic ait. *Dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles pro more Catholica Ecclesiæ semper recepto latriæ cultum qui vero Deo dabatur huic Sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant, neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit à Christo Domino, ut sumatur institutum, nam illum eumdem Deum præsentem in eo esse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem dixit adorent eum omnes Angeli Dei quem magi procidentes adoraverunt.*

Quæres 2. an sit contra jus primi principij Divini cultus Sanctorum.

Respondeo negative, quia talis cultus non aufert à Deo cultum sibi debitem: imo auget quia coluntur Sancti. Quia fuere Spiritus Sancti habitaculum: unde

unde dicitur in Synodo 7. actione 4. *Sanctos veneramur ut Dei amicos, & honor qui Sanctis impenditur in Deum recurrit, qui matrem colit, Deum ipsum colit, qui matrem illius adorat ipsi honorem assignat.*

Quæres 3. an sit contra jus divinum invocare sanctos.

Respondeo negativè, quia sancti orando ostendunt Deum esse principium omnium gratiarum. Prob. contra Calvinum quod sit licitum invocare sanctos. Primo licitum est auxilium sanctorum Angelorum, ergo & sanctorum. Patet antecedens Genesi 18. ubi dicitur loquens de Abraham qui rogavit Angelum pro liberatione Sodomitarum. *Obsecro inquit ne irascaris Domine si loquar adhuc semel.* Et 19. dicitur de Loth qui invocavit Angelum, cui Angelus ait. *Ecce suscepi praces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es.* 2. Prob. Job cap. 5. qui ait. *Voca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum converte-re*, id est juxta expositionem D. Tho. si meis dictis fidem non adhibeas, vel non satis persspicis quæ dixerim pete à Deo, ut te vera, rectaque sententia te instruat, & quo facilius optinere possis ad aliquem sanctorum te converte, qui te quoque sua oratione adjuvet.

Quæres 4. an cultus reliquiarum sit contra jus divinum.

Respondeo negative, quia cultus ille est tantum respectivus; refertur enim in sanctum, & sanctus in Deum pro quo.

Sciendum est, quod quatuor de causis reliquiæ sanctorum coli possunt primo instar Dei. 2. Formaliter. 3. Materialiter. 4. ex effectu pravo.

Dico 1. colere relinquias sanctorum primo modo Idolatricum est juxta illud. *Non habebis Deos alienos coram me.* Propterea Angeli sepelierunt corpus Moysis in loco incognito Hebræis, ne idolatrandi susciperant occasionem.

Dico 2. quod sanctorum relinquiæ formaliter coli possunt cultu respectivo. Prob. primo ex Leontio in 7. Synodum actione 4 ubi ait. *Quemadmodum filij peregrinante Patre ingenti amore ex animo ergo cum affecti, quidquid in illius domo viderint, sive baculum, sive sedem cum lacrimis complexantur, non illæ honorantes, sed Patrem desiderantes, & venerantes, sic nos Christum & reliquias sanctorum colimus.*

Dico 3. quod reliquiæ sanctorum materialiter consideratæ, ut res sunt possunt coli. Prob. Exodi 13. legitur. Ossa Jacobi & Joseph, cum magno honore esse conservata, & sepulturæ

tradita. 2. Ex Ambrosio Sermone 92. qui sic ait. *Quod si dicas mihi quod honoras in carne jam resoluta atque consumpta de qua jam nulla cura Deo est, & ubi est illud charissimi quod ipsa veritas loquitur per prophetam. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus, & iterum mihi autem valde honorati sunt amici tui Deus. Honorare debemus servos Dei, quanto magis amicos Dei, de quibus alio loco dicitur. Dominus custodit omnia ossa eorum, & unum ex his non conteretur; honora ergo in carne martyris acceptat pro Domino cicatrices. Honora viventis memoriam perennitates virtutis. Honora per confessionem Domini sacratos cineres. Honora in cineribus semina æternitatis. Honora corpus quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere.*

Quæres 5. an sit contra jus divinum & primum decalogi præceptum facere imagines, in Ecclesiis collocare, & cultu aliquo colere Respondeo dicendo primo, quod possunt pingi imagines; & non est contra jus divinum; quia primo ex Leontio Episcopo Neapoleos apud Damacenum oratione 3. ubi ait. *Age deinceps jam sanctarum expressionis imaginum defensionem moliamur, ut ora iniquorum injusta loquentium obstruantur, neque enim inventum nostrum hoc est, sed leges institutum. Accidi enim Deum ipsum Moysi præcipientem, ut geminas Cherubim imagines scruptiles, & conflatiles strueret, quæ propitiatorium obrumbrarent præterea templum ostendit Ezechieli quod quidem à pavimenta usque ad laquearis fastigiunt, scruptile inquit habebat Leonem, & palmarum, & hominum Cherubim faties? quid tan oleonti vere sermo inquit terribilis Deus qui jussit Israeli, ne ullius rei quæ in cælo defensionem moliamur, ut ora iniquorum injusta loquentium obstruantur. Neque enim inventum nostrum hoc est, sed legis institutum, audi enim Deum ipsum Moysi præcipientem, ut geminas Cherubim imagines scruptiles & conflatiles strueret quæ propitiatorum obumbrarent. Præterea templum ostendit Ezechieli quod quidem à pavimento usque ad laquearis fastigium, scruptiles inquit habebat Leonem, & palmarum & hominum & Cherubim facies quod tan oleonti? Vere sermo inquit terribilis Deus qui jussit Israeli, ne ullius rei quæ in cælo, quæve in terra sit simulacrum, aut imaginem, vel similitudinem faceret, idem præcepit Moysi, ut sculpta faciat animalia Cherubim. Idem ostendit Ezechieli templum imaginibus, & sculptis Leonum, & palmarum & hominum similitudinibus plenum. Quin etiam Salomon formam ex lege sumens templum æreis bovem*

& palmorum, & hominum simulacris implevit, neque tamen ob id reprehensus est.

Dicendum est 2. non esse contra istud præceptum Imagines in Ecclesiis collocare.

Probatur 1. ex oratione 8. Apostolorum in Synodo Antiocheno ubi sic statuitur. *Ne decipiantur salvari ob Idola. Sed pingant ex opposito divinam humanamque manu factam impermixtam effigiem Dei veri, ac Salvatoris nostri Iesu Christi, ipsiusque servorum contra Idola & Iudæos, neque errent in Idolis neque similes fiant Iudæis.*

Probatur 2. ex Nyceno Synodo act. 7. his verbis, *His sic se habentibus regiam viam incedentes, & Sanctorum nostrorum & divinorum Patrum doctrinæ insistentes, & Catholicæ Ecclesiæ in qua Spiritus inhabitat traditionem observantes definimus cum omni diligentia, & venerandas sanctas Imagines, ac modum, & formam venerandæ, & vivicantis crucis coloribus & tesseris, aut alia quamvis materia comparatas dedicandas, & in Templis Sanctis Dei collocandas habendasque tum in sacris vasis & vestibus igitur qui ausi fuerint aliud sentire & communione priventur.*

Dicendum est 3. quod non est contra jus Divinum cultu aliquo colere Imagines. Cultu respectivo. Probatur ex D. Basilio verbis ad Julianum Imperatorem citatis ab Adriano Papa act. 2. sept. Synodi. Hoc modo. *Quis etiam in epistola D. Basilij quæ in Iulianum Imperatorem invehitur. Quemadmodum à* Deo *Christianam, & inculpabilem nostram fidem veluti hæreditario jure accepimus. Sic confiteor, & in eo maneo. Credo autem in unum* Deum *Patrem omnipotentem,* Deum *Patrem,* Deum *Filium,* Deum *Spiritum Sanctum, unum* Deum, *hæc tria adoro, & glorifico. Confiteor etiam Filij incarnatam oeuo ueniet deinde sanctam Mariam quæ secundum carnem illam peperit, hanc* Deiparam *vocans, suscipio etiam Sanctos Apostolos, Prophetas & Martyres qui pro me apud* Deum *supplicant, quo per illorum mediationem propitius mihi sit* Deus *noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur, quam ob causam, & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro, hoc enim nobis traditum est à Sanctis Apostolis, non est prohibendum, sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum historias erigimus.* 2. ita Concilium Florentinum sessione 5. Concilium Tridentinum sessione 25. tenent & docent.

Quæres 5. an usus luminum cereorum sit contra istud primum præceptum & jus Divinum.

Resp. Quod iste usus maxime manifestat jus Divinum, qui per illum maximus cultus Deo exibetur. Probatur ex usu continuo Ecclesiæ; nam tempore Apostolorum Canone 3. vetatur aliquid aliud offerri ad Altare quam oleum in lampadem, sive luminares & chimiama tempore oblationis. Et Canone 72. Segragandus dicitur à Christi fidelibus qui subripuerit ab Ecclesia oleum vel ceram. Ex Gratiano capitulo nemo. Præcipitur, ut is qui vult ædificare Ecclesiam prius determinet ea quæ ad luminaria necesse est admittere.

CAPUT IV.

De præcepto credendi in Deum.

Istud primum præceptum quod proprie pertinet ad cultum Divinum, ut contra ponitur Idolatriæ de qua fusius in primo libro, respicit virtutem fidei, spei, & charitati, per illas enim tribuitur Deo quod illi debetur, in ratione primi principij, tam in naturalibus. Materiam fidei tractavimus in primo libro quando locuti fuimus de motivis credibilitatis. Propterea immorabimur tantum hic in ostendendo opposita fidei, in tantum esse malas in quantum derogant juri primi principij Divini, deinde de virtutibus Cardinalibus, pro ut materia moralis exigit.

Advertes quod quid exigat jus primi principij Divini manifestant scripturæ sacræ quas tractavimus: nam illæ manifestant nobis quid Deus jubeat, & quid agere debeamus.

CAPUT V.

De Sortilegiis.

Primum peccatum quod derogat juri primi principij Divini, & est contra primum præceptum Decalogi, sic contra fidem est sortilegium, quia per illud demon colitur, & Deo auferatur quod ipsi debetur tribuendo demoni quod à solo Deo provenit.

Sciendum est quod sortilegium est divinatio per sortes, sic sortilegi dicuntur qui per sortes divinationis scientiam profitentur: unde sortilegiorum nomine veniunt quæcumque divinationes quod patet ex titulo unico de sortilegio, in eo tamen comprehendunt vi alia divinationes ut innuitur capite primo eodem, & ex Hostiense

in Summa titulo eodem, paragrapho quot sint species, ubi confundit species sortium, cum speciebus divinationis, & Angeli verbo sortes numero 3. pro eodem accipit sortilegium & divinationem, sicut hic accipitur, & sic sortilegi dicuntur qui per sortes divinant quomodocumque divinent.

Sciendum est 2. quod omnis divinatio cum demonis operatione fit secundum D. Thomam 12. q. 95. art. 2. *Nam si propter superbiam fuerit de Cœlo dejectus, non ideo amissa fuit ejus superbia, sed potius elevata, & elata magis: unde dicitur in psalmo 73. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* Propterea nunquam destitit satan novas artes adinvenire, quibus in hac vita possit hominibus præesse, & obesse, ideo magicarum artium fuit inventor, ut homines futurorum præcognoscendorũ desiderio alliceret sibique devinceret; sciens hominem lapsum esse debilem, & sic facile decipi posse, propterea ex parte illecebrarum carnis, divitiarum, dignitatum aggreditur, in quibus miserabilis homo facile capitur.

Ex D. Thoma art. 3. concurrit demonis operatio, aut quia expresse invocatur, dum auxilium, vel Consilium ipsius imploratur, vel quia præter intentionem hominum se ingerit ad futura prænuncianda ad quascumque sortes recurrant pro futuris prænoscendis, ut sic eorum mentes implicet varietate, & in errores, & peccata deducat. Ita D. Tho. ibidem art. 2. tuncque dicitur tacita invocatio demonis, quia cum futura contingentia ad solum Deum pertineant, & ab ipso solo certa eorum justitia possit haberi, tacita videtur demonem invocare qui ad res creatas confugit pro cognoscendis hujusmodi, cum illorum notitiam ex se non possint efficere, vel ostendere, sed auxilio demonis cui multa ex futuris sunt nota, tum acrimonia, intellectus ex cognitione causarum naturalium & inclinationis humanarum affectionum, tum annos à rerum experientia. Ita D. Tho. q. 64. art. 1. ad 2. & 26. q. 4. cap. sciendum item quia fingit se scire prædicendo illa quæ in nobis vult efficere. Ita glossa super dictum caput in verbo, sciendum multa etiam scit ex scripturis, & bonis Angelis sic Deo permittente de quibus etiam Sylvester verbo maleficium dicitur etiam tacita demonis invocatio illa qua in hujusmodi concurrit tamen ex pacto inito cum primis sortilegis:

quare ad talia confugientis videntur assentiri antiquis pactis aliis initis cum demone, & sic tacite ipsum invocare.

Invocatio demonis non solum fit voce, cum per verba imperativa invocatur, ut si dicatur jubeo præcipio constringo, vel cum per verba deprecativa, ut cum dicitur ore obsecro obtestor; sed etiam facto, vel adoratione, vel cultu ei exhibito. Invocatio potius est facto, quam verbo siquidem invocare est per affectum cordis, & cultum ipsum invocare, quare glossa interlinealis exponens illud genesis cap. 4. in fine versus. *Cæpit invocare nomen Domini*, dicit invocare, id est colere, & deprecari, & in simili glossa etiam exponens illud ad Romanos cap. 20. *Omnis quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit*. Dicit invocaverit se subjiciendo, & colendo. Unde magis invocare demonem dicitur, qui eumdem cultu aliquo veneratur, quam qui vocibus illum implorat, & ejus verba imperantis majorem efficaciam videantur habere, quam obsecrantis; hic tamen magis invocat, quam ille, quia venerationem aliquam, vel adorationem præ se fert: non ille, & per consequens magis peccat, & de manifesta hæresi convinci. tur. Invocatio itaque expressa demonis est si ipsi latriæ cultus exhibeatur sacrificia ei offerẽdo ut candelas, vel victimas orationes fundendo, illi se devovendo, obedientium promittendo per certum demonem jurando. Laudis demonum cantando, prostrationes faciendo, genua flectendo, certis vestibus se induendo, illumque per characteres, signa, & ignota nomina observando, lumina accendendo, aut thurificando in honorem ipsius, aut denique sanguinem fundendo. & ex se emitendo in protestationem suæ confidentiæ, aut similibus.

Item si duliæ cultus illimet exhibeatur, ut si demonum nomina immisceantur inter beatorum spirituum, aut aliorum nomina in suis orationibus mediatores illos faciendo ad impetrandum aliquid à Deo ipsum deum exorando per illorum merita, & hæc supradicta faciendo quæ manifestam hæresim sapiunt, possunt tanquam hæretici damnari, ut late in directorio inquisitionis Eimericus p. 2, q. 43. declarat. Præter supradictos adhuc est alius modus expresse invocandi demonem absque aliquo manifesto cultu, & est cum aliquid attentat homo quod scit ex demonis virtute causari. Ut innuit Caie-

tanus 22. q. 95. art. 3. in principio: ut cum circulus in terra describitur in medio statuitur puer, & ante ipsum phiala aquæ plena aut speculum, quæ aspiciens dicat. Ange blanc, Ange saint par ta sainteté, & ma virginite &c. ut per imagines in eis apparentes ocultum aliquod sciatur. Cujusmodi etiam est puerum rebaptisare ad eumdem effectum in quibus, & similibus, etsi demon verbis non invocetur; tam ex opere, & intentione invocatur, demonem concurrere ad eumdem effectum causandum ex pacto inito cum prioribus sortilegiis: propterea invocatio est manifesta, & hæresim sapiunt, in quibus tacitus cultus intervenit non potest enim talis invocatio fieri sine cultu ut dicit D. Tho. ubi supra 22. ad 2.

Quæres quomodo possit Episcopus reservare sibi sortilegia hæresim manifestam sapiant, si quidem hæresis est primus casus Bullæ Cænæ Papæ reservatus.

Respondeo, quod cum hæresis sit dogma falsum fidei orthodoxæ repugnans requirit assensum intellectus sine quo res facta poterit esse peccatum, sed non hæresis; qui enim fornicatur, etsi sciat prohibitam esse fornicationem non dicitur hæreticus, nisi putet impune posse fornicari non obstante divinæ legis prohibitione, ita de simoniaco, & aliis sequitur quod solum opus cum errore intellectus esse hæresim. Ita Alphonsus de Castro adversus hæresis libro 1. cap. 1. Canus de locis Theologiæ lib. 12. cap. 9. illud tamen testimonium præsumptione juris dici potest hæresis, quia factum suapte natura malum præsumitur mala intentione factum li si non convicii, cap. de injuriis, & cap. 1. de præsumpt. & ibi glossa in verbo ludens quomodo sortilegia dicuntur sapore manifestum hæresim in foro exteriori: etenim hæreticus præsumitur illa qui cultum aliquem latriæ, vel duliæ exhibet domoni quia præsumitur demonem esse dignum tali cultu.

Item qui puerum rebaptisat, hæreticus præsumitur, quia credit baptismum posse iterari, ex juris ergo præsumptione tantum hujusmodi hæresim sapiunt: re tamen non sapiunt, nisi sit error in intellectu actum pertinet ad casum contentum in Bulla Cœnæ; ad quod requiritur etiam pertinacia ut vidimus in alio libro.

Divinationum in quibus expressa demonis invocatio intervenit. Quinque sunt species præstigium. Divinatio per som-

nia. Necromantia. Divinatio per Pythones : & divinatio per signa, vel figuras apparentes in rebus inanimatis ex D. Tho. ubi supra art. 3.

Præstigium est quo hominum oculi illuduntur opere demonum multa vana repræsentantium, ut cum homo speciem lupi, vel asini refert, vel econtra, quæ licet sint falsa, tamen ab intuentibus judicantur vera, quia oculorum acies perstringuntur eis; unde dictum est præstigium, vel commovendo humores & spiritus ad eum modum, quo phrenetici putant diversas imagines videre, sensibus illudunt, aut offerendo etiam corpora vera aliunde exportata, aut facta ab illis applicando activa passivis, ut in Ægypto factum de ranis & serpentibus per maleficos Pharaonis dicitur exodi cap. 8.

Divinatio per somnia est per motum phantasiæ causatum à demone fit repræsentante, & revelante per somnium intenta à sortilege, qui per vigiliam ad hunc effectum ipsum demonem invocavit. De quibus potest videri D. Tho. ubi supra art. 6. Angel. verbo sors. Cajetanus in summa verbo somniorum observatio, & Azorius institu. moralium 9. cap. 17. somniorum alia sunt ab humorum superabundantia ex quibus eorumdem cognitione hauriunt medici: unde qui somniant aquas flecmatici judicantur. Alias animia cibi potusve plenitudine, quandoque à cogitationibus quibus vigilantes exercemur, quem modum ex continuo motu phantasiæ quæ nobis dormientibus vigilat, & huc illucque cogitando distrahitur, & ex imaginibus quas intra se conservat multa componit: unde fit, ut non sit semper superstitiosum aliquam fidem adhibere somniis, nisi sint, à demone immissa.

Necromantia est per fictam mortuorum apparitionem, vel locutionem; fingit enim se demon aliquod ex mortuis assumendo corpus, & sic divinat, & ad interrogata respondet. Dicitur necromantia à necros quod est mortuus, & mantia quod est divinatio. Ad necromantiam etiam spectat; cum quis cadaverum inspectione aut ex certis lineis; aut figuris futura divinare prætendit Azorius ubi supra cap. 29.

Divinatio per Pithones fit per homines vivos sicuti per arreptitios videmus, dum ab exorcistis de futuris interrogantur, quod nullo modo faciendum est, etiam absque pacto, nisi à sanctissimis viris, qui possunt

possunt compellere demones ut veritatem dicant. Ita Sotus de justitia, & jure lib. 8. q. 3 art. 2. dicuntur Pithones à Pithone Apolline authore divinationum, ut ait D. Tho. d. art. 3.

Divinatio per figuras, vel signa apparentia in rebus inanimatis dicitur geomantia, si appareant signa in corpore aliquo terrestri, ut in statua, ligno, vel lapide. Si appareant in aqua dicitur hydromantia. Si in igne dicitur pyromantia. Si in viscribus animalium immolatorum in aris demonum dicitur auspicium.

Quicumque igitur intentat aliquam ex supradictis divinitationibus, sortilegium committit cum expresse demonis invocatione, & sic gravissime peccat.

Invocatio tacita demonis est quotiescumque homo ingerit se, quibus demon se implicat, licet præter intentionem ipsius hominis. Ita D. Thomas ubi supra art. 2. & Cajetanus art. 3. quando igitur tentat homo aliquid per res, quæ nec virtute sua naturali, neque divina efficiuntur, tacite in eis demonis auxilium imploratur, ut operatur id quod non potest fieri, ita D. Tho. d. 4. art. 6 ut si quis pro inveniendo aliquo furto, vel fure verba quædam adhibeat ad movendum cribrum, cum hujusmodi motus fiat à demone, qui per eadem verba facile invocatur quicumque ergo qui simile attentans non credit demonem ad tale opus concurrere, dicitur tacite ipsum invocare, ex vi pacti principalis agentis.

Divinationum in quibus tacite demonis invocatio intervenit, duo sunt genera: primum ubi nullum concurrunt opera humana, nisi casualia & quædam naturalium rerum dispositionis. Alterum, ubi interveniunt opera humana seriose facta. Primum genus continet Astrologiam. Augurium. Auspicium. Omen. Chiromantiam, & spatulantiam. Ita D. Tho. dist. art. 3.

Astrologia versatur circa considerationem situs & motus syderum, cujus usus pro cognoscendis futuris est illicitus, quando per eam eventus fortuitos præscire contendimus, vel quando opera humana à libertate arbitrij pendentia præscire volumus, quod est novissime prohibitum ex vi decreti Innocentij XII. emanati anno 1694. nam sydera non possunt esse causa cur inveniatur Thesaurus ex vi fodientis industria. Neque quæ pendent à voluntate hominis possunt per celestem

virtutem præcognosci, quia non potest voluntas cogi. Hæc autem Astrologia dicitur judiciaria jure Pontificio damnata 26. q. 2. cap. sed & illud, & q. 3. cap. igitur, & cap. non liceat. Non est sic de Astrologia naturali, qua utimur pro agricultura quæ pendet ex influentia syderum.

Augurium dicitur à garritu avium, & fit per considerationem vocis, vel cantus, sicut auspicium per considerationem volatus avium, ad quos pertinent voces. Sternutationes hominum erat saltus membrorum: ut videre in lecto si quis dum se calceat sternutaverit, putat sibi imminere aliquod malum. Si corvus, aut cornix, vel noctua ex hac, aut illa parte, hoc, vel illo tempore audiatur; si junctim ambulantibus amicis, lapis, vel canis, aut puer medius intervenerit, si vestis à soricibus rodatur, putant plus timendum est, malum futurum, quam præsens. Hujusmodi fuit illud vetulæ quas audiens primo die Maij cuculum cantantem, credidit se ducturam juvenem pulchrum in maritum. In his est tacita demonis invocatio.

Nota tamen quod multa sunt quæ instinctu naturali fiunt, & sunt pronostica certa, & naturalia, ut hyrundines volantes juxta aquas, vel terram, & quasi illas attingentes denotant pluviam vespertitiones longius volantes à domibus serenitatem prænunciant.

Omen est consideratio verborum, aut factorum hominis absque intentione prolatorum, quæ diriguntur ad futura præcognoscenda, ut legitur apud valerium maximum lib. 1. cap. 4. de filia L. Pauli, qui cum esset commissurus bellum cum Rege Persarum occurrentem filiam osculatus, eamque tristem animadvertens, de tristitiæ causa interrogans quæ respondit. Persam periisse loquens de catello Persa nomine quem habebat in deliciis; ipse hoc responso tanquam de certa victoria reportanda de Rege Persarum omen accepit: alij omnia infausta ventura dubitant, si casu sinistrum pedem domo egredientes priorem porta extulerint. Alij domum redeunt si primo mane exeuntibus obvium signum crucis occurrit, aut funus.

Chiromantia dicitur ex lineamentorum manus consideratione divinatio, Chiromantia enim dicitur manus.

Spatulancia fit ex consideratione signorum apparentium in spatula alicujus animalis ex D. Tho. ut videri potest apud Azo-

rium ubi ſupra cap. 16.

Alterum genus divinationis pendet ex operibus humanis ſerioſe factis, ſive ex proſtratione punctorum, quod pertinet ad geomantiam. Sive ex conſideratione ſignorum provenientium ex plumbo liquefacto projecto in aquam, ſive ex granis frumenti ſimiliter demerſis in aqua, ſive ex conſideratione rerum pertinentium ad ſortes ſchedularum ſcriptarum, vel non ſcriptarum, & in oculto loco poſitarum, ut alius aliam accipiat, vel feſtu carum inæqualium, utrum quis grandiorem, aut minus grandem acceperit. Si plurium, aut pauciorum punctorum quæ ali qui jactis taxillis projecerint, quæ ſi ſpectant ad ſortem divi natoriam ſemper ſunt cum tacita demonis invocatione, niſi expreſſe invocetur Deus, quod eſt magnæ temeritatis, & præſumptionis, pertinentis ad tentationem Dei; ſolum pro ſpiritualibus bonis tentandum eſt divinum judicium. Ut legitur cap. his qui, & ex D. Thoma d. 4. q. 95. art. 8. idem dicendum eſt circa ſortem conſultoriam: in ſorte vero diviſorio, qua quæritur quidcunque obveniat, ſi judicium non expectatur à virtute celeſti, quaſi humanorum actuum dominatrice, vel à demone, ſed à fortuna, nullum intervenit peccatum ſi abſit injuſtitia, & non fiat in rebus ſpiritualibus ut dicit D. Tho. & Cajetanus ubi ſupra; apud Angelum: verbo ſors.

Hujuſmodi ergo divinationes, ſive ſint cum expreſſa ſive tacita demonis invocatione, in quibus intervenit ſacrorum abuſus ſunt peccata, quia derogant juri primi principij divini contra primum præceptum decalogi, quod prohibet. Sacrorum autem nomine non ſolum veniunt res, ſed etiam verba, ut ſi admiſceantur verba ſacræ ſcripturæ, ut Evangelium, Symbolum fidei. Pater noſter. Ave Maria. Aut pſalmi David. Res vero, aut ſunt Sacramentum, aut Sacramentalia, aut aliæ res benedictæ. Sacramentũ adhibetur, ut ſi quis baptiſet Magnetem, aut imaginem, vel rebaptiſet puerum, aut collocetur aliquid ſub altari, ut una, vel plures miſſæ celebrentur ſuper eo, vel quod abutetur hoſtia conſecreta. Res Sacramentales ſunt, ut oleum ſanctum, aqua baptiſmalis, & verba conſecrationis. Res aliæ benedictæ, ut aqua luſtralis, candelæ palmæ, aut olivarum rami ſal exorciſatum: cera Agnus Dei.

RESOLUTIONES.

De quibus quæres primo. Quare divinatio est peccatum Respondeo. Quia derogat juri divino, quatenus quod soli Deo debetur demoni tribuitur.

Quæres 2. Quare præstigium est peccatum Resp. quia creditur demoni in his ad quod non habet jus, sed solus Deus.

Quæres 3. Quare divinatio per sumnia est peccatum. Resp. quia tribuitur creaturi, quod soli Deo tribuendum est.

Quæres 4. Quare necromantia est peccatum. Respondeo quia fallaciæ tribuitur, quod solum veritati tribuendum est.

Quæres 5. Quare Astrologia est peccatum, Resp. quia creditur astris quod Deo solo debetur.

Quæres 6. Quare omen est peccatum. Resp. quia creaturæ creditur, cum solius Dei operibus credi debet.

Quæres 7. Quare Chiromantia est peccatum. Respond. quia derogatur juri divino tribuendo creaturæ quod non debetur. Ita de aliis.

CAPUT VI.

De mal ficiis & incantatoribus.

SEcundum peccatum contra jus primi principij Divini quod prohibet primum Decalogi præceptum est maleficium, & incantatio, quæ se habeant adinvicem tanquam species & genus, nam maleficium est species incantationis.

Incantatio fit solis verbis, aut rebus adhibitis alicujus rei supernaturalis molimen ad corporum immutationem. Immutantur corpora aut ad bonum, aut ad malum. Ad bonum, ut in auxilium, & juvamen, scilicet ad introducendam corporis sanitatem. Si immutatio fiat ad malum, dicitur maleficium, quod est duplex. Aliud amatorium ad inducendum aliquem in amorem, vel retrahendum. Aliud est veneficium, quo nocetur alicui, vel in persona inducendo infirmitatem, dolores. Mortem, sterilitatem, & impotentiam ad carnalem copulam, aut in rebus nocendo animalibus, vineis, &c. Per incantationem dicitur tacite invocari demon primo, si in eis adhibeantur verba ignota ex D. Tho. dis. q. 96. art. 4.

2. Quando adhibentur quidem verba nota, & significativa, sed cum vana conditione v. g. quod sint scripta in hac, vel illa materia, in hoc, non illo tempore. Idem est si adhibeantur res naturales, sed cum simili conditione, ut quod sint herbæ collectæ tali die, vel tali manu. Ita D. Th. 26. q. 5.

3. Quando adhibentur verba nota, & significativa, sed falsum exprimentia. Ut dum dicitur: Christum habuisse febres, Petrum post electionem errasse, &c. Quorum effectus non potest expectari à Deo. Ita D. Tho. ubi supra.

4. Si admittantur, seu interponantur signa, vel figuræ præter imaginem crucis. D. Tho, ubi supra.

5. Quando quis rebus utitur ad finem qui earum vim superat; tunc enim certum est talia non adhiberi tanquam illorum effectum causæ, sed ut signa, & sic pertinent ad pacta inita cum demone. S. Tho. ibidem art. 2. v. g. quando adhibentur ad introducendam statim sanitatem, quod naturaliter non potest fieri.

Ad hujusmodi incantationes cum tacita demonis invocatione pertinent. Metiri aliquē cingulo, aut vita ad restituendam ei sanitatem. Mingere super certam herbam, pluries tangendo ventrem infirmantis. Cuspide gladij cum manubrio ex albo esse certis verbis adhibitis. Terram vestigij alicujus hominis accipere, illamque appendere de camino & præbere pocula amatoria. Brachia ad collum portare certa spe alicujus effectus. vid. D. Tho. distinct. q. 95. à ultimo

Quotiescumq; sacrorum abusus intervenit ad Episcopum pertinebit absolutio, nisi talia facientes adhuc errent in intellectu; tunc pertinebit ad Papam.

In multis locis sacræ scripturæ apparet quantum oderit Deus hoc peccatum. Ut Levitici cap. 20. ubi legitur. *Anima quæ declinaverit ad magos & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi sui*, & Deuteronimij cap. 18. Dixit Deus. *Quando ingressus fueris terram quam Dominus Deus debit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inveniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui Ariolos suscitetur, & observet somnia & auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque Pithones consulat, nec devinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter*

istius modi scelera delebit eos in introitu tuo, perfectus eris, & absque macula cum Domino tuo.

Lege civili, eorum bona publicantur, & ultimo suplicio puniuntur, non solum sortilegi, & incantatores, sed etiam qui consulunt. c. de maleficiis. c. nullus. l. nemo.

Secundum Canones Laici excommunicantur 26. q. 5. si quis Ariolos, & cap. aliquanti, & cap. Auguriis: aut districto carcere destinatur cap. contra eadem sive turpiter de honestat extra diœcesim expelluntur, cap. Episcopi eadem: Clerici vero ab honore dignitatis suæ suspensi ad perpetuam pœnitentiam destruduntur in Monasterio. cap. si quis Episcopus eadem; tamen hæc pœna non est imponenda cuicumque, ait Abbas super caput ex tuarum de sortilegiis, quod in pœna imponenda sortilegis, vel eos consulantibus debet animadverti ad qualitatem, vel quantitatem delecti, & animum delinquentis; & secundum hoc imponere gravem, vel levem: attamen est ita grave, ut unus præsbyter etiam absque intentione invocandi demonem, propter hoc fuerit suspensus ab alteri per annum.

Quæres, an licet maleficium maleficio solvere. Resp. cum Sylvestro. verbo eodem q. 8. cum Covardo super caput. Quamvis pactum primæ partis ff. 1. cum Navarro in manu cap. 11. contra Angelum quod non licet, quia maleficium est intrinsece malus, & derogat intrinsece juri primi principij divini, & est contra primum Decalogi præceptum.

Quotiescumque maleficus, & sortilegus est absolvendus, admonendi sunt per confessarium ut criminis socios denuncient, alioquin peccata absolvendo, ut docet Sotus de ratione tegenda secreti. Membro 2. q. 6. conclusione ultima.

Ex his sequitur, quod in tantum maleficium, & incantatio sunt peccata, quia derogant juri primi principij divini, quatenus tribuitur demoni, vel creaturæ quod à Deo postulandum & proveniendum esset per media divina.

CAPUT VII.

Blasphemia.

Tertium peccatum contra jus primi principij divini, prohibitum primo Decalogi præcepto est blasphemia, quæ idem est ac maledictio, ut declarat glossa super illud in epi-

ſtola Judæ, ubi dicitur non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, & dicitur ibi, ut malo diceret ei. Et definitur à S. Tho. 22. q. 13. art. 1. contumelia alicujus eccellentis bonitatis, & præcipue divinæ derogantis. Quod pluribus modis contingit.

Blaſphemia non eſt genus quoddam plures ſpecies continens, quia nulla poteſt dari definitio quæ non conveniat omnibus blaſphemiis tam in Deum, quam in Sanctos, nec ſpecie differunt ut ait Caietanus in ſumma verbo blaſphemia. Et ſic eſt vox analoga quæ prius & perfectius dicitur de uno, quam de alio: ita ut id de quo dicitur prius, ſit cauſa propter quam dicatur de alio, ut ſanum prius dicitur de animali, & poſterius de aliis, ut de medicina, de cibo de urina. Blaſphemia non ſolum ſignificat eam quæ eſt in Deum ſed eam quæ contra Chriſtum, ut hominem, unde Mathæi 11. dicitur. *Iudæi vocitabant Chriſtum eſſe potatorem vini*, & cap. 27. *Prætereuntes blaſphemabant eum*, & Lucæ 22. *Prophetiſa nobis qui eſt qui te percuſſit, & alia multa blaſphemantes dicebant.*

Tertio etiam dicitur contra Sanctos: unde ſuper illud Pauli ad Epheſios 4. Blaſphemia tollatur à vobis. Dicit gloſſa quæ ſit in Deum & Sanctos. Extra de maled. cap. 2. & prius dicitur illa quæ eſt in 6. 11. quam in Sanctos quia ipſi debetur cultus hiperduliæ, & Sanctis duliæ, & ſic blaſphemia cum ſit contra cultum, reverentiam, & laudem, prius eſt contra Deum, deinde contra 6., 11. & poſtea contra Sanctos, & Religionem.

Omnis blaſphemia in alios, quam in Deum ideo eſt blaſphemia, quia redundat in blaſphemiam contra Deum. Blaſphemia contra Humanitatem Chriſti quatenus unitam verbo eſt eadem, ac contra Deum, quia cultus latriæ ipſi debetur ex D. Tho. ubi ſupra art. 2. Blaſphemia vere in humanitatem Chriſti quatenus poteſt intelligi ſeparata à divinitate eſt minor, quia ipſi deletur cultus hyperduliæ, ex D. Tho. ibidem, & redundat in Deum, quia humanitas eſt plena gratia. Blaſphemia in B. Virginem eſt talis, quia redundat in Deum. Tandem blaſphemia in ſanctos redundat in Deum quia ſicut laudatur Deus in ſanctis, ita laudentur opera quæ Deus facit in ſanctis. Ita D. Tho. 12. q. 12. art. 1. ad 2.

Blaſphemia quæ fit contra Deum eſt triplex primo. Blaſ-

istius modi scelera delebit eos in introitu tuo, perfectus eris, & absque macula cum Domino tuo.

Lege civili, eorum bona publicantur, & ultimo suplicio puniuntur, non solum sortilegi, & incantatores, sed etiam qui consulunt. c. de maleficiis. c. nullus. l. nemo.

Secundum Canones Laici excommunicantur 26. q. 5. si quis Ariolos, & cap. aliquanti, & cap. Auguriis: aut districto carcere destinatur cap. contra eadem sive turpiter de honestat extra diœcesim expelluntur. cap. Episcopi eadem: Clerici vero ab honore dignitatis suæ suspensi ad perpetuam pœnitentiam destruduntur in Monasterio. cap. si quis Episcopus eadem; tamen hæc pœna non est imponenda cuicumque, ait Abbas super caput ex tuarum de sortilegiis, quod in pœna imponenda sortilegis, vel eos consulantibus debet animadverti ad qualitatem, vel quantitatem dilecti, & animum delinquentis; & secundum hoc imponere gravem, vel levem: attamen est ita grave, ut unus præsbyter etiam absque intentione invocandi demonem, propter hoc fuerit suspensus ab alteri per annum.

Quæres, an licet maleficium maleficio solvere. Resp. cum Sylvestro. verbo eodem q. 8. cum Covardo super caput. Quamvis pactum primæ partis ff. 1. cum Navarro in manu cap. 11. contra Angelum quod non licet, quia maleficium est intrinsece malus, & derogat intrinsece juri primi principij divini, & est contra primum Decalogi præceptum.

Quotiescumque maleficus, & sortilegus est absolvendus, admonendi sunt per confessarium ut criminis socios denuncient, alioquin peccata absolvendo, ut docet Sotus de ratione tegenda secreti. Membro 2. q. 6. conclusione ultima.

Ex his sequitur, quod in tantum maleficium, & incantatio sunt peccata, quia derogant juri primi principij divini, quatenus tribuitur demoni, vel creaturæ quod à Deo postulandum & proveniendum esset per media divina.

CAPUT VII.

Blasphemia.

TErtium peccatum contra jus primi principij divini, prohibitum primo Decalogi præcepto est blasphemia, quæ idem est ac maledictio, ut declarat glossa super illud in epi-

ſtola Judæ, ubi dicitur non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, & dicitur ibi, ut malo diceret ei. Et definitur à S. Tho. 22. q. 13. art. 1. contumelia alicujus eccellentis bonitatis, & præcipue divinæ derogantis. Quod pluribus modis contingit.

Blaſphemia non eſt genus quoddam plures ſpecies continens, quia nulla poteſt dari definitio quæ non conveniat omnibus blaſphemiis tam in Deum, quam in Sanctos, nec ſpecie differunt ut ait Caietanus in ſumma verbo blaſphemia. Et ſic eſt vox analoga quæ prius & perfectius dicitur de uno, quam de alio: ita ut id de quo dicitur prius, ſit cauſa propter quam dicatur de alio, ut ſanum prius dicitur de animali, & poſterius de aliis, ut de medicina, de cibo de urina. Blaſphemia non ſolum ſignificat eam quæ eſt in Deum ſed eam quæ contra Chriſtum, ut hominem, unde Mathæi 11. dicitur. *Iudæi vocitabant Chriſtum eſſe potatorem veni*, & cap. 27. *Prætereuntes blaſphemabant eum*, & Lucæ 22. *Prophetiſa nobis qui eſt qui te percuſſit, & alia multa blaſphemantes dicebant.*

Tertio etiam dicitur contra Sanctos: unde ſuper illud Pauli ad Epheſios 4. Blaſphemia tollatur à vobis. Dicit gloſſa quæ ſit in Deum & Sanctos. Extra de maled. cap. 2. & prius dicitur illa quæ eſt in 6. 11. quam in Sanctos quia ipſi debetur cultus hiperduliæ, & Sanctis duliæ, & ſic blaſphemia cum ſit contra cultum, reverentiam, & laudem, prius eſt contra Deum, deinde contra 6., 11. & poſtea contra Sanctos, & Religionem.

Omnis blaſphemia in alios, quam in Deum ideo eſt blaſphemia, quia redundat in blaſphemiam contra Deum. Blaſphemia contra Humanitatem Chriſti quatenus unitam verbo eſt eadem, ac contra Deum, quia cultus latriæ ipſi debetur ex D. Tho. ubi ſupra art. 2. Blaſphemia vere in humanitatem Chriſti quatenus poteſt intelligi ſeparata à divinitate eſt minor, quia ipſi deletur cultus hyperduliæ, ex D. Tho. ibidem, & redundat in Deum, quia humanitas eſt plena gratia. Blaſphemia in B. Virginem eſt talis, quia redundat in Deum. Tandem blaſphemia in ſanctos redundat in Deum quia ſicut laudatur Deus in ſanctis, ita laudentur opera quæ Deus facit in ſanctis. Ita D. Tho. 12. q. 12. art. 1. ad 2.

Blaſphemia quæ fit contra Deum eſt triplex primo. Blaſ-

phemare aliquid de Deo quod illi non convenit. 2. Negare de Deo quod illi convenit. 3. Tribuere creaturæ quod soli Deo convenit.

Ad primum blasphemandi modum pertinet dicere Deum partialem. Cornutum. Per meretricem Dei. Per vulvam Dei. Quod Deus sit causa peccati. Quod Deus voluerit, ut quid sit furatum, quod occiderit quod peccatum commiserit. Maledicere Deo, aut aliquod malum deprecari, quæ pertinent ad blasphemiam detestativam, & deprecativam, quod est indignum tantæ Majestati.

Dicere ad Corpus & Sanguinem Dei non est blasphemia, sed juramentum, & peccatum mortale, si desint comites, scilicet justitia. Et veritas ad juramentum necessar. Non est blasphemia, quia post incarnationem verbi Deus factus est homo, & dicitur Deus natus. Passus, & mortuus, quia natura divina & humana sunt unitæ in eadem hypostasi; unde factum est, ut divinæ de homine, & humanæ de Deo proprietates dicantur, facta si quidem fuit utriusque naturæ idiomatum communicatio, & quemmadmodum Christus dicitur Deus, & homo, ita homo dicitur Deus, & Deus homo, ut videtur apud D. Tho. 3. p. q. 16. art. 4. Accidere tamen potest, quod hujusmodi verborum prolatio fiat cum blasphemia. Primo si Deus restringatur ad Patrem, dicendo ad Corpus & Sanguinem Patris. 2. Si talia tribuerentur Deo ex natura sua, quasi Deus esset Corpus. Ita Sylvester verbo blasphemia. Si detestando & jurando per ventrem, aut capillos Dei. Ita hostiansis in summa de Maled. ff. blasphematores. Item si cum magno despectu & reverentia. Ita Sylvester ibidem.

Tanto minus erit blasphemia dicere ad Corpus & Sanguinem Christi, nisi interveniat magna irreverentia; tunc enim talia dicuntur de Christo, vel de Deo tanquam contemptibilis, & spernendo, & in hoc consistit blasphemia.

Ad eumdem primum blasphemandi modum spectant. Dicere hoc est verum sicut Deus est, vel sicut Evangelium, vel sicut Christus natus de B. V. quando res est falsa; nam ultra perjurium est fœdissima blasphemia, & si vera sit, adhuc non longe distat à blasphemia; quamvis enim veritas cum sit adæquatio rei ad intellectum consistit in indivisibili, nec recipiat magis aut minus: tamen veritates æternæ, & divinæ ipsimet sunt veritates,

veritates, & aliarum nostrarum fontes, nullæ nostræ veritates cum illis sunt conferendæ, nisi cum insolentissima superbia, quia nostræ veritates sunt mutabiles, & decipi solent. Quare arrogantiæ est pretendere ut nobis credatur, sicut divinis veritatibus. Ita Sotus de just & jure libro 8. q. 2. art. 3. Covardus ubi supra.

Ad secundum blasphemandi modum pertinet dicere. Ad despectum Dei; subtrahitur enim illi omnipotentia, dicere Deum non videre hæc inferiora, non curare humana, non esse justum. Dicere abnego, sive renego Deum, quia subtrahitur fides, & ejusdem confessio: non solum enim tenemur corde credere, sed etiam confiteri, juxta illud Pauli ad Romanos 10. corde creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem, idem est dicere ac nego fidem, vel baptismum, nec refert quod corde credatur, sed debet esse confessio, sed negare prius est, quam non confiteri; hoc enim non tollit fidem, sed fidei confessionem.

Ad tertium modum blasphemandi spectat dicere demonem, & simulacra esse adoranda, demonem posse scire intima cordis, omnia posse facere, quod imago, aut simulacrum faciunt gratias, & quod fiducia debeat adhiberi illis, non prototipis, ut faciebant gentiles: unde ut dicit Concilium Trid. sess. 25. ad prototipum referenda est veneratio, & sic veneratio quam habemus erga imagines est relativa jurare per demonem, aut falsos Deos.

Contra B. V. & alios sanctos iisdem fere modis blasphemiæ committuntur, quotiescumque illis tribuitur aliquod inconveniens, aut negatur conveniens. Ita Angelus verbo blasphemia. Vel eorum membra ignominiose nominantur: ut ait Sylvester. Verbo eodem, aut illis maledicimus, cum juramus per Corpus & Sanguinem ipsorum.

Blasphemiæ dictæ sunt duplicis generis, aliæ sunt simplicis blasphemiæ, aliæ hereticales. Blasphemiæ hereticales sunt illæ quæ directe proferuntur contra fidei articulos, ut quæ Dei potentiam infringunt, dum dicitur, Deum non posse hoc, vel illud, nos velle facere ad despectum Dei; hujusmodi autem sunt contra primum articulum. Tales sunt, etiam sunt illæ quæ B. V. pudicitiam tollunt, dum dicitur meretrix.

Simplicis blasphemiæ sunt, quæ directe non sunt contra

fidem, ut sunt illæ quæ Deo, B. V. & Sanctis maledicitur, vel aliquod malum deprecamur. Hæc distinctio ponitur ab inquisi. p. 2. q. 41. ad hoc ut videant ad quid pertineat ad judices Inquisitionis, quæ tantum habet jus puniendi quæ sunt contra fidem, tamen esset plusquam hereticus qui diceret Deum habere meretricem, licet non sit contra articulum primum fidei.

In casu nostro comprehenduntur omnis blasphemiæ tam quæ sunt contra Deum, quam contra B. V. & sanctos; quamvis non statim ac aliquis profert tales blasphemias non sit censendus hæreticus, licet sit de heresi suspectus, quia actus per se malus habet præsumptionem malæ intentionis contra facientem, at cum blasphemia opponatur confessioni fidei, non ipsæ fidei ex D. Tho. 22. q. 13. potest quis blasphemare, & fidem retinere in intellectu, licet in opere aliud fateatur.

Quemmadmodum in fide duo concurrunt, assentiri articulis fidei, & dicere interiori, & exteriore locutione ea quæ sunt fidei, quorum primum pertinet ad ipsam fidem, aliud ad confessionem, juxta illud David. *Credidi propter quod locutus sum.* Ita in infidelitate duo sunt. Dissensus ab his qui sunt fidei, & dicere interius, & exterius contraria his quæ sunt fidei. Primum spectat ad infidelitatem, secundum ad blasphemiam, quia blasphemia consistit in dicendo aliquid voluntarie contra Deum: unde fit, ut blasphemia sit aut cordis, aut oris, ad quam reducitur eo quæ est scripto. Utraque erit cum fide, aut sine fide. Cum fide quando est sola detestatio voluntatis absque errore in intellectu. Si sit sine fide erit hereticalis.

Alia est blasphemia operis de qua S. Tho. 22. q. 14. art. 1. ad primum. Ut adorare demonem simulacra, & creaturas irrationales, quibus nullus de jure debetur cultus, conspuere, percuttere sacras imagines, & prosternere quia hujusmodi blasphemi licet excusentur ab hæresi in foro conscientiæ. Si ex passione agant: tamen sunt suspecti de hæresi, aut tales puniendi.

Excusantur à peccato mortali quicumque blasphemavit subreptione, vel turbatione mentis, quando in deliberato erumpunt significationes verborum, ita D. Tho. 22. q. 13. art. 2. ad tertium.

Quæres utrum quando fiunt ex aliqua injusta causa ut Ebreatate, vel ludo excusentur.

Resp. cum D. Augustino super genesim ad litteram. Ubi ait, quod Noë post diluvium inebriatus excusatur à peccato, & à tanto, & à toto, quia cavere non poterat. Sed loth inebriatus à prima filia, & cum eadem fornicatus excusatur à tanto, non à toto, quia vinum noverat, & ejus formidinem sciebat, & cavere expediebat, & ideo ab ebrietate minime excusatur, sed quia consequentiam ebrietatis ad luxuriam expertus non fuerat, nec sciebat, ideo ab incestu aliqualiter; non à toto. Sed quando secundo à secunda filia inebrietus est, & cum eadem concubuit, non excusatur à toto, quia vinum, ejus virtutem, & inclinationem ebrietatis ad luxuriam expertus fuerat, ideo cavere multum debebat; propterea de secundo incestu non excusatur, sed egit, & ut ebrius, & ut incestuosus; si ergo iste non excusatur nec à secunda, nec à prima ebrietate, quia noverat virtutem vini, & non cavit, & non excusatur a secundo incestu, quia jam expertus fuerat consequentiam ebrietatis ad luxuriam, & non fugit non excusabitur etiam a peccato blasphemiæ qui in ebrietate, & ludo blasphemat, expertus hoc jam ipsi accidisse multoties in vino & ludo. Sicut qui dormiendo cadit in pollutiones propter antecedentes cogitationes turpes sive tactus, sive colloquia, non excusatur à peccato, quia est voluntarium in causa.

Ex quibus sequitur, quod quicumque est assuetus blasphemare, & non vult ab illa perversa consuetudine se emendare, non excusatur à peccato blasphemiæ, licet dum blasphemat sit turbatus, quia negligentia eo qui paratur dolo. cap. ut animarum de constitutione lib. 6.

Quæres 2. quis sit blasphemator publicus. Publicum idem est ac notorium: hoc autem, aut est juris, aut facti. Notorium juris est illud quod quis est confessus, aut per legitimos testes convictus, vel per judicis sententiam condemnatus. Notorium facti est id quod publice pluribus presentibus factum fuit, vel quod pluribus innotescit. Ita Abbas super cap. 2. extra de maledicis, & super caput. Vestra de cohabitatione Cleri, & mulierum, intellige de pluribus extraneis, non domesticis.

Quamvis autem pro executione dicti cap. quod loquitur de pœna imponenda in foro judiciali, satis sit, quod blasphemator sit publicus, vel per

confessionem propriam, vel per legitimos testes, aut quia sit notorius tot hominibus, quod possit probari talis. Non est necesse ut sit toti populo, aut civitati res notoria sed sufficit, ut sit manifesta vicinis, vel collegio, vel saltem sint 10. qui id sciant. Ita Abbas super dict. caput vestra de Sacramento Eucharistiæ. In parvo oppido sufficiunt 10. testes non in civitate. Nec sufficit, quod semel vel iterum quis blasphemaverit, sed debet esse consuetudinarius. In blasphemiis.

Quæres 3. quod nam vicibus inducatur consuetudo in criminibus. Resp. cum glossâ super cap. ita nos. In verbo : usum 25. q. 2. quod per duas vices, sed melius cum D. Tho. 2. p. q. 105. art. 2. quod fit per iteratos multoties actus, attendendum est ad circonstantias. Unde si decies in uno die blasphemaverit, vere dicitur consuetudinarius, imo si bis in mense, & multoties in anno blasphemare sit solitus, dicitur consuetudinarius. Talis non ex excommunicatus, nisi sit à judice data sententia, si ignoverit se esse excommunicatum.

Ex atrocitate pœnarum quæ ex diversis legibus constat, attendenda est gravitas criminis, in levitico cap. 24. præcepit Dominus blasphemos lapidari donec exalarent animam. Et dicitur ibi. *Educ blasphemum extra castra & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput ejus, & lapidet eum populus universus. Homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum, & qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, sive ille civis sit, sive peregrinus fuerit*: Vnde propter blasphemiã Sennacherit Regis una nocte Angelus Domini percussit centum octoginta quinque millia hominum in castris ipsius, ut legitur. Lib. 4. Regum cap. 19.

Per leges civiles ultimo supplicio afficiabantur ut legitur in Auth. ut non luxurientur contra naturam ff. præterea, quæ quidem pœna locum habebat contra consuetudinarios, & incorrigibiles quod non est in usu.

De jure Canonico Clericus deponebatur. Laicus excommunicabatur 22. q. 1. Si quis per Capillum. Nam Paulus Apostolus excommunicavit blasphemum 24. q. 3. Apostolice, utraque correcta fuit quantum ad Clericos in Concilio Lateranensi sub Leonem X. quantum vero ad Laicos per Gregorium IX. in cap. 2. extra de maledi. Quod pertinet ad Clericos

decrevit Concilium sess. 9. ff. ad abolendam. Quod Clericus de publica blasphemia convictus pro prima vice omnium beneficiorum suorum fructibus unius anni mulctetur. Pro secunda privetur Beneficio, si unicum tantum habuerit. Si plura, uno illorum ad arbitrium ordinarij. Pro 3. omnibus dignitatibus, & Beneficiis privabitur. Si nullum Beneficium habuerit punietur arbitrio ordinariij.

Contra Laicos statuit Gregorius in dicto cap. 2. Quod publicus blasphemus 7. diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ, dum Missarum aguntur solemnia in manifesto existentes ultimo illarum die pallium, & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, septemque præcedentibus sextis feriis in pane, & aqua jejunet, Ecclesiam nullatenus ingressurus, quolibet quoque prædictorum dierum tres si poterit, duos reficiat pauperes, si ad hoc non suppetant facultates, pœna commutetur, & si noluerit acceptare. Interdicatur ei Ecclesiæ ingressus, & sepultura careat.

In dicto Concilio statutum fuit. Si fuerit nobilis mulctetur pœna 25. ducatorum. 2. vice 50. Ecclesiæ fabricæ applicandorum. 3. vice nobilitatem amittet, & ignobilis fiet, & incarceretur. Et si ultra duas vices publice blasphemaverit, mitra dehonestari ante fores Ecclesiæ, si pluries ad triremes damnabitur.

CAPUT VIII.

De Sacrilegis, qui rem carnalem habuerit cum moniali, cum commatre, aut cum filia spirituali, vel Parrochiana propria.

Tertium peccatum contra jus primi principij Divini prohibitum primo Decalogi peccato est sacrilegium, quod committitur contra reverentiam rerum sacrarum, unde deffinitur læsio rei sacræ ex D. Tho. 22. q. 99. art. 1. post glossam super caput sacrilegium 17. q. 4.

Res sacræ non solum dicuntur res ipsæ, sed etiam personæ, & loca res sacræ sunt in quadruplici differentia, in prima sunt Sacramenta. In 2. vasa consecrata pro usu sacramentorum destinata. In 3. sacræ vestes. In 4. bona mobilia, & immobilia sustentationem Ministrorum. Loca sacra violantur, aut quantum ad consecrationem vel sanctitatem, aut sanguine, aut semine poluuntur ut videbimus,

vel quantum ad immunitatem, ut si per vim extrahatur qui ad illas confugerit extra de immunitate Ecclesiæ cap. inter alia. personæ sacræ violantur, aut quantũ ad personam ipsam, dum contra illam violentæ manus injiciuntur 17 q. 4. Si quis suadente: aut quantum ad pudicitiam 17. q. 1. impudicas. Aut quantum ad immunitates, si ad forum seculare protrahantur extra de foro competenti nullus; vel si oneribus realibus, aut personalibus graventur. De immunitate Eccles. non minus, & cap. quamquam de censibus lib. 6.

Sacrilegi quantum ad sacra vasa, vel vestes sacras fiunt. Si cum fractione portarum, aut fenestrarum subripiuntur, ipso jure sunt excommunicati, & post denunciationem absolutio reservatur Papæ. extr. de sent. ex com. conquesti. Sacrilegi aliorum bonorum mobilium, vel immobilium pertinentium ad sustentationem Ministrorum excommunicantur per Concilium Trid. sess. 22. cap. 11. de reformatione.

Sacrilegi violantes immunitatem locorum sacrorum hodie sunt excommunicati per constitutionem Gregorij XIII. editam 24. Maij anno 1591. quæ incipit. Cum alias non nulli: prius erant excommunicandi per caput. Miror. cap. definivit, & cap. id constituimus 17. q. 4. Sacrilegi violantes personas sacras sunt excommunicati per dict. caput. Si quis suadente, & absolutio reservatur Papæ. offendentes sunt excommunicati in Bulla Cœnæ, si per gravamina, aut tractionem ad Judices seculares in causa civili excommunicatione nona, si in causa criminali, excommunicatione undecima.

Qui habuit rem carnalem cum moniali accusantur sacrilegio, de adulterio, & de incestu, ita Abbas super caput. At si Clerici, numero 35. de judic. per glossam notabilem super caput vigilantibus 27. q. 1. de Sacrilegio accusantur, quia violant rem sacram Deo dicatam. De adulterio spirituali, quia est sponsa Christi. De incestu quia consanguinea nostra est, quia sumus Filij Dei, & hæc sponsa Patris. Ultra hoc committit stuprum si sit virgo. Propterea Laicus solum attentans tale crimen, de jure civili cap. punitur cap. de Episcopo, & Cler. L. si quis non dicam relata 36. q. 2. cap. 3. à S. Tho. de jure Canonico excommunicantur 27. q. 1. virginibus. Si sit Clericus deponitur cod. Si quis Episc. & sic est gravissimũ scelus.

Qui rem habet cum commatre excommunicatur 33. q. 2. si quis cum matre. Commater dicitur illa quæ me baptisavit, aut de baptismo me suscepit, aut cujus filium baptisaui, vel de baptismo levavi, aut quæ filium meum baptisavit, vel de baptismo suscepit. Idem est de confirmatione. Concilium Trid. ad hæc tantum redegit sess. 24. de reformatione Matrimonij. Hæc commaternitas non contrahit inter illos qui adfuerunt.

Nota quod ad contrahendam illam sufficit levare illum vel tenere in actu baptismi, licet solas tangat vestes. Ita Sylvester verbo matrim. 8. q. 7.

Nota 2. Si plures in eodem actu tangant puerum contrahunt omnes cognationem. Talis cognatio non contrahitur per procuratorem. Neque inter virum, & uxorem si urgente necessitate baptisaverint, & non impedit redditionem debiti per caput. limina 30. q. 1. & per caput. si vir extr. de cognatione spirituali.

Nota 3. Quod inter virum, & mulierem suscipientes puerum de baptismo nulla contrahitur cognatio, vel compaternitas, aut commaternitas cap. finali 30. q. 4.

Si sunt Laici ex dicto cap. excommunicantur, si quis cum matre. Magis abstinendum est à dicta copula, quam à carnali, cum ab illa non dispenset Papa. Licet modo fiat dispensatio. Si sit Clericus eadem pœna punitur, ac de sacrilegio.

Clericus qui cum filia spirituali fornicatus est quam in Sacramento Pœnitentiæ suscepit deponendus est ab Officio, & Beneficio. dicto cap. & in Monasterio usque ad ultimum vitæ detrudendus est cap. si quis Sacerdos, si delictum est notorium. Qui fornicatus est cum Parrochiana in eodem casu comprehenditur, licet si minus peccatum, quam cum filia spirituali Qui contra naturam abutitur moniali, eodem modo committit sacrilegium. Ita Caietanus 22, q. 154. art. 12.

CAPUT VII.

Qui Ecclesiam vel cemeterium polluerint.

Quartum peccatum est pollutio Ecclesiæ, vel cemeterij. Ubi sciendum est, quod Ecclesia polluitur primo. Sanguinis effusione 2. semine, ut dicitur cap. si motum, & cap. Ecclesiis de consecratione.

Dist. 1. cap. finali extr de consecrat. Ecclesiæ, vel altaris, & cap. unicum lib. 6.

Tertio polluitur Ecclesia, si in ea sepeliatur excommunicatus. Extr. eodem cap. consuluisti, id est denunciatus.

Quarto si sepeliatur paganus. Cap. Ecclesiam lib. 1. de consecr. dist. 1. quamvis sit natus de fideli. Glossa ibidem, & host. in summa, & alius quicumque infidelis, cap. Ecclesiam, secussi esset Cathecumenus, quia præsumitur baptisatus baptismo flaminis, cap. 2. de presbit. non bapti.

Quinto si Episcopus notorie excommunicatus illam consecraret. Ita Abbas supra dist. cap. consuluisti.

Sexto si tota Ecclesia, vel major pars ruerit vel destructa fuerit. Glossa super capitulo proposuisti extr. eodem.

Nota tamen, quod soli comprehenduntur polluantur sanguine, vel semine, quia non sunt excommunicati qui polluunt, sed excommunicatorum, infidelium, & paganorum cadavera, econtra vero non est sanguis, nec semen, sed effundentes sanguinem, aut semen: ideo si sanguis injuriose effusus extra Ecclesiam, intra ipsam postea inferatur non polluit idem est de semine: unde si reconciliatur Ecclesia, non est necesse abradere sanguinem vel semen: non sic occidit de supradictorum cadaveribus, quia non potest reconciliari, nisi remotis cadaveribus, ut patet ex cap. Ecclesiam.

Sciendum est circa effusionem sanguinis, quod debet esse injuriosa effusio, ut notat glossa super dict caput. Debet esse copia sanguinis, nec sufficiunt duæ vel tres guttæ. Ita Abbas supra dict caput proposuisti. Si pueri rixando emitant sanguinem copiosum injuriose dicuntur polluere licet 14. annum non expleverint si sint doli capaces. Ita Nav. super verbo injuriose: nam sola peccata carnis excluduntur ab illis.

Dicitur effusio injuriosa sanguinis, ut excludatur naturalis, sine percussione, aut cum percussione sed jocosa, & justa, id est ad necessariam sui defensionem, aut effusio casualis, aut facta per furiosum, aut quorum carentem judicio, ita Navarrus supra dist. verbo injuriose: quando dicitur in defensionari intellige, nisi dominetur libido vindictæ ultra moderatam tutelam. Ita Sylv. verbo consecratio 2. q. 5. item si occidatur quis intra Ecclesiam, licet extra effundatur sanguis vere polluitur, nisi sit vir sanctus: excluditur

ditur etiam effusio facta ex levi percussione ad correctionem puerorum turbantium divinum officium, si fiat per eos quibus licitum est.

Non est necesse quod sanguis decidat in Ecclesia, sed sufficit, quod percussio sit facta in Ecclesia, polluitur etiam sine sanguinis effusione propter mortem, aut vulnus lethale ex dicta glossa ex cap. proposuisti; non tamen propter rixam, aut percussionem sine sanguine. Ita Abbas ibidem.

Sanguis effusus debet esse humanus, ita glossa super dict caput unico in eodem verbo sanguinis argumento caput. Tantum in principio extr. de privilegio.

Tam intelligitur de Ecclesia consecrata, quam non consecrata, quando dicitur pollui per caput finale extra de consecratione; Ecclesia tamen non consecrata reconciliatur per simplicem Sacerdotem. cap. eodem, & glossa ibidem. Verbo levatur, consecratio vero per solum Episcopum ex cap. aqua eodem.

Ecclesiæ nomine solum venit corpus ipsum unitæ Ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ, ut ait Abbas super caput proposuisti, non ea meræ adherentes, nec campanile, nec limen portæ Ecclesiæ quod clauso ostio remanet exterius. Ita Angelus verbo consecratio cemeterii.

Quamdiu pollutio oculta est non debet Ecclesia reconciliari. Extra de cohabitatione Clericorum, & mulierum. Cap. vestra, sed polluitur ad opinionem hominum, ad quorum terrorem debet reconciliari, ut animadvertit glossa super dictum caput unico in verbo polluit.

Ad publicationem pollutionis sufficit confessio illius qui polluit publica. Cap. significati, non vero tacita confessarij relatio tacito nomine complicis, nec puto opinionem Alphonsi de Castro veram, qui ait non esse necessariam reconciliationem, si post pollutionem celebrata fuit missa in ea, quia cum polluatur in opinione hominum, satis faciendum est populo, quod fit per reconciliationem Pollutio per seminis emissionem tunc contingit, quando semen est humanum sive fidelis, sive infidelis, sive maris, sive feminæ quo cum actu carnali effundatur, dummodo voluntarie. Ita Angelus verbo consecratio. Quare excluditur seminis effusio per somnium, ut ait glossa super dictum caput Ecclesiis, etiam si talis effusio esset

cùm peccato mortali ex vi precedentis actus. Juxta caput testamentum, & glossa ibidem. Si semen non decidat in terram, sed per vestes polluitur Ecclesia, quia sufficit voluntaria ejus effusio propter irreverentiam, non secus de sanguine, ut diximus.

Quæres utrum redditio debiti in actu matrimoniali polluat Ecclesiam. Glossa super caput quoniam 31. dist. in verbo semine, nec non super caput Ecclesiis 68. dist. in verbo semine, nec non super caput unico de consecratione lib. 6. in verbo seminis tenet affirmative, scilicet per dictum actum violari. Quam sequuntur hostiensis in summa titulo, an sit iteranda. Antoninus 3. p. titulo 1. cap. 20. Cajetanus in summa. Verbo matrimonium cap. 2. Turre cremata in ff. sed cum naturale art. 4. dist. 5. Navarrus in manu cap. 16 Victor in summa.

Negativam opinionem defendunt glossa super caput Ecclesiis de consecratione. Dist. 1. ita ut dicat per solam illicitam effusionem pollui cap si motum Ricardus ait. Pollui, nisi necessitas urgens intervenerit, ut si per longum tempus inclusus quis fuerit. Sotus, eadem dist. q. 2. idem dicit. Angelus verbp debitum conjugale Alexander de Ales. Sylvester verbo consecratio. 2. q. 5. ubi ait pollui tantum quando ratione explendæ libidinis, non vero ad evitandam continentiam. Sotus ait. Si vis tenentur licere uti actu matrimoniali, & tunc non pollui, licet Cajetanus putet aliquem posse per longum tempus abstinere, quando v. g. maritus est in bello, ergo multo magis in Ecclesia propter reverentiam licere se polluere ita Covardus in Epitome lib. 4. decretalium 2. p. cap. 7. Henriques libro 9. de vero missæ sacrificio cap. 17. Toletus lib. 5. cap. 12. utraque opinio est probabilis. Prima magis pia, posterior magis vera, ut ait victor in summa numero 282

Qui publica pollutione polluit Ecclesiam non est absoluendus absque publica pœnitentia ex cap. 1. extra de pœnitentia, & remissione; tenetur etiam ad expensas factas ab Episcopo pro reconciliatione. Ita Abbas super dict. caput proposuisti cap. finali extr. de injuria, nisi excusatur impotentia, tunc pertinet ad parrochianos. Si sit impotentia apud ipsos reconciliabit Episcopus sumptibus suis ita felinus super caput. Accedentes. Si pollutio sit oculta absoluendus erit absque publica pœnitentia, attamen gravis

injungenda est. Celebrans in Ecclesia publice polluta etiam sciens nullam incurrit irregularitatem ut cap. is qui de sententia excom. lib. 6. Abbas super caput. Finale de consecratione Ecclesiarum, & super caput tuarum: unde Angelus non verum dicit, quando ait, esse excommunicatum, & celebrantem fieri irregularem, quia caput Episcoporum de privilegiis lib. 6. loquitur de Ecclesia interdicta, non polluta si polluatur Ecclesia dum divina celebrantur ex repentina orta rixa cum sanguinis effusione, si inchoatus sit canon non debet interrumpi missa; si vero Ecclesia sit consecrata poterit Sacerdos cum aqua benedicta recunciliare, juxta caput extr. de consecratione Ecclesiæ, deinde missam prosequi, sed ante Canonem inchoatum. Ita Jacobus de Graffa 1. p. lib. 2. cap. 42.

S Thomas 3. p. q. 83. art. 3. ad secundum ait in casu necessitatis posse celebrari etiam in Ecclesia polluta de licentia Episcopi, ut si alibi commode audiri non possit missa diebus festivis, & absens sit Episcopus, vel infirmus. Imo sufficiet in tali casu licentia Vicarij, quam sequitur Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art 3. Henriques ff. ultimo, sicut non potest celebrari missa, ita nec divina officia, nec sepeliri cadavera per caput unicum de consecratione Ecclesiæ lib. 6.

Quæres 2. an aliquoties sit celebrandum in Ecclesia polluta juxta privilegia concessa Ecclesiæ interdictæ, ut in cap. permitimus extr. de senten. excom. & cap. alma.ff, aducimus. Resp. quod non, quia tale privilegium non extendunt ad Ecclesiam pollutam, ita Henriques lib. 13. de excom. cap. 51. ff. in fine licet poterit ad renovandum sanctissimam Eucharistiam ad usum infirmorum, quia idem est de Ecclesia polluta, ac interdicta, nullus canon nec ullus doctor prohibet.

CAPUT X.

De prohibitis temporibus quadragisimæ.

Licet determinatio temporis, & prohibitio aliquorum ciborum sit de jure Ecclesiastico; tamen quia jejunium est de jure divino, & sit ordinatum ad macerandum corpus per abstinentiam erit quintum peccatum quod derogat juri primi principij divini, prohibitum primo decalogi præcepto.

Jejunij quadragesimalis origo

ita est antiqua, ut nullum detur Concilium Anterius, nullum Patrum decretum quod non præcedat, nullus Doctor Ecclesiasticus ad quem possit referri: imo præcedit Apostolorum tempus, cum inter illorum Canones præcipiatur in sexagesima observari; ita ut Alphonsus de Castro adversus hæreses verbo jejunium. Hæresi 2. putaverit ejus institutionem esse à Christo.

Ejus institutionis ratio est duplex ex D. Gregorio. Prima, ut Christum imitemur, qui sacro suo jejunio tempus quadragesimale consecravit. Altera, ut totius anni decimam partem Deo offeramus. Cum enim annus 366. diebus constet, triginta & sex sunt So. pars illorum, quibus adduntur quatuor, quæ cinerum appellamus, ut sacer numerus 40. dierum adimpleatur. Quadragesima enim incipit à Dominica sexta ante Pascha; sex autem hebdomadæ constituunt 40. & duos dies à quibus demptis ex Dominicis remanent 36. & completur numerus per additionem quatuor cinerum.

Quæres quare hoc potius, quam alio tempore jejunatur. Resp. cum D. Tho 22. q. 157. art. 5. & ultimo ad 3. ut per ipsum disponamur ad redemptionis nostræ mysteria devotius celebranda nam festivitas redemptionis est omnium summa, & fidei nostræ confirmatio, quia inanis est fides nostra si Christus non surrexit, propterea dicit psalmista Psalmo 29. quæ utilitas in sanguine meo dum decendo in corruptionem celebrari etiam debet ista festivitas post 14. Lunam Martij, & infra 21. ejusdem cap. celebritatem de consecratione dist. 5. ne concurramus cum Judæis qui 14. Luna immolant Agnum, & incipiunt celebritatem Paschæ, ut dicitur exodi cap. 12. nos prima die Dominica post 14. Lunam ut minus recedamus art 17. in qua resurrexit Christus, qui 15. occisus fuit.

In quolibet jejunio interdicitur esus carnium, in quadragesima vero interdicuntur etiam ova, & lacticinia quæ sementinam ducunt à carne. Ita D. Tho. 22. q. 157. art. ultimo ad 3. ut habetur in cap. denique 4. dist. Ita Hostiensis in Summa de observatione jejunij ff qualiter, & est commune omnium tam jejunantibus, quam non jejunantibus. Ita Sylvest. verbo jejunium q. 5. sive labores, sive ætate excusentur à jejunio generali consuetunine ita interprætante præceptum Ecclesiæ. Henriques libro 7. de indulgentiis

cap. 13. ff. 8. & in gloff. littera E. ſunt enim diverſa præcepta: itaut ait D. Tho. nulla conſuetudine poſſunt introduci eſus ovorum in quadrageſima, dum ait, in aliis jejuniis diverſæ locorum conſuetudines ſervandas eſſe; limitandum tamen eſt, niſi ſit juſta cauſa, ut defectus piſcium: unde ait Joan. Medina q. 8. & Petrus de Palude excuſari Britones qui utuntur butyro, apud quos eſt conſuetudo. Quam Eccleſia tolerat, & videtur diſpenſare; nec valet paritas de meretricibus quæ tolerantur ſed Eccleſia diſpenſat ut male agant ad evitandum majus malum. Apud Hiſpanos in Caſtella licitus eſt ovorũ & lacticinium eſus in quadrageſima, ita Henriques lib. 7. de indulgentiis cap. 13. ff. 8. & addit olim omnibus Dominicis quadrageſimæ licitus erat talis eſus, ſicut apud Græcos, & Armenos diebus Sabbati quadrageſimæ.

Quantum ad carnes cauſa comedendi eſt fames inevitabilis, quando non ſuppetunt alii cibi. extra de obſervatione jejunij cap. conſilium, quod ampliatur ad illos quibus deeſt panis, ut in longa navigatione in bello.

Secunda cauſa eſt urgens infirmitas. Ut patet eodem ff. ultimo, ad quam poteſt referri complectionis debilitas, aut innata, aut re gravi morbo relicta, aut propter recentem infirmitatem, de qua quis convalerit, & immineret periculum gravioris, aut retardationis, aut non recuperandi vires. Eodem ff. Concilium in fine; debeant tamen ultra licentiam Medici, licentiam ab Epiſcopo cap. eodem, vel à Parrocho.

Tertia cauſa eſt ætatis infirmitas, cujuſmodi ſunt pueri ante uſum rationis, & ſenes in ultima ſenectute conſtituti, quibus videatur neceſſarius eſus carnium. Pueri dolo capaces qui 21. annum non expleverunt debent abſtinere à carnibus, quamvis non teneantur jejunare, & ab aliis cibis vetitis. Ita Caietanus ibidem art. 8. Azorius in Summa p. 1. lib 7. cap. 28. q. 2. excludendi ſunt dies Veneris, & Sabbati, Quatuor temporum & Vigiliarum.

Præter quadrageſimam alii ſunt dies, quibus prohibetur eſus carnium, feria ſexta. Sabbato, in omnibus vigiliis, & quatuor temporibus. Olim erat prohibitum de re carnes feria quarta & ſexta die Sabbato erat licitum cap. de uſu carnium, gloſſa de conſid. feria quarta de conſuetudine, feria ſexta de præcepto, gloſſa ibi-

dem. verbo feriæ. die Nativitatis licet comedere carnes quacumque die cadat, nisi aliquis voto se adstrinxerit non comedere diebus Veneris, aut Sabbati, si absolute voverunt.

Peregrinus, cui contigit iter facere die Sabbati per loca, ubi mos est visci carnibus, imo potest compelli ab Episc. loci, ne detur ocasio scandali ita Abbas superdict. caput Consilium, & ex cap. illa 12. dist. oppositum dicendum est de illis qui recedentes à patria inqua viget consuetudo, alibi volunt conformari, quia qui est alibi debet vivere sicut ibi. ex eodem cap. illa.

In quatuor anni temporibus prohibitus est esus carnium, & jejunium tenendum alias tria tantum erant tempora quibus jejunium indicabatur. Calixtus Papa primus decrevit per quatuor tempora jejunandum esse. cap. 1. quia annus dividitur per quatuor tempora.

Circa vigilias nota: quod olim etiam temporibus D. Ambrosij Christiani vigilabant apud Ecclesias, orationibus pernoctantes, prout dicit D. Ambrosius quam refert Gratianus eadem dist. cap. nosse, in quibus quia scelerati juvenæ ut vilissimæ mulieres abuti cæperunt tempore orationis crapulis, & impudicitiis, in maximum Christianæ Religionis dedecus; idcirco per Pontifices, & Episcopos sublatæ sunt, & solum remansit nomen vigiliæ, pernoctatio prohibita fuit in Concilio Elebertina cap. 35. ut refert Alphonsus de Castro adversus hæreses lib. 1. cap. 13. secundum Card. in caput irreligiosa de consecratione dist. 3. pernoctatio mutata est in jejunium: ita ab initio vigiliæ fierent absque jejunio præcedentis diei.

Quod si jejunium venerit mensis Junij in vigilia Pentecostes transferebatur olim quia vigilia & jejunium simul celebrari non possunt, sed nota ut ait Burcardus, desumens ex Concilio Aurelianense, quotiescumque vigiliæ celebrabantur in honorem Martyrum aut alicujus festi solemnis jejunandum erat.

Jejunandum est itaque omnibus vigiliis ecceptis vigilia S. Jacobi & Philippi, & Sancti Joannis Baptistæ, & dicto caput Concilium, quia illorum festivitas incidit in tempus paschale in quo potius lætandum est. Sed quia apud aliquos adhuc est dubium de vigilia Pentecostes quæ ullo jure videtur obligare ad jejunium propter lætitiam Paschæ, propterea

posita sunt jejunio quatuor temporum post dictum festum: tamen dico quod omnino est jejunandum; quamvis enim nulla lege præcipiatur, ex generali tamen Ecclesiæ consuetudine indictum est jejunium ex præcepto, quia consuetudo habet vim legis & præcepti. Ut ait hostiensis ubi supra, & glossa supradictum caput Consilium in verbo Paschalem: unde quando dicit D. Tho. 22. q. 127. art. 5. ad 3. nullum jejunium infra tempus Paschale intercedere sub præcepto intelligit sub præcepto Ecclesiastico, non vero consuetudine, quæ habet vim legis.

Vigiliarum diebus abstinendum est à carnibus, circa ova, & lacticinia, sunt diversæ opiniones. S. Thomas putat tantum prohibita esse illa quæ prohibentur jure communi, scilicet carnes, non vero lacticinia, nisi ubi est consuetudo. Nam jejunia quæ indicuntur tempore Jubilei, vel per confessarium vel ex electione petunt tantum abstinentiam à carnibus: alij vero tenent contrarium quia inquiunt jus commune prohibet.

Qui liberantur à lege jejunij, debent abstinere à cibis prohibitis, & qui eximuntur à cibis prohibitis tenentur ad unicam commestionem. Ita medina cap. de jejunio tractatu 4. q. 5. Navarrus in manu. Cap. 21. Cajetanus 22. q. 147. art. 7. Jacobus de Graffa, Prima p. lib. cap. 14.

CAPUT XI.

De his quæ opponuntur directe fidei.

Sextum peccatum quod derogat juri primi principij divini prohibitum per primum Decalogi præceptum est illud quod directe contrariatur mysteriis nostræ fidei, quod est quintuplex. Infidelitas. Judaismus. Hæresis. Apostasia. Blasphemia.

Infidelitas committitur tum omissione, tum commissione, privative, & contrarie, sive discredendo revelatis, aut contraria credendo quasi vera, aut suspendendo assensum, sive dubitando, quod ratione falsitatis committitur ab intellectu, & ratione malitiæ à voluntate qua soia peccatur, aut recte vivitur

Hinc fit, quod infidelitas negativa proveniens ex ignorantia invincibili non est peccatum, sed pœna peccati, quia qui non audivisset de fidei nostræ mysteriis, & servaret præcepta naturalia, à Deo illustraretur, & si non illustraretur esset

defectu observationis præceptorum naturalium.

Infidelitas privativa est quando quis caret fide propositis sibi sufficienter credendis contraria, & positiva infidelitas est qua quis viam Dei, & mandatorum non vult intelligere ut male agat. Possunt infideles non agere ex infidelitate, & sic aliqua bona opera ordinis naturalis facere.

Tres dantur infidelitates species. Paganismus quæ coluntur plures dii. Hæresis quaquis non credit: imo discredit. Judaismus quo negatur Messiam venisse, qui Judæi non possunt compelli ad fidem, & possunt eorum ritus tolerari. Nunquam fuit licitum pueros invitis parentibus baptisare, nisi totaliter nutriantur in vera Religione, ne sit periculum Apostasiæ.

Ut sit quis hæreticus, requirũtur in ipso. Materia. Doctrina. Judicium. Error, in intellectu, & pertinacia in voluntate. Non est proprie hæreticus qui antea non fuit Christianus professus, dubitatione, formali errore in intellectu impingat in fidem. Debet esse pertinax, errori mentis partinaciter inhærens feriuntur anathemate ipso facto; plures sunt gradus alicujus propositionis damnandæ in materia fidei. Hæretica propositio. Erronea. Sapiens hæresim. Scandalosa. Temeraria. Seditiosa. Contumeliosa.

Hæretica est quæ directe, & immediate opponitur veritati revelatæ. Ut Deus est Trinus. Erroea est quæ non formaliopponitur, sed est contra principia omnia & axiomata rectissima, & recepta à Catholicis: ut qui negaret Christum esse visibilem erraret, sed non esset hæreticus.

Propositio sapiens hæresim est quando quis indignum & indecens profert in materia Religionis. Scandalosa est occasio ruinæ spiritualis. Temeraria est qua quis se ingerit contra sensum communem, ut si quis determinaret diem Anthi Christi tali loco, tali tempore. Seditiosa viam sternit in Ecclesia seditionum. Contumeliosa est quæ conviciis lædit aliorum opinionem. Suspecta de hæresi suspicionem ingerit improbi sensus.

Privantur hæretici omni communione spirituali Sacramentorum, præcum, & cum his non licet matrimonio jungi, licet sit validum, quia cultus disparitas intelligitur tantum de non baptisatis.

Apostasia est recessus à fide suscepta, à Religione, & obedientia. Blasphemia est locutio

cutio falsa contra Deum per modum convitii, quæ dividitur in hæreticam, & non hæreticam. Quæ proprie imprecatio, & maledictio est.

CAPUT XII.

De virtute Spei.

SEptimum peccatum derogans juri primi principij Divini, probibitum primo præcepto Decalogi est quod fit contra virtutem Theologicam spei pro quo.

Sciendum est, quod spes est virtus infusa per quam cum fiducia speramus à Deo vitam æternam. Infunditur infantibus per baptismum, Adultis per justificationem; sicut fides fundatur in veritate Dei revelantis, ita spes fundatur in fidelitate, & bonitate præmiantis. Illa sita est intellectu; ista in voluntate.

Speciales ejus actus sunt, amor concupiscentiæ. Erga bonum divinum, desiderium illud optinendi. Quia, sive delectatio boni præsentis. Primarium ejus objectum est æterna beatitudo. Materiale, & formale simul est illud quod præest, concomitatur, & subsequitur, & sunt auxilia gratiæ, revarentia, gloria corporis solus, & quæcumque à Deo petuntur pro se, & pro aliis, quatenus tendunt ad felicitatem, quia spes Deum respicit immediate: ideo dicitur virtus Theologalis; illa supernaturalia à Deo spectat, tanquam à principali, & prima causa: unde constat objectum spei esse bonum futurum, arduum & possibile cum Dei auxilio ad optinendum: accessorium sunt bona supernaturalia, quibus itur ad salutem.

Sciendum est 2. quod spes non remanet in beatis, nec in damnatis, id est non remanet sub ratione spei in beatis, sed sub charitate, quod si beati sperant aliis salutem hoc provenit ex charitate.

3. Sciendum est, quod spei appendix est timor qui datur, ne presumat, cujus objectum est multiplex, timor divinus, & humanus, filialis, & servilis, perfectus & initialis, castus & sanctus, viæ, & Patriæ. Divinus timet Deum propter infinitam majestatem, & ejus pundus. Humanus, seu mundanus, qui seculi dicitur non potest esse bonus, quia timet jacturam bonorum temporalium, licet possit esse bonus ex intentione.

Timor servilis in sensu Concilij Tridentini est bonus, non in alio, quia servilitas, procul

est ab amore.

Filialis est bonus per se, qui filius tam timet culpam, quam pœnam, tam quærit Dei beneplacitum, quam mercenarius denarium, quod si timet cur gehenna moderata, & juxta rectam rationem, timor ille poterit esse bonus, decidit tamen à perfectione si remaneat servilis pœnam magis timens, quam Dei offensam initialis non distinguitur à filiali perfecto, nisi secundum gradus plus, aut minus diversos, quantum charitas crescit, tantum decrescit timor ratione servitutis, remanet timor in beatis reverentialis hoc posito.

Dico, quod duplex est vitium contra spem derogans juri primi principij divini. Desperatio, & præsumptio. Desperatio consistit formaliter in fuga voluntatis salutem fugientis quasi impossibilem.

Desperatio sæpe annexam habet hæresim, ut innovationis qui negabant Dei misericordiam: propterea negabant secundam post naufragium pœnitentiam.

Præsumptio aliquando significat judicium irregulare de alienis quod semper præsumit sæva perturbata conscientia, aliquando conjecturæ quibus illud judicium fit probabile denotant audaciam agrediendi aliquid supra suas vires, & tunc est species superbiæ.

Præsumptio quæ adversatur spei ut virtuti Theologali est quæ ultra Dei auxilium progreditur, id est sperat id quod non debet, & quomodo non debet, utrobique asseclа est hæresis. Pelagianorum prior, Calvinistarum posterior. Duo sunt præcepta spei. Sperare beatitudinem, per Dei auxilium. Timor pœnæ & peccati.

CAPUT XIII.

De charitate.

OCtavum peccatum contra jus primi principij divini fit contra charitatem Dei: unde sciendum est, quod charitas est virtus qua diligitur Deus super omnia, & perquam filij Dei nominamur & summus, non est Spiritus Sanctus ut vult magister sententiarum, quia vel uniret nos unione substantiali, vel accidentali. Non prima, quia non invenitur, nisi in trinitate, & incarnatione. Non secunda, quia tolleretur libertas; nam naturale est unicuique moveri per formam sibi intrinsecam ad debitos fines; imo in Christo dicimus esse habitus gratiæ

creatæ, ergo non est Spiritus Sanctus.

Charitas est forma omnium virtutum, non intrinseca, sed extrinseca, & moralis, quatenus omnibus operibus bonis dat valorem, dum refert in finem ultimum, quæ gratiam semper habet concomitantem. Præstantior est fide, quia fides Deum deprimit, cum cognoscit illum ut verum in intellectu creato, & obscuro. Charitas Deum amat in Deo, fides non cognoscit Deum, nisi ut amatur. Objectum ejus materiale est Deus, divina omnia, & quæ à Deo sunt universa, proximus: imo damnati imperfecto.

Deus tamen solus dicitur: objectum materiale primarium, sed à Deo quæsitum. Formale est ipse Deus sub ratione bonitatis.

Amicitia infusa non distinguitur à charitate; Deus igitur per se 1. amandus est, & hoc est maximum mandatum, & proximus eodem actu specifico, tantum diverso per materiam, quatenus diligitur propter Deum.

Sciendum est 2. quod eadem charitate Deus amatur, ac nos & proximus: ideoque modus charitatis objectivus, apretiativus, intensivus cadit sub præcepto, & sic est iste ordo ponendus.

Deus ante omnia, & super omnia est diligendus toto corde, totis viribus, tota anima, toto homine interiore, & exteriore, quid enim melius Deo.

Proximus juxta majorem objectorum æstimationem est diligendus, ex quo sequitur excepto salutis negotio possumus alios plus amare, quam nos, illis plura optare, de amplioribus donis gaudere, imo loco alterius mori. Sua temporalia profundere si ultima extrema necessitas absit, aliis incommoda præferre si in extremis.

Inter proximos tam in spiritualibus, quam in temporalibus præferri debent qui propinquioris sunt natura, & gratia: ex hoc sequitur quomodo præferri debeat persona utilior viciniori, publica privatis. Parentes liberis; uno verbo hæc est regula charitatis, ut attendatur Dei justitia, providentiæ, ordo, naturæ leges, utilitas communis, salus omnium æterna, etiam ad inimicos debet extendi, charitas ex præcepto.

In ea charitatis inæqualitate procedit, quod augeri possit, quamdiu viatores passibus amoris tendimus in Deum: licet enim summa sit in objecto; non tamen in subjecto, nisi in Deo, neque illa limitatur à se,

quia cum ſit qualitas magis, ac magis poteſt intendi, nec ex parte cauſæ efficientis; Dei enim virtutis non eſt terminus.

Triplex ex dilectio proximi. Prima eſt humana naturalis qua diligimus proximum, quia eſt conſanguineus, amicus, aut ejuſdem patriæ, eique volumus bonum, ut ſanitatem, & divitias, & alia propter noſtram utilitatem.

2. Eſt humana moralis qua diligimus aliquem propter eminentes ipſius virtutes, ſic Jacob dilexit Joſeph, ſic Chriſtus diligebat Joannem propter caſtitatem.

3. Eſt dilectio ſupernaturalis qua diligimus proximum propter Deum, & hæc eſt neceſſaria ad ſalutem, quia ſine illa non poteſt diligi Deus juxta illud, *Qui non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere.* Joannis. 1.

Quæres an ad ſalutem ſit neceſſarium diligere proximum ſicut ſeipſum. Reſpondeo negative, quia ordinata charitas incipit à ſe ipſo, & vocabulum ſicut non denotat æqualitatem, ſed ſimilitudinem. V. g ut in omnibus quæ deſideramus fieri, ea etiam aliis deſideremus, & ſic amor noſtri debet eſſe quaſi norma amoris alterius juxta illud. *Quæ vultis ut vobis faciant homines & vos facite illis*; Unde D. Gregorius lib. 10. moralium dicit. *Quod ab alio tibi odis fieri, vide ne tu alteri facias.*

Quæres 2. quinam ſunt qui nomine proximi veniunt. Reſp. primo quod ſunt Angeli boni unde D. Aug. lib. 1. de Doctrina Chriſtiana cap. 30. ait. *Iam vero ſi vel cui præbendum eſt, vel a quo nobis præbendum eſt officium miſericordiæ, recte proximus dicitur: manifeſtum eſt hoc præcepto quo jubemur diligere proximum, etiam ſanctos Angelos contineri à quibus nobis tanta miſericordiæ officia impenduntur, quanta multis divinarum ſcripturarum locis animadvertere facile eſt.*

2. Nomine proximi veniunt omnes homines æternæ beatitudinis capaces. Sive judæi, ſive ethnici, ſive inimici, ſive amici. Ubi nota quod inimici ſunt diligendi ex vi præcepti, quod probatur in omni lege, & primo in lege naturæ; Lucæ cap. 8 dicitur. *Pro ut vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Similiter, ex illo axiomate patet omnes homines eſſe diligendos: nam nemo eſt qui non cupiat amari ab eo cui ipſe nocuit ut videtur ex Job & Joſeph in lege naturæ qui dilexerunt inimicos ſuos: ut loquitur D. Hieronimus epiſtola ad Demetriadem. *Ioſeph inquit Patriarcha antequam*

audisset Prophetam dicentem, unusquisque malitiam proximi sui obliviscatur in corde suo, ille pro odio reddit charitatem, & fratribus suis dilectionis affectum pro dolore testatus est, osculabatur singulos, & irriguis fletibus paventium colla perfundens odium fratrum charitatis lachrymis abluebat, & pro malis bonum retribuens in vita & in morte Patris Apostolorum praeceptum sub naturae adhuc lege complevit. Job etiam antequam Dominus præciperet inimicos esse diligendos aiebat. *Si lætatus sum ad ruinam ejus qui me oderat, & gavisus sum quod invenisset eum malum, si dixi in corde meo bene factum est &c.*

2. In lege Moysis hoc præceptum erat, ut legitur exodi 23. *Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum, si videris asinum odientis te non pertransibis, sed sublevabis cum eo.* Proverbiorum 25. *Si esurierit inimicus tuus ciba illum*: Unde D. Gregorius homilia 27. ait. *Quid est quod intermissis, relictisque tot patribus solum Moyses, & Samuel adducuntur, respendet. Ideo in postulatione præferuntur, quia illi soli in cuncta veteris testamenti serie etiam pro inimicis suis leguntur exorasse; unus à populo lapidibus appetitur, & tamen pro his Dominum deprecatur. Alter ex primatu ejicitur, tamen cum expostulasset populus, ut ad Deum pro ipsis preces efunderet, respondit absit ame hoc peccatum quo minus cessem orare pro vobis.*

3. In lege gratiæ etiam præcipitur his verbis. Mathæi 1. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros & bene facite his qui oderunt vos & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut filii filij patris vestri qui in cœlis est qui solem oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos, & injustos:* unde D. Aug. loco citato ait. *Nullum autem exceptum esse cui misericordiæ denegetur officium quis non videat? quando usque ad inimicos etiam porreactum est, eodem Domino dicente. Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, &c.*

Quæres 3. quomodo circa inimicos gerere nos debemus Respondeo. primo. Debemus inimicis facere quæ facimus amicis, si necessitas adsit. 2. Non licet inimicum excludere à communi dilectione proximorum, idest quando oramus oportet etiam, orare pro ipsis, ut si eleemosinam distribuis pauperibus alicujus loci, non debet inimicum excludere.

Quæres 4. An in nullo casu liceat illos à communibus beneficiis excludere. Respond. licere in his casibus primo. quando plures essent captivi inter quos essent amici, & inimici, & non

esset sufficiens pecunia pro omnibus, tunc pro amicis solis posses erogare, dummodo non fiat ex odio. 2. Quando non posses toti communitati dare eleemosinam, tunc amicis solis posses dare. 3. Si pro omninibus sufficeret eleemosina, & sperares per exclusionem inimici, inimicum emendaturum, tunc posses licite illum excludere, dummodo non eveniat scandalum.

Quæres 5. An teneamur inimicis singularia signa benevolentiæ ostendere.

Respondeo primo. Nos communiter non teneri, quia non tenemur amicis talia semper ostendere: nam Christus vult tantum, ut exhibeamus generalia beneficia: unde dummodo absit scandalum, est odium non tenemur occurentem inimicum salutare eosque alloqui, aut in familiaritatem admittere, sed semper debemus ad id esse parati, quando necessitas id exhigit, vel quando videmus, quod per illa signa particularia, inimicus deponet suum odium, quia tenemur procurare suam salutem.

Quæres 6. In quibus casibus tenemur inimicis ostendere signa particularia dilectionis. Respondeo primo Quando inimicus petit veniam tunc tenemur sub mortali ei ostendere signa amoris, & reconciliationis; nisi sit superior, & in casu, quo inferior id potius faciat metu pœnæ, quam culpæ, ut David fecit circa Absalon; caveat tamen superior, ne tunc inferior magis exasperetur.

2. Quando parvo meo incommodo possum notabile ipsius malum animæ corporis, vel fortunæ avertere, ut dicitur Exodi 23. ubi jubetur levare asinum inimici jacentem sub onere.

3. Quando per illa signa exurgit bonum spirituale inimici. Ut si illum invitando ad mensam meam crederem ipsum avertere à pluribus malis, v. g. ab odio in me perpetuo.

4. Quando omissio horum signorum pareret scandalum, ut si ob circunstantias putaretur esse signum odii.

Dices populares putant hoc præceptum esse impossibile. Respondeo cum D. Aug. sermone 61 *In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem prætendere, in habenda vera dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi dicere aliquis non possum jejunare? nunquid potest dicere, propter infirmitatem corporis mei non possum à vino, vel à carnibus abstinere, nunquid potest dicere non possum diligere? potest quisquam*

dicere, se virginitatem non posse servare, potest dicere non posse res totas vendere, ac pauperibus erogare, nunquid potest dicere non possum inimicos meos diligere? nemo se circunveniat fratres charissimi, quia Deus neminem fallit; cum enim multa sint quæ per fragilitatem humanam corporaliter implere non possumus, charitatem tamen in corde nostro Deo inspirante, si in veritate volverimus. Sine aliqua dubitatione habere poterimus. Multa enim sunt quæ de horreo canabo, vel cellario aliquoties proferre non possumus, de thesaura vero cordis minus fœdum & turpe est, si aliquam excusationem prætendere velimus. In omnibus addit, scripturis Deus tibi dicit quia potes, tu ei econtrario respondes, non possum. Considera nunc utrum tibi, an Deo debeat credi, & ideo quia veritas mentiri non potest, jam vanas excusationes suas relinquat humana fragilitas, quia nec impossibile aliquid potuit imperare qui justus est, nec damnaturus est hominem pro eo quod non potuit vitare qui pius est.

Circa scandalum quod est contra charitatem, nota quod committitur tribus modis. Primo quando quis alterum inducit ad peccandum, ut quando Moabitæ & Madianitæ, ut vitæ suæ consulerent filias pulcherrimas submiserunt ad castra Hæbreorum in ipsorum concupiscentiam, & ut eos ad idololatriam inducerent; & quando serpens induxit quam ad manducandum de pomo vetito.

2. Quando unus alterius exemplo ad simile peccatum committendum inducitur, ut quando parentes suo malo exemplo inducunt filios ad peccandum.

3. Quando ob alterius peccatum aliquis concipit malam opinionem, aut de Religione Catholica, tale fuit peccatum David qui blasphemare fecit inimicos Domini, & fecit ut suo adulterio Deus videretur injustus.

Quæres utrum liceat parato ad malum consulere ad faciendum minus malum, ut evitetur majus. Respondeo non esse licitum, quia nemini licet inducere ad id quod ipsi non licet. 2 Quia sicut nullus potest mentiri ad salvandam vitam, multo minus inducere ad malum.

Dicit Loth Genesis 19 videns Sodomitas nefandum crimen perpetrare volentes cum hospitibus ait. Nolite quæso fratres mihi, nolite malum hoc facere, habeo duas filias quæ necdum cognoverunt virum, educam eas aduos, & abutemini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nil mali faciastis, ergo induxit ad minus malum contra voluntatem filiarum.

Respondeo primo. Quod Loth in hac male egit. 2. Cum D. Aug. quod hoc fecit, quia sciebat Sodomitas placari per talem propositionem, & quod ipsas non tangerent, nec viros alios.

Quæres 2. An committens quod habet speciem mali eodem peccato teneatur. Respondeo, affirmatione, juxta illud Apostoli ad Thessalo 5. *Ab omni specie mali abstinete vos.* Ut v. g. qui comederet carnes die vetito cum dispensatione coram aliis id ignorantibus; vel familiariter loqueretur cum muliere suspecta.

Quæres 3. An sit omittendum aliquod opus de se indifferens, quod tamen potest esse occasio ruinæ alterius.

Respondeo negative cum Apostolo ad Romanos 14. ubi ait. *Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum*: Unde ait Chrisostomus. *noli dicere quid mihi curandum est si ille scandalisatur, & ille petit crudelitatis illius, & inhumanitatis est; ergo non debes dicere quid ad me si proximus scandalisatur, dummodo faciant opus quod non sit malum.*

Quæres 4. An ob scandalum pharisaicum sive ex malitia aliquid omittendum sit Respondeo. Vel est tale quod sine peccato omitti non potest, vel econtra, quod sine peccato omitti potest. Vel quod sine jactura spirituali vel cum aliquali detrimento temporali vitari potest. Si primum, nunquam licet, quia necessaria ad salutem non sunt omittenda ob scandalum ex malitia, nec veritas dissimulanda est ob incredulorum scandala.

Si secundum, dico hujusmodi offensionem non esse curandam. Quod patet exemplo Christi, qui docuit non esse curandos phariseos qui scandalisabantur, & quod Christus dixerat. *Quod intrat per os non coinquinat hominem*, Volens ostendere non esse malum illotis manibus manducare non esse peccatum.

Si tertium dico illum facturum posse, si ob alterius salutem aliquam iacturam temporalem subeat, quod patet exemplo Christi Mathæi 17. qui licet non teneretur soluere didragmas tamen soluit, ne scandalisaret publicanos.

Quæres 5. an quis teneatur ex scandalo lapsum restituere.

Respondeo primo omnes teneri ex lege charitatis, saltem in necessitate talis retrahere à vitiis, quia ut ait sapiens Eccl. 17. unicuique Deus mandavit de

de proximo suo.

Dico 2. Superiores qui ex officio tenentur promovere bonum spirituale suorum subditorum obligari ex lege justitiæ curare eorum emendationem, quos induxerunt ad peccatum.

Dico 3. illum qui proximum induxit ad peccandum per vim, fraudem, metum, vel mendacium, teneri ex justitia retrahere illum quantum potest inferendum vim, fraudem, metum, & curando quantum potest ut emendatur, quia ubi intercedit injuria, debet ex justitia aboleri.

Dico 4. eum qui extraxit novitium cum dolo, fraude novitium, vel volentem ingredi religionem ultra peccatum mortale obligari ex justitia eum, restituere. Ratio omnium istorum est juxta principium nostrum quia excluditur jus primi principij proximi.

Verum qui feminam retraxit ab hujusmodi re ultra peccatum incurrit excommunicationem ex Trid. Concilio sess. 13. cap. 18.

Liceat modo inquirere quomodo augeatur charitas an per actus diversos, an per majorem radicationem in subjecto, ut vult D. Tho. videtur Concilium Tridentinum voluisse hominem justum per quemlibet actum charitatis æquali intentione, imo & remissione mereri augmentum charitatis, & gratiæ qui illis conferuntur à Deo. Secundum D. Tho. non augetur, nisi per majorem radicationem in subjecto, quatenus magis sibi subjicit subjectum, quod verius puto, & secundum ejus principia non potest aliter dici: Concilium autem Trid. in hoc non se explicat.

Triplici gradu distinguntur incrementa illius infusæ charitatis. In incipientibus nascitur per recessum ab amato, in proficientibus roboratur per virtutem experimentalem, in perfectis absolvitur per adhæsionem cum Deo per fruitionem; adeo ut in omnibus reperiatur principium, medium, & finis. Quia vero nutrimentum charitatis, est diminutio cupiditatis, solus Deus se perfecte diligit, & beati quantum possunt secundum gratiæ, & gloriæ mensuram.

Quæ conditio charitatis? quæ semper augeri potest, & minui: quare instar vitæ, si perditur, tota perditur, nec ab homine, nec ab ulla creatura producitur, & sic per illos nec conservatur, nec corrumpitur. Charitatis actus interiores sunt dilectio, Benevolentia. Dilectio, quia magis amicitiæ convenit amare,

quam amari: benevolentia dilectione tanquam suo inclusa principio vult Deo quidquid boni habet, gaudens de illius felicitate: porro utriusque modus est amare sine modo.

Sciendum est 2. quod dona charitatis, alia sunt interiora, alia exteriora. Interiora sunt gaudium, pax, misericordia. Gaudium est effectus, & fructus charitatis, à gaudio oritur per beata, secura tranquillitas: misericordia cor emollit ad sublevandas tam animi, quam corporis calamitates.

Actus exteriores, sive dona exteriora sunt. Beneficentia. Liberalitas. Correctio fraterna, eleemosina: opera pietatis spiritualia, & corporalia.

Opera misericordiæ corporalia sunt. Visito. Poto. Cibo. Redimo. Tego. Colligo, condo. Opera spiritualia sunt. Consulo. Castigo. Solor. fero. parco. oro. fructus eminentes charitatis sunt. Eleemosina, & correctio fraterna.

Præceptum de eleemosina absolute non obligat, nisi tempore necessitatis proximi: quare sublevare pauperes est tantum Consilium, si non sit extrema necessitas. Ad eleemosinam faciendam tenentur divites quotquot habent. Excipiuntur servi, nisi accedat consensus Domini tacita, vel expressa, aut ex propriis. Religiosi superiores aliquid possunt: inferior nullus etiam ex sibi datis sine licentia superioris saltem interpretativa: filij familias nil possunt dare, nisi de castrensibus, aut quasi castrensibus, & adventitiis, quia usus bonorum remanet pœnes patrem qui habet jus primi principij in re. Uxores sunt ejusdem conditionis, nisi consuetudo prævaleat, licet possint mediocres facere eleemosinas. Dicunt aliqui quod Religiosus potest disponere de dato sibi viatico quomodo voluerit, ut p. Leo in suo libro Theologiæ.

Ecclesiasticæ personæ tenentur bona beneficiaria dividere in tres partes. Primam sibi. 2. si superest post suam sufficientem sustentationem servata conditione, pauperibus. 3. Ecclesiæ; non tamen tenentur ad restitutionem si non faciant, quia fit contra misericordiam non justitiam, licet contrarium dicat illustrissimus Episcopus & piissimus de Palafox.

Fraterna correctio est de jure naturali, & positivo, & cadit sub præcepto adhibitis rationalibus circonstantiis, & conditionibus quarum prima est, quod debet constare de delicto. 2. Debet sperari emendatio, alio-

quim cessaret finis correctionis. 3. Non tenetur quando videt jam emendatum. Ordo correctionis est institutus à Christo. 1. Debet esse admonitio inter te & ipsum solum. 2. Debent adhiberi testes, nisi resipiscat. 3. Dicere superioribus, nisi vergat in detrimentum tertij, & grave scandalum. His positis videamus quænam sunt peccata contra charitatem, & quomodo derogant juri primi principij divini, & primo Decalogi præcepto.

Vitia contra charitatem sunt. Odium. accedia. invidia. discordia. contentio. schisma. bellum. duellum. scandalum.

Odium Dei semper grave est, nec patitur parvam materiam, abominationem generat contra proximum, & inimicitiam contra personam.

Accedia adversatur gaudio, & fervori charitatis & dicitur tristitia agravans. Languida in operibus amoris Dei, & proximi. Quatenus ardua videntur difficilia, cujus proles sunt malitia. Rancor. Pigritia. Pusillanimitas.

Invidia est tristitia de alterius bono, quasi nostrum minuat, cujus formale objectum est proprium invidentis malum; facit enim, ut quod est alteri bonum fit æmulo malum, ejus filiæ sunt. Susurratio. Detractio. Maledicentia. Columnia. Exultatio de proximi adversis.

Discordia invenitur inter fratres. Si accedunt verba dicitur contentio. Si fit cum separatione ab unione corporis, & capitis, ut ab Ecclesia quam nectebat charitas, dicitur schisma, cujus pullus est hæresis, quia dissidium facit hæreticos, unitas Catholicos.

Bellum est prohibitum Clericis, tam offensivum, quam defensivum, non jure naturali, sed positivo, nisi illud jus relaxetur à Summo Pontifice, aut ab urgente publica, aut privata necessitate; sic sacris initiatus bellum gerens peccat mortaliter, si bellum est injustum, & aliquis occidatur, tam Clerici, quam alij milites fiunt irregulares, quia omnes censentur influere in sanguinem humanum injuste. Si bellum est justum, Clericus qui occidit sine dispensatione sit irregularis, si alij tantum occidunt non fiunt irregulares.

Scandalum aliud est activum; aliud passivum. Activum definitur, quodcumque dans occasionem ruinæ alterius, verbis, dictis, factis. Committitur primo quando quis inducit alium ad peccandum. 2. Quando male agendo proximo est detrimen-

tum. Scandalum possivum est infirmitas illius qui offenditur. His positis sunt.

RESOLVTIONES

Casuum occurrentium in istis materiis.

Quæres primo, quare non est licitum uti maleficiis. Resp. Quia derogat juri primi principij divini; nam solus Deus est principium rei sacræ quæ adhibetur in maleficiis, & tribuitur demoni id ad quod non habet jus, & maleficus utitur mediis injuriosis divinæ potentiæ.

Secundo, de Sacrilegis.

Quæres quare non licet sacrilegium committere. Resp. quia læditur jus primi principij divini quatenus sacrilegium est læsio rei sacræ quæ pertinet ad Deum.

Quæres 2. quare abuti sacramentis est peccatum. Resp. quia est læsio rei sacræ, & sancta sunt Sancte tractanda.

Quæres 3. quare est peccatum violentas manus inferre personæ sacræ. Resp. quia est læsio rei sacræ.

Quæres 4. quare violare immunitas Ecclesiasticas est peccatum. Resp. quia est læsio rei sacræ.

Quæres quare est peccatum habere rem carnalem cum moniali cum filia spirituali, & cum parrochiana. Resp. Quia est læsio rei sacræ Deo dicatæ. ergo contra jus divinum ad quod pertinent.

Quæres 5 Quare non licet ingredi Monasteria ad malum finem. Resp. quia est læsio rei sacræ.

Quæres 6. quare non licet habere rem carnalem cum commatre. Resp. quia est læsio rei sacræ ratione Sacramenti.

Tertio de directe oppositis fidei

Quæres primo, quare est peccatum negare quod detur in Ecclesia summus Pontifex caput visibile Ecclesiæ. Resp. quia est læsio primæ veritatis quæ habet jus obligandi credere quod determinavit.

Quæres 2. quare est peccatum negare quod summus Pontifex sit infallibilis in rerum fidei determinatione. Resp. quia est læsio juris Christi, qui habet jus hoc determinandi juxta illud rogavi pro te patre ut non deficiat fidei tua.

Quæres 3. quare sit peccatum negare quod Innocentius XII. sit summus Pontifex. Respond. quia est læsio fidei quæ petinet

ad Deum.

Quæres 4. quare non licet negare quod summus Pontifex sit super concilia. Respondeo, quia summus Pontifex habet jus supra omnes oves suas, & concilium est de ovili, vel ovile suum, deinde est caput Ecclesiæ ubicumque sit.

Quæres 5. quare non licet fidem dissimulare, Respondeo, quia est contra jus divinum juxta illud Mathæi 10. *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo*: & Lucæ 9. *Qui me eruberit, hunc filius hominis erubescet cum venerit in majestate sua.*

Supra quod Author operis imperfecti homilia 14. probat. 1. sic. *Si sufficit tibi corde credere etiam hipocritæ sufficiet solo ore confiteri: ponetur ergo pars tua cum hipocritis, nisi corde, & ore confitearis.* 2. *Si sufficiat tibi quod Cristum cognoscas, & interius cum palam confiteri nolis sufficiat etiam tibi, quod ipse te ita cognoscat: ut tamen Angelis & hominibus te nolit pro suo agnoscere.* 3. *Si sufficeret tibi fides cordis, cor tibi tantum modo Deus creasset nunc autem os tibi creavit.* Unde valde notandum est, eum non solum peccare contra jus divinum, qui metu mortis, aut alia quacumque causa fidem simpliciter, aut aliquem articulum negat, sed etiam qui negat se esse Christianum Catholicum aut etiam Papistam, quod nomen apud hæreticos idem sonat, ac Catholicum, & Apostolicum Romanum.

Item qui negat se scire, an fides Catholica sit vera, & necessaria ad salutem. Ita omnes Catholici, quia derogatur juri primi principij divini quod prohibet.

Quæres 6. quare interrogatus de fide utitur verbis ambiguis, aut loquitur cum restitutione mentali negat se esse Christianum, aut dicit se esse Mahometanum v. g. peccat mortaliter.

Respondeo, quia jus divinum exigit, ut coram hominibus confiteamur fidem nostram.

Quæres 7. quare non licet dissimulare fidem aliquibus factis, aut ceremoniis contrariis Respondeo, quia jus divinum vult honori per fidem puram, & sinceram, non vanam.

Unde nemini licet per dissimulationem adorare idola, incensum adolere, quia ut dicitur ad Corinthios 6. *Nolite jugum ducere cum infidelibus; quæ enim participatio cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras, quæ autem conventio cum beliat aut quæ pars infidelium infideli.*

2. Nemini licet, nequidem ad vitandam mortem frequen-

tare communionem Lutheranorum, & Calvinistarum, quia fit injuria Sacramento Ecclesiæ, & sic juri divino. Non licet psalmos cum ipsis decantare, nec cum ipsis contrahere matrimonium coram illorum ministris, nec eorum conciones audire, quia in his omnibus derogatur juri primi principij divini.

Quæres 8. quare non licet cum hæreticis Sacramenta participare. Respondeo, quia derogatur Sanctitati Sacramentorum juri divino.

Unde non licet baptismum petere ab hæreticis, quia illorum doctrina circa Sacramenta derogat juri divino, nisi sit urgens necessitas. Deinde non licet nubere cum ipsis, quia derogatur scripturæ 3. Regum ubi dicitur. Certissime avertens corda vestra, & Concilio Calcedonensi Canone 13. ubi habetur. *Non oportet cum hominibus hæreticis commiscere connubia, & filios vel filias illis dare*: Duobus tamen casibus licitum est. 1. Si uxor sciat maritũ propter illud connubium fieri Catholicum. 2. In Germania, & Polonia propter permixtionem hæreticorum cum Catholicis.

Quæres 9. quare non licet Catholico uti vestibus alterius sectæ quibus distinguitur à vera Religione. Respondeo quia hoc est virtualiter negare fidem.

Sciendum est quod vestes etiam apud infideles varios habent usus; nam primo unaquæque natio suas habet proprias, ut Hispani, Galli quarum usus est ab omnibus licitus, & quæ non tangunt Religionem.

Sunt aliæ vestes quæ sunt propriæ officio, non Religioni, & talibus licet uti, ut docet Tertulianus libro de Idolatria cap. 17. modo absit Idolatriæ communicatio, ut facit Sebastianus qui Christianus existens clamide, seu civili signo Cæsarij militis usus est. Sic Christianis militibus licet uti vexillis, & vestimentis Turcarum, ne ab eis agnoscantur, sic exploratoribus Christianis licet uti vestibus infidelium.

3. Est alia vestis usitata ex lege, & consuetudine ad distinguendam quidem Religionem, sed non ob ipsam Religionem, sed ob aliquem finem politicum, ut cognosci possint quæ tributa sint solvenda, quo loco liceat habitare, cum quibus ineundi sunt contractus, ut linteum album in capite apud Babilonios gestare, pileum croceum ad distinguendos Judæos, hoc est licitum, si sit justa causa, quia tale signum non est institutum ad distinguendam Religionem unde.

Quæres 10. in quibus casibus non licet uti talibus vestibus. R. primo, quando honor Dei, vel utilitas proximi exigit, ut quis suam fidem profiteatur, quam occultat per talem habitum, vel tale signum.

2. Quando aliis datur scandalum, ut dicitur ad Corinth. 5. *Si esca scandalisat fratrem meum non manducabo panem in æternum.*

3. Quando assumitur ob malum finem, ut dicitur 1. Regum 22. de Saule vestito aliis vestibus, ut quando aliquis juvenis imberbis utitur veste muliebri ad libidinem, aut econtra mulier. Vno verbo quotiescumque fit ob malum finem.

4. si fiat contra præceptum Dei, ut dicitur Deuteronomij 22. non movetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fæminea.

4. Nota quod est alia vestis quæ deservit ad distinguendam Religionem & ad cultum Deo exhibendum, ut fimbriæ quibus utebantur Judæi cum vita Hiacintina qua dignoscebantur à Gentilibus. Sarraceni gestant vestem cum imagine Mahometi, vel lunam. Hujusmodi vestes gestare est signum Apostasiæ à vera Religione.

Quæres 11. quare non licet vesci carnibus diebus vetitis apud hæreticos. Vt dissimulare propter eminens periculum.

Respondeo, quia hoc derogat juri divino, quatenus videtur se qui ritus hæreticorum, & Ecclesiastico, quatenus Ecclesias habet jus prohibendi pro quo.

Nota primo, quod Caholicus qui esset in tali periculo deberet se simulare delicatum, vel nauseam suam circa carnes: sin minus si esset apud Anglos, & Holandos apud quod est indifferens vesci carnibus David Amaudeu putat licitum esse, sed non puto verum.

Nota 2. Quod in lege Mosaica erat vetita caro porcina, sanguis animalium, & animalium sacrificij.

Quæres 12. an liceat cauponi dare carnes diebus vetitis, & garare peccat si sit Catholicus. Respondeo, quia derogat juri primi principij Ecclesiastici.

Quæres 13. quare non licet legere libros hæreticorum. Resp. quia cum sit periculum Apostasiæ derogatur juri divino. Vnde etiam est contra Canones, & sic contra jus Ecclesiasticum disputare cum hæreticis, ut patet capite quicumque de hæreticis in sexto his verbis. *Inhibemus quoque, ne quidquam laicæ personæ liceat publice, vel privatim de fide Catholica disputare; qui vero contra*

fecerit excommunicationis laqueo inodetur. 2. D. Augustinus libro 3. contra Faustum cap. 12. dicit non licere etiam viro docto disputare cum hæreticis pertinacibus, nec cum aliis instructionis gratia, quia hoc denotat dubium in fide.

Sciendum est. 2. quod est duplex probibitio librorum hæreticorum: prima continetur in Bulla Cœnæ Domini cum adjuncta excommunicatione summo Pontifici reservata. 2. in indice librorum prohibitorum cum excommunicatione non reservata. Ex quo sequitur legentem libros prohibitorum hæreticorum duplicem incurrere excommunicationem, si fiat sine licentia.

Sciendum est 3 quod ut quis incurrat tales excommunicationes quatuor requiruntur. Primo ut tales libri sint hæreticorum. 2. Vt contineant hæresim, vel tractent de Religione. 3. Vt scienter legant. 4. Vt fiat absque licentia summi Pontificis, quia licentia Episcopi, & Inquisitoris non sufficit, cum ipsi indigeant licentia summi Pontifi. ficis.

Sciendum est 4. Quod ut quis incurrat excommunicationem requiritur peccatum mortale, parvitas materiæ, ut in advertentia possunt excusare.

Sciendum est. 5. Quod sufficit, ut liber contineat unicam hæresim ad hoc, ut legens incurrat excommunicationem: deinde sufficit, ut quis scienter retineat domi, quia illa ex vi Bullæ Julij III. deferendus est ad Inquisitorem.

Sciendum est 6. Quod qui legit libros Catholicorũ in quibus sunt insertæ hæreses hæreticorũ non incurrit excommunicationem. 2. Qui legit epistolas hæreticorum, & theses impressas non incurrit excommunicationem, quia non sunt libri in rigore.

Quæres 14. quare non licet contrahere matrimonium cum hæreticis. Respondeo, quia derogatur juri divino propter periculum Apostatandi à fide. Deinde juri Ecclesiastico, quia prohibentur talia matrimonia in Concilio Calcedonense Canone 13. & in Concilio Agatense, Canone 67. in quibus prohibentur connubia cum hæreticis, Paganis, & Judæis.

Quæres 15. quare non licet prædicere futura libera ex Astrorum observatione. Respondeo quia derogatur juri primi principij divini, & Canonibus, pro quo.

Sciendum est, quod jure Canonico 26. q. 1. videtur omnis prohiberi Astrorum observatio

adi

ad effectus contingentes, & liberos dignoscendos his verbis. *Non licet Christianis observare Lunæ, aut Stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, vel propter segetes, vel propter arbores plantandas, vel conjugia facienda; scriptum est enim omnia quæ facietis, aut in verbo, aut in opere omnia in nomine Dei nostri Iesu Christi facite.*

Sciendum est 2. quod duplex est Astrologia, una naturalis, alia iudiciaria. Prima vocatur Astronomia, alia Astrologia. Prima versatur circa numerum Cœlorum, Astrorum magnitudinem, stationem, retrogradationem, Aspectus &c. Unde Astrologi dicunt Cœlos esse 12. Stellas majores 1022. singulas decies octies majores esse toto globo terræ. Solem centes sexagesies, & distare à terra quatuor millionibus milliarium: unde sol una hora percurrit 1140000. milliarium spatium, hoc est unum millionem, & centum 40. millia milliarium, ex illa Astrologia prædicuntur diversi effectus naturales.

Alia Astrologia quæ vocatur judiciaria est illa per quam prædicuntur effectus liberi. V. g. An quis uxorem ducet, quot liberos habebit, quos honores, opes, ex quibus infortuniis, præliis. Exilio, carcere liberabitur &c. Ista est prohibita.

Primo quia per scripturam id à Deo loquente per illam qui habet jus primi Principij circa libera, ut apparet Deuteronomij 18. ubi dicitur. *Gentes istæ quarum possidetis terram Augures & divinos audiunt, tu autem à Domino Deo tuo non aliter instructus es.*

2. Derogatur juri primi principij voluntatis quæ est libera; Nam necessitatem affert actibus liberis. Quare D. Augustinus lib. 5. de civitate Dei sic loquitur. *Qui positionem Stellarum quodammodo decernentium qualis quisquis sit, & quid ei proveniat boni, aut mali accidat, ex Dei voluntate suspendunt, si easdem Stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi à summa illius potestate, ut volentes ista decernunt magnam cœlo faciunt injuriam, in cu us velut clarissimo senatu, & splendidissima curia opinantur scelera facienda decernit, qualia, si aliqua terrena civitas decrevisset genere humano decernente fuerat evertenda.*

3. Est contra illud Ecclesi. 15. *Deus reliquit hominem in manu Concilij sui, apposuit ignem, & aquam ad quod volueris porrige manum.*

Quæres 16. quare non licet ex habitudine corporis, ex oculis, ex motibus membrorum,

ac lineamentis manuum, vultus, pedum futura prædicere.

Respondeo quia derogatur juri primi principij divini in ratione creatoris, & Authoris omnium & tribuitur creaturæ id ad quod non habet jus.

Franciscus Vallesius libro de sacra Philosophia cap. 32. putat licitum esse uti Chiromantia, quando effectus naturales possunt referri ad causas naturales & principia naturalia, non aliter.

Dico ego, quod nullo modo possumus uti tali scientia, quia quomodo fieri potest, ut manus dividatur in certos colliculos, & Areolas, quibus tribuatur singulis aliquis planeta, qui manui tribuat suas influentias. Res sana paradoxa quod in unica vel a manus sit sua Regis Jovis, sua Mercurij, sua veneris, & suis lineis tanquam limitibus ita contineatur vis, & potestas cujuscumque, ut tot Astra parvo spatio vivant contenta. Mira quoque manus quæ continere valeat 7. Planetarum Regiones & terminos.

Qui stultius, quam asserere mulierem nupturam, si habeat tales lineas. 7. Habiturum filios masculos, virum pauperem, alium divitem. Morituram suffocatam in aquis. Tot annis duraturam; & quod mihi videtur argumentum indissolubile. Videre duos homines eodem momento, & diversos omnino habere eventus.

Quæres 17. quare omnia opera infidelium non sunt peccata. Respondeo, quia nulla opera sunt peccata, si non derogant alieni juri primi principij, sed opera quæ proveniunt à virtutibus moralibus, ut dare eleemosinam, adjuvare & honorare parentes, nulli juri derogant nec divino, nec Ecclesiastico, nec proximi; ergo non sunt peccata.

2. Legitur 3. Regum 21. & Jonæ. 3. de Achar. *Nunc inquit Rex Consilium meum placeat tibi, peccata tua eleemosinis redime.*

3. Mathæi 5. *Si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis D. Nonne Ethnici hoc faciunt.*

4. Ad Romanos 4. *Cum gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt*, deinde D. Hieronymus in caput 1. Epistol. ad Galatas ait post pauca. *Vnde multi absque fide & Evangelio Christi vel sapienter faciunt aliqua, vel sancte, ut parentibus obsequantur, ut inopi manum porrigant.*

Dices ad Romanos 14. dicitur. *Omne quod non est ex fide peccatum est, & ad titum 1. omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nil est mundum*

Respondeo, quod hoc intelligitur de operibus factis ex infidelitate & propter infidelitatem.

Quæres 18. an illa opera infidelium naturaliter bona proficiant ad salutem. Respondeo negative, quia cum sint pure naturalia sunt tantum conformia juri primi principij naturalis, & non proveniunt à jure primi principij supernaturalis, & fiunt tantum ob finem naturalem, cujus merces est bonum temporale, non æternum, quia non potest arbor mala bonos fructus facere supernaturales, & vitæ æternæ lucrativos: unde Author operis imperfecti ait homilia 20 in Mathæum. *Si infidelis fecerit opus bonum hic ei prodest opus ejus, & hic ei reddit Deus pro opere bono, in nullo autem sæculo nil ei prodest.*

Quæres 19. quare non licet negare fidem & non profiteri. Respondeo, quia est læsio juris divini per fidem quæ ab illo procedit, sicut & omnes effectus ejus qui sequuntur naturam primi principij quod hoc prohibet.

Quæres 20. Judaismus, Paganismus, & hæreses sunt illicita. Respondeo; quia sunt læsio primæ veritatis divinæ, quæ petit, ut omnis doctrina Religionis sit vera: Deinde primus lædit jus Christi. Alias jus unitatis divinæ, alia veritatem.

Quarto de oppositis spei.

Quæres primo. Quare timor servilis est illicitus & non est bonus. Resp. quia derogat juri divino quod prohibet offensam & timor ille non curat de offensa Dei.

Quæres 2. Quare desperare de sua salute est peccatum. Resp. quia est læsio omnipotentiæ Dei.

Quæres 3. Quare præsumptia est peccatum Respond. quia est læsio juris divini, quatenus qui præsumit & tribuit proprijs viribus, quod pertinet ad solum Deum.

Quinto de oppositis charitati.

Quæres quare peccata contra charitatem sunt peccata. Resp. quia sunt læsiones juris divini, quatenus Deus petit amari.

Nota quod oportet in omnibus materiis attendere ad jus superiorum qui habentius præcipiendi. Unde per accediem derogatur juri divino quod præcipit, ut violentiam faciemus ad optinendum cœlum non ut tepide agamus in via salutis.

Per invidiam derogatur juri divino, quatenus Deus est prin-

cipium omnium bonorum quæ debent redire ad suum principium, non tristari de illis.

Per bellum derogatur juri primi principij divini. Juxta illud mihi vindicta.

Per scandalum derogatur juri divino quod vult ut omnes salui fiant, & illud impedit.

TRACTATVS IV.

De his quæ sunt contra jus primi principij divini, & primum decalogi præceptum in ordine naturali.

SIcut ut vidimus per virtutes Theologales reditur juri primi principij divini id quod exigit in ordine supernatururali, & quoad voluntatem & per vitia opposita derogatur tali juri; ita per virtutes Cardinales, & Morales reditur juri divino quod exigit in ordine naturali quoad corporis sensus exteriores.

CAPUT I.

De virtutibus Cardinalibus & vitiis oppositis.

SCiendum est quod virtus à vi dicitur, quasi viro propria, vel quia cum vi & labore acquiritur. Generaliter sumitur pro bono indole, vel melius est quædam qualitas quæ rectum facit hominem; nam Temperantia frænat appetitus. Fortitudo erigit animum. Justitia regalat voluntatem. Mentem dirigit Prudentia: propterea est admirabilis nexus inter illas, quia est inter potentias hominis nexus fere divinus. Temperantia miscet se generaliter cuilibet præstabili; specialiter tamen circa sensus tactiles occupatur. Nullum est virtutis opus corporis, sine fortitudine, cujus materia est adversa pati, ardua aggredi, tristitiam, & pusillanimitatem moderari. Prudentia oportuna media invenire, & eligere præscribit. Sunt totæ in medio rotæ virtutes: vitia vero vesparum instar colligata sibi mutuo famulantur.

Sciendum est. 2. Quod subjectum virtutum solus homo. Causa effectiva sunt actus ipsius hominis circa aliquod objectum bonum, & honestum: non est igitur nobis virtus naturalis, sed secundum naturam, & præter naturam malitia: oculos enim Deus non dedit, ut impudice aspiciamus, sed ut opera Dei admiremur opificem adoremus. Ita de alijs membris.

Vitia igitur contra naturam

ſunt: quibus fit,ut homines vitiis dediti, deſinant eſſe homines & in belluas transformentur; qui enim avaritiæ ſervit, ſimilis eſt lupo. Qui linguam litigiis exercet ſimilis eſt cani. Inſidia toto cultus vulpeculas exequitur. Iræ intemperans, leonis animum geſtat. pavidus ſimilis eſt corvis. Stupidus aſinum facit. Qui peccata ſemel admiſſa retinet, recalcitrat ut mulus. Laſciviæ ut taurus. Ventri, ut urſus indulget. Ubi vides quomodo vitia derogant juri primi principij divini,quia ab Authore dividunt, & idolis ſerviunt, ſerviendo creaturis. His poſitis, videamus virtutes Cardinales, vitia, & quomodo illa derogant juri divino.

Temperantia eſt virtus moderatrix appetituum concupiſcentiæ circa voluptates,dolores,qui ſenſu percipiuntur. Primario moderatur voluptates tactus, & guſtus, ſecundario auditus.

Partes ejus ſubjectivæ ſunt abſtinentia mediocritatem conſtituit in uſu cibi, & potus. Caſtitas in uſu venereorum. Abſtinentia cadit ſub præcepto, quia prodeſt in quantitate ciborum ad reprimendam carnem, ſervandam ſanitatem, tuendam caſtitatem, juvandam contemplationem, pœnitentiam exercendam. Determinatur per Eccleſię authoritatem ejus jejuniú.

Sobrietas nondifert ab abſtinentia, niſi de connarato., quæ menſuram præſcribit in potu. Caſtitas reprimit ſigna diſponentia ad libidinem, cujuſmodi ſunt verba. Aſpectus. Oſcula. Tactus.

Triplex eſt caſtitas. Virginalis. Cojugalis, & vidualis. Virginalis eſt immunitas ab omni carnis macula; eſt in anima accidens, in corporis membro ſignaculum Chriſti virginalis. Materiale ejus eſt reſolutio ſeminis cauſans delectationem ſenſibilem. In qua corpus, & anima concurrunt formale eſt propoſitum abſtinendi à tali delectatione, & in iſto reperitur ratio virtutis Non deperditur, niſi voluntarie.

Conjugalis eſt inter maritos. Vidualis in vidua unius viri. Dividitur in modeſtiam. Humilitatem. Studioſitatem, affabilitatem. Manſuetudinem quæ momoderantur tam motus internos, quam externos hominis.

Modeſtia eſt gravitas decorem & dignitatem in totius vitæ rationę, cultus, & fænora præ ſe ferens. Per ſtudioſitatem curioſitas ſciendi aut illicita, aut modo illicito. Manſuetudo refrenat iram.

Vitia contra Temperentiam ſunt gula qua excedit homo in

ciborum ſubſtantia, vel qualitate, vel quantitate, vel in ſumptione inordinata, aut tempore indebito. Filiæ ejus ſunt hæbetudo ſenſus, inepta lætitia. Excurrilitas loquacitas, & immundicia.

Vitia contra caſtitatem ſunt fornicatio, inceſtus. Stuprum. Raptus. Adulterium. Sacrilegium. Mollities. Sodomia. Beſtialitas.

Fornicatio eſt ſoluti cum ſoluta. Damnatur lege divina, & naturæ inſtituto quæ nunquam concubitum ſuſtinet Poligamia in veteri teſtamento permiſſa, in novo non permittitur ſicut Polyandria in nullo.

Inceſtus fit inter eos cum quibus conſanguinitas intercedit, & affinitas etiam ſpiritualis vinculo ſauciata.

Stuprum eſt illicita defloratio puellæ. Adulterium eſt cum alteruter matrimonio eſt copulatus. De iſtis alibi.

Omnis luxuria damnatur iſta ratione, non ſolum ex parte Dei, ſed ex natura rei. Duo poſſunt conſiderari in corporum mixtione carnali. 1. Neceſſitas. 2. Delectatio, iſta nunquam eſt captanda directe, nec indirecte, ſed per accidens ſupoſita operis neceſſitate, ſublata neceſſitate nunquam licet. Tollitur illa prior neceſſitas, vel per conditionem, vel per electionem. Quæ eſt per electionem nunquam captare licet extra matrimonium, quia tunc peccaret contra finem cui delectatio à natura, vel ab Authore naturæ per accidens alligata eſt, ceſſante fine principali qui ea propagatio prolis, ceſſat uſus delectationis, ſoli neceſſitati per naturam addictus: quod patet ex cibo, & potu, utpote qui tantum providentur ad individui conſervationem, nec alium ab finem hæret cibis ſumendis delectatio: itaque quemmadmodum qui manducat tantum delectetur, peccat, ita qui venereis abutitur peccat contra finem quia ad procreandum tantum eſt licitus uſus illius.

Condemnandæ igitur ſunt omnes illecebras luxuriæ, ut molles concubitus, verba obcæna, turpes cantilenæ. Librorum impudicorum lectio. Picturarum lacivia. Spectaculorum propudia corporum nuditas.

RESOLVES.

Quare peccata contra Temperantiam ſunt peccata. Reſp. Quia derogant juri divino, quod exigit, ut propter ipſum utentur homines quid quid habent ab ipſo, quorum eſt pri-

mum principium, unde qui corpori indulget illicite lædit jus divinum; imo quia servit corpori tanquam idolo. Ita de aliis, quæ relinquo, quia suo loco agemus.

CAPUT II.

De virtute Prudentiæ.

PRudentia si Scholasticè definiatur est virtus moralis, sive rationis dictamen, mores dirigens, recta decernens, sive est habitus practicus cum recta ratione.

In mediis occupatur; finem enim supponit determinatum sibi ex naturali, & synderesi, reliquas virtutes illuminat, errores amovet, dirigit media, cavet ne dum aut virtus exerceatur, aut aliam impediat.

Distinguitur in naturalem, acquisitam, & infusam, veram, & falsam, perfectam, & imperfectam. Naturalis, est solertia unicuique innata, quæ directe agit secundum quædam principia universalia vera. Mediis utitur oportunis, falsa utitur quidem mediis oportunis, sed ad pravum finem.

Munus ejus est emendare præterita, curare præsentia, perspicere futura, quod præstat applicando principia universalia ad singularia.

Actus ejus sunt. Consilium. Judicium. Præceptum, ut imperet; & Sollitudo.

Partes ejus integrales sunt. Memoria propter præterita. Intelligentia circa præterita, & præsentia. Docilitas, ut sinat homo se erudiri à senioribus. Solertia in inveniendis mediis.

Prudentiæ virtutes sunt. Ebulia Synesis. Gnome. Ebulia reperit media idonea. Synesis bene judicat circa regulas communes. Gnome judicat etiam, sed per Epicheiam.

Vitia ipsi Prudentiæ opposita, sunt. Præcipitatio. Inconsideratio. Inconstantia. Negligentia. Calliditas. Dolus. Fraus. Nimia sollicitudo.

In tantum ista sunt peccata, quia derogant juri primi principij divini, quatenus sunt contra rationem, quæ petit, ut omnia fiant propter Deum.

CAPUT III.

De virtute Fortitudinis.

FOrtitudo est virtus moderatrix timoris, & fiduciæ: unde possumus dicere quod est virtus moralis per quam animus ergaea quæ terribilia sunt recte

se habet, nec prava timendo, nec temere audendo ab officio desistat. Versatur præcipua circa pericula mortis: propterea Martius dicuntur fortes in bello.

Ad Martyrium tria requiruntur. Ut mors inferatur, in odium fidei, sive doctrinæ Christianæ, & de facto sequatur, ut ait D. Thom. 22. q. 124. art. 4. unde hæretici martyres esse non possunt.

2. Ut mors voluntarie acceptatur propter fides veritatem tuendam; in primis enim qui occiduntur in odium fidei, ut innocentes sunt tantum materialiter martyres. Qui occiduntur dormiendo in odium fidei, qui antea nil cogitaverunt de fide non sunt martyres: bene vero qui antea mortem potius appetiissent, quam fide negare. Qui pugnant contra hæreticos, aut Turcas, ut Equites Melitenles, & occiduntur non sunt martyres.

3. Debet martyr mori ex charitate, quia martyrium est actus summæ charitatis, & non est meritorium, nisi à charitate. Ita D. Tho. 22. q. 124. art. 4. licet multi negant requiri charitatem: propter quod dicendum est, quod dilectio Dei est de essentia martyrij.

Privilegium singulare martyrij est delere omnem culpam, & pœnam à charitate justificante, non ex pura promissione Christi, nec ex vi propria, nec ex antecedente charitate: Ita Vasques cap. 5. propterea qui tenetur ab Ecclesia ut martyr debet credi ut Sanctus, & Beatus.

Fortitudinis actus sunt duo. Sustinere, & aggredi: unde fortitudo pugnat contra mortis pericula, contra difficultates boni ardui. Contra tristitiam. Debet fortis sustinere egregia animi præparatione, & extrema operis executione; cum efficio patientia à qua oritur æquanimitas, ita ut nec carceres, nec vincula, nec equuleos timeat: propterea necessaria est constantia ut animus circunfusus malis eminentibus per tristitiam, & merorem, vel à suo decidat proposito, vel officiis discedat rectæ rationis, legique divinæ consentaneæ; quid enim animum quassabunt fortunæ dona, quæ non sunt in nostra manu, quæ periculas, nec totus mundus. Ista omnia firmare debet moriendi necessitas debet esse perseverantia; Fortis enim debet perseverare in tormentis, & mundi illacebrarum contempto: ideo reperitur in martyrio magna fiducia, securitas, animi robur erigit, longanimitas animum

mum solidat circa res magnas quæ adhuc longe, & procul expectantur.

Vitia fortitudinis alia sunt per defectum alia per eccessum. Per defectum sunt. Timor, ignavia, pusillanimitas. Per eccessum: præsumptio qua agenda suscipiuntur præter vires temeritas quæ otiosa lædit quis inter tormenta; Ambitio, cum quis honorem appetit inordinate; non referens ad Deum. Inanis gloria propriæ eccellentiæ per verba, aut facta. Una & admiranda est præsumptio veritatis. Sic falsa est hypocrisis, pertinacia, discordia, contentio, inobedientia.

Resolves. Nullibi magis apparet debitus cultus redditus Deo, quam per fortitudinem cum totum corpus immoletur Domino; & sic nullibi magis apparet læsio juris primi principij, quam per vitia ejus, cum per illa immoletur creaturis, vel ad minus retrahitur homo, ne debitus honor reddatur Deo. V. g. per timorem retrahitur homo, à consecratione propriæ vitæ, per ignaviam, & pusillanimatem similiter. Per præsumptionem, temeritatem, per ambitionem, & per inanem gloriam redditur creaturæ, quod soli Deo debetur; ergo vitia contra fortitudinem sunt peccata, quia lædunt jus primi principij divini.

CAPUT IV.

De justitia ut est virtus.

PRæcepta justitiæ cujus natura est unicuique jus suum tribuere sunt, honeste vivere alterum non lædere, jus suum unicuique tribuere. Justitia definitur. Constans, & perpetua voluntas jus unicuique tribuendi.

Triplex est proprietas: ut sic ad alterum, ut versetur circa debitum, ut reddat æqualitatem: propterea inter Patrem, & Filium, Dominum, & servum, maritum, & uxorem proprie non est justitia ex D. Tho. 22. q. 58. art. 4. quia illi non sunt diversi ad invicem, quia commoda, & incommoda sunt Patris & Filij, servus est instrumentum Domini, uxor est æqualis marito. Ita homines erga Deum, eccipe in filiis bona adventitia.

Justitia dividitur in commutativam, & distributivam. Prima respicit æqualitates geometricam distributionem. Alia Aritmeticam distributionem, & æqualitatem. Prima invenitur in contractibus. Secunda non,

LIII

v. g. ego accepi decem, redde decem, addenda est vindicativa quæ est ratione delicti, & culpæ.

Partes potentiales sunt. Religio erga Deum & res divinas. Pietas erga parentes, cognatos, præceptores, Patriam. Observantia erga honoratiores Ecclesiasticos, & civiles. Obedientia erga superiores. Amicitia erga familiares. Misericordia, & clementia erga afflictos. Benevolentia in aliquos. Liberalitas erga alios. Gratitudo erga benefactores. Affabilitas erga amicos, Veracitas in verbis. Fidelitas in factis.

Religionis cultus est duplex. Primus cultum Deo reddit per juramentum, tam asertorium, quam promissorium. Secundus est obligatio, sive adimpletio.

Oratio tam mentalis, quam vocalis, voti adimpletio tam privati, quam solemnis. Sacrificium, templa, Ara, Sacerdotium supellectilia. Statuæ, imagines, ornamenta, paramenta, festivitates.

Devotio, & pietas erga omnia quæ divina respiciunt, quod fit adoratione tam interiori quam exteriori, id est actibus tam intellectus & voluntatis, quam prostrationibus, & aliis signis.

Unde sicut Religio est omnium virtutum mater, ita irreligio est pessimum vitium quod fit per defectum, id est per blasphemiam, & per jurium, & per ecceffum, id est superstitione. Alter cultus, est quo conservatur debitum Deo, & impeditur, ne offendatur, quod fit pœnitentia, quæ utrumque implet.

Vitia contra virtutem justitiæ est acceptio personarum, si loquamur de justitia distributiva. Contra generalem justitiam est injustitia. Inæqualitas. Illegalitas.

RESOLVES.

Peccatis contra justitiam læditur duplex jus, licet proprie respiciant proximum. Jus scilicet divinum & jus proximi.

Quæres primo. Quomodo læditur jus divinum. Respond. quod læditur jus divinum per falsum juramentum, per perjurium, per falsas adorationes ut superstione &c. Quia per ista læditur prima veritas.

Quæres 2. Quomodo lædatur jus primi principij proximi. Resp. quod tripliciter læditur proximus, in personis, in rebus, & in actionibus. Læditur in persona, in integritate corporis, ut per occisionem, & mutilationem. Quieti corporis

per verbera, cruciatus, dolores. Liberis, per carceres, & vincula, & sic in tantum in istis erit peccatum, in quantum læditur jus primi principij personæ qua offenditur, quia qui offendit aliquem in persona, non habet jus principij illius, sed persona offensa.

In rebus læditur: qui rem alienam subripuit, qui fraude, dolo se ocultat, vere non habet jus primi principij illius, sed ille cui aufertur, ergo læditur jus illius.

Læditur in actionibus. Contumelia, calumnia, detractione, susurratione, derisione, furto, rapina, adulterio, usura, quia qui talia agit non habet jus primi principij super ablata, sed proximus à quo aufertur, ut videbimus alibi ut perfecte capiatur & natura virtutum naturalium, & infusarum, & vitiorum ipsis oppositorum, ponendæ sunt sequentes quæstiones.

CAPUT V.

Utrum vitia directe, & formaliter contrarientur virtũtibus acquisitis.

SIcut virtutes, ita & vitia sunt in duplici differentia. Virtutes aliquæ sunt acquisitæ, aliæ infusæ. Vitia aliqua sunt contra jus, & rationem naturæ facta, non curando de aliquo supernaturali motivo, aut illi repugnando. Aliqua quæ ita sunt contraria juri naturæ, ut simul repugnant directe bono supernaturali, qualiter contingit in Angelis, dum appetierunt propriam eccellentiam, non referendo eam in Deum, ut Authorem supernaturalem, sed in seipsos, & sic læserunt jus primi principij divini, & quia illa vitia raro contingunt in viatoribus, ideo de istis non procedit quæstio, sed de prioribus: per istas sequentes conclusiones maxime apparebit quodnam jus lædatur.

Dico primo. Vitia quæ sunt contra jus naturæ & rationis directe, & formaliter opponuntur virtutibus acquisitis, quia contraria sunt illa, quæ sub eodem genere continentur, & inter se maxime distant, & eidem insunt subjecto, & ab eo mutuo se expellunt, sed virtutes morales, & acquisitæ, & vitia ita se habent ergo.

Dices secundũ Aristotelem unum uni debet esse contrarium, sed vitiũ contrariatur pluribus, nempe donis Spiritus Sancti, deinde pluribus virtutibus. V. g. Avaritia justitiæ, & liberali-

tati contrariatur & opponitur, ergo.

Respondeo. Unum uni tantum contrariatur, directe concedo indirecte nego. Quia Avaritia directe opponitur liberalitati, indirecte vero justitiæ, in quantum Avaritia est cum aliquo actu injustitiæ exercitæ, scilicet cum possessione rei invito Domino: Similiter liberalitas non opponitur directe prodigalitati, sicut avaritiæ, sicut illiberalitati, seu parcitati, quæ cum non fiat debito modo, & tempore, vocatur prodigalitas: Sic nunquam dicitur Avaritia, sicut æquale non opponitur magno, aut parvo, sed inæquali sub quo magnum, & parvum continentur.

Dices 2. non semper vitia & virtutes contrariantur, quia non maxime distant: nam magnanimitas v. g. est medium inter pusillanimitatem, & præsumptionem: ergo Resp. quod virtus est medium physice, non moraliter. V. g. magnanimitas in quantum est actus appetentis honores, & contemnentis parva, est medium inter præsumptionem, & pusillanimitatem: non vero ut est virtus inducens bonum consonum rationi realiter, non opponitur formaliter præsumptioni quia inducit in malum dissonum rationi.

Quæres utrum vitia directe contrarientur per se virtutibus infusis. Nota, quod sicut virtutes illæ acquisitæ dicuntur, quæ ex motivo naturali ad bonum consonum rationi acquiruntur. Ita infusæ quæ ex motivo supernaturali inclinant voluntatem ad bonum consonum rationi. V. g. jejunare in quantum dictat prudentia esse salutare individuo abstinere à cibis, hujusmodi abstinentia convenienter ad studia, & alias honestas occupationes est temperantia acquisita: Jejunare vero, & abstinere à cibis in quantum dictat prudentia talem abstinentiam multum valere ad contemplationem, & spiritualia exercitia est temperantia acquisita. Hoc posito quæritur ut supra.

Nota 2. quod contraria sunt illa quæ sub eodem genere maxime distant, &c. & ab eodem subjecto mutuo se expellunt: unde ly opposita ponitur loco generis. Quod convenit tam relativis, quam contradictoriis, & privativis. Cæteræ particulæ sunt loco differentiæ: itaque illa sunt contraria directe quæ sunt directe opposita, sicut illud proprie dicitur album, quod proprie est coloratum: opposita vero debent esse, vel secundum se, si sint absolute contraria, ut frigus, & calor, vel secundum

terminum, si sint respectiva v. g. habitus, & actus. Contraria deinde debent directe distare sub eodem genere proximo, quia per id debent contrariari, per quod conveniunt, ita ut ipsa convenientia sit ratio, sive fundamentum contrarietatis ipsorum. Tandem hujusmodi contraria debent inesse eidem subjecto. Denique debent se mutuo expellere formaliter, quia prædicata quamvis contraria diversimode convenire diversis, ut ergo contrarientur debent repugnari eidem, & uni subjecto. Denique debent se mutuo expellere, vel secundum suas essentias, vel secundum gradus intentionis, & remissionis, sicut calor ut octo adveniente frigore ut unum expellit ad 7. hoc posito.

Dico nullum vitium contrariari directe & proprie virtuti infusæ. Probatur, virtus infusa recipitur in potentia obedientiali animæ, & educitur ab agente supernaturali, vitium est in potentia naturali, & educitur ab agente naturali. Ergo quia licet potentia obedietialis sit entitative naturalis; tamen est terminative supernaturalis.

Dicit etiam frigus v. g. recipitur in potentia obedientiali, calor vero in naturali. Tamen contrariuntur, Resp. quod proprie frigus non recipitur in potentia obedientiali, sed naturali.

CAPUT VI.

Vtrum vitia opposita virtutibus acquisitis sint contra naturam hominis & ex quibus capitibus.

Non procedit quæstio de rigorosa contrarietate sed de disconvenientia.

Conclusio est affirmativa, quia vitia inducunt animam hominis ad malum.

Dices ubique vitia dicuntur juxta naturam hominis ex eo quod homo naturaliter inclinat ad malum. Respon. quod est quia homo habet partem sensitivam cui naturalis est concupiscentia malorum sub ratione boni & sic sunt secundum sensualitatem & concupiscentiam animalem hominis.

Vitia dicuntur esse contra naturam hominis. 1. quia sunt contra dictamen & lumen rationis quod est forma naturæ rationalis. 2. Quia sunt contra bonum honestum. 3. Quia sunt contra inclinationem. Ad tale bonum.

CAPUT VII.

Vtrum vitia virtutibus infusis opposita sint contra naturam hominis.

Conclusio affirmativa, probatur quia sicut virtutes infusæ perficiunt naturam hominis, & disponunt ad finem consequendum. Ita vitia impediunt, ergo.

Dices virtutes infusæ non sunt connaturales homini. ergo non disponunt naturaliter. ergo neque vitia naturaliter impediunt. Respond. quod sufficit quod conducant.

Obij. lex gratiæ habet præcepta talia ad quæ naturale rationale non pertingit ergo actus vitij contrarij tali legi non essent contra lumen naturæ rationalis. Respond. directe conc. indirecte ng.

Obij. si vitia opposita gratiæ essent contra rationalem pueri in limbo haberent remorsum conscientiæ de peccato originali. 2 Hæretici pro hoc statu de sua infidelitate, & Domini possent cogere subditos ad fidem sicut possunt cogere ad illos actus qui sunt juxta naturam. Resp. quod pueri non possunt habere remorsum, quia non est ipsis cognitum ut tale & voluntarium & ita de hæreticis, ad ultimum. Resp. quod non sunt directe opposita & sic non possunt cogi.

Obij. ideo vitia sunt contra naturam quia vitia depravant naturam ut virtutes perficiunt, sed hoc non est quia visio beata perficit naturam, & fides impedit talem perfectionem tamen fides non est contra naturam, discursus impedit objectum intuitivum & tamen non est contra naturã virginitas impedit matrimoniũ, & tamen matrimoniũ & virginitas contra naturam ergo. R. non sunt quod fides ita de discursu opponitur tantum pro alio statu, vitium opponitur pro utroque statu, matrimonium vero est secundũ naturam non in dividuo sed in genere.

TRACTATVS V.

De excessu inter actum & habitum quoad moralitatem.

CAPUT I.

Vtrum actus secundus excedat simpliciter habitum in ratione boni & mali.

Quæstio non procedit de excessu physico sed mora-

li, Dico quod actus secundus excedit habitum in bonitate & malitia. Propter actus bonus v. g. excludit omnem malitiam, habitus, non, quia quod est in potentia ad malum est secundum quid malum, quod est actu malum est simpliciter malum.

Obij. actus secundus est effectus habitus ergo, &c. R. si simul non est causa finalis Conc. si est ng.

Dices illa perfectio debet esse ab aliqua causa, non ob alia quam ab habitu, ergo Respond. quod non est à i. causa, quia actus 2. formalissime sumptus est summe actualis excludens omnem potentialitatem ergo est à solo Deo.

Obij. 2. ista solutio currit tantum de actu bono non de actu malo, qui non potest refundi in Deum. Resp. sicut in bono ita & in actu malo, duo sunt 1. actualitas ultima quæ refunditur in Deum, & malitia quæ in potentiam vel habitum refunditur.

Dices ergo & malitia continebitur in habitu ut in causa Resp. sub ratione malitiæ conc. sub ratione majores malitiæ nego quia habitus habet aliquam actualitatem v. g. gutta olei quæ cadit in pannum vilem non ita deturpat pannum sicut si cadat in pannum preciosum, ita malitia efficiens habitum qui est minus actualis non ita deturpat eum, sicut efficiens actum 2. qui est magis actualis & ita eadem est malitia sub ratione malitiæ non deformitatis & maculæ in actu quam habitu & ita illa deformitas non debet refundi in Deum qui est auctor illius actualitatis.

Obij. 3. si actus est pejor qui est causa finalis, objectum actus erit peius, quam habitus quod non est ergo Resp. quod objectum est indifferens & totam suam malitiam habet ab actu qui est deformis.

CAPUT II.

De efficaciâ peccatorum venialium. Dubium unicum.

Vtrum peccata venialia repetita destruant virtutem acquisitam sibi oppositam.

CErtum est quod cum peccatum veniale non attingat gratiam ita nec virtutem infusam etiam sic est tantum difficultas de acquisitis.

Nota quod peccatum veniale non tollit substantiam legis, sed tantum modum perfectionis legis, & est intra perfectam ejus observantiam, & sic est quæ-

dam in observantia legis & imperfecta cum aliquo modo contrario; naturaliter vero est nulla observantia.

Nota 2. peccatum veniale est triplex : aliud ex genere suo & naturalia sua ut mendacium, aliud ex imperfecta deliberatione sicut primi motus 3. Ex parvitate materiæ ut parvum furtum.

Dico quod peccatum veniale iteratum, tale ex natura sua destruit virtutem acquisitam sibi oppositam, quia per illud generatur habitus vitij in voluntate ergo.

Dices non sunt contraria quia veniale est contra legem 2. quid, virtus vero juxta legem simpliciter ergo Resp. quod malum ex quocunque defectu bonum ex integra causa.

Dico 2. peccata venialia repetita de parvitate materiæ vel ex indeliberatione non destruunt virtutem acquisitam, quia non generant habitum, cum sint imperfecta in agendo debent esse in geverando & sic tantum possunt generare malam dispositionem & per hoc omnia solvuntur argumenta.

CAPUT III.

Utrum in peccato omissionis importetur per se aliquis actus.

Ista materia est valde necessaria & in praxi sæpe occurrit. Duplex est peccatum unum commissionis, aliud omissionis 1. est contra præceptum negativum. 2. Contra affirmativum ad quod duplex potest accurrere actus vel essensialiter pertinens, vel per accidens, & occasionaliter.

Dico quod in peccato omissionis non requiritur per se actus tanquam prædicatum essensiale, quia non potest prædicatum essensiale constituere actualem carentiam formæ vel per modum subjecti quia idem debet esse subjectum omissionis quod est subjectum actus qui omittitur, sicut id debet esse subjectum cæcitatis quod est subjectum visus, sed subjectum actus est potentia ergo & omissionis, vel tanquam terminus, & hoc non quia actus & terminus debet subsequi rem quam complet, actus vero concurrens ad omissionem non terminat, sed præcedit vel tanquam denominans voluntariam talem omissionem, & hoc non, quia

abisque

absque actu omissio est voluntaria, quia sicut actus est absque alio actu sufficienter conjunctus voluntati, ita & omissio.

Secundo absque actu voluntas libere potest agere, vel non agere ergo. Dices tunc non esset voluntaria in actu 2. contra essent voluntaria ergo libera, quia libertas contradictionis non dependet à libertate contrarietatis, ut in Christo.

Dices per omissiones generatur habitus ergo Resp. quod generatur per actus qui sunt illius causa.

Dices exercitium libertatis est exercitium potentiæ liberæ ergo debet habere actum. Resp. quod est verum de potentia naturali non libera.

Dico 2 quod necessario requiritur, actus qui sit causa vel occasio omittendi, quia ad hoc, ut omissio sit peccaminosa debet esse voluntaria, hoc non potest esse sine actu, quia ratio voluntarij non potest esse alia quam tendentia in objectum bonum, sed talis tendentia sive consecutio boni est actus, est tantum amor hujus modi boni. Probatur Ant. quia voluntas trahitur ab objecto suo ad æquato, trahi vero exprimit tendentiam in suum trahens ergo actus.

Solutiones argumentorum pateant ex his, quia licet omissio dicat formalem recessum ab objecto bono & sic negationem actus prosecutionis talis boni: tamen prius supponitur accessus ad aliud bonum apparens, quia ideo voluntas recedit ab auditione sacri, quia prosequitur aliquod bonum apparens V. g. quietem.

Dico 3. quod actus qui est causa omissionis per ordinem ad illam est peccatum quia propter quod unum quodque tale & illud magis.

Dices hoc est verum in illis qui sunt causa per se non per accidens Resp. quod quando illud quod est per accidens ut fossio terræ respectu Thesauri, non influit est verum; non vero quando influit.

Dices nullum est præceptum de hoc ergo Resp. quod qui prohibet omissionem præcipit & aliud. V. g. qui prohibet omissionem sacri præcipit indirecte non exercendum actum qui sit causa non auditionis.

Dico 4. quod si loquamur de malitia quæ materialiter se habet ad actum, alia est malitia physicè inhærens actui causativo omissionis. Alia in omissione, quia actus causativus omissionis hoc ipso quod sit volitivus omissionis etiamsi non sequeretur omissio est malus. V. g.

aliquis se dat sumno ut omittat sacrum postea excitatur & ducitur ad audiendum sacrum & non audit, ille actus est malus, licet non sit omissio sacri : Si vero loquamur de malitia formaliter efficiente subjectum est tantum unum peccatum, omissio & actus omissionis causativus quia illa concurrunt ad unum.

Dico 5. quod omissio quæ est tantum voluntaria in causa, est in se formaliter mala, quia quod prohibetur est malum sed ergo &c.

Dices sequeretur quod qui infirmatur ut non jejunet tempore quadragesimæ, toties peccaret, quoties urgeret præceptum Resp. quod non, quia ille se eximit ab obligatione jejunij statim ac infirmatur & sic est unicum peccatum.

Dices ad hoc sequeretur quod qui projicit breviarium ut non recitet officium peccaret tantum semel Resp. quod non quia recitatio officij non provenit à voluntate sed à lege & à jure primi principij, quia semper & pro omni tempore tenetur ad recitationem officij & non potest se eximere, & sic toties peccat; non vero quis tenetur esse sanus tempore quadragesimæ, quia legislator non habet potestatem imperandi sanitatem bene habendi breviarium sicut qui iret ad locum tempore quadragesimæ ubi manducantur lacticinia, si manducaret non peccaret, quia se eximit à tali obligatione.

Dices qui consuleret omissionem sacri, vel peccatum tribueretur consulenti vel non. Si primum ergo omissio non est peccatum. Resp. quia consulens non habet & dominium supra alium non tribuitur ipsi soli sed utrique.

Dices sequeretur quod aliquis posset esse in gratia & in peccato simul. V. g. qui dormiret, & non audiret sacrum postea pœniteret tamen omittit sacrum tunc esset in gratia & in peccato. Resp. quod tunc nullum esset peccatum quia esset retractatio. Dices si non retractaret & dormiret & tunc infunderet ipsi gratiam. Respond. quod tunc esset virtualis retractatio. Dices si aliquis propinaret venenum & ante effectum pœniteret Respond. quod tunc esset ille tantum homicida physice & non mortaliter.

CAPUT IV.

De Peccato omissionis.

Utrum in illo sit aliqua malitia privativa.

Conclusio est affirmativa quia caret rectitudine &

conformitate ad primum principium & caret bonitate actus.

Nota pro argumentis quod licet peccatum v. g. odium Dei ut odium non habeat debitum formam perfectionis & rectitudinis ad rationem: in quamtum tamen est actus humanus elicitus non voluntate, & judicio humano quod subdit juri primi principij; tunc non est debitum naturale, sed debitum legale, & sic illa privatio est generica & specifica: ut ens reale habet debitum legalis rectitudinis, ut in tali materia exercitus habet malitiam illius ut injustitiæ.

Dico 2. quod in peccato omissionis est unica privatio formalis, quia uni subjecto non debetur nisi unica forma specifica ergo.

Dico 3. illa privatio est tantum privatio bonitatis moralis quæ componitur ex rectitudine ad legem quia omnis actus bonus, vel est bonus, vel est malus: ergo non est alia privatio sicut in actu bono est unica bonitas debita. Nota quod forma debita quæ excercetur est talis qualis est materia, si justitiæ est justitiæ si charitatis est charitatis.

Dico 4. bonitas cujus privatio est in peccato non est formalis, sed fundamentalis quia formalis est quæ provenit ex objecto quod attingit actus cum conformitate ad primum principium: tendentia est fundamentalis quia non præcipitur per legem, & sic est moralis ex debito legali.

Dico 5. quod in peccato commissionis datur malitia positiva quia est tendentia moralis in objectum dissonum rationi; quia est actualis: ergo positiva 2. moralitas ut sic est quid positivum ergo.

Dices voluntas tendit semper in objectum bonum: ergo erit illa tendentia tantum fundamentaliter mala non formaliter Resp. quod tendit in objectum bonum sibi, quia quando peccat homo, & scit suam tendentiam esse malam, quia contra legem, tamen judicat hic & nunc esse bonum sibi, & sic tendit in objectum bonum sibi physice, tamen ut dissonum legi.

Dices Sancti Patres dicunt quod peccatum est quid privativum ergo Resp. quod vel loquuntur de peccato habituali vel tantum de proprietate ejus. 2. Illud positivum est ens ergo à Deo Resp. ut est morale non esse à Deo.

Dices illud positivum est modus entis sed modus non distinguitur nisi ratione à re mo-

dificata ergo. Resp. quod verum est quod est modus, sed sufficit quod distinguatur ratione ad hoc ut Deus non attingat, sicut qui parat calamum alteri, & alter male scribit, parans non est causa illius defectus.

Ex quo sequitur quod illud morale est conveniens juri primi principij, aliud disconveniens. Peccatum habituale est tantum secundarius terminus peccati commissionis.

Dico ultimo quod illud positivum est tantum modus additus entitati physicæ actus tendens in objectum dissonū 1. principio.

Dices illud positivum debet esse illud quod opponitur legi quia est quod prohibetur, sed prohibetur est substantia actus non ille modus, v. g. homicidij ergo. Respond. quod primario prohibetur tendentia in objectū malum illius substantiæ actus & sic. Secundario substantiam & illa substantia actus est veluti fundamentum.

CAPUT V.

De contrarietate peccati ad legem.

Vtrum quolibet peccatum sit contra legem æternam, sive contra jus primi principij divini.

NOta quod motivum tam peccati cōmissionis, omissionis est duplex extrinsecum, & intrinsecum. Intrinsecum est finis seu objectum ipsum & aliud est finis operantis, sive intentio propter quam versatur circa illud objectum v g. omissio sacri propter furtum, furtum est motivum intrinsecum essentiale intrinsecam malitiam tribuens actui: extrinsecum est ipsamet intentio furandi & dicitur talis quia non tribuit speciem malitiæ.

Nota quod est tantum quæstio de motivo intrinseco pro quo sciendum est quod illud motivum non est aliud quam illud quod est contrarium virtuti in cujus materia exercetur actus v. g. si aliquis omittat facere restitutionem propter furtum sicut actus bonus specificatur à virtutibus ita actus malus à contrariis actibus virtutum.

Nota 3. quod quando una virtus habet plures actus ejusdem speciei generalissimæ v. g. Religio habet actum orandi, sacrificandi, vovendi, reddendi decimas, ædificandi oratoria, promovendi cultum Dei. Tunc motivum intrinsecū alicujus ex his non erit illud quod est oppositum toti speciei scilicet religionis (singulariter alicui actui ex tota specie v. g. omittere decimas non est motivum omittendi Religionem sed rem

ſacram retinendi.

Nota 4. quod quando alicujus omiſſionis ſunt plures actus diſtincti ſpecie, tunc motivum alicujus ex illis omiſſionibus erit illud peccatum quod minus diſtat ab omiſſione & majorem addit difformitatem ſuper omiſſione. v. g. peccatum de fide habet duos actus omiſſionis & commiſſionis non confiteri fidem ac blaſphemare. Omiſſio ergo præcepti de fide habebit pro motivo peccatum commiſſionis quod minus diſtat ab omiſſione nimirum diſcredere non vero blaſphemare quod addit majorem deformitatem ſuper infidelitatem hoc poſito.

Dico quod peccatum commiſſionis & omiſſionis phyſice loquendo ac logice non poſſint habere idem motivum & eſſe ejuſdem ſpeciei: quia ſunt ut ens & non ens ſed moraliter poſſunt v. g. Medicus omittit dare medicinam alicui ex motivo violationis juſtitiæ & charitatis quē ſcit moriturum abſque tali medicina peccat peccato homicidij ſimiliter ſi omiſit dare medicinā ex motivo retinendi rem ſacram peccat peccato furti rei ſacræ.

Nota quod quando dicimus peccata omiſſionis & commiſſionis eſſe ejuſdem ſpeciei ſi ſunt ex eodem motivo ſumendū eſt hoc apreciative & interpretative, v. g. quia Medicus non dat medicinam ægroto judicatur velle ipſum occidere.

Dices ſequeretur quod qui omittit ſacrum ut blaſphemat tenetur dicere tantum omitti ſacrum. Reſpond. quod ſunt ibi duo peccata ſaltem numero diſtincta. Contra, ergo deberet dicere tantum omiſi bis illud. Reſpond. quod quia mutatur gradus tenetur aperire utrumque.

Dices ſunt multa peccata commiſſionis & omiſſionis quæ habent idem motivum & ſunt diverſæ ſpeciei. v. g. omittere pœnitentiam & perſeverare in peccato. Reſpond. quod ſimilia habeant idem motivum extrinſecum & operantis non intrinſecum & operis maxima eſt difficultas quando per diverſa præcepta diverſa peccata ſpecie diſtinguantur cum juxta noſtrum principiū videantur omnia peccate eſſe ejuſdem ſpeciei quia contra unicum principium.

Nota quod poteſt conſiderari diverſitas præcipientium, vel præceptorum & eſt difficultas utrum diverſificentur, per diverſitatem præcipientium, vel præceptorum. pro quo.

Nota 2. quod opportet attendere ad diverſa motiva præcipientium quæ cognoſcuntur per diverſa præcepta juxta diver-

ſitatem materiarum & ſic.

Dico diverſitas præcipientium non ponit diverſitatem peccatorum, niſi ſit ſimul diverſitas præceptorum quia diverſa præcepta ſunt diverſa motiva. v. g. qui prohibet furtum, & imperat honorem erga parentes prohibet furtum quia furtum derogat juri primi principij ſcilicet Domino rei, quæ auffertur, imperatur honor parentum quia ipſi habent ius ſupra filios ratione generationis: pro ſolutione argumentorum.

Nota quod diverſi præcipientes non diverſificant peccata quando habent idem motivum. v. g. Ecclеſia præcipit jejunium propter abſtinentiam & neceſſitatem publicam, tunc omittens peccat duplici peccato & contra abſtinenentiam & obedientiam; ſi vero in Eccleſia & Religione ſit idem motivum erit unicum peccatum.

Dices qui non audit ſacrum die Dominica, inſidens in die Feſto peccat dupliciter, tamen eſt idem motivum. Reſpond. quod nec approbo nec reprobo. Hoc licet probabilius ſit eſſe duo peccata propter diverſa motiva.

CAPUT VI.

De gravitate peccati, utrum in peccatis quæ ſolo jure poſitivo prohibentur, detur inæqualitas.

Certum eſt quod cum peccata differant ſpecie unum debet eſſe primarius alio: unde eſt difficultas unde proveniat talis eceſſus. Loquimur moraliter, non phyſice, deinde in ratione mali ſunt omnia æqualia, non ratione demeriti, ubi eſt inæqualitas.

Nota quod peccatum oppoſitum minus præſtantiori virtuti ſi includit in ſe oppoſitionem præſtantioris virtutis eſt majus quam illud quod immediate tali virtuti opponitur v. g. adulterium opponitur virtuti caſtitatis, furtum juſtitiæ, caſtitas eſt minor quam juſtitia: quia tamen adulterium eſt etiam contra juſtitiam erit majus quam furtum.

Nota 2. quod in comparatione peccatorum: Advertendum eſt ſi illa peccata inter quæ ſit comparatio æqualiter opponantur virtutibus de quibus ſit comparatio, ſi etiam unum opponitur contrariæ poſitive, aliud privative, ſi unum eſt omiſſionis, aliud commiſſionis, tunc

etiamsi peccatum omissionis opponatur præstantiori virtuti, quam commissionis: tamen hoc erit majus illo. V. g. omissio sacri opponitur Religioni, homicidium justitiæ, religio est præstantior: tamen homicidium est gravius quia omissio tantum tollit rectitudinem & virtutem.

Dico quod illud peccatum est gravius quod opponitur præstantiori virtuti immediate, quia illud peccatum est gravius quod habet deformius objectivum sed illud peccatum hoc habet quod opponitur præstantiori ex natura sua ergo.

Dices ex Divo Thoma q. 73. art. 2. ad 3. etiamsi virtutes essent pares non sequeretur peccata esse paria ergo. Respond. loquitur ratione circonstantiarum non est natura sua.

Dices 2. ex sto Chrisostomo avaritia est gravius peccatum, quam furtum: & tamen furtum opponitur præstantiori virtuti scilicet justitiæ & alia liberalitati. Resp. quod loquitur de avaritia ut est capitale peccatum & fons aliorum.

Nota pro solutione quod: oppositio peccatorum ad virtutes & gravitas eorum attendenda est. 1. Per oppositionem ad eam virtutem quæ est circa Deum: scilicet charitas Dei est dilectio. 2. Per oppositionem ad materiam: & ita illud peccatum est gravius quod est magis oppositum naturæ. V. g. seminis emissio extra vas & modo indebito. 3. ad charitatem proximi & hic attendendum est quot modis potest fieri injuria proximo & quali modo. 4. Illud peccatum est gravius quod habet magis de aversione adeo & minus de conversione ad creaturas & sic superbia est major quam fornicatio.

Dices per fornicationem simplicem nulli fit injuria Resp. quod fit injuria naturæ: Dices si fit proles Resp. quod tunc fit injuria proli generandæ.

Dices si gravitas sumeretur ab oppositione ad majorem virtutem peccatum quod opponeretur præstantiori actui virtutis essent gravius quod non est quia v. g. majus est peccatum odisse amicum quam inimicum: tamen perfectior est actus diligere inimicum, quam amicum similiter negare fidem sine tormentis, quam in tormentis R. quod est verum quando ex æquo & adæquate opponitur sicut odium inimici, non ex æquo opponitur dilectioni inimici, id est secundum illud omne quod dicit dilectio, sed tantum ut habet perfectionem.

Dices peccatum est majus quod versatur circa objectum

ficit ut sit libera, & participet rationem, sed hoc fit ex conjunctione cum voluntate: ergo quia imaginativa potest in summis discurrere quia est conjuncta cum intellectu ergo.

Dices voluntas est conjuncta intellectui; tamen non discurrit ergo R. quod habent diversum objectum formaliter.

Nota quod duobus modis volũtas potest impedire peccatum sensus, vel persuadendo illud esse deforme, vel non præbendo consensum, ad hoc ut peccet, debet esse advertentia.

Dico 3. ut motus appetitus sit peccatum mortale debet esse plena advertentia, & non sufficit semiplena quia peccatum mortale supponit perfectam libertatem.

Dico 4. quod non sufficit perfecta advertentia in ratione entis & physica, sed requiritur cognitio objecti moralis, quia physica non potest dare speciem moralem. Si autem non advertat illam moralitatem non specificabitur ille actus ab illa moraliter.

Dico 5. sufficit cognitio objecti moralis in ratione malitiæ in communi, quamvis non advertat plene esse mortale nisi probabiliter teneat esse veniale.

Pro quo nota duplex est advertentia & cognitio intellectus semiplena ut homo dormiens. 2. Plena & est duplex vel cognoscit physice vel moraliter, id est vel cognoscit moralitatem ejus prohibitam, vel non cognoscit sub dubio.

CAPUT II.

Valde necessarium quomodo motus appetitus sensitivi illiciti de se censeantur voliti & ipsi voluntati imputentur vel excusentur. à culpâ.

NOta quod motus appetitus sensitivus potest tripliciter considerari, vel secundum se præcise, vel ut est periculũ & consensus voluntatis positivus, vel ut est causa alicujus & quibus periculũ, vel cõsẽsus, vel alicujus damni oriri possunt, sunt causæ, vel per se, vel per accidens v. g. actus venereus per se influit in pollusionem, sumptio cibi inordinata per accidens. Deinde ejusmodi causa per se influens, vel est leviter v. g. tactus digiti fœminæ aut aspectus, vel graviter v. g. tactus circa partes impudicas, tandem hujusmodi causa per se influens graviter, vel est talis ut ex ea non nisi illicitus sequatur effectus, vel aliquis licitus, sed præsupposito illius prius illicitus vel talis est

ut ex eo 1. licitus sequatur effectus quamvis secūdario sequatur illicitus propter conjunctionem.

Dico 1. quod quando aliqua causa ita est determinata ad motum, ut nullus alius sequatur effectus nisi illicitus, tunc vel motus, vel causa, nec effectus possunt excusari à peccato mortali, si est materia mortalis, quia volens effectum mortalem mortaliter peccat, sed qui vult saltem consensum vult effectum ergo.

Dices in casu quo causa elicit effectum mediante illicito voluntas potest tantum intendere licitum, & ita non peccabit; contra non est faciendum malum ut eveniat bonum nec uti illicito pro licito etiam venialiter.

CAPUT III.

De potentia peccandi.

Potentia peccandi est quid positivum, quia formale peccati est positivum.

Dices si potentia peccandi est quid positivum, etiam radix potentia peccandi quæ est potentia animæ erit aliquid positivum, quod non est quia illa radix aufugeret causalitatem divinam. Respond. quod radix est ipsamet ratio creaturæ. Pro quo nota quod creatura rationalis est à Deo instituta ad bonum universale & elevata & supernaturale. Hoc ipso quod est aliquid limitatum in esse creato jam dicit potentiā defectibilem.

Nota quod sicut in linea perfectionis primum ens non causatur ab alio, sed à seipso, ita in linea imperfectionis & deficientiæ, potentia deficiendi non causatur ab alio nisi à seipso, ita voluntas creata eo ipso. Quod est creata & ex nihilo jam per quandam resultantiam & concomitantiam habet hoc quod sit defectibilis.

Nota 3. quod hujusmodi potentia vel consideratur in ratione, entis, & sic est à Deo, vel in ratione deformitatis, & est à seipsa.

TRACTATVS VII.

De ignorantia.

CAPUT I.

De ignorantia in ordine ad peccatum quotuplex sit ignorantia & qualiter sit causa peccati, & quæ ignorari possunt, vel non possunt.

OMissis aliis divisiobus duplex est ignorantia, una invincibilis, alia vincibilis. Ut pateat quæ ignorantia sit invincibilis oportet videre quid unusquisque teneatur; scire, 1. Tenetur mysteria & articulos fidei quæ sunt duodecim. 2. Precepta legis divinæ, præcepta Ecclesiæ & præcepta propria suo statui, ut Judicis & Advocati.

In mysteriis potest dari ignorentia invisibilis ut si aliquis nũquam audierit de illis ut nutritus in silvis. 2. Non fuerit convictus, quia tunc non cognoscitur ratio primi principij. 2. Potest dari circa præcepta divina quia est eadẽ ratio. Non potest dari circa præcepta decalogi, quia nullus est quid sciat rationem primi principij in illis, ut quod Deus est colendus, parentes honorandi, &c.

Dices quod potest aliquis credere quod non sit malum adjuvare aliquem ad mortem & accelerare ejus mortem, ne nimium patiatur, ut quod est in extremo articulo vitæ. 2. Furari ad dandam eleemosinam. 3. Mæcari ad propagandum genus humanum. 4. Dicere falsum testimoniũ ad effugiendas pœnas mortis. R. quod ista omnia nullus potest ignorare si advertat esse contra jus primi principij.

Ignorantia vincibilis alia est actualis: alia habitualis, actualis est carentia cognitionis actualis debitæ circa aliquem actum: habitualis est habitus ignorandi seu carentia scientiæ quæ est habitus.

Dico quod ignorantia actualis est formaliter peccatum, quia omissio actus debiti est formaliter peccatum. Ergo est illa ignorantia.

Dico 2, quod ignorantia habitualis non est peccatum formaliter: sed effectus peccati ejus, quia est tantũ volũtaria in actu primo.

Nota quod notitia aliquando debetur intellectui propter seipsam. v. g. notitia articulorum, præceptorum decalogi, &c. Quia eo ipso quod aliquis est Christianus tenetur illa scire, & sic ignorantia eorum est distinctum peccatum à peccato facti. v. g. Ignorantia legis Dei in occisione & utrumque explicandum in confessione. Aliquorum vero notitia debetur propter operationem. v. g. Notitia judicandi debetur propter judicium exercendum: hæc ignorantia est distinctum peccatum ab ignorantia facti, prima opponitur studiositati, alia virtuti illi cui actus opponitur ex ignorantia commissus.

Dico 3. quod ignorantia vincibilis facit quod actio sit ejusdem speciei ac si esset scienter

facta quia peccatum ex ignorantia est volitum à voluntate tanquam removens prohibens, v. g. homicidium factum ex ignorantia licet non sit motivum alicujus: tamen est prohibens, aliter oportet dicere quando partim est invincibilis partim vincibilis ut qui occidit patrem putans esse feram poterat melius reflectere tamen non est peccatum ejusdem speciei.

Dices si hoc esset peccatum illud esset multiplicis speciei. v. g. Qui projiceret lapidem per fenestram & occideret aliquem posset occidisse laicum, vel Sacerdotem, Ergo. Resp. quod quando projecit advertit ad ista tunc peccavit peccato distincto si non advertit, peccavit tantum unico.

Nota quod eo modo ignorantia excusat vel minuit peccatum quo est minus vel magis volite.

CAPUT II.

De peccato originali quomodo sit voluntarium posteris.

NOta quod voluntarium est duplex formale & terminativum formale est actus voluntatis elicitus ab illa immediate: terminativum est terminus illius actus; etiam est quod volitum. Potest esse duplex vel ita quod totum esse habeat non voluntate inferiori, in fieri, esse & conservari, & dependeat ab illa quamdiu non retractat suum consensum. Vel ita ut non dependeat ab illa in conservari & ita potest manere etiam si voluntas non retractet.

Peccatum originale est duplex originans & originatũ: primum in adamo. 2. in nobis. In adamo fuit actuale & personale, in vobis habituale & sic non est intrinsece voluntatem & sic aliter sed extrinsece & terminative, quia peccatũ habituale non est formaliter peccati actus, sed peccati terminus & effectus & ideo voluntas nostra fuit in voluntate adami, non formaliter, sed si non peccasset traduxisset nobis justitiam originalem.

Conclusio peccatum originale non est nobis voluntarium intrinsece & formaliter, sed moraliter, & terminative, quia omnes nostræ voluntates concipiebantur in voluntate adami; sicut filij in Patre quando facit aliquem contractum.

Dices peccatum originale est formaliter peccatum Resp. in ratione culpæ nego: offensæ con. dupliciter potest considerari peccatum ut est dictum factum

vel concupitum, & sic est culpa actualis & formaliter. 2. Ut est ratio abominabilis & offensa Dei & hoc 1. modo non est peccatum, sed 2. modo. pro solutione argumentorum.

Nota quod posteri adami sunt sub duplici perfectione individuali, personalitatis, & naturæ, peccatum originale non contrahunt posteri ut sunt personæ primario sed ut partes & membra naturæ, secundario ut personæ.

Dico 2. causa physica peccati originalis est ipsa voluntas adami continens moraliter omnes voluntates aliorum quod patet.

Inquires quomodo causet physice tale peccatum Respond. quod peccatum originale habet & quod sit infectio prava naturæ humanæ, & privatio justitiæ originalis. 2. Quod sit offensa Dei. In causalitate igitur illius concurrant duo, semen humanum & peccatum adæ in destinatione Dei pro omnibus individuis perseverans, hoc concurrit principaliter & causat, ut causa principalis rationem peccati in posteris. Semen vero instrumentaliter in quantum caret vigore perfectionis debitæ naturæ humanæ ex vi pacti justitiæ.

2. Status est justitia originalis in quo statu adjuvatur anima per gratiam ut possit prædominari corpori, est itaque hujusmodi gratia elevans totum hominem ad finem supernaturalem in hoc distinguitur à nostra gratia, quod illa data fuit & personæ adæ & naturæ fuitque transfundibilis in posteros, concessa igitur tali justitia tota prævaluit corpori & sic fecit immortalem sicut & incorruptibilem, omnes motus impedivit, superiorem partem dominari fecit inferiori, nihil contrarium rationi permittebat.

Dices cum illa adam peccavit ergo Resp. quod non fuit confirmatus in tali justitia.

3. Status est status naturæ lapsæ & est idem ac status naturæ puræ, quatenus amissa justitia originali reddit ad suam ignobilitatem & dicitur spoliatus; amisit itaque per peccatum homo, primam gratiam quæ subjiciebatur in anima, & contraxit ejus privationem, amisit privationem virtutum bonorum Sti. Spiritus in intellectu, amisit subrectionem partis inferioris ad superiorem: amisit corporis integritatem & in hoc distinguitur à statu naturæ puræ quod tunc erant negationes modo sunt privationes.

Inquires utrum illud peccatum transmisit aliquid in nos positivum Resp. quod non, quia

ubi non est causa efficiens alicujus, ibi non potest esse effectus positivus, sed non datur in nobis causa efficiens alicujus positivi ergo. 2. Si esset aliqua causa esset maxime adæ peccatum, sed hoc non est in nobis, sed in Adamo. ergo deinde non existit nisi in abominatione divina, & sic tantum existens moraliter aliquid morale causat non physice & illud morale non est quid positivum, quia non fundatur in physico & ita sicut est in abominatione Dei peccatum ita abominabile reddit subjectum.

CAPUT III.

De concupiscentia quid sit & qualiter se habeat ad peccatum adæ.

Concupiscentia sumitur pro ipsa pœnitentia sensitive indifferenter ad bonum & ad malum prout comprehendit utramque appetitum tam concupiscibilem quam irascibilem 2. pro actu appetitus appetente objectum sensibile sive bonum sive malum y pro actu appetente objectum sensibile malum id est contra dictamen rationis, & de illo procedit difficultas.

Dico quod concupiscentia nihil est aliud nisi privatio perfectionis & rectitudinis tendentiæ appetitus in objectum propositum, ita quod pœnitentia sensitiva & appetitus inclinatio ad objectum sensibile se habeat de materiali in concupiscentia privatio conformitatis ad rationem sit pro formale. Probatur quia concupiscentia formaliter sumpta est mala sed appetitus sensitivus & pœnitentia talis secundum se non est mala quia Christus habuit ejusmodi appetitus, & tamen non habuit concupiscentiam ergo si est mala est quia est privatio justitiæ originalis quæ poterat illam rectificare in ordine ad objectum sensibile pro quo.

Nota quod appetitus nostri se habent sicut fera quæ ligatur catenis, mansuescit nec tendit ad objectum, nisi ut ligata & nisi ad quod alligans permittit, dum vero solvitur tunc absque addito effrenessit. Ita appetitus ligatus justitia originali & gratia non poterat tendere in objectum aliud quam Deum nunc vero per solam privationem illius tendit in objecta quæcunque.

Dices peccatum consistit in positivo, non in illa privatione Resp. distingo actuale con. habituale nego: concupiscentia est peccatum habituale naturæ.

Dices Concilium negavit concupiscentiam esse peccatum

Resp. quod Concilium negavit in renatis in quibus tantum remanet concupiscentia & materia remota & radicalis peccati.

Dico igitur quod ratio constitutiva peccati originalis est privatio voluntaria in Adamo, non nobis rectitudinis in Deum substantiale in anima carente justitia originali. Probatur illud est formalis ratio peccati originalis quod in nobis reliquit formaliter peccatum adæ, sed nihil aliud reliquit quam privationem illam ergo.

Dices privatio illa est pœna illata à Deo, sed peccatum originale debet constitui per illud quod habet rationem culpæ, non pœnæ Resp. sicut gratia habet duo 1. quod Deum uniat & faciat ipsum participare 2. quod animam subjiciat Deo & convertat ad Deum.

Primum est bonum homini, secundum Deo, non quidem subjectivè receptum in Deo sed subjective; ita privatio gratiæ justificantis potest considerari, ut est privatio gratiæ unientis Deum animæ, & sic habet rationem pœnæ. 2. Ut est privatio gratiæ subjicientis Deo animam & convertentem eam ad deum, & sic habet rationem culpæ. 1. Modo est malum homini, 2. Malum Deo, objective, non subjective.

Dices illa privatio quoad utrumque munus causatur à Deo quia subtractio gratiæ ergo Respond. quod cum illa subtractio sit homini voluntaria, non quoad utrumque munus causatur à Deo.

Dices prius debet intelligi puer indigens gratia à Deo, quam habere privationem ejus quod est indigens per peccatum originale. Ergo peccatum illud supponitur ad hujusmodi privationem. Respond. supponitur sub ratione sujectionis Deo con. sub ratione, positivi nego: quia tunc fuit in Adamo prius, peccatum Adami fuit peccatum superbiæ.

CAPUT IV.

Utrum debeatur peccato mortali pœna infinita secundum quantitatem.

CErtum est quod cum pœna sit reparatio culpæ, culpa est infinita ergo & pœna objective non simpliciter.

Dico quod est tantum finita quia malitia in peccato mortali est finita ergo. Quia aversio à Deo & conversio ad creaturas sunt tantum finitæ quia subjectantur in aliquo finito. Dices est offensa personæ infinitæ ergo.

Respond. quod offensa est in actu, non ab actu voluntatis illata personæ infinitæ & debetur satisfactio infinita, non pœna quæ est á Judice.

CAPUT V.

De pœna damni & sensus.

DAmnum in præsenti sumitur à demendo & diminuendo, quando à Judice fit diminutio bonorũ quæ habet, vel ad quæ habet jus: ita in inferno fit diminutio vel ablatio bonorum ad quæ habebat jus, anima tanquam in suum patrimonium: pœna illa est privatio visionis beatificæ, pœna vero sensus est afflictio & dolor afflictivus subjecti, non quod utraque non sit afflictiva, sed quia pœna damni potest esse sine dolore ut in pueris, illæ pœnæ correspondent duplici conceptui peccati, nempe aversioni & conversioni.

Certum est de fide quod damnati patiuntur pœnam sensus quæ fit per ignem qui torquet illos elevatus per potentiam Dei absolutam.

Fere omnes Doctores & præcipue Patres nostri Salmanticenses quos in omnibus multum æstimamus, dicunt quod in inferno est ignis torquens dæmones, qui ignis elevatus per potentiam divinam comburit & torquet illos, illud tormentum dicunt fit per alligationem illius animæ igni, alligatio nihil est aliud quam quod damnati taliter alligantur igni ut subjiciantur totaliter ipsi & subdantur ejus activitati, taliter quod non possint unquam ab illo separari.

Hoc est verum sed non explicant omnia sed tantum illud quod est ex parte ignis non animæ, sed non explicant quomodo damnati torqueantur & comburantur igne de facto & realiter quia quoad alligationem quælibet creatura potuisset alligare illas, & detinere & subjicere sibi sicut ignis: remanet igitur explicandum quomodo substantia spiritualis possit de facto comburi ab igne materiali.

Dices ignis elevatur per virtutem divinam ad comburendum ipsam, sed dico quod illa elevatio nihil facit quia si daretur quædam substantiam creata sicut potest dari impassibilis, quantumvis elevaretur ignis nunquam posset illam comburere, nisi poneretur aliquid in ipsa ratione cujus esset capax combustionis.

Dices producitur aliqua qualitas ab igne tanquam instrumento,

mento, ſed contra quia inſtrumentorum non agit niſi in virtute cauſæ principalis.

CAPUT VI.

De extinctione peccati originalis & de duratione debiti contrahendi.

NOta quod quatuor concurrunt ad debitum duo extrinſece. Duo intrinſece Extrin. 1. peccatum Adæ commiſſum & irretractatum pro nobis. 2. Permanentia ejuſdem peccati in abominatione Dei pro nobis: intrinſece. 1. Semen humanum carens vigore vitiatum malitia peccati adæ. 2. Diſpoſitiones introductæ ex tali ſemine in naturam hominis ratione quarum in inſtanti conceptionis fit capax ſubjectum maculam contrahendi.

Durat ergo illud debitum uſque ad inſtans juſtificationis excluſive; quia tandiu durat debitum qua diu ſubjectum eſt diſpoſitum ad contrahendum maculam.

Dices ſupponamus quod aliquod individuum in inſtanti conceptionis juſtificatur, vel habet debitum, vel non, ſi non, ergo nunquam eſt, quia ſi non eſt in inſtanti conceptionis neque alio tempore, ſi primum ergo poſt juſtificationem erit, quia ſi compatitur, tunc cum gratia etiam erit in aliis inſtantibus Reſp. quod debitum illud eſt cauſa realiter influens diſpoſitiones quæ ſigillant & deſtinant animam pro contractione talis maculæ & ſic quoad uſque durat officium diſpoſitionum, eo uſque debitum durat, & quia diſpoſitiones ſunt formaliter tales ad inſtans, vel contractionis, vel vitæ, vel juſtificationis ceu impedimenti ut talis forma introducatur, id eo poſtquam in inſtanti conceptionis ponitur gratia impediens formam ſcilicet illam maculam, jam ceſſant diſpoſitiones ſegillare & amplius non ſunt, non ſequitur itaque quod fuit poſt juſtificationem quia ut in inſtanti conceptionis ſint cum gratia, & poſt quia poſt non amplius habent officium diſponendi, bene autem ante.

Dices illæ diſpoſitiones ſunt terminus à quo juſtificationis Reſp. quod non ſunt terminus à quo gratiæ, & pro gratia ſed pro carentia gratiæ & ita in inſtanti juſtificationis tranſeunt.

CAPUT VII.

De Beata Maria circa debitum contrahendi peccatum originale.

CErtum est quod nihil habemus in scriptura sacra quod probet immaculatam conceptionem B. M. Virginis imo videtur contrarium juxta illud omnes in Adam peccaverunt & indigent Redemptione Christi. Supra quod D. Thomas dicit quando institutum est festum ejus fuit deliberatione non de immaculata conceptione & D. Bernardus scribens ad aliquos Episcopos dicit Beatissima Virgo non gaudet falsis honoribus: tamen debemus dare Beatæ Virgini Mariæ quantum possumus dummodo non derogetur fidei.

Unde non est credibile quod Christus voluerit nasci de maculata quod coadjutrix redemptionis fuerit infectata, quod Mater Dei fuerit obligata legi Dei, quod non diceretur gratia plena & defuisset gratia originalis.

Multi sunt Doctores qui videntur dissentire tali privilegio D. Augustinus supra Psal. 34. Conc. 2. Maria ex adem mortua propter peccatum adæ, Adam mortuus est propter peccatum & cara Domini ex Maria mortua est propter delendum peccatum, deinde lib. 2. de peccato mentis solus ille homo factus manens Deus peccatum nullum habuit, neque sumpsit carnem peccati quamvis de materna carne peccati.

Sanctus Fulgentius lib. de incarnatione & gratia. Caro Mariæ quæ in iniquitatibus fuerat humana solemnitate concepta caro fuit utique peccati qui filium Dei genuit in similitudinem carnis peccati.

Sanctus Idelfunsus in lib. contra disputantes de Virginitate Beatæ Virginis. Licet ipsa de carne peccati sit nata ipsaque quamvis peccati caro fuerit non tamen jam cum ex præveniente Spiritus Sancti ab Angelo benedicta vocatur.

Eusebius homi. 2. de nato Domino à potestate peccati nexus non est immunis nec ipsa genitrix redenp. sed solus Christus.

Joannes Damas. oratione 2. de dormitione Beatæ Virginis cedit legislator ab eo quam genuit & ut filia veteris Adam veterem sententiam subiit.

Sanctus Anselmus lib. 2. cur Deus homo cap. 26. Virgo autem illa de qua ille homo assumptus est, fuit de numero illo-

rum qui per eum mundati sunt à peccatis.

Rupertus lib. 1. in cantico cum eximisset de massa quæ in Adam corrupta est hæreditaria peccati originalis late non carebat.

Idem asserunt plures triginta num. relati à patribus nostris citati & centum 40. Doctores.

Probant etiam fuit redempta ergo ab aliquo saltem debito peccati, quia sicut qui habet potentiam ad peccandum non indiget absolutione ita & qui est in potentia ad peccandum in Adam non indiget redemptione.

Dico quod fuit sine peccato originali non tamen sine debito contrahendi: unde ad omnes illas authoritates dico, quod vel intelliguntur de debito, vel quod est verum ordinarie.

CAPUT VIII.

De constitutivo peccati originalis, quænam privationes ex Adæ peccato in nos transierunt.

Triplex est status naturæ humanæ primus est status naturæ puræ: id est sine auxilio supernaturali & est quando natura consideratur physice quoad sua naturalia tantum & in tali statu homo est corruptibilis mortalis & passibilis, inferiorque pars prædominat superiori & motus excitat, appetitum, movit bellum intra seipsum quia in tali statu natura humana est composita ex materia & forma, materiam habet radicem corruptionis & forma habet immersam materiæ, quæ forma quia est rationalis actu affert secum & partim sensualem intellectualem animalem spiritualem, quando anima vult applicare suas operationes ex quo capite est spiritualis, caro resistit & est bellum, ex qua igitur parte materiæ corruptibilem formam appetit & formam amiscibiliter materiam informat, homo est corruptibilis: non potest hoc facere qui quamvis cera elevetur tanquam poterit scindere ita ignis tantum poterit producere calorem sed quomodo poterit ille calor agere in animas non apparet. Dices quod sicut in Sacramento Baptismi aqua producit gratiam. Resp. sed contra 1. producitur in substantia receptive gratia, 2. tangit vere corpus & invenit subjectum capax quod non est in damnatis.

Possumus igitur sic explicare. Producitur quid physicum & quid turpe & fœtidum in damnatis quoad modum tantum

corporeum, & quoad entitatem spirituale, quod physicum producit quidam draco qui explicatur juxta Job 141 & eodem fere modo possumus loqui de damnatis ac de gloriosis sicut in sanctis producitur in anima quædam qualitas ratione cujus clarescit intellectus, elevatur voluntas; Corpus redditur impossibile agile, ita in damnatis erit quædam qualitas quæ reddit ipsos passibiles.

Et sicut qualitates illæ in sanctis non auferunt rationem corporis in corporibus, sed reddunt ipsa impossibilia quoad modum ita in damnatis per illam qualitatem quoad modum erunt corporei & passibiles.

Dices illud physicum est quid materiale: ergo non potest subjectari permanenter in re spirituali. Resp. spirituale esse quoad entitatem, non quoad modum.

Dices ergo illæ animæ essent corruptibiles & alterabiles R. aliud est pati; aliud alterari, alterari etiam est amittere formam; pati est recipere contrarium.

Vidimus usque modo quidquid pertinet ad peccata in genere in quibus posset vir eruditus soluere omnes difficultates quæ versantur circa morales actiones, sed quia debitores sumus, multis ideo ad particularia peccata deveniemus ut unusquisque facilius in praxi cognoscat quid evitandum & quid agendum sit, antequam tractemus præcepta omnia in quibus patebit nostrum primum principium tractanda sunt peccata capitalia juxta jus primi principij & sic erit.

TRACTATVS VIII.

De peccatis capitalibus.

CAPUT I.

De superbia.

Septem sunt peccata capitalia scilicet superbia avaritia luxuria. Ira. Gula. Invidia. Accedia. Dicuntur capitalia quia alia ex his oriuntur, dividuntur in carnalia & spiritualia. Carnalia sunt quæ perficiuntur in dilectationibus carnis. Et sunt luxuria, & gula. Spiritualia quæ complentur in dilectationibus spiritualibus, & sunt talia enumerata hæc omnia peccata nihil sunt aliud quam inordinati apetitus diversi circa propriam materiam.

Superbia est inordinatus ap-

petitus propriæ excellentiæ.quatuor sunt species excellentiæ prima quando bonum quod habent seipsis habere existimant.

2. Quando sibi datum à Deo credunt, sed propriis meritis accepisse putant.

3. Quando jactant se habere quod non habent.

4. Cum despectio cæteris videri appetunt habere quod habent.

CAPUT II.

De filiabus superbiæ.

OCto sunt filiæ superbiæ. Inanis gloria. Inobedientia. Jactantia, hypocrisio, contentio, pertinacia, discordia præsumptio.

PARAGRAPHUS I.

De vana gloria.

VAna gloria est inordinatus appetitus sive manifestatio propriæ excellentiæ apud homines quod fit quando quis quærit gloriam de eo quod est, vel non est gloria dignum.

2. Quando quis gloriatur in peccato ut quando concionator non vult dicere veritatem amittat gloriam hominum. Juex judicat contra justitiam, ne amittat nomen suum apud Magnates.

Ad vanam gloriam referri putant. Ambitio & præsumptio. Ambitio est appetitus inordinatus honoris Præsumptio est appetitus inordinatus eorum quæ merita nostra excedunt, ut quando aliquis exercet officium quando nescit, vel qui vult audire confessiones sine sufficienti scia, &c.

Inobedientia est quando homo non vult exequi superioris præscriptum in eo in quo est superior.

Jactantia est inordinatus appetitus manifestationis propriæ excellentiæ per verba, quod fit se extollendo supra id quod est, vel supra quo alij opinantur. Si fit contra gloriam, & reverentiam Dei erit peccatum mortale, si fit solum mendacium, erit peccatum veniale.

Præsumptio est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ manifestationis per verba, vel res habentes aliquam rationem. Est peccatum mortale si fit contra divinum cultum, vel grave damnum afferat proximo quod fit quando nova & insolita ferunt & vestes quæ incitant ad libidinem vel per magnificas epulas supra statum.

Hypocrisis est inordinatus ap-

petitus manifestationis eorum quæ non habet per signa exteriora, ut simul animo sanctitatis.

Pertinatia est inordinatus appetitus ostentationis propriæ judiciis in rebus fidei, aut bonorum morum.

Discordia est inordinatus appetitus sistendi propriæ voluntati ut aliis discordet, vel propria præferendo aliis, vel contra charitatem loquendo.

Contentio est inordinatus appetitus contrarietatis in locutione, erit mortalis si sit impugnatio veritatis.

CAPUT III.

De Avaritia.

DUpliciter potest fieri talis inordinatus appetitus, vel acquirendo divitias, aliena retinendo, vel rapiendo, & fit rapina fraude emptioni & venditione & furto, aut nimis desiderando & amando divitias aut iis delectando.

Filij ejus sunt fraus proditio fallacia, perjurium, inquietudo, violentia obduratio.

Fraus est quando appetitus decipiendo quoad res.

Proditio per dolum decipiendo facto quoad res.

Perjurium est quando additur juramentum.

Violentia quando vi acquirit aliena.

Inquietudo est inordinatus appetitus sollicitudinis acquirendi vel conservandi.

CAPUT IV.

De Luxuria.

LUxuria est inordinatus appetitus venereorum species luxuriæ sunt fornicatio adulterium, incestus, stuprum, raptus & vicium contra naturam.

Fornicatio est inordinatus appetitus venereorum soluti cum soluta quod fit cum soluta non solum matrimonio sed etiam affinitate cognatione ordine sacro Religione & voto.

Stuprum est inordinatus appetitus deflorationis virginis & integratas corrumpitur: certum est quod qui defloravit virginem tenetur eam dotare vel ducere, nisi ipsa consenserit libenter, vel sit maxima inæqualitas.

Raptus est inordinatus appetitus violentiæ faciendæ virgini contra voluntatem eam opprimendo animo ducendi eam.

Adulterium est inordinatus appeticus coeundi cum maritata.

Incestus est inordinatus appetitus coeundi cum affine vel consanguinea, & terminatur inclusive quarto gradu.

Peccatum contra naturam est inordinatus appetitus coeundi extra partem naturalem.

CAPUT V.

De quarto vitio capitali, scilicet Ira.

IRa primo sumitur pro passione animæ sita in potentia irascibili, nec habet contrariam ut aliæ passiones ejusdem: interdum est bona, interdum mala: ira vero pro ut habitum vitiosum sonat, ut modo, est vitium animæ, sive est appetitus inordinatus vindictæ Peccatum iræ est actus inordinatus volendi vindictam.

Ex isto capitali vitio nascuntur alia septem. Indignatio. Tumor. Clamor. Blasphemia. Contumelia. Opprobrium & rixa. Alij addunt maledictionem. Seditionem. Bellum & vindictam. Sed ista ad alia reducuntur.

CAPUT VI.

De quinto vitio capitali, scilicet Invidia.

INvidia est inordinata tristitia de bono alieno, eo quod minuat suam excellentiam. Dicitur inordinata quia datur tristitia ordinata ad quam sæpe charitas inclinat juxta illud. Beati qui lugent. Cætera verba excludunt tristitiam de bono alterius eo quod sit suum., quod pertinet ad odium.

Invidia dicitur vitium capitale, quia ex illo quinque alia nascuntur. Odium. Susurratio. Detractio. Tristitiam in aliorum prosperis; lætitiam in aliorum adversis.

CAPUT VII.

De sexto vitio capitali, scilicet de Gula.

GUla est inordinatus apetitus conmedendi ac bibedi, cujus actus est esus & potus inordinatus. Habet quinque species sub se. Hoc versu contentas.

Pre. Prospere. Laute. Nimis. Ardenter. Studiosa id est ante

tempus, nimio ardore & festi. natione, nimio apparatu. Nimio sumptu. Ex isto vitio quinque filiæ nascuntur Habetu domentis. Immoderata lætitia. Multiloquium. Scurrilitas. Spurcitia.

CAPUT VIII.

De septimo peccato capitali, scilicet Accedia.

ACcedia est inordinata tristitia de bono spirituali sive est vitium inclinans ad contristandum de bono spirituali divino. Dicitur de spirituali, ad excludendam tristitiam quæ est de bono temporali. Dicitur, divino. Ad excludendam tristitiam de bonis spiritualibus virtutum moralium. Dicitur. Quatenus divinum: quia tristari de eo quatenus laboriosum, vel aliorum operum impedimentum, non est Accedia ut advertit D. Tho. 22. q. 35. dicitur in eo qui tristitiam. Tristari nempe de eo quatenus est in ipso Deo pertinet ad odium ejus si quatenus vero est bonum divinum in ipso pertinet ad Accediam, ut subtiliter conciliando D. Thomam si ipsi distinguit Cajetanus. Nam bonum spirituale divinum ut est in homine consistit in charitate & amicitia inter ipsum & Deum quia se conformat, & conglutinat ei volendo quæ vult. Cum ergo quis tristatur & tædet de colloquio divino peccatum committit valde vicinum odio Dei.

Ex isto peccato oriuntur sex filiæ. Desperatio pusillanimitas. Torpor animæ. Rancor, & evagatio mentis quia dicitur pigritia. Qui omittit missam, communionem peccat isto peccato. Sicut qui per pigritiam non recitat, vel non edicit aut non credit ea quæ tenetur scire.

Desperatio consequendi ultimum finem est peccatum. Pusillanimitas est qua fugimus ardua. Torpor quo fugimus mediocria. Rancor, quo indignamur in bene monentes.

CAPUT IX.

De peccato in Spiritum Sanctum.

PEccatum in Spiritum Sanctum est contra bonitatem Spiritus Sancti. Quod est sextuplex. Desperatio qua collitur spes veniæ. Præsumptio qua impeditur bonus timor. Impenitentia qua propulsatur dolor præteritorum. Obstinatio qua omittitur cautio futurorum. Impugnatio

pugnatio agnitæ veritatis qua relinquitur cognitio veritatis. Invidia fraternæ gratiæ. Qua de gratia proximi quis tristatur. Quodlibet istorum tollit medium veniæ à bonitate Spiritus Sancti, & tollit principia quibus remittuntur peccata: spem videlicet, timorem & dolorem.

CAPUT X.

Opera misericordiæ exercenda.

Misericordia est virtus moralis inclinans ad miserandum ordinate patientis aliquod malum vel defectum & ei subveniendum. Cujus actus & opera vocantur etiam opera charitatis mediate, quia amor proximi est causa miserandi.

Malum quod patitur, vel defectus aliud est spirituale, aliud corporale, primum sublevatur per actus misericordiæ, qui continentur isto versu. Consulæ Castiga. Dimite, solare. For. Ora aliud per opera corporalia contenta isto versu visito. Poto. Cibo. Redimo. Tego. Colligo condo.

Igitur pauperes habent jus exigendi eleemosinam à divitibus, & divites tenentur elargire & sic.

Peccat qui habens superfluum etiam naturæ tantum non administrat cibum, potum & alia necessaria indigenti in extrema necessitate: ut non hospitare, non sepelire, non redimere &c.

2. Peccat qui non fert opem extrema necessitate oppresso, quando commode potest, & credit nullum alium ei laturam.

3. Peccat non exercens omnia opera misericordiæ quando est extraneum periculum salutis animæ, si commode potest: ut parvulos non instruit in Christiana Religione. Non baptisat si videt infantem periclitantem, non curat, ut qui est in peccato mortali resipiscat.

Nota tamen, quod qui non est Parochus aut prælatus non tenetur invisere pestiferos aut morbo contagioso infectos cum periculo propriæ vitæ. Si tamen facit maxima laude dignus est.

2. Alienum est ab omni justitia per fas & nefas jure, vel injuria confere divitias, ita quoque prudentia Christiana indignum servare illas eleemòsinis dum vita manet parcendo, & ad ingratos, oblivio fosque hæredes transmittendo juxta illud Agonis gloriosissimæ Luciæ ad Matrem.

Res servata perit, miseris data porrigit alas.

Ad ſuperos alæ duplices, argentea læva.

Aurea dextra, viamque datori ad ſydera pandit.

Certa proſit vivos pietas, incerta ſepultos.

Conſequitur: nam quod noſtri eſt dum vita ſuperſtes.

Arbitrij mox eſt alieni ut vita receſſit.

TRACTATVS IX.

De ſecundo Præcepto, ſive de juramento.

CAPUT I.

Sciendum eſt primo, quod ex D. Tho. prohibetur hoc præcepto omne perjurium. 22. q. 122. quod optime comprehendit Theodoretus his verbis. Quidam prohiberi dicunt. Ne quis res vanas, hoc eſt Idola nomine Dei vocet. Alij, ne quis jurando mentiatur: ego autem puto divinam legem ſtatuere, ne quis nomen Dei pronunciet ſine aliqua ratione, veluti docendi, aut orandi, aut alia quadam neceſſitate; ſolent enim non nulli etiam ludentes, & ridentes ut venerit in linguam reverendum nomen Dei proferre, hoc arbitror divina lege prohiberi, &c.

Sciendum eſt 2. Quod ſicut hoc præcepto docuit Moyſes cultum Dei affirmativum, & negativum: ita hoc præcepta magna reverentia utendum eſſe nomine Dei, & cavendum eſſe à vana uſurpatione. Et ſapiens à nimia ejus frequentatione depravacentem mundum dehortatur ſub pœna alicujus animadverſionis. Juxta illud Eccleſ. 13. *Nominatio Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiſcearis, quoniam non eris immunis ab eis.*

Sciendum eſt 3. Quod nomen juramenti eſt ſacræ rei. Atteſtatione firmata negotio, ſeu Deo vocato in teſtem veritatis: unde juramentum eſt licitum, ſi ſic de re vere. Juxta illud Deuteronomij 6. *Per nomen illius jurabis.* Et Deus Geneſis 22. juravit. Juxta illud. *Per me ipſum juravi dicit Dominus.*

Dices ſic habetur in D. Math. 5. *Dictum eſt antiquis non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua: ego autem dico vobis non jurare omnino neque per cœlum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus, neque per Hieroſolimam quia civitas eſt magni Regis, neque per caput tuum jurabis, quia non poteſt unum capillum album facere, aut*

nigrum: si autem sermo vester est, est, non, non: quod autem his abundantius est, à malis est: ante omnia autem fratres mei nolite jurare neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Ergo non est licitum jurare.

Respondeo. Quod voluit Christus his verbis auferre tres errores qui tunc erant in usu. Primo, quia nimis frequenter jurabatur ob minimam causam. 2. Quia putabant juramentum per creaturas non obligare. 3. Quia putabant nullam requiri necessitatem ad licite jurandum: unde Christus docet juramentum vere obligare, ut dicitur Genesis 42. *Per salutem Pharaonis non ingredimini, donec veniat frater vester minimus* Deuteromij 4. dicitur. *Invoco hodie cœlum, & terram cito perituros vos de terra.*

Sciendum est 4. Quod mos erat tempore Abrahæ jurandi ponendo manus subter femur: ut dicitur Genesis 24. *Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te.* Id est jurare te faciam per Dominum suum Cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus cananeorum.

Sciendum est 5. Quod duplex est causa jurandi. Prima ut intelligatur juramentum esse ex decreto absoluto, non conditionali: unde Isidorus de summo bono libro 2. cap. 31. ait. *Iurare Dei est illa providentia qua statuit non convellere statuta* 2. Ad augendam nostram fidem.

Sciendum est 6. quod ad hoc ut juramentum sit licitum debet esse cum veritate, cum judicio, & cum justitia, juxta illud Jeremiæ 4. *Iurabis vivit Dominus in veritate, in judicio, & justitia, & benedicent eum gentes, & ipsum laudabunt.* Sic veritas ad jurandum est necessaria. Primo quia accipitur Deus qui est prima veritas in testem. 2. Quia juramentum est actus Religionis qui requirit veritatem. 3. Finis juramenti est conformatio veritatis. His positis.

Dico primo quod qui rem falsam asserit ob quemcumque finem, quantumvis sanctum, ac necessarium, ac quantumque timorem peccat mortaliter quia prima & infallibilis veritas adducitur in testem falsi, quod est derogare juri primæ veritatis, quæ requirit veritatem in omnibus, juxta illud levitici 13. *Non per jurabis in nomine Dei tui dicit Dominus.*

Dico 2. quod qui falsum dicit, licet juramentum sit ob rem levem peccat mortaliter, quia respectu juramenti assortarij omne mendacium est materia gravis, quia adducitur Deus in

testem, quod est grave piaculum.

Dico 3. quod si desit judicium erit tantum peccatum veniale, nisi ad sit contemptus, quia per judicium non derogatur primo principio veritatis.

Dico 4. quod ille peccat mortaliter qui temere jurat, quia derogatur juri primi principij veritatis.

Dico 5. esse peccatum mortale, si adsit circunstantia mutans speciem, ut jurans te commisisse adulterium cum muliere honesta, quia tunc derogatur juri primi principij proximi, nempe famæ.

Dico 6. quod si juramentum promissorium sit de re licita, & honesta de presenti, vel futura, erit implendum sub pœna peccati mortalis, juxta illud Mathæi 5. *Reddes autem Domino juramenta tua.* Et Josue. 9. *Iuravimus illis in nomine Dei Israel, id circo non possumus eos contingere.*

Dico 7. pactum factum hæreticis, & idololatris cum juramento esse servandum, ut patet in Saule. 21. Regium, & Sedecia. 4. Regum 2.

Dico 8. quod pactum, sive juramentum metu factum obligat, ut patet cap. si vero de jure jurando, ubi compullus gravissimo metu renunciare beneficio suo, eamque renunciationem juramenti Religione firmare; dicitur debere petere absolutionem, quia non est certum quemlibet contra juramentum suum venire, nisi talæ sit, quod servatum vergat in interitum salutis æternæ: ita est de illo qui protuenda vita promisit latroni cum juramento centum aureos, licet latro ad hoc nullum jus acquirat; tamen tenetur jurans dare, quia fierat injuria juri divino quod Deus acquisivit ex vi illius juramenti.

Dico 9. quod qui jurat cum tali conditione, non purificata, non obligatur, quia accessorium sequitur principale.

Dico 10. nullus tenetur servare promissa, quando pars non servat, juxta illud, *Frangenti fidem fides frangatur eidem*, cap. sicut 3 de jure jurando, ut promisi te non expellere de domo, si solvas mihi pensionem. Quandiu non soluis non teneris stare promissis. Promisi servare statuta collegij, vel Religionis, si consuetudine non sunt abrogata. Promisi ducere in uxorem Bertam si non fornicetur.

Dico 11. nullum teneri ad servandum juramentum, quod est in ruinam suæ salutis id est contra jus divinum, & naturale, & positivum quia tunc derogatur illis juribus.

Dico 12. quod superior potest cogere inferiorem ad jurandum veritatem, quando est justa causa, ut dicitur Josue. 7. *Fili mi da gloriam Deo, & confiteare, & indica mihi quid feceris.* 2. Genesis 47. *Cumque Iacob appropinquare cerneret diem mortis suæ vocavit filium suum Ioseph, & dixit ad eum. Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum sub femore meo, & facies mihi misericordiam, & veritatem, ut non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condesque in sepulchro majorum meorum, cui respondit Ioseph, ego faciam quod jussisti, & ille jura ergo inquit mihi, quo jurante adoravit Israel Deum conversus ad lectili caput.*

Dices, quod apud hæbreos licitum erat juramentum abjiciendi uxores suas: tamen matrimonij vinculum est indissolubile, ergo juramentum est contra Deum. Respondeo, quod licitum erat Judæis jurare dimittere uxores suas, quia tunc erat præceptum judiciale irritans matrimonia facta cum cananeis, quos Deus volebat destruere: unde cum eis non subsistebat matrimonium; cum aliis vere subsistebat: propterea ester nupsit assuero gentili, David accepit filiam Regis gessur. Salomon filiam Pharaonis.

Dico 13 quod non licet superiori exhibere juramentum. Ab inferioribus, quãdo scit superior subditum perjuraturũ, quia nullum licet inducere ad malum inducere ad malum. 2. Si subditus se exponat periculo morali juramentum violandi, ut dicitur 14. Regum de Saule qui juravit non comedendi panem usq; ad vesperam, donec ulcisceretur de inimicis suis, quia induxit populum ad illud non implendum, quia populus jejunus & lassus non poterat persequi inimicos.

Dico 14. Quod privatus non potest cogere aliquem ad jurandum extra judicium, quia tunc per non habet jus in parem: potest tamen petere per judicem; in quo tamen debet servari, si sit necessitas jurandi, quia tunc non inducit ad perjurium, nisi materialiter, ultra quod tunc inferior habet jus illud exhigendi per leges, à quibus acquirit jus primi principij.

Dico 15. Quod omne perjurium, quod est juramentum assertorium mendaciter affirmans, negans, est mortale in quacumque materia sit, & quibuscumque verbis dicatur, & quacumque coactione, metu, levitate, consuetudine, utilitate, aut excusatione fiat; nisi sit actus imperfectus, quia sit inju-

ria juri divino vocando Deum in testem mendacij.

Dico 16. Quod perjurium promissorium duobus incurritur temporibus. Vel quando fit, vel quando fiet, id est quando juramentum non implebitur. In primo incurritur duplex perjurium, primo ex mendaci animo cum sub juramento promittitur aliquod bonum, aut malum absque animo servandi, aut sine animo promittendi, seu obligandi se, aut sine animo jurandi, hoc est semper mortale, deest veritas præsens. 2. Ex materia mala, cum quis vero animo sub juramento promittit adulterium commissorium. Tunc si juratur super patrando peccato mortali, incurritur jurando perjurium, non solum quia firmatur voluntas in peccato, sed etiam applicatur juramentum ad materiam falsificatam, quia læditur jus charitatis: si vero est veniale tantum malum incurritur perjurium non simpliciter, quia non deficit materia præsens juramento, sed secundum quid, quia firmatur voluntas ad malum veniale tantum, & fit irreverentia juramento.

Idem debemus dicere si juramentum promissorium de omittendo bonum supererogationis, ut cum quis jurat se non ingressurum Religionem, vel mutuatorum: hujusmodi autem juramenta veraciter facta, peccata sunt, quando fiunt, quia læditur jus Sacramenti utendo illo ad materiam non obligativam, propterea perjurium secundum quid committitur, intellige quando hujusmodi juramenta fiunt cum animo talia non faciendi; nam si quis intenderet hæc non facere etiamsi essent de necessitate salutis, tunc teneretur ad illa, quia tunc non juraret omittere bonum supererogationis, sed necessitatis salutis, alioquin peccaret mortaliter.

Juramenta vero in futuro tempore, hoc est si juramentum promissorium non impletur, incurritur perjurium. quando juramentum est obligatorium, quia deesset veritas, & tunc peccatum mortale ex quatuor capitibus contingit juramentum promissorium non implere absque gravi peccato.

Primo. Ex parte materiæ. 2. Ex parte eventus. 3. Ex parte modi. 4. Ex parte relaxationis. Primum caput est quando materia non est capax vinculi obligatorij, quæ est triplex. Primo: omnis actus moraliter malus. V. g. quicumque juravit accidere, aut dicere mendacium non obligatur ad executionem, sed peccat exe-

quendo. 2. Omnis amiſſio boni ſupererogationis ; Nam licet homo non teneatur ad illud bonum ; tenetur tamen non ponere obicem ſpiritui ſancto. 3. Actio indiferens. Ut ſi quis abſque ulla ratione boni utilis, honeſti, aut delectabilis juraret tranſire ſupra muros, non tenetur tranſire, quia illud juramentum non eſt vinculum ad illam exercendam actionem.

Caput vero 2. ex parte eventus ſic intelligitur. Primo. Si eventus ſit malus, ut patet de juramento herodis, vel qui juravit tradere enſem furioſe, non tenetur ad illud. 2. Si eventus ſit impeditivus majoris boni. Ut ſi quis juravit contrahere matrimonium, poſtea inſpirante DEO vult ducere vitam cælibem, non tenetur adimplere.

Caput 3 ex parte modi intelligitur primo. Quantum ad conſuetum intelligendi modum ut cum quis honorare volens, jurat, non præcedam per Deum, ſecundum ſanum intelligendi modum intelligitur, quantum ex me, ſicut quando dicit Petrus non lavabis mihi pedes in æternum. 2. Quantum ad modum jurandi violentum ; in materia tamen matrimonij, quia ſicut matrimonium coactum timore cadente in conſtantem virum non valet : ita juramentum metu extortum de contrahendo, videtur relaxatum ipſo jure.

Caput 4. Ex parte relaxationis clare patet. Nam ſive relaxatio fiat ab illo cui promiſſio facta eſt cum juramento, ſive fiat à ſuperiore qui poſſit relaxare, ceſſat obligatio juramenti promiſſorii.

CAPUT II.

De juramento comminatorio.

COmminatorium juramentum inducit perjurium in duobus quoque temporibus, vel in præſenti, vel in futuro. In præſenti, quod fit dupliciter. Primo ſi fiat animo mendacij, tunc ſemper eſt peccatum mortale, quia læditur jus preſentis veritatis, ſive comminatio ſit juſta, ſive iniqua ; in quacumque enim materia bona, vel mala juramentum cadat ſub mendacio, inexcuſabile eſt à peccato mortali. 2. Si fiat veraci animo ſuper materiam, malum, idem dicendum eſt, ac de ſuperiori. Vel in futuro id eſt tempore executionis, ſi comminatio facta eſt de aliquo malo culpæ, juramentum illud non debet impleri ; ut ſi quis comminatus fuerit percuttere ali-

quem, vel diripere illius bona, non tenetur exequi: Si vero comminatio facta est de justa inflictione, sive quantum ad corpus, sive quantum ad bona temporalia: quoniam hic est vinculum juramenti ad opus iustum adimplendum. Hinc vero est malum proximo infligendum ad cujus cessationem misericordia invitat.

Tria igitur considera. Primum commune, quod sicut iuramentum non est vinculum iniquitatis, ita nec impedimentum maioris boni. Hinc fit, ut quando melius est parcere, & abstinere à comminati mali executione, non teneatur ad iuramenti impletionem, exemplo David, qui licet iurasset percutere nabal cum domo eius, postea ad præces Abigai abstinuit.

Secundum appropriatum comminationi, quod intelligitur secundum præsentem iustitiam. V. g. qui iuravit iustam punitionem, postea petenti veniam parcit absque periurio, quia cessavit ista præsens tunc iustitia secundum quam juravit ex quasi cessatione demeriti, quia ad pœnitentiam conversus est, qui peccaverat, ut patet de davide circa nabal.

Tertium proprium materiæ comminatæ, intelligitur: ut cum quis comminatur medicinaliter puniendum si cessat medicinalis pœna, comminata pœna cessat, at tunc non tenebitur ad punitionem faciendam. v. g. mater juravit verberare filium, post a parcit ne turbatur tota domus, vel quia non requiritur amplius talis medicina pœnæ, vel melius, quia judicat melius esse parcere, quam punire, non tenebitur ad impletionem juramenti comminatorii.

Ex his omnibus inferes primo, quod perjurium, sive falsum iuramentum est peccatum, quia derogat iuri divino, sive primæ veritati. 2. Juramentis quod exigit, ut locutio sit ipsi conformis. 3. Iuri proximi, quando est cum præiudicio tertii.

Inferes 2. quod qui iurat bonum faciendum, & non facit, derogat iuri primæ veritatis: Si iurat facere aliquod malum derogat iuri divino, quia Deus non est testis alicuius mali.

Inferes 3. quod qui iurat per fidem suam, idest humanam, ut solent Reges iurare, non derogant iuri divino, quia non assumunt nomen Dei in testem.

Inferes 4. quod qui iurat aliquid faciendum quod non facit derogat iuri divino, cui promisit, & ad quod se obligavit.

Inferes 5. qui iurat se non amplius

amplius lusurum, non potest absolui à tali iuramento; & tenetur adimplere etsi ludat, lædit ius divinum.

Inferes 6 Quod qui jurat animo non implendi, ne te obligandi, lædit jus divinum, sicut qui donavit aliquid alicui transtulit ipsi suum jus.

Inferes 7. Qui ob metum jurat latroni daturum 100. numeros aureos, conditione intra se accepta, si debe, non tenetur adimplere, quia conditio nou est purificata.

Inferes 8 Quod qui jurat contra divinum præceptum, peccat, licet non teneatur adimplere.

Inferes 9. Qui jurat se accepturum sacros ordines, peccat si non accipiat, quia lædit jus divinum, licet jures id ad quod non tenetur absolute.

Inferes 10, Uxor quæ jurat marito se esse immunem ab adulterio, quia confessa est, & absoluta, peccat, quia mentitur, & lædit jus divinum.

Inferes, quod qui jurat tempore pestis verum, sed dolose, peccat, quia dolus non potest componi cum veritate divina, quæ habet jus exigendi sinceritatem.

CAPUT III.

De voto adimplendo.

SCiendum est, quod votum est promissio facta Deo deliberate de meliori bono, & sic qui vovet, dat jus Deo exigendi quod promisit, qui non implet, ideo peccat, quia lædit jus divinum. Unde.

Resolves primo. Quod qui vovet peccatum mortale ut furari, peccat, quia lædit jus divinum: nam Deus non vult sacrificium pollutum.

2. Qui vovet ad quod tenetur, ut non fornicari peccat, quia lædit ius divinum.

3. Qui vovet ingredi Religionem, quandiu in ea non viget regularis observantia, vel non dare eleemosinam nisi in extrema necessitate, lædit ius divinum in turpi proposito.

4. Qui amittit vota ridicula, ut non portare crines diebus veneris, non edere capita animalium in honorem divi Joannis, non proiicere asses in ignem in memoriam S. Laurentii, lædit ius divinum.

5. Qui vovet quod scit implere non posse, irrisorie loquitur, & non facit votum sanctum, sicut qui vovet animo

non se obligandi, vel animo non implendi.

6. Qui vovet aliquid licitum, postea impotens fit ad illud, non tenetur. Qui vovet castitatem, postea nupsit, tenetur ad partem, scilicet non petendum debitum, & mortuo marito tenebitur ad castitatem.

7. Qui movet intra determinatum tempus implendum, si non impleat intra illud tempus lædit ius divinum, nec ad implebit, etiamsi satisfaciat alio tempore.

8. Mater quæ vovit jeiunare, si filius sanetur, supposito, quod moriatur filius, non tenetur.

9. Qui vovit non nubere, si fornicatur non peccavit contra votum, quia non vovit virginitatem servare.

10. Qui aliquam alienat à Religione, tenetur ad restitutionem damni facti Religioni: dummodo ipsum non judicaverit absolute ineptum.

11. Qui vovit ingredi Religionem in generali, tenetur repulsus ab uno monasterio petere ab alio, non tamen tenetur vi voti ad perseverandum.

12. Qui filios, & filias tradit monasteriis, ubi effrenate vivitur, vel nimis licentiose, peccat.

13. Hæres tenetur adimplere vota defuncti realis, quia succedit in bonis, quæ bono ex vi voti pertinent ad jus divinum, eo modo quo sunt ipsi promissa, non ad hæredem.

14. Quando ambo uxorati voverunt continentiam neuter potest petere debitum, quia uterque cessit suum jus, juri divino per votum suum. Unus non potest vovere sine licentia alterius, quia jus primi principij pertinet ad alium supra corpus, v. g. uxor supra maritum.

15. Qui vovet quod per se ipsum implere non potest debet implere per alium, his tribus casibus. Primo quando votum id tacite ostendit: ut votum ad jurandi Christianos qui pugnant contra turcas, tenetur opem ferre per alios. 2. Quando vovet quod nullo modo potest per seipsum implere. 3. Quando sua culpa factus est impotens.

Quæres: An licitum sit vovere quodcumque volueris. Respondeo primo: quod non licet vovere quod est intrinsece malum, vel quod est lege vetitum, quia læderetur jus divinum quod sanctum est, & non pollutum.

Respondeo 2. Quod non est licitum vovere ad impletionem ceremoniarum judaicarum, quia prohibentur lege divino.

Respondeo 3. Quod non est

licitum vovere, quod lege divina, vel naturali præcipitur, ut honorare parentes, vel quod prohibetur, quia esset irrisio iuris divini.

Respondeo 4. Quod illicitum est vovere dare deterius, quando quis vovit dare aliquid, ut qui vovit dare ovem, dare deteriorem, quia per votum ius divinum habet ius primi principii, rei promissæ, ergo iuxta meritum Dei.

Unde advertendum est, quod Christiani qui dant v. g manipulos deteriores; qui filios claudos, luscos ineptos. Stolidos consecrant Ecclesiæ, & Religioni, peccant quia est irrisio iuris divini, & Divinam Maiestatem contempnunt: Relinquo cetera, quia sufficienter vidimus in primo libro.

TRACTATVS X.

De tertio præcepto decalogi Sabbata sanctifices.

IAM vidimus in primo libro quidquid respici sanctificationem festorum cum casibus resolutis, sed ad perfectam intelligentiam:

Sciendum est primo, quod præter Sabbatum quod Deus voluit observari à Judæis in memoriam creationis fuerunt alia festa primo.

Festum Neomeniæ, id est novilunij in memoriam perpetuæ gubernationis Dei erga populum suum, quasi gratias agens de tali beneficio.

Secundum Festum Paschatis in memoriam liberationis Judæorum ex Ægypto, quod celebrabatur 14. mensis Martij, qui mensis apud illos erat primus totius anni, in quo immolabatur Agnus, cujus sanguine postes, & liminaria portarum ungebantur, ut Angelus interficiens primos genitos Ægyptiorum pertransiens illæsas relinqueret domos tali sanguine tinctas primogenitis Hæbreorum parcens: deinde jubebantur Judæi in singulis familiis tali Agno igne asso, & non aliter cocto vesci. Huic annexa erat solemnitas Azimorum, quæ postridie Paschatis incipiebat in memoriam egressionis ex Ægypto: propterea Judæi fugientes portabant secum massam, ut panes coquerent in via.

Tertium Festum erat Pentecostes in memoriam legis datæ in Pentecostes, ut gratias agentes primitius omnium frugum afferrent.

Quartum erat Festum Tubarum in memoriam liberationis

Isaac; quando scilicet Aries cornibus suis inter vepres inhærens pro Isaac Patre Judæorum immolatus est: idcirco Judæi cornuæ tubæ in isto Festo clangore utebantur. Alij dicũt quod fuit institutum in memoriam contestationis divinæ factæ in Monte Sina, quando Deus populo suo legem dedit per manus Moysis; tunc enim Deo loquente videbatur audiri sonus tubæ cornuæ.

Quintum Festum erat Festum expiationis quod celebrabatur decimo die mensis, ut patet Levitici 16. pro quo jejuniis, & pœnitentiis præveniebatur, tunc Sacerdos ingrediebatur Sancta Sanctorum, & præter illud tempus non licebat Sacerdoti ingredi Sancta Sanctorum, ut sacrificiis expiaret delicta populi.

Sextum Festum Tabernaculorum in memoriam beneficij quo voluit Deus populum suum in deserto habitare in Tabernaculis post egressionem ex Ægypto.

Præter ista Festa à Deo instituta erant, alia à Sacerdotibus, & Senatu. Primum fuit propter victoriã quam reportarat Judith de Holoferne. Secundum fuit Festum sortium tempore Ester in memoriam liberationis totius gentis ab Aman. Tertium fuis Enceniorum Festum in memoriam restaurationis altaris. Quartum fuit propter receptum de Cœlo ignem. Quintum fuit ob victoriam quam reportarat Judas Machabeus contra Regem Syriæ sub Duce Nicanore.

CAPUT I.

De obligatione celebrandi Festa & quomodo debeant celebrari.

SCiendum est primo. Quod dies Sabbati mutatus est in diem Dominicum, primo, ne conveneremur cum Judæis. 2. Ut recordaremur beneficii Redemptionis nostræ.

Sciendum est. 2. Quod per sanctificationem Festorum exhibetur Deo cultus exterior tanquam habenti jus primi principij. Qui cultus, vel fit positive vacando divinis, vel negative abstinendo ab omni opere servili, ut patet extra de feriis, & sic peccatum violationis Festorum tribus modis committitur. 1. Omittendo divina pro tunc præcepta. 2. Faciendo opus servile. 3. Omittendo fieri quod præcipitur fieri.

Quoad primum, quia sola Missa communiter est de præcepto, licet tota dies debeat san-

ctificari, vacando divinis, sine rationabili causa omittere Missam diebus festivis solum est peccatum mortale, ubi.

Nota, quod Confessarius debet esse prudens admittendo pro rationabili causa omne motivum humanæ rationi consentaneum, etiamsi non fuerit urgens, quia deficiente, & subsistente ratione, quæ illius conditionis personas libenter ad Missam euntes inducere videtur ad omissionem Missæ: in tali casu non committitur peccatum mortale, quod universaliter sic est, quando bona fide putat se excusari ab auditione Missæ, quia tunc non agitur formaliter contra præceptum. v. g. Rationabilis causa omittendi Missam, est occupari in servitio ægroti. Custodire domum tempore belli, vel latronem. Excusantur puellæ quando matres iubent, quando est consuetudo, ut luctus per unum mensem, per purificationem post partum.

Sciendum est 3. Quod interesse Missæ sit de præcepto, oportet interesse mente, & corpore: propterea si quis corporaliter sit præsens, & absens mente non satisfacit præcepto, 1. Quia læditur ius divinum, quod exigit cultum religiosum, & rationabile, 2. Quia ibi est ac si dormiret voluntarie. His positis est.

CAPUT II.

Quid prohibeatur, & quid excuset in isto præcepto.

QUæres primo, an liceat Christianis celebrare festa Judæorum.

Respondeo negando, quia tunc fieret iniuria iuri primi principii divini, quia Deus voluit dare vetus testamentum cessare substituto novo, quod abrogat omnia vetera. 2. Quia derogaretur iuri Ecclesiæ quæ potest instituere nova festa, & mutare antiqua.

Quæres 2. An sit peccatum non interesse concionibus, & vesperis diebus festivis de præcepto.

Respondeo quod cum festa sint instituta ut divinis laudibus occupentur homines videtur derogari per hoc iuri divino, quod hoc exigit sicut Ecclesia. Pro quo.

Nota, quod licet nullibi extet præceptum quod obliget Catholicos ad audiendas conciones, & ad esse divinis officiis, peccat tamen qui instrui indiget in misteriis Religionis, si non assistat Parochialibus inst-

tructionibus; imo nullus est qui non teneatur diebus festivis vacare piis operibus; non vero ludis, & ebrietatibus, & impudiciciis, quia de facto tunc iniuriam faciunt iuri divino, & Ecclesiastico.

Quæres 3. utrum festivis diebus teneamur abstinere ab omni opere servili, & quare sit peccatum non abstinere.

Respondeo notando, quod alia fuit obligatio apud Judæos abstinendi ab operibus servilibus, diebus sabbati, alia diebus festivis; nam in diebus sabbati non licebat Judæis, ne quidem præparare cibos: ut legitur exodi 16. ubi collecta fuit mannæ duplex portio die sexta, quia dies sabbati erat dies requiei: & cap. 35. dicitur. *Non succendatis ignem in omnibus habitationibus vestris per diem sabbati*: Imo nec licebat iter agere, nisi per unum milliare.

Nota 2. quod in aliis festivitatibus non licebat opera servilia exercere, ut portare onera, calcare torcularia, terram arare, domos ædificare, vestes conficere, & similia, quibus homo homini inservit, nisi divina virtute hoc fierent, quando scilicet Deus jubebat: unde non erant prohibita opera exteriora, quæ in cultum & Religionem Dei fiebant, ut accendere luminaria in templo, victimas immolare, ornare &c.

Nota 3. quod apud Catholicos, & Christianos non prohibentur diebus dominicis opera exercere, quæ ad sustentationem hominis pertinent, ut cibos coquere, iter agere, conducere bestias. Venari, & Piscari ob recreationem; omnia autem servilia exercere prohibentur. Ut domos ædificare &c. Nisi necessitas inveniatur, aut paupertas: unde licitum est pauperi laborare, si non habet aliunde unde vivat, segetes colligere, ne pereant propter pluviam, coquere lateres, & calcem, quando inchoatum est opus, militibus in bello fortalitia ædificare. &c. Necessitas Reipublicæ excusat à peccato ut reficere fontes, & pontes, & vias publicas. In adventu principiis præparare arcus triumphales. Necessitas proximi etiam excusat à peccato, ut pietas in Deum, portare crucem in publicis processionibus, inservire ægrotis, sepelire mortuos. Vltimo per dispensationem, & gravem causam unde.

Dico quod in illis casibus jus divinum cessat prohibere talia opera. In aliis ideo opera servilia sunt peccata diebus festivis, quia læditur jus primi prin-

-cipij divini, & Ecclesiastici quæ prohibent tamen pro plena instructione.

Nota quarto. Quod exteriora opera tripliciter possunt considerari. Quædam sunt ex suo genere servilia, ut opera Mechanica, arare, fodare terram, suere &c. Quædam sunt ex suo genere libera, ut pulsare instrumenta musica. Quædam sunt communia liberis, & servis, ut itinerari, curam sui agere &c. Sola prima sunt in festo prohibita, reliqua possunt esse licita, taliter quod etiam opera sua vilia, quando transeunt in communia fiant licita, quod fit dupliciter, vel ratione necessitatis ad salutem, vel corporis, vel proximi, ut sunt opera præparantium medicinas & servilia pro infirmis. Vel ratione damni vitandi, ut quando segetes sunt in periculo, aut hostes timentur, &c.

Nota 5. quod quatuor inveniuntur ab Ecclesia prohibita quæ non sunt opera servilia. Primo fieri mercatum. 2. Placitum. 3. Judicium ad mortem, vel pœnam. 4. Juramentum coram judice, ut patet ex capi. omnes extra de feriis, ut hæc omnia clarificentur.

Nota 6. quod duo possunt considerari in mercatura. Primo nundinæ, quæ semel, aut bis in anno fiunt juxta consuetudinem patriæ, seu quasi nundinæ, id est mercata, dum rustici ad forum ferunt ova, Fructus, vinum &c. 2. Actus mercandi, id est emendi, & vendendi, illa omnia sunt licita, nisi Episcopus prohibeat, hinc habes, quid dicendum sit de tabernariis hospitibus, laniis. Pizzicarolis, quæ consuetudo, & licentia Episcoporum cohonestat.

Nota 7. quod placitum significat lites movere: quæ duobus tantum casibus permittũtur in festo. Primo quando urget necessitas, ut pietas. Hinc excusantur judices rurales jus dicentes rusticis, juxta patriæ consuetudines. 2. Pietatis causa, id est, ne pauperes perdant diurnum laborem necessarium ad victum: urget aliquando necessitas, scilicet quando testes haberi non possunt alio tempore.

Nota 8. quod judicium ad mortem non est licitum, aut ad pœnam, nisi reperiatur reus in flagranti delicto statim puniendus, vel quia timetur, ne impediatur justitia à latronibus vel quia conditio belli hoc exigit.

Nota 9. quod in isto præcepto quinque sunt consideranda. Primum est commune istis, &

aliis præceptis; ſcilicet omiſſio feſti non curando de præcepto, aut opus ſervile committere, licet ſciens eſſe ab Eccleſia prohibitum, vel omittere feſtum abſque intentione violandi, tunc violaretur tantum materialiter: ex quo fit infinitæ omiſſiones, & commiſſiones excuſantur à peccato mortali.

Secondum etiam commune aliis præceptis eſt imperfectus actus ex parte temporis modici, aut ex parte modici nocumenti, quia parum pro nihilo reputatur. V. g. excuſantur à peccato mortali parum laborantes ſuendo, vel reficiendo, emendo, vel vendendo, aut qui modicum quid miſſæ omittit, ut ultimum Evangelium.

Tertium eſt, quod propter ſex cauſas excuſantur opera facta in die feſto. Primo ex divino cultu. Hinc illicita fiunt licita, ut geſtare crucem, & ſtatuas ſanctorum, aut pulſare campanas, mundare, & ornare templum, ſi prius non potuerint fieri, quia ex hoc quod fiant propter Eccleſiam non fiunt licita, alioquin licitum eſſet fodere terram diebus feſtivis pro Eccleſia: quod ſi neceſſitas pauperculæ Eccleſiæ hoc exigat oportet, quod ſit de conſenſu Epiſcopi, & non fiat per majorem partem diei feſtivi.

Secundo ex pietate, id eſt quod tolerantur judices pro miſerabilibus perſonis, judicantes in villis pro ruſticis cauſas dicentes.

Nota tamen quod opere per ſe pietatis ſunt ſemper licita, ut ſepelire mortuos, ſervire infirmis diebus feſtivis. Servilia vero, quæ accidentaliter ordinantur ad opera pietatis non fiunt licita ratione pietatis, niſi neceſſitas poſtulet, vel quia in jure non conceditur ſicut opus judiciale, quod eſſet licitum, niſi Eccleſia prohibuiſſet, aut opus Religionis, ut obſervare feſtum non eſt prætermitendum occupando ſe ſervilibus propter pietatem ceſſante neceſſitate. Et ideo ne dicas, quod efficere pontes, & vias ſit licitum in feſto propter pietatem, quia ſunt per ſe illicita, niſi neceſſitas, aut ſuperiorem authoritas exigat.

Tertio ex neceſſitate. Iſta habet multos ramos. Primo neceſſitatem proprij corporis. 2. Neceſſitatem corporis proximi. 3. Neceſſitatem publicæ utilitatis, ex quibus excuſantur. Primo omnia opera ad ſubveniendum infirmo. 2. Frequentia nimia feſtorum. Piſtores ſupervenientε multitudine egentium pane excuſantur. 3. Vendere ſub haſta in caſtellis authoritate publica

publica quia aliis diebus non comparent emptores occupati agriculturæ. Bellare, fossas, aggeres, propugnacula, quandoque sucurrere ruinæ, tollere fruges ab alluvione, ab igne, ab incursione, ferrare equos in itinere, continuare iter excusantur similiter artifices qui continuatam exhigunt operam, ut coctio laterum, saponum, calcis. Similiter qui sunt adeo indigentes, ut non possint vivere sine labore excusantur audita missa, & dummodo secreto laborent ad evitandum scandalum.

Circa illos qui coguntur ex violentia laborare diebus festivis. Sciendum est, quod si illa violentia inferatur pure in detrimentum festorum, tunc potius moriendum est, quam patendum. Quia si quis tenetur potius mori, quam loco sacro injuriam facere, etiam tenebitur potius mori, quam tempori sacro nocere; utrumque enim est sacrilegium: unde Machabei potius elegerunt mortem, quam carnem porcinam comedere. Si vero inferatur injuria non festo, sed propter exaltationem operis, scilicet, nisi servi obediant, imminebit eis grave damnum in persona, vel in rebus, tunc ex necessitate imminentis damni vitandi poterunt laborare; audita tamen missa.

Ultima necessitas est utilitas publica, ut cursores qui non currunt propter privatum proprium damnum, sed propter bonum publicum, quia ars illorum hoc petit, quos non oportet damnare, ex hoc quod non permitatur non solum laborare, sed etiam sepe omittere missam propter publicam utilitatem: alioquim damnandæ essent aliæ artes quæ festorum violationem inducunt, ut ars navigandi, ergo poterunt & alij festa violare ob bonum publicum.

Quarto excusantur; missa tamen audita homines propter lucrum transitorium, & hoc indulsit Ecclesia, ut patet cap. licet de feriis, ut Alecia quæ quodam tantum tempore transeunt capere, pisces transitorios piscari, dummodo quædam pars detur pauperibus, & fiat de licentia Pastoris.

Quinto, occupari circa picturas ad discendum non pingendum, qui designant, quia hæc sunt spiritualia exercitia.

Sexto, propter consuetudinem populi Christiani alicujus territorij, ut tabernarij, hospites qui tolerantur ab Episcopis. Nautæ fluminum, vendentes, & ementes commestibilia, conducentes equos, nundinarum,

aut itinerum exercitia, his positis.

Dico primo, quod tenentur fideles non solum missam audire diebus festivis, sed etiam diem expendere in divinis laudibus, unde ad prædicationem, ad vesperas, & benedictiones, quia sic exigit jus divinum; voluit enim Deus, ut semel in hebdomada unus dies integer consumeretur in suo servitio, aliis vero corporalibus necessitatibus: unde qui post missam vane diem festivum insumunt ludis, venationibus, crupulis, & similibus lædunt jus primi principij divini.

Dico 2. quod causæ excusantes ab auditione Missæ sunt primo impotentia spiritualis, videlicet, si sit aliquis excommunicatus, aut interdictus. 2. Impotentia corporalis, quæ est duplex, una simpliciter dicta, altera moralis, ut honesta mulier quæ non habet unde vestiatur. Quæ est ex oculta fornicatione pregnans. Ob periculum pestis. Matres, aut Ancillæ quæ non possunt deserere domum, aut infantes propter elongationem ab Ecclesia. Ob intemperiem aëris, ut copia pluviæ, & nivium.

Dico 3. quod qui non possunt audire missam propter supradicta impedimenta tenentur audire spiritualiter, & vacare orationibus tempore celebrationis Missæ, & lecturis spiritualibus diem consumere. Unde.

Resolves primo, quod qui excusantur à celebratione festorum non peccant, quia cessat jus divinum, & Ecclesiasticum eos obligare.

Resolves 2. qui non celebrant festa eo modo quo diximus in tantum peccant, in quantum lædunt jus divinum, & Ecclesiasticum, quia jus jubendi sabbata custodire est penes Deum jus vero jubendi, ut dies dominica & cetera festa custodiantur est penes Ecclesiæ ministros, scilicet primo. Penes Papam. 2. Concilia. 3. Episcopos.

TRACTATUS XI.

De quarto præcepto id est de honore reddendo parentibus quod est primum secundæ Tabulæ præceptum.

NOTA quod sicut præcepta primæ Tabulæ edocent. Nos quomodo Deus sic colendus, idest quomodo jus primi principij divini sit servandum, ita alia Decalogi præcepta quæ

vocantur præcepta secūdæ tabulæ informant nos in ordine ad jus primi princ. inter proximi quæ primũ locum obtinet jus parentũ, qui habent jus in filios quoad generationem, quoad educationem corporalem, & spiritualem, & quoad nutritionem.

CAPUT I.

De honore debito parentibus.

Nota quod parentibus nomine veniunt. Pater, Mater, Avia Proavus Abæva & Superiores usque in infinitum. Imo magistri, pedagogi ita libro appellatione & verborum significatione. Magis propriè dicuntur omnes superiores usque ad tritavum. Glossa super libro 3. in verbo. Parentes ff. de. in jus vocando: reliqui vero superiores majores non parentes nuncupantur glossa super caput 2. extra de verbo significato succedunt Ecclesiæ Pastores, Præsides, Sacerdotes, Tutores Magistri.

Nota secundo, quod honor parentum consistit in reverentia, & sustentatione, reverentia impeditur, amando, obediendo, honorando, corde, verbo, & opere. Sustentatio requirit solatium, servitium, & administrationem temporalem.

Nota tertio quod hoc præceptum est affirmativum includens negativum. Unde D. Ambrosius libro octavo. in Lucam ait. *Lex quæ præmiserat diliges Dominum Deum tuum & diliges proximum sicut teipsum, subjecit honora patrem tuum & matrem tuam sicut teipsum, primus enim gradus iste pietatis est, ut quos authores tibi voluit esse Deus honores obsequiis, obstineas & contumeliis quia ne vultu quidem lædenda est pietas parentum, sive jus ipsorum.*

Quatenus est affirmativum requirit honorem internum, & externum erga parentes, juxta illud Tobiæ quat. cap. *Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo. Quasi fundamentum construe honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus.*

Quantum ad negativum D. Ambrosius ait. *Necesse est abstinere à contumeliis quia inquit ne vultu quidem lædenda est pietas parentum unde dicitur* Exodi 21. & Levitici 2. *Qui maledixerit patri aut matri morte moriatur patri matrique qui maledixerit sanguis sit super eum.*

CAPUT II.

Quid comprehendat obedientia filiorum erga parentes.

PRimo ut proles in rebus gravibus disciplinam & directionem parentũ sequatur, eorumque imperio se conformet, juxta illud Proverbiorum primo. *Audi fili mi disciplinam patris tui & ne dimittas legem matris tuæ.*

Secundo ut addiscat artes litterariam aut mechanicam; ne sudorem patris sui gratis consumet, & sint noscivi Reipublicæ.

Tertio ut caveat, quæ bono regimini familiæ adversantur: videlicet nocturno tempore circuneus & per plateas, & se exponat periculis furum, & latronum, & frequentet meretrices, prava consortia, lusus prohibitos invitis parentib. tandem ut filiæ male nominis pravos sequatur, qua in his lædit jus parentum, sicut & divinum; nam illo graviter offenditur Deus qui hoc prohibet; imo pœnam determinat, juxta illud Deuteronomij 21. *Si genuerit homo filium contumacem vel protervum, qui non audierit patris, aut matris, & coercitus Obedire comptenserit aprehendent eum, & ducent eum ad seniores civitatis illius, & ad portam judicij, dicentque ad eos filius noster iste protervus, & contumax est, monita nostra audire contempsit, commessaßionibus vacat luxuriæ, atque conviciis, & morietur ut auferatur malum de medio vestrum, & universus populus audiens pertimescat.*

Quæres an filij emancipati teneantur obedire parentibus. Respond. affirmativè cum D. Thoma lect. 1. ad Ephæs. 5. ubi ait. *Triplex conjunctio viri & mulieris designatur. Prima per effectum dilectionis, quia tantus est effectus utriusque inter ipsos, ut parentes suos relinquant; nam licet quoad reverentiam, obedientiam, & subventionem plus debeat diligere patrem, quam uxorem: attamen quoad domesticam societatem, adhæsionem, cohabitationem plus debet diligere uxorem: unde legitur Thobiæ honorem habebis matri omnibus diebus vitæ tuæ.*

Quæres 2. an in omnibus obedire filij parentibus debeant. Resp. & Dico primo. Filios non debere obedire parentibus in his quæ sunt contra Deum & animæ salutem, ut si pater præciperet furtum, mendacium, inobservationem festorum, auditionem concionum hæreticorum, vel si mater præciperet filiæ, ut venderet suam pudici-

tiam, non debent obedire quia in his nullum habent jus.

Dico 2. filios non debere obedientiam, quando vocantur ad statum Religionis, quia ut dicitur Actorum 5. oportet magis obedire Deo quam parentibus vel hominibus.

Quæres 3. an possint præcipere parentes ut Religionem ingrediantur filij vel uxorentur. Resp. quoad primum quod parentes qui cogunt filios ingredi Religionem excommunicantur à Concilio Trid. sess 23. cap. 18. quoad secundum filij non debent uxorari invitis parentibus, nec parentes debent ipsos cogere ad matrimonium.

CAPUT III.

An filij teneantur subvenire necessitatibus parentum.

DIco primo, graviter peccare filios qui in mortis articulo non curant, ut parentes confiteantur, & alia sacramenta suscipiant, quia præceptum Domini est. Joannis. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & non habebitis vitam in vobis.*

Dico 2. Filios quod ad necessitatem corporalem teneri sub peccato mortali parentibus succurere si possunt in necessitatibus, alioquin derrogant juri primi principij illorum secundo Joannis 3. dicitur. *Si quis habuerit substantiam hujusmundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet. in eo.* quia multo magis erga parentes. 3. Ecclesia 3. *Fili suscipe senectam Patris tui, & non contristes eum in vita illius, etsi defecerit sensu veniam Dei & non spernas eum in virtute sua, elemosina enim Patris non erit in oblivione.*

Dico 3 Matrem teneri curam habere de prole quam gestat in ultero. 2. Cavere ne prolem enacet faciat abortum.

Dico 4. Matrem teneri prolem nutrire proprio lacte si potest, vel bonæ nutrici lactandam præbere, quia hoc exigit jus prolis.

Dico 5. Patrem teneri alere filios, sive legitimos, sive illigitimos, eisque providere de necessariis, ut dicitur in Apostolo. Nec debent filij parentibus thesaurisare, sed parentes filiis.

Dico 6. Filij sunt instruendi ab anno septimo quando pervenerunt ad usum rationis, juxta illud. *Bonum viro cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua.*

Dico 7. Parentes teneri instruere filios suos suo bono

exemplo, providere de boni Pedagogis, quia præstantiora sunt exempla quam facta.

Dico 8. Peccare parentes quando nimis dure, & aspere increpant filios, & admodum eccedunt veræ correctionis, illud ad Ephesios 6. *Vos Patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros*, *hinc inferes & resolves*.

Quæres 1. in quibus casibus derogant filij juri primi principij parentum: ubi adverte. 1. Quidquid habent filij, habent à parentibus, ut corpus, bonam educationem, & sic circa ista habent parentes jus primi principij.

Secundo quidquid habent filij, sive scientia, sive educationis habent à Magistris, & sic Magistri habent jus primi principij erga discipulos.

Tertio præsides reipublicæ & Pastores, senes habent jus primi principij ab ipso Deo sic.

Respondeo 1. quod peccant filij contra jus primi principij parentum. Si odio prosequantur eos. 2. Si non obediant in his quæ respiciunt gubernationem familiæ, bonos mores, & salutem animarum. 3. Si maledicunt, & ad iracundiam provocent. 4 Si matrimonium sine causa contra ipsorum voluntatem contrahant. 5. Si non exequantur exequias, & ultimas voluntates. 6. Si non soluant debita, & legata pia. 7. Si injustè acquisita non restituant, sivè sint male acquisita per usuras, sive per rapinas, sivè per latrocinia, sive per injustas lites, quia in his omnibus derogant juri parentum qui dum vivebant tenebantur restituere cui juri succedunt filij.

Nota quod sicut parentes, & superiores habent jus in filios, & inferiores, ita filij & inferiores habent jus etiam primi principij à natura circa parentes, & superiores unde.

Quæres in quibus parentes derogant juri filiorum Respondeo. 1. Quando cum notabile damno non subveniunt necessitatibus filiorum. 2. Si non provideant de necessariis ad salutem, & ad corporalem sanitatem, & sustentationem sine gravi causa. 3. Si permittant ipsos ambulare per viam vitiorum. 4. Si non corrigant ipsos. 5. Si necessitant ad vota Religionis, vel impediant, vel ad matrimonium contrahendum minis, & blanditis. 7. Si exponant parvulos ad januas civitatis, aut in locis publiciis 8. Si Mater, aut Pater partialiter se gerant erga aliquos amando plus unum, quam alium, & hoc signis exterioribus patefaciant propter odia quæ inde nascuntur.

CAPUT IV.

De Filiis qui Patres percusserint.

ISta addo ad complementum obligationis filiorum erga parentes. Vbi nota quod nomine filij, veniunt etiam filiæ. c. filio ff. de verborum significationum 4. etsi aliquo casu possit dari forte aliqua fallacia, ut dicit Felinus, in hoc titulo nulla est ambiguitatis suspicio, cum eadem sit fœminarum, ac masculorum obligatio erga parentes, quæ cum ex dictamine sit naturæ ita spectare ad naturales, uti ad legitimos filios quippè est notabilis conclusio Abbatis super caput in præscam, num. 22. de probat. ubicumq; potest apparere de tacita voluntate disponentis aut ex verbo ipsius, aut quia eadem ratio militat in filio legitimo, & naturali semper appellatione filiorum veniunt etiam naturales, non solum in re favorabili, sed etiam in odiosa, & pœnali, eadem ratione Sancitum est in l. parentes ff. in jus vocando parentes etiam naturales non possunt in jus vocari, cum una sit omnibus parentibus servanda reverentia in casu nostro parentum nomine propriissimè accipiendi sunt pater, & mater qui nos genuerunt, quemadmodum in filiorum nomine soli veniunt illi qui ex marito, & uxore nati sunt, & non nepotes. Abbas super dist. cap. 2 & super præmio Greg. num. 9. quamvis æquitate, & honestate usque ad tritavos dilatari parentum, & interpretari possit cum & propria sit illa superstites facile cognosci possunt à filiis: non tamen ad vitricos, aut novercas eamdem significationem amplificare possumus, licet illi quoque obedientia deceat, & obsequium, cum tamen parentum nomine non veniant proprie, quæ improprietas non excludit optantes patres; pluries enim facit Ecclesia hujusmodi paternitatem, cum ex adoptione alicujus ad filium cognationem oriri velit, quæ matrimonium impediat contrahendum, & dirimat contractum cap. 1. de cognatione legali, & ibi glossa.

Percussio non coarctatur ad gravem; nam levis percussio facit idem in nostro casu, graviter enim peccat quicumque parentes leviter percutit. Ita Navarrus in manual. cap. 14. n. 12. oportet enim rapidum esse qui violentas injicit manus in parentes: cum autem ex odio & injuria percussionem præce-

dentibus jam actionibus peccaverit mortaliter, qui sic insurgit in parentes, nulla percussio etiam levis excusari potest à mortali, nisi forte casualis, aut jocosa fuerit. Hujusmodi percussionis nomine vocanda non erit apprehensio tantum per vestes, aut per brachium, nisi realis fuerit sequta percussio; etsi enim gravissima sit injuria, non est superioris judicia reservata, excluditur à culpa percussio in parentes facta ad necessariam sui, aut patriæ defensionem, ut per Covar. super caput. Reynatius de testamento num. 8. tunc enim plus teneamur patriæ, quam parenibus, percussor non est qui seipsum defendendo patrem percutit, quod verum sentendum est. Si pater percutiendo intendebat mortem, aut mutilationem inferrei, secus si correctionis, aut disciplinæ percutiat. Ex D. Thom. 22. 7. 66. art. 2.

Supradicti criminis gravitas attendi potest ex pœna indicta à Deo, ut patet exhodi cap. 21. ubi dicitur. Qui percusserit Patrem suum, aut Matrem. Deut. cap. 21. Si genuerit homo filium. Protervum &c. aprehendunt eum, & educent ad seniores civitatis& ut jam vidimus. Levitici cap. 2? dicitur qui maledixerit Patri, aut Matri sanguis erit super eum.

Impium hoc facinus est tale, ut vindictam exposcat à successore, ut qui Patrem percusserit sit repercutiendus, quod perbelle declarat Aristoteles lib. 7. Ethicorum cap. 9. Unde videtur natura ipsa ita aborrere, ut exigat vindictam: unde graviter puniendi sunt quos leges humanæ: imo ipsa natura puniendos declarat.

CAPUT V.

Quem honorem debeat marito uxor.

UXor debet diligere maritum suum, ut dicitur Thobiæ 1. Reprehendentes filiam suam osculat eam, & dimiserunt ire monentes eam honorare sacros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

Quæres in quo ille amor consistat. Respondeo in benignitate erga maritum, & reverentia. Cum dicit D. Paulus ad Titum 2. & ad Ephæsos 3. *Anus similiter in habitu sancto ut prudentiam doceant adolescentulos, ut viros suos ament.* 2. in subjectione, ut docet D. Paulus ibi. *Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino quia*

quia vir est caput mulieris sicut Christus est Caput Ecclesiæ, ipse Salvator corporis ejus, & sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita mulieres viris suis in omnibus: Vnde Paulinus instruens Celantiam egregiè docet dicens. *Precipuè autem in conjugio venerabili, atque inmaculato Apostolicæ Regulæ ordo. Teneatur, servetur in primis viro authoritas sua totaque pietate discat domus quantum illi honoris debeat, tu illum Dominum obsequio tuo, magnum illum humanitate demonstra, tanto ipsa honestior futura, quanto illum amplius honoraveris; caput enim ut ait Apostolus mulieris est, vir nec aliunde magis reliquum corpus ornatur quam capitis dignitate*: Vnde idem alibi docet. *Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in Domino. Sed & Beatus Petrus Apostolus ait similiter subditæ sint viris, ut hi qui non credunt verbo per mulieres conversationem sine verbo lucrifiant.*

Sed quæres quid sibi vult sicut Domino. Respondeo propter Christum, sivè ut concordes sint; nam caput & membrum debent concordari, non vero vir debet esse Dominus sicut est servi: unde.

Resolves primo uxor peccat contra jus primi principij viri. Quandò spreto viro mulier ad nutum suum quævis gubernat, seque inobedientem exhibet marito in his quæ ad bonum domus, ac familiæ Regimen necessaria sunt, quia vir est caput mulieris quod habet jus supra familiam ergo derogatur tunc juri viri.

2. Quando ex contemptu mariti illi non præstat obedientiam debitam in justo præcepto, quale est, ut superflua varia moresque incompossibiles exuat, quæ modestiam honestarum mulierum dedecent.

3. Quando rixis, linguis provocat uxor maritum ad iracundiam, & blasphemiam; unde dicit sapiens Ecclesia. 21. *Commorari Leoni & Draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam.* Vnde Jansenius ait simile est apud Salomonem in proverbio. *Melius est habitare in terra deserta quam cum muliere rixosa, & iracunda.* Hiperbolicè autem hæc sententia dicta videtur ad significandum, quam intolerabilis sit & noxia malitia mulieris, & quod cum Leonum, Draconam sævitia, arte superari possit, illius malitia ægrè vincatur, aut nullo modo. Item quod præstet subita mortè à feris proximi, quam lenta morte, & diuturne per malitiam improbæ uxoris cruciari.

4. Quando marito uxor debitum negat juxta Apostolum 1. Corint. 7. *Vxori vir debitum*

reddat, similiter autem uxor viro, mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, alioquin derogaretur. Juri primi principij utriusque.

5. Quando mulier non vult sequi maritum alio migrante; tenetur enim sub mortali sequi virum, quia vir habet jus supra ipsam per matrimonium, juxta illud Divi Petri, *Subjectæ propriis viris, sicut Sara obediebat Abrahæ.*

6. Debet servari thorus innoxius ex utraque parte, quia debet servari jus primi principij: imò maritus debet reddere debitum uxori etiam gravidæ, non potest denegare ob nimiam filiorum multitudinem sunt qui tenent virum posse, accedere ad mulierem puræ delectationis causa, licet D. Thom. id neget.

CAPUT VI.

Quem honorem debent uxori maritus.

DIco quod maritus tenetur uxorem diligere velut Christum Ecclesiam: ut dicit Apostolus ad Ephæsios 5. *Viri diligite uxores vestras quemadmodum Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet tibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata; ita ut, & viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit seipsum diligit; nemo autem carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam, sicut Christus Ecclesiam; quia membra sumus de corpore ejus de carne, & ossibus ejus ex quibus.*

Inferes 1. quod peccat contra jus primi principij Vxoris maritus qui uxorem suam verberat atrociter, quia non est serva, sed socia: unde dicit D. Chrysostomus homilia 26. *Et vos viros illud admoneo nullum sit tam magnum peccatum, quod ad verberandam uxorem vos compellat, & quid uxorem dico? Ne servam quidem verberare, & manus in eam injicere viro libero esset tolerandum, quod si servam viro verberare maximæ ignominiæ est, multomagis contra liberam dextram extendere, &c.* Et sapiens Ecclesia 4 ait. *Noli esse sicut Leo in domo tua evertens domesticos tuos, & opprimens subjectos.*

Inferes 2. Maritum peccare contra jus uxoris, si contra ipsam verbis diffamatoriis utatur, & adulteram vocare, aut aliqua aficere injuria.

3. Facit maritus contra jus uxoris si non vult reddere debitum, ut jam diximus quod clara

patet.

4. Si maritus dissipet rem communem, largas faciat donationes, ludis excessivis utatur, vel occupetur.

Nota primo, quod si maritus tantum contraxit mala fidè, potest uxori reddere debitum, non petere, quia propter malam fidem mariti uxor non amittit suum jus in maritum.

2. Maritus factus impotens, nec potest reddere, nec petere debitum, quia tunc matrimonium privatur suo fine, maritus sanus non tenetur reddere debitum uxori laboranti morbo caduco, aut contagioso, quia ille morbus aufert jus uxoris, & maritus eximitur à sui juris exercitio.

3. Licet maritus possit occidere mulierem deprehensam in adulterio juxta leges civiles, nec possit puniri propter justum dolorem: non tamen in conscientia, quia non habet jus primi principij supra uxoris vitam, sed Deus per participationem per lamenta.

4. Maritus qui in causa necessitatis baptisat filium potest petere debitum; non vero extra necessitatem, quia contrahitur affinitas quæ aufert, aut suspendit jus primi principij.

5. Quando uterque committit adulterium non possunt separari, neque quando maritus dedit occasionem uxori, quia nullum amittitur jus; nam uterque fraudando fidem remanet in suo jure: quando vero uxor tantum materialiter commisit adulterium conjuncta cum alio viro putans esse suum, aut per vim cognita, non potest separari, quia jus mariti non læditur per involuntarium adulterium, quando vir post adulterium cognovit uxorem non potest separari, quia restituit vir per illum actum suum jus, & videtur restaurasse jus uxoris suæ.

6. Maritus potest invita adultera transire ad Religionem, ut patet ex cap. Togatosa 38. q. 2. non tamē aliam ducere vivente uxore, quia licet adultera amiserit suum jus, non tamen totaliter, sed tantum suspenditur.

CAPUT VII.

Quid Fratres sibi invicem debeant.

Nota quod fratres ad invicem sibi debent obedientiam reverentiam, subventionem, & amorem.

Nota 2. in veteri testamento tenebantur Fratres honorare primogenitum, juxta illud genesis 27. *Esto Dominus Fratrum tuorum, & incurventur ante filii*

matris suæ : Modo verò primogenitus habet tantum hoc privilegium, ut succedat naturaliter in bonis feudalibus.

Dico primo, quod Fratres tenentur obedire primogenito in omnibus licitis, & honestis præcipuè quando tene locum Patris, aut Tutoris.

Dico 2. teneri eos succurrere ipsi in necessitate existenti, juxta illud Joannis 3. *Qui habuerit substantiam hujusmodi viderit fratrem necessitatem habere & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo.*

Dico 3 quod in casu quo frater fuisset exhæreditatus à Patre, Frater ipsius tenetur illi succurrere. Imò egredi ex religione si opus esset, ut ipsi necessaria suppeditaret.

Dico 4. quod frater tenetur suum fratrem diligere, id est præ cæteris hominibus, quod libet ipsi utile promovere, & amovere nociva : undè probatur 6. dicitur. *Sextum quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus, cum qui seminat inter fratres discordias.* Amos 1. dicitur. *Hæc dicit Dominus super tribus sceleribus Edon, & super quatuor non convertam cum eo quod persecutus sit gladio fratrem suum, & indignationem suam servaverit usque in finem.*

CAPUT VIII.

De officio famulorum & ancillarum.

IN tribus derogant famuli, & ancillæ juri Dominorum. Quando non ipsos honore prosequuntur, quando non sunt fideles, & quando non servant obsequium suum debitum.

Honor est duplex interior, & exterior ; Interior consistit in cognitione superioris, & in timore reverentiali. Exterior consistit in hoc, ut caveant à verbis contumeliosis, probris conviciis, & maledictionibus, ut non se extollant ; ut nimia libertate sibi vindicent gubernationem domus, ne insurgant in superiores, levantes manus in superiores suos.

2. Debetur Dominis fidelitas, ut præcipit Apostolus isto dicens. *Servos Dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, & non contradicentes, & non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri ornent in omnibus.*

3. Debetur obsequium Dominis, ut dicit Apostolus ad Ephæseos 6 *Servi obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri sicut*

Christo: non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus, scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc recipiet à Domino suo servus liber; Ex quibus resolves quod servi qui in istis deficiunt peccant, quia derogant juri suorum Dominorum, sed sicut Domini habent suum jus in servos, ita servi habent suum quod servare debent Domini, ne lædatur tale jus, & peccent: unde sic loquitur Philos. Judæus de servitute Ægyptiaca. *Lex divina regulas juris non fortunæ sed naturæ accommodat*: Ideo docet Dominos non abuti sua potestate contra famulos, cavere que ab insolentia, contemptu, atque sævitia: nam isti à non sunt indicia placidi animi, sed impotentiæ tyrannicæ exercentis licentiam pro arbitrio; qui enim domum suam tanquam arcem munit neminem domesticorum sinens loqui liberè asper in omnes præagnata vel etiam affectata sævitia tyrannus est, apparatu tantum minorem deferens ex quo.

Resolves primo Dominus qui non dat alimenta sufficientia servis lædit jus ipsorum, & peccat, nec debet nimis delicatè nutrire ipsos, sed respicere statum uniuscujusque.

Resolves 2. Dominus qui denegat servis mercedem suam secundum pacta, & conventa peccat, quia lædit ipsorum jus juxta illud Eccles. 7. *Ne lædas servum in veritate operantem*, & *servi non debent plus accipere quam conventum est.*

Resolves 3. Dominus qui servos afficit injuriis peccat, quia lædit jus ipsorum, & facit contra jus divinum juxta illud: *Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudas illum libertate, neque inopem derelinquas cum ait sapiens, possunt tamen & debent corrigere eos cum charitate.*

Resolves 4. Dominus qui non attendit ad salutem servorum, & non curat ut Sacramenta frequentent, & abstineant à vitiis peccat, quia lædit jus suum.

Quæres quid requiratur, ut punitio domesticorum justa & legitima, & licita sit. Respondeo tria requiri 1. causam puniendi. 2. Conditionem personæ punibilis. 3. Rectam intentionem puniendi, quoad pœnam debet compensari delicto juxta illud Clementis Alexandrini lib. 3. *Pedagogi neque vero tanquam jumentis famulis utendum est.*

Quoad 2. Scias quod sunt aliqui servi qui propter suam debi-

litatem, & ætatem, & conditionem non licet verberare.

Quoad 3. Requiritur ut percussio non fiat ex odio sed ex charitate ut emendetur, & ex zelo justitiæ alioquin Dominus excedit suum jus.

CAPUT IX.

De Senibus honorandis.

DIco primo quod honorandi sunt senes, ut dicitur Levit. 19. cap. coram Cano cap. *Consurge & honora personam senis, & time Dominum tuum*: Imo honorandi sunt senes vitiis dediti, licet vocentur illi in scriptura pueri, juxta illud Ecclesiæ 8. *Ne aspernas hominem in senectute suâ, etenim ex nobis senescunt*; unde Jansenius hoc loco ait. *Non enim ob sensum. Homo spernendus est, sed honorandus.* Juxta illud Levitici 19. coram cano. cap. *Consurge & honora personam senis: attamen sunt juvenes qui sua fortitudine elati, atque infirmitatem senum considerantes, aut vitia quadam per ætatem in eis observantes insolescere, ac demonstra eos, & irridere, atque ignominia afficere quos hic reprimit Sapiens consideratione senectutis, nam inquit ex nobis senes fiunt, atque senectus etiam tibi spectandum est, nec putandum est te semper in vigore, qua es juvenis permansurum.*

Dico 2. quod Sacerdotes & præcipue summus Pontifex sunt honorandi, ut dicitur Ecclesia. 7. *In tota anima tua time Dominum & Sacerdotes ejus sanctifica.* Unde Jansenius ait. *Deus est ob excellentiam suam venerandus, ita & Sacerdotes ejus propter ministerium ejus suscipiendi sunt, & in veneratione habendi.*

Dico 3. quod summo Pontifici debetur reverentia ut Legislatori 2. ut vices gerenti Dei, juxta illud qui vos audit me audit & sic qui summũ Pontificem spernit Deum spernit.

TRACTATVS XII.

De quinto præcepto id est de voluntario homicidio.

CAPUT I.

NOta quod Manichæi putabant non licere occidere bestias. Vvaldentes dicebant nullum hominum occidi posse etiam publica authoritate.

Dico quod in hoc præcepto solus homo prohibetur occidi contra rectam rationem. Probatur 1. genesis 9. *Quicumque*

effuderit humanum sanguinem fun detur sanguis illius. 2. Exodi 21. *Qui percusserit hominem volens occidere eum morte moriatur, & si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari meo evelles eum ut moriatur.*

Dico 2. quod licet Magistratui occidere malefactorem homicidam publica authoritate contra Anabaptistas. Contra Donatistas in Concilio Constantiensi sess. 15. cap. 14. condemnatos. Contra Joannem Hus, & Lutherum dicentes non esse licitum Magistratui occidere etiam publica authoritate hæreticos, & contra unum Catholicum dicentem posse interfici nullum, nisi sit expressum à lege veteri, ut ariolum, adulterum, homicidam, blasphemum, maledicentem parentibus juxta ea quæ habentur Levitici 2. & Exodi 21. & Deuteronomij 21. & 22. Probatur Mathæi 26. qui acceperit gladium gladio peribit.

Dico 3. quod ut magistratus possit punire aliquem morte requiritur primo, ut fiat vel ex officio, vel ad instantiam Patris. Illud ex officio dicitur quando præcedente aliqua infamia, vel denunciatione delicti judex capit informationem, & format Inquisitionem contra authorem ut veniat ad plenam informationem & sententiam. Alterum quando ad instantiam Patris pars offensa, vel alius legitimus accusator libellum accusationis porrigit, & in se onus probandi suscipit.

2. Necesse est, ut nihil definiat in præjudiciũ Rei, nisi ipso audito, & testibus legitimè examinatis, ut dicitur act. 25. non est consuetudo communis condemnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina : quæ objiciuntur.

Dico 4. eum occidi posse qui alterum aggreditur interficere, vitæ tuendæ causa, si aliter repelli nequeat ; ita tamen, ut proprium voluntatis objectum non sit mors alterius, sed propria defensio. Ut patet capite significasti de homicidio ubi dicitur vim vi repellere omnes leges, omnia jura permittunt cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam.

Dico 5. licet occidere aliquem pro defensione rerum suarum, ita tamen ut sine illis vita non possit commoda vitæ corporalis conservari, & aliud remedium non suppetat quam occisio invasoris. Hoc colligi-

tur ex capite exodi 22. ubi Deus permittit nocturnum furem occidi, quia fur nocte cognosci non potest, ut Dominus rem suam ablatam judicio repellere possit. 2. Ex jure Canonico; nam cap. olim de restitutione spoliaque ubi deprehenditur licitum esse rerum suarum usurpatores. injustos statim ac inotescerint vi repellere, quia repulsio sæpe aliter, fieri non poterit, quam occisione, & clarius cap. dilecto de sententia excommun. in 6. ubi dicitur dilecto filio Decano Aurelianensi; præterea cum omnes leges omniaque jura vim vi repellere cunctisque sese defensare per vitam licuit utique ipsi Decano (Si prædictus Ballium. Cum bonis suis mundanis injuriose spoliares videlicet ea violenter occupare præsumpserit, ut superius est expressum.) Contra illius violentam injuriam se tueri. Porro cum illo docemus etiam spirituali gladio excommunicationis se juvisset additur & quidem cum liceat cuilibet suo vicino, vel proximo pro repellanda ipsius injuria suum impertire auxilium; imò si potest, & negligit videatur injuriantem favere ac esse particeps ejus culpæ, licuit profecto ipsi Decano proprio sibimet sub venire subsidio, & suam, & temporalem injuriam sua propria spirituali defensione tueri, sicque utrumque quoddammodo gladium, & temporalem, & Ecclesiasticum alterum vide. licet altero adjuvare: maxime, quia hi duo gladii consueverunt exigente necessitate sibi ad invicem suffragari, & in juvamen alterius subventione, mutua frequentius exerceri.

Dico quod licet pro defensione castitatis invasorem occidere. Ratio est quod sicut licitum est occidere pro defensione membrorum, & bonorum temporalium, ita à fortiori licitum erit pro defensione honoris, & castitatis, aut alterius virtutis; cum bonum virtutis aliis sit præferendum rebus majusque periculum immineat in istis, quam in aliis, quia tunc per illam defensionem utitur jure suo naturali, quod licet vim vi repellere, ultra quod se ponit periculo consentiendi peccato propter difficultatem continentiæ, dum non facit quod potest.

Dices posset virgo invasori parcere, & mente resistere quia tunc non peccaret, & evitaret mortem spiritualem invasoris, quod majus est bonum juxta illud non coinquinatur corpus, nisi de consensu mentis.

Respondeo quod virgo se exponit periculo consentiendi, & stuprata

ſtuprata potentia ſe deinde male agendi, ultra quod: per ſtuprum amitteret clauſtrum virginitatis, & privaretur titulo, & nomine pudicitiæ quantum ad aliud Dico quod propter malitiam alterius nemo debet privari proprio bono.

Dico 5. quod nemini licet ſeipſum directè occidere, quia primo eſt contra præceptum non occides. 2. Quia per hoc fit injuria juri Divino, quia ſolus Deus eſt Dominus vitæ & mortis hominum, ut diximus, & ut dicitur Sapiens. 16. *Tu es Domine qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & educis uſque ad portas mortis, & reducis: homo autem occidit quidem per malitiam animam ſuam, & cum exierit ſpiritus non revertetur.*

Dico 6. Nemini licere ob ærumnas hujus vitæ finiendas, & citius vitam externam aſſequendam ſe occidere juxta illud Job. *Militia eſt vita hominis ſuper terram equivolum pie vivere in Chriſto ſi percutionem patiuntur.* Ergo cum vita noſtra ſit plena miſeriis oportet vivere cum illis.

Dico 7. Aliquando licitum eſt indirecte pro bono publico, & fide Catholica ſibi procurare mortem, ut patet quando militi jubetur ſtare ſuam ſtationem in qua infallibiliter occidetur, imò ad hoc exponitur, & hoc ex juſtitia tenetur, aliquandò ex charitate, cum agitur de converſione alicujus ad fidem, vel vacillatione alicujus in fide.

Dico ultimo, quod nemini licet uti cibis nocivis ad abreviandam vitam ut patet.

Nota quod directe voluntariũ eſt illud in quo primo, & per ſe fertur voluntas. Indirecte voluntarium eſt illud quod voluntas potuit prohibere, & non prohibuit. Ita D. Tho. p. 2. q. 77. art. 7. quod aliis verbis dicit ibidem q. 6. art. 3. directe voluntarium eſt illud, quod procedit à voluntate tanquam ab Agente: indirecte vero voluntarium eſt quod procedit à voluntate non agente. Quemadmodum ſubmerſio navis dicitur voluntaria indirecte gubernatori, quia male gubernavit, & non eſt ſatis non feciſſe, niſi quis teneatur, & poſſit, ut latius patet apud D. Tho. D. q. 6. & eodem articulo, dicitur etiam voluntarium in ſe, & voluntarium in cauſa. 1. Eſt illud in quod voluntas directe fertur. 2. Eſt illud in cujus cauſam voluntas directe fertur, non in effectum, ita D. Tho. ut ſupra q. 77. v. g. Titius injuria affectus à ſempronio volens illum mutilare, non vero occidere, gladio occidit, quia non

potuit attemperare manum, quim graviter læderet: hujusmodi mors est involuntaria in se, & in causa fuit voluntaria, quia percussio fuit voluntaria ex qua secuta est mors. Cum ergo voluerit percussionem, dicitur voluisse mortem, debuit enim præcavere, & sic mors illi imputabitur ex cap. finali de homicidio ita de aliis, ut qui in die nimis familiariter loquutus est cum femina, in nocte somnians incidit in pollutionem, & illa pollutio est voluntaria in causa: scilicet in allocutione ita D. Tho. 22. q. 30. art. 1. item qui mulierem pugnantem percussit ex quo secutus est abortus, dicitur abortus voluntarius in causa.

Quæ per accidens fiunt, & raro nullomodo dicuntur voluntaria: propterea non imputantur 23. q. 5. de occidendis. Sive ergo quis homicidium commiserit, directe, & voluntate explicita intendens occidere, sive quia aliquid ex proposito fecerit ex quo immediate, & per se occisus est homo, quamvis præter intentionem, dummodo illud fiat ex quo per se sequta est mors, dicitur perpetrasse homicidium voluntarium, & sic talis ut verus homicida est puniendus.

Ex quibus concluditur homicidia quæ fiunt à furioso, ab impuberi, à dormiente, ab ebrio, & à casu involuntaria dicuntur, & culpæ non adscribuntur. Quod furiosus hominem occidens reus non sit patet ex cap. illud 15. q. 1. nec refert, utrum quis propria culpa inciderit in furiam; satis enim suo furore punitur, & potius ad peccati pœnam, quam ad peccatum ipsum pertinet furor. 3. q. 9. judices glossa super caput. Siquis insaniens. ff Sed hoc in verbo. Propria- 15. q. 1. intellige furiosum ex causa tempore furoris lucida habentem intervala & non sit continuus furor excusari occidendo. Ita Abbas. Si furiosus: quemmadmodum furiosus non potest esse testis. 6. Qui testem libro furiosum, neque Religionem profitetur. 1. 7. q. 2. Gonsaldus, nec baptismum recipit, nisi ante furorem baptismum postulaverit. Extra de baptismo. cap. majores. Impubèr etiam qui doli capax non est, non imputatur homicidium ad culpam. Dist. cap. illud. Qui vero dicendum sit de doli capace, dico quod ex signis, & circonstantiis audiendum erit, de quo fusius covardus ubi supra.

Dormiens æquiparatur furioso, si quidem præter voluntatem egit, & sic culpa vacat 15. q. 1. Si concupiscentia, nisi

vigilans sciret super somnum solere arma capere, & ad percutiendum rapi; debuisset enim præcavere, ne solus dormiret, & cameram claudere, aut saltem socium moneret, alioquim non excusatur à culpa; licet mitius puniatur.

Difficultas est de ebrio, pro quo dico, quod in ebrio tria sunt consideranda. Potatio vini, ebrietas, & homicidium. Potatio est directe voluntaria in se, quia absolutè voluit vinum bibere. Ebrietas est voluntaria tantum in causa; licet enim ex industria, & directe noluerit inebriari; scire tamen debuit ex immoderata vini potatione posse inebriari: propterea debuit abstinere, & cum non se abstinuerit, ebrietas est voluntaria in causa, scilicet potatione, & homicidium est tantum voluntarium per accidens. 15. quis. 1. quia licet aliqua culpa præcesserit, id est potatio nimia vini: tamen non fuit causa per se homicidij, sed ebrietas: quare ebrietas fuit voluntaria in causa, non homicidium, sed per accidens; si tamen soleret ebrius arma capere homines offendendo, dando operam illicitæ, & immoderatæ potationi, tunc non esset immunis à culpa homicidij.

Casuale quoque homicidium excluditur, quia cum casus sit causa agens præter intentionem non est peccaminosum.

Sic quodcunque opus illicitum ex quo sequitur homicidium non facit operantem reum illius, nisi illud illicitum sit causa propinqua homicidij ad quod sit ordinatum ex natura sua, aut ex operantis intentione, ut notat Sotus de justitia, & jure lib. 5. q. 1. art. 9. quare illicitum opus dicitur, quia prohibetur ratione periculi ad mortem. Ita covardus ibidem. Si quis ergo pulsans campanam tempore interdicti quo non licet, occidat tintinabulum cadere, & aliquem occidere, talis non erit reus homicidij. Ex cap. Joannis extra de homicidio; etsi enim dederit operam rei illicitæ propter interdictum: nihilhominus res non erat illicita præcise propter homicidium. Quicumque dat operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam quam debuit, non culpatur de homicidio quod sequitur. Ex glossa super dist. cap. sicut dignum, & ex cap. dilectus, & cap. ad audientiam de homicidio. Si non adhibuit diligentiam, potuit, & debuit, imputatur ei homicidium propter negligentiam quæ æquiparatur culpæ, ut ex juribus supradictis, & dicta glossa, & dicitur, homi-

cidium indirecte; ſcias tamen omnes fortuitos caſus prævideri non poſſe.

CAPUT II.

De Mandantibus, aut conſulentibus.

Dicendum eſt cum felino ſuper caput. Sicut dignum. Numero 14. de homicidio. Ubi tenet mandantem, & conſulentem æquiparari cum faciente: propterea dicit, quod his caſibus quibus ſimplex ſacerdos non poſſet abſoluere malefactorem, non poterit etiam abſoluere mandantem, & conſulentem, dummodo is alias non eſſet facturus juxta gloſſam ſuper caput nuper in verbo conſilium impediendo. Extra de ſententia, excomm. quia conſulens alias non facturus ſecuto effectu eadem pœna punitur, qua faciens. Covardus ſupra diſt. ſi furioſus 2. p. ff. 2. num. 1. Secundo quia eadem reſervationis ratio militat contra mandantes, & conſulentes homicidium, quæ contra facientes. Illi tenentur de homicidio caſuali. cap. finali de homicidio, lib. 6. Tertio quia mandantes, & conſulantes homicidium vere dicuntur homicidæ. Ex cap. pernicioſa. Diſt. 1. ſaltem in foro animæ.

At ne temere abſoluantur homicidæ ſciendum eſt eos teneri ad expenſas factas pro medicis, & aliis, & ad omnia lucra quæ occiſus vero ſimiliter feciſſet toto vitæ ſuæ decurſu. Quia ad ea tenetur in quibus fit læſio juris primi principij proximi, ſed in ſupradictis læſit: ergo. Ita Abbas num. 5. extra de injuriis: non tamen tenebitur ad expenſas funeris, quia illæ neceſſario faciendæ ſunt.

In æſtimandis lucris penſendus eſt ſtatus hominis, tempus qualitas. Ætas. Debent computari periculo communia, & propria; nam magis periclitatur qui habet plures inimicos, quam alius. Qui navigat, quam qui non navigat. Item penſenda ſunt pericula ipſius lucri, quia is poterat infirmari, & tali ſalario privari. Detrahendum eſt omne illud quod occiſus conſumpſiſſet.

Cavendum eſt, an parentes ſint pauperes, & ſenes qui ex operibus occiſi. Habenda eſt ratio modi occiſi, ut ſi per inſidias occiſus ſit. Si occiſus litteris, & doctrina ſit præditus. Si occiſor non ſatisfecit, hæredes tenentur ſatisfacere, ſi ſint ſufficientia bona relicta.

Nota, quod homicida tene-

tur alere solos hæredes necessarios, ut filios, &c. Hæredes vero voluntarij, ut fratres, propinquos, quibus de rigore juris non datur successio non tenetur alere nec occisor, nec hæredes occisoris. Sed difficultas est, cum restitutio proveniat ex ratione rei acceptæ, aut malæ acceptionis, hæredibus debeatur Dominium suarum rerum, an teneatur occisor damnificare. Respondeo affirmative.

Nec obstat dictæ obligationi, quod occisor fuerit punitus à judice, vel in ære, vel in corpore: siquidem illa pæna satisfafacit tantum injuriæ Reipublicæ. Cum ergo diversæ sint obligationes, quia diversa sunt jura, una per aliam non tollitur, sed sin ulla sit facultas apud occisorem, consilium erit, ut satisfaciat præcibus continuis, longa peregrinatione, qui mandato alterius aliquem occidit, non tenebitur ad illa, si mandans satisfecit.

Quæstio gravis est an qui accepit prætium, ut occideret Petrum, v. g. teneatur ad restitutionem prætij, vel tuta conscientia possit retinere.

Dico, quod homicida tuta conscientia poterit retinere prætium acceptum, dummodo acceperit à persona potente donare, & non sit condemnatus à judice ad restitutionem in pœnam sceleris ita Angelus verbo resti. Sylvester verbo eleemosina.

Circa illos qui tenent restituendum esse pauperibus, quando non scitur Dominus.

Dico, quod quotiescunque restitutio non est facienda donatori, sive habenti jus primi principij, tunc non est de præcepto, sed de consilio, ut detur pauperibus, loquor ex natura rei, quia si sit decretum aliquod Pontificium, quo detur arbitrio Episcopi non loquor. Nam ipsum restitutionis indicat; quippe non est proprie restitutio, nisi res in proprio suo loco statuatur; dicitur enim restituere quasi retro statuere: ex adverso autem nihil est tam naturale, quam ut sibi acquiratur illo quod à Domino non invito traditur, nisi speciali jure Dominij translatio prohibeatur ut res symoniace accepta. Non sic est in rebus turpiter gestis, etsi enim homicida turpiter accipiat prætium homicidij: non tamen injuste, sed ratione laboris, etsi contra justitiam accepisset, potius hæredibus, quam pauperibus restituendum esset; quo tamen nullus dicit, ergo tuta conscientia poterit sibi retinere. Ita Navarrus in manu. cap. 17.

num. 41. quando vero pauperes ſuccedunt loco Dominorum incertorum, tunc qui debet poterit reſtiuere. Ubi pauper. Navar. cap. 21. num. 123 quare Sacerdos de rigore juris non poteſt privare occiſorem re ſua; permittitur tamen in pœnam ſceleris.

Multi ſunt immunes à reſtitutione propter homicidium, ut miles qui occidit in juſto bello extraneos qui jam ante bellum principi inſerviebat, nam ſubditi tenentur inquirere de juſtitia belli, non alij.

Judex, & Miniſtri juſtitiæ non tenetur ad compenſationes, quia non occidunt, ſed lex, dummodo non injuſte agant, aut turpij lucri gratia.

Excommunicatum occidens zelo matris Eccleſiæ peccat 23. q. 5. excommunicatorum. Nocturnum furem occidens excuſatur. Extra de homicidio ſi perfodiens: diuturnum vero furem tunc ſolum licet occidere, quando armis ſe defendit ne capiatur cap. eodem: tamen in foro conſcientiæ quando ſcitur furem venire tantum ad furandum non licet occidere.

Qui occidit aliquem ob ſuæ pudicitiæ defenſionem, vel ſtupri, vel adulterij, vel ſodomiæ, ſi alias non poteſt evadere non peccat, quia utitur jure ſuo, & ceſſat jus primi principij proximi obligare, ſicut in præcedentibus caſibus, & ſequenti.

Si Clericus pro defendendis rebus occidat peccat, licet res etiam Eccleſiaſticæ furentur, imo ipſam Euchariſtiam. Extra de homicidio. cap. ſignificaſti; niſi tunc latro vim armis faceres, quia eo caſu pro defenſione propriæ perſonæ poteſt Clericus occidere, quia utitur jure ſuo, & jus alterius ceſſat.

CAPUT III.

De ſuffocantibus proprios filios.

Mium, quod homicidium caſuale excuſetur, non ſuffocatio filiorum, cum utrumque ſit involuntarium: tamen ultimum prohibetur. Ratio diſcriminis eſt, quia ſuffocatio naſcitur ex periculo præviſo, non remoto: homicidium vero caſuale pendet à cauſis per accidens, quæ omnes prævideri non poſſunt: periculum vero ſuffocationis filiorum propriorum, ita promptum ut nemo poſſit dicere dum in proprio lecto ponuntur filij illud præviſum non eſſe, cum remotum non fuerit, damnat ipſos ſuffocationis Authores, & quia pro-

hibitum est à canonibus. Tenellos infantulos in eodem lecto collocare. 2. q. 5. consuluisti; ideo sunt coercendi, ne pueros ponant ad lectum: unde peccant, quia derogant juri primi principij canonnm & juri proximi.

CAPUT IV.

De Abortu. Qui Abortum procuraverint effectu secuto.

ISTud peccatum quod derogat juri primi principij proximi olim erat reservatũ soli summo Pontifici ex Bulla Sixti V. data 4. Calendas Novembris anno 1588. quæ incipit Effrenatam. Verum quia nimis apparuit rigorosa, siquidem comprehendebat omnes consulentes, mandantes, adjuvantes, sive animatus esset fætus, sive non, & ultra pœnas homicidij statutas excommunicabat ipso facto omnes supradictos, absolutionem soli Papæ, & successoribus reservans derogando omnibus privilegiis, jubileij, imo privilegio capitis sola excluso mortis articulo; Clericos vero dignitatibus, & beneficiis privabat, etsi ocultum esset delictum: convictos vero prius degradatos tradebat curiæ sæculari morte afficiendos, Gregorius XIII. Kalendis Junij 1591. declaravit, quod procurantes abortum essent immunes ab excommunicatione quantum ad fætum animatum; circa vero termi. num juris communis restituit; cum tamen casus iste ad homicidium pertineat, Episcopi reservari voluit.

Procurare excludit abortum casualem, & significat voluntarium. Quicumque ergo voluntarie dat operam abortui ex quo sequitur effectus reus est homicidij. Non excluduntur illi qui rei illicitæ dant operam ex quo sequitur abortus.

Procurare abortum non solum dicitur mulier pregnans quæ pharmaca recipit, aut aliud agit ex intentione abortus, sed medicus, pharmacopola præparans, consanguineus aut amicus adjuvans, sed adulter, aut stuprator imperans, mater, aut soror consulens, si consilium fuit causa fine qua non; quippe omnes isti procurantes secuto effectu fætus animati excommunicantur, non secuto peccant graviter. Ita Navar. in manu. cap. 15. num. 14.

Tempore abortus vel fætus est animatus, vel non: quamvis autem masculus animatur 40. die, femina 80. nihilho-

minus post 40. dies in dubio præsumitur uterque animatus ibi glossa in verbo dubia, licet in foro contentioso mitior pars sit eligenda. Licet fœtus non sit animatus: tamen mortale est peccatum procurare abortum, quia impeditur fœtus ne nascatur. Quicumque dat remedium, ne mulier concipiat, peccat mortaliter, licet istud peccatum non comprehendatur in casu abortus.

Grave dubium oritur, an pro incolumitate matris possit procurari abortus absque peccato. Felinus putat posse fieri, si fœtus non sit animatus ad salvandam matrem; cui sententiæ subscribit Sylvester. Verbo modicus. q. 2. Navar. in manu. cap. 19.

Qui tenent posse procurari abortum, sive fœtus sit animatus, sive non, dicunt quod mater habet jus principij supra fœtum suum & sic agere potest contra ipsum tanquam contra injustum aggressorem vitæ suæ. Qui vero tenent posse procurari fœtu inanimato tantum, dicunt quod mater agit tunc contra inimicum expellendo illum, si vero sit animatus fœtus, tunc non habet, quia nullus particularis habet jus in vitam alterius, & mater obligatur servare depositum suum, cujus est tantum depositaria. Sicut virgo non potest prostituere suum corpus, quia est tantum depositaria illius.

Azorius tenet, quod si matris periclitetur vita potest accipere pharmacum, & aperire venam ad expellendam vulvam cum periculo fœtus animati; si tamen speraretur prolem supervicturam matri, & posse extrahi, & baptisari non danda esse talia remedia, quia plus est æstimanda vita spiritualis prolis, quam corporalis matris: si vero Medicus putat simul prolem cum matre morituram, tunc potest clare talia remedia, dummodo principalius intendat sanitatem matris.

RESOLVTIONES *Casuum.*

Quæres primo, quare est peccatum occidere aliquem.

Respondeo, quia derogatur juri proximi, quatenus nullus habet jus primi principij supra vitam, sed solus Deus, & quibus voluit dare, ut parlamenta, &c.

Quæres 2. Quare mandans & consulens homicidium peccat, Respondeo, quia lædit jus proximi per suum consilium.

Quæres 3. Quare isti tenentur ad restitutionem damni. Respondeo,

Respondeo, quia lædunt jus proximi in personam, & in rebus ad quæ non habent jus.

Quæres 4. Quare suffocantes proprios filios peccant Respondeo, quia læditur jus filij. 2. Naturæ. 3. Canonum

Quæres 5. Quare non licet procurare abortum, Respondeo, quia læditur jus prolis, naturæ, & Canonum. Si fætus non sit animatus, læditur jus primi principij naturæ, si sit animatus læditur jus fætus. Pro cæteris relinquo prudenti confessori.

Quæres 6. Quare parentes peccant ponendo filios tenellos in lecto secum dormientes. Respondeo, quia Canones prohibent. 2. Jus filij qui moritur.

CAPUT V.

An duellum sit licitum aliquando.

Duellum est duorum conflictus privata authoritate institutus, quod est triplex decretorium, id est quando duo confligunt eo animo, ut unus, aut uterque moriatur. Propugnatorium. Quando duo vadunt ad campum honoris tantum causa absque mortis intentione. Defensorium, quando quis gravi injuria affectus in martis campo postulat justitiam paratus desistere, si detur satisfactio.

Dico primo, quod primus conflictus non est licitus, quia nullus particularis habet jus primi principij in alterius vitam, nec authoritatem vindicandi.

Dico 2. quod secundus conflictus non est licitus quia læditur jus legum quæ prohibent, & jus parlamentorum.

Dico 3. quod tertius conflictus non est licitus quia sola parlamenta habent jus tuendi vitam, & honorem subditorum.

Dices. Quod quando non est locus recuperandi suum honorem, quia non sunt testes, & sic non potest probari apud parlamenta, & honor plus æstimetur quam vita, oportet recurrere ad duellum, ut fiat satisfactio.

Respondeo, quod quando non sunt testes, honor non est læsus, quia honor est in æstimatione hominum, 2. Non habet jus vindicando recuperare honorem. Quia læderetur jus divinum, juxta illud. Mihi vindicta.

Hinc inferes quod personæ Regiæ non possunt dare licentiam duellandi, quia nullo jure permittuntur duella, & sunt intrinsece mala, & tales personæ

minus post 40. dies in dubio præsumitur uterque animatus ibi glossa in verbo dubia, licet in foro contentioso mitior pars sit eligenda. Licet fætus non sit animatus: tamen mortale est peccatum procurare abortum, quia impeditur fætus ne nascatur. Quicumque dat remedium, ne mulier concipiat, peccat mortaliter, licet istud peccatum non comprehendatur in casu abortus.

Grave dubium oritur, an pro incolumitate matris possit procurari abortus absque peccato. Felinus putat posse fieri, si fætus non sit animatus ad salvandam matrem; cui sententiæ subscribit Sylvester. Verbo modicus. q. 2. Navar. in manu. cap. 19.

Qui tenent posse procurari abortum, sive fætus sit animatus, sive non, dicunt quod mater habet jus principij supra fætum suum & sic agere potest contra ipsum tanquam contra injustum aggressorem vitæ suæ. Qui vero tenent posse procurari fætu inanimato tantum, dicunt quod mater agit tunc contra inimicum expellendo illum, si vero sit animatus fætus, tunc non habet, quia nullus particularis habet jus in vitam alterius, & mater obligatur servare depositum suum, cujus est tantum depositaria. Sicut virgo non potest prostituere suum corpus, quia est tantum depositaria illius.

Azorius tenet, quod si matris periclitetur vita potest accipere pharmacum, & aperire venam ad expellendam vulvam cum periculo fætus animati; si tamen speraretur prolem supervicturam matri, & posse extrahi, & baptisari non danda esse talia remedia, quia plus est æstimanda vita spiritualis prolis, quam corporalis matris: si vero Medicus putat simul prolem cum matre morituram, tunc potest clare talia remedia, dummodo principalius intendat sanitatem matris.

RESOLVTIONES Casuum.

Quæres primo, quare est peccatum occidere aliquem.

Respondeo, quia derogatur juri proximi, quatenus nullus habet jus primi principij supra vitam, sed solus Deus, & quibus voluit dare, ut parlamenta, &c.

Quæres 2. Quare mandans & consulens homicidium peccat, Respondeo, quia lædit jus proximi per suum consilium.

Quæres 3. Quare isti tenentur ad restitutionem damni.

Respondeo,

Respondeo, quia lædunt jus proximi in personam, & in rebus ad quæ non habent jus.

Quæres 4. Quare suffocantes proprios filios peccant Respondeo, quia læditur jus filij. 2. Naturæ. 3. Canonum

Quæres 5. Quare non licet procurare abortum, Respondeo, quia læditur jus prolis, naturæ, & Canonum. Si fætus non sit animatus, læditur jus primi principij naturæ, si sit animatus læditur jus fætus. Pro cæteris relinquo prudenti confessori.

Quæres 6. Quare parentes peccant ponendo filios tenellos in lecto secum dormientes. Respondeo, quia Canones prohibent. 2. Jus filij qui moritur.

CAPUT V.

An duellum sit licitum aliquando.

DUellum est duorum conflictus privata authoritate institutus, quod est triplex decretorium, id est quando duo confligunt eo animo, ut unus, aut uterque moriatur. Propugnatorium. Quando duo vadunt ad campum honoris tantum causa absque mortis intentione. Defensorium, quando quis gravi injuria affectus in martis campo postulat justitiam paratus desistere, si detur satisfactio.

Dico primo, quod primus conflictus non est licitus, quia nullus particularis habet jus primi principij in alterius vitam, nec authoritatem vindicandi.

Dico 2. quod secundus conflictus non est licitus quia læditur jus legum quæ prohibent, & jus parlamentorum.

Dico 3. quod tertius conflictus non est licitus quia sola parlamenta habent jus tuendi vitam, & honorem subditorum.

Dices. Quod quando non est locus recuperandi suum honorem, quia non sunt testes, & sic non potest probari apud parlamenta, & honor plus æstimetur quam vita, oportet recurrere ad duellum, ut fiat satisfactio.

Respondeo, quod quando non sunt testes, honor non est læsus, quia honor est in æstimatione hominum, 2. Non habet jus vindicando recuperare honorem. Quia læderetur jus divinum, juxta illud. Mihi vindicta.

Hinc inferes quod personæ Regiæ non possunt dare licentiam duellandi, quia nullo jure permittuntur duella, & sunt intrinsece mala, & tales personæ

excommunicantur, ſicut aſpicientes cum delectatione.

CAPUT VI.

An licitum ſit bellum.

NOta quod ad juſtitiam belli tria requiruntur. Authoritas principis. Juſta bellandi cauſa. Licita bellandi intentio. Ita D. Tho. 22. q. 40. art. 1.

Juſtæ cauſæ ſunt detentio innocentium, punitio nocentium & rebellium; vindicatio injuriæ, & repetitio oblatorum intentio bellantium debet eſſe, ut pax acquiratur, jus enim eſt in armis, ſivis pacem para bellum.

Si deſit Authoritas principis, naſcitur obligatio reſtituendi omnia damna, quia ceſſat jus præliandi, & tunc læditur jus proximi.

RESOLVES.

Quæres primo an adhibitis circonſtantiis ſupra poſitis liceat bellum gerere. Reſpondeo quod licet, quia licitum eſt unicuique recuperare ſua bona ad quæ habet jus primi principij meliori modo quo poteſt. 2. Quia licet perſonis publicis punire injurias, & injuſtos aggreſſores.

Quæres 2. an milites qui ſciunt eſſe injuſtum bellum poſſint pugnare. Reſpondeo quod non, & quod tenentur ad reſtitutionem ablatorum, & damnorum. Si dubitent non tenentur. Ita D. Aug. in cap. quid culpatur 23. nota quod extranei non poſſunt bellare, bene vero ſubditi qui tenentur ſequi juſſa principis.

Quæres 3. an injuſto bello liceat facere quæ ſunt neceſſaria ad bonum publicum. Reſpondeo quod debent, quia bonum publicum habet jus principij.

Quæres 4. utrum liceat occidere nocentes, indirecte innocentes quando urget prælium, & non cognoſcuntur. Reſpondeo, quod jus belli dat jus ſupra inimicos regni.

Quæres 5. an liceat ex intentione occidere innocentes. Reſpondeo, quod non, ut patet Deuteronimij 20. ubi prohibentur pueri & mulieres.

Quæres 6. an parta victoria; & rebus compoſitis liceat occidere innocentes. Reſpondeo negative, quia ceſſat jus belli.

Quæres 7. an bona mobilia fiant occupantibus. Reſpondeo affirmative ex D. Tho. 22. q. 66. art. 3. ad 1. licet ad terrendum hoſtes dare in prædam

civitatem.

Quæres 8. an liceat impensas belli petere, & omnia damna injustè illata. Respondeo affirmative, quia victor habet jus principij supra sua, si bellum fuit justum.

Quæres ultimo. An liceat facta pace retinere spolia ignarus pacis, quæ accepta sunt post pacem. Respondeo negative, qui cessat jus principij belli eo momento ac fuit facta pax.

TRACTATVS XIII.

De sexto Præcepto non Mæchaberis.

MÆCHIA idem est ac adulterium, & omnis illicitus concubitus, tum quo ad actus exteriore, quam interiores. Omnis actus perfectus, & imperfectus luxuriæ. Omnis morosa delectatio quæ fit ex vehementi motione genitalium, quia læditur jus primi principij proximi.

CAPUT I.

De bestialitate.

INter luxuriæ vitia bestialitas est maximum; nam in aliis contra naturam, aut est abusus seminis absque concubitu, ut est mollities, aut est abusus modi circa concubitum, & est innominatum vitium, aut est abusus vasis, aut vasis, ut Sodomia. Sed bestialitas habet abusum speciei. De hoc loquitur forte genesis cap. 37. de quo Joseph accusavit fratres crimine pessimo; dixit enim glossa, quod cum pecoribus miscebantur, quod sæpe evenit apud Pastores. Ita D. Tho. 22. q. 154. art. 11. ad 4.

Tale peccatum ita erat abominabile, ut mendaretur etiam occidi pecus cum quo perpetratum erat, igni tradebatur reus. Ita glossa, & hæc materia Inquisitionis est.

Talis pœnitentia debet illis injungi, ut in pane, & aqua jejunent per aliquos dies, cogebantur more pecorum manducare panem negato illis manuum ministerio, juxta illud: imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum. Psalm. 82.

Illud crimen laxatum est pueris ante 15. annos quia tunc secundum Aristotelem semen gestant.

Hoc libidinis vitium est species specialissima per se nec multiplicatur, sive diversitate bestiarum, sive diversitate sexus

inquit Cajetanus 22. q. 154. art. 11. quia semper bestia est quæ movet ad libidinem ad idem bestialitatis vitium reducitur concubitus cum dæmone incubo, vel sucubo, sive bestiæ, sive hominis corpus assumat; concurrit enim ad talem actum, ut quid extraneum à specie humana, & ideo ex se est bestialitas, quamvis ex diverso affectu possit diversam deformitatem afferre, ut incestus, aut adulterij: verum cum bestialitati superaddatur superstionis vitium ad quod spectat societas cum dæmone, quæ invenitur in hujusmodi concubitu, in hoc dicitur à bestialitate differre secundum speciem, ut ait Cajetanus ubi supra.

CAPUT II.

De vitio Sodomiæ.

Committitur istud crimen cum mare, & fœmina ad invicem secundum D. Tho. 22. q. 194. art. 11. Covardus tamen tenet tale crimen fieri propriè, masculi cum masculo, aut cum fœmina extra vas naturale, licet commissum à duabus fœminis ad invicem, quarum una gerit vicem viri sit puniendum ut tale.

Quamvis istud crimen committatur cum fœmina in vase non naturali, eodem nomine nuncupatur quo cum masculo commissum: gravius tamen est illud quam istud, quia in hoc est abusus vasis, & sexus, in alio vero reperitur tantum abusus vasis. Adhuc minus grave est cum propria uxore, & rursus minus cum meretrice: ut patet ex cap adulterij 32. q. 7. quia cum propria uxore abutitur quis vase tantum, non persona. Cum meretrice vero persona quidem abutitur, sed venali ad hoc exhibita. Propter hoc crimen potest uxor separari à viro quoad thorum: Ut patet ex cap. omnes causationes, & glossa ibidem in verbo sodomita, quamvis tantum tentata sit uxor à viro, & sollicitata. Talis separatio potest fieri inter conjuges, licet commissum sit cum aliis, ut ait Abbas super caput. Maritus extra de Adulterio; si enim potest fieri propter adulterium, multo magis propter Sodomiæ crimen.

Inomnibus criminibus propter multitudinem peccantium sævitia remittitur 44. dist. cap. commensationes, quia est multitudini parcendum: ita ob alias causas hoc scelus recensetur. Ita D. Antoni parte 2. titula 5. cap. 4. unde dicitur genesis:

omnis caro corruperat viam suam.

Resolves, quod in tantum istud crimen est peccatum, quia læditur naturæ, jus proximi, jus divinum, & Canonum. Jus primi principij naturæ, quia natura hoc abhorret. Jus proximi, quia nullus habet jus ad hoc; nam uxor est ad procreandum filios cum viro, hoc autem impedit, & sic læditur jus prolis. Jus divinum & Canonum qui prohibent.

De jure civili Sodomita morte plectebatur in authore, ut non luxuriat contra naturam. Secundum Canones laicus à cætu fidelium excluditur, & excommunicatur. Clericus deponitur, & ad agendam pœnitentiam includitur in Monasterio. Ut patet extra de excessu prola. cap. Clerici, quod dicitur de agentibus dicendum est de pacientibus. Ex cap. infames dubium est de Clerico, utrum fiat irregularis. Covardus credit esse ipso facto suspensum ad ordinis executionem, & ministrando fit irregularis, à solo Summo Pontifice dispensandus, quamvis ad hoc nullus sit Canon: insuper tamen propter sceleris gravitatem, & doctissimorum virorum authoritatem hanc opinionem tuendam censet: verum cum nulla induci possit irregularitas, nisi expressa sit in jure ex cap. 15. qui de sententia excommunicationis. lib. 6. non erit irregularis.

Pro explicatione nota ex Navar. bullam de notorietate comprehendere tantum Clericos exercentes illud crimen. 2. Necesse est ut illud crimen sit consummatum actu completo, ut semen intra vas sit effusum, Argum. cap. extraordinaria 35. q. 2. relaxatum est pro mulieribus propter verecundiam: deinde pueris.

CAPUT III.

De crimine incestus.

INcestus dicitur à Veneris cingulo, quod appellabatur cestus. Ita glossa super librum 1. quis. cap. de incestis, & inutilibus nuptiis, quo uxor cum maritali illis dabatur fides à marito cingebatur, eoque venus succingens conjugatos, mutuam inter eos conciliabat benevolentiam, ipsa sibi Martem; Juno vero Jovem ad filium sibi allexit amorem: cum autem cestes ille solis ligitimis nuptiis adhiberetur, factum est ut conjunctio eorum, inter quos ligitimum matrimonim intercedere non potest, nunquparetur ince-

stus, quasi sine cestu concubitus Et hoc annotavit Covard. ex epistola 2. parte cap. 6. propterea nuptiæ incestæ dicuntur in institu. de nuptiis ergo non. Quare incestus bene definitur consanguineorum, vel affinium abusus. 36. q. 1. cap. 2. unde qui commiscetur alteri intra quartum gradum consanguinitatis, aut affinitatis incestum committit, sicut alias extenderetur usque ad sextum. Secundum alios qui ponunt patrem in primo gradu, & filios in secundo septimum comprehendunt. cap. progen. cap. de consanguinitate & cap. nullis.

Consanguinitas est attingentia personarum ab eodem stipite descendentium carnali compagine contracta, & dicitur consanginitas, quasi sanguinis unitas.

Affinitas est proximitas personarum in carnali copula proveniens; cum enim p r carnalem copulam maritus & fœmina efficiantur una caro, sive licita sit copula, sive illicita. Ut ait Abbas super caput de illo qui agnovit consanguineam, qui adhærebat meretrici, unum corpus efficitur per commixtionem sanguinum alter ad alterius fines accedit. Ut consanguinei unius efficiuntur affines alterius gradu non mutato. 35. q. 5. ideo dicitur affinitas quasi duorum ad eumdem finem unitas, siquidem consanguinei mulieris fiunt affines viri, eodem gradu quo sunt consanguinei.

Discrimen tamen est inter licitam, & illicitam copulam, quod ex hac usque ad secundum gradum nascitur affinitas impediens matrimonium, & contractum dirimens ex Concilio Trid sess. 24. de reformatione. Illa vero affinitas usque ad quartum gradum impedit matrimonium extra de consang. & affin. cap. non debet, igitur.

Incestus cum affine quando ex illicita copula ex qua nascitur affinitas exclusus est à casu: ut si quis cum duabus sororibus, aut consobrinis, aut consobrini, vel fratri, pater & filius cum eodem mixti sint. Propterea in eo affinitas matrimonialis nominata est, & minus gravis est ille incestus, & sic facilius relaxatur; quemammodum iisdem rationibus relaxatus est incestus inter affines ex licita copula in tertio, & quarto gradu, & solum reservatus quantum ad viros in primo, & secundo gradu, quantum vero ad mulierem in primo tantum gradu. Licet autem incestus cum affine quæ ex illicita copula facta est collatus cum affine ex conjunctione matrimoniali possit quodammodo

dici levis : tamen absolute gravis est, ut patet ex pœnitentia à sacris Canonibus indicta; illis enim octo annorum pœnitentiæ decernuntur, ut patet. 5. q. 2. si pater & filius, & prohibitum illis erat matrimonia contrahere cum quacumque 33. q. 2. si quis cum duabus. Nota quod incestus committitur cum filia, aut sorore adoptiva. Ut patet cap. diligere 30. q. 3. cap. 11. extra de cognatione legali.

Justis de causis reservatus est incestus inter consanguineos, & affines ex copula matrimoniali in primo, & secundo gradu; est enim gravissimum crimen. Vt si quis cum matre, cum socru, cum filia, cum sorore, cum patris uxore, cum patris, aut matris sorore, vel ejus filia, aut cum filiabus filiæ, cum fratris, aut sororis filia se commiscuit; naturaliter enim reverentia debetur parentibus: ideo apud antiquos prohibitum erat filio simul cum filia balneari, ne se invicem nudos aspicerent.

Præterea crimen incestus videtur irremediabile, quia necessario illæ personæ adinvicem conversantur. Secundo homo naturaliter diligit consanguineos, & sic fieret nimis ardens affectus qui est radix libidinis: unde facienda est separatio.

Nota, quod quotiescumque de incestu fit mentio debet intelligi de incestu consũmato, & perfect ex copula perfecta per quam semen viri intravas: fæminæ emissum, nec satis est si claustra pudoris sint violata absquè seminis immissione: non est tamen necessaria seminis utriusque commixtio, sed quod vir solus seminet. Ex quo patet quod per copulam Sodomiticam non contrahitur affinitas, & sic non committitur incestus, & sic ratione incestus non erit reservatus abusus fratris, aut sororis per abusum Sodomiticum intra gradus prohibitos.

Sive incestus præcesserit matrimonium, sive subsecutus fuerit, licet proprie non sit incestus si non sit tua uxor, matrimonium contractum erit nulnullum. Si bona fide contraxerit quis nesciens illud impedimentum debet peti dispensatio, vel ut dicit Sotus reliquendi sunt in bona fide, & si vir tantum sciat possit reddere debitum.

Dubium est si carnaliter cognoscentes dum litteræ dispensationis expediuntur post preces, gratia extendatur ad incestum dicto tempore iteratum, & per consequens impedimentum novum non oriatur. Res-

pondeo quod extenditur super novum impedimentum at si incestus sit secutus post matrimonium ratum secundo homo naturaliter diligit consanguineas.

At si incestus est secutus post matrimonium ratum licet non dum consummatum, non impediat illud incestuosus tamen privatur debito petendo ex capite primo. Capite transmissæ & capite discriptionem extra de eo. Ab illo potest dispensare Episcopus. Ita Abb. super caput 1.

Quæres an talis incestuosus absoluendus sit ab incestu si commiserit cum uxoris consanguinea in eadem domo quia forte difficilis erit separatio Respond. Quod concurrentibus quatuor conditionibus ex Navar. Manu. cap. 3. absolui potest absque separatione prima ut sit vera pœnitentia præteritorum. Secunda verum propositum non peccandi in futuro. Tertia credulitas quod Deo adjuvante non peccabit. Quarta quod sit aliqua rationabilis causa hujusmodi separationis non faciendæ ut quia sunt nimis conjuncti, & sic non sine scandalo possit fieri separatio, aut gravi detrimento, tamen persuaderi potest ut numquam soli permaneant, & sæpe apud eundem confiteatur.

Famosissima quæstio oritur: si mulier incestuosa sucepit filium ex incestu cum adulterio quomodo segerat, cum maritus credat esse suum. Resp. quod si mulier habet propria bona Paraphernalia & adventitia, tenetur propriis & legitimis hæredibus damnum Resarcire eo sic potius compensare quam jacturam honoris facere revelando crimen.

Si non habet bona adventitia, tenebitur persuadere ut intret in Religionem, si nolit filius debet quantum potest subtrahere à filio illegitimo hæreditatem si non potest, remanet gravis difficultas, an scilicet potius.

Jactura famæ sit eligenda quam derogatio juri primi principij filij legitimi. Videtur quod per quod peccavit per hoc puniatur, mulier potuit se in periculo admittendi honorem, ergo per amissionem debet puniri, & est pœna peccati nam propter scelus unius non debet auferri jus alterius.

Si vero dicatur quod plus æstimatur honor quam bona, tunc dicendum esset juxta nostrum principium, quod tunc cessat jus legitimorum ad hæreditatem, vel suspenditur & tunc nemini fieret injuria; quoad incestuosum

cestuosum & adulterum certum est quod tenetur ad expensas factas pro alendo illegitimo filio & tenetur dotare filiam cum qua adulterium commisit, nisi filia faciliter consenserit aut ipsa sollicitaverit.

Incestuosus cum socru est Levitici cap. 20. qui supra uxorem, filiam, matrem ejus duxerit vivus ardebit: de incestuoso cum sorore legitur ibidem. Qui acceperit filiam patris sui vel filiam matris suæ in uxorem & viderit turpitudinem ejus, id est carnaliter cognoverit occidetur in conspectu populi. Ita turpitudinem matertetæ tuæ & amitæ tuæ ne cooperies, qui hæc fecerit ignominiam carnis suæ nudaverit, & portabunt ambo iniquitatem suam. Item qui cojerit cum uxore patrui, vel avunculi sui portabunt ambo iniquitatem suam & sine liberis morietur.

De jure Canonico incestuosus est inhabilis ad matrimonium cum quacumque 32. q 7. si quis viduam 35. q. 3. de incestis.

Olim incestuosi inter Catechumenos usque ad condignum satisfactionem manere & orare præcipiebantur dist. capite. De incestis, & in Ecclesia: admitebantur usque ad missam Cathecumenorum tantum, cap. sequenti nempè de his quæ missa intelliguntur usq; ad offertoriũ: deinde de Ecclesia expellebantur cum Catechumenis qui non baptisati Eucharistiæ aspectu non dignabantur ut dixit Sanct. Tho. 3. p. q. 80. art. 4. ad 4. licet à communione non excluderentur.

CAPUT IV.

De Concubinariis publicis.

Concubinæ sunt illæ quas sacra scriptura & Canones antiqui commemorant. In veteri scriptura concubinæ dicebantur uxores minus principales, verum quia hujusmodi uxores licet essent indissolubili vinculo junctæ & veræ uxores tamen cum non haberent regimen familiæ & illarum filij non succederent ad hæreditatem, neque in primo genitura neque in sacerdotio, dicebantur quasi ancillæ quia ad solum procreandos filios, tenebantur. Agar tamen fuit separata quoad torum, non quoad vinculum id permittente Deo ad significandum mysterium de veteri & novo testamento.

Apud veteres Canones concubina dicebatur, quæ absque legalibus instrumentis & aliis

ſolemnitatibus juris civilis accipiebatur per mutuum conſenſum gloſſa ſuper cap. Chriſtiano.

Concubina modo dicitur mulier ſoluta quæ ad carnalem copulam domi retinetur fornicario aut uxorio affectu, & concubinarius dicitur qui talem apud ſe retinet quaſi conjugata, aut affinitatis & conſanguinitatis vinculo conjuncta & gravius erit crimen.

Non eſt neceſſarium ut concubina retineatur domi ad hoc ut aliquis dicatur concubinarius ſed ſufficit ut certa mulier ſit certo viro copulata ita D. Bernardus in ſua practica Canone cum cap. 37.

Publicus concubinarius dicitur non ſolum is cujus concubinatus factus eſt notorius per judicis ſententiam, aut per confeſſionem factam in judicio, ſed etiam per rei. Evidentiam quæ nulla poſſit tergiverſatione celari. extr. de cohabita. Cleri. & mulier. cap. finali. Item ſi publice converſetur cum illa intrans ſæpe, & exiens de domo cum illa.

Publicus etiam dicitur concubinarius, qui mulierem diffamatam de incontinentia, aut ſuſpectam retinet, & populus credit eſſe talem quia non ſolum amato cavendum eſt, ſed etiam ab omni ſpecie mali.

Quamvis concubinarius videatur conſuetudinarius. Non tamen explicite denotat conſuetudinem: nam concubinarius actuum frequentiam conſuetudinarius vero temporis continuitatem denotat.

Concubinari igitur publici non ſunt abſolvendi, niſi prius concubinam ejecerint, cum vero propoſito eam deſerendi: quamvis nulla eſſet amplius ſuſpicio, ſive propter mores mutatos, ſive propter ætatem: propter ſcandalum publicum.

Quantæ difficultatis ſit reſurgere à peccato conſuetudinis, dicat Laſarus Quatriduanus in monumento, ut dicit Hoſtienſis in Summa de Pœnitentia, & Remiſſione ſiquidem in reſurrectione flebat Martha, & Maria & turba & Chriſtus ipſe infremuit ſpiritu, turbatus eſt, lacrimatus eſt, oculos in cœlum levavit oravit lapidem tolli mandavit, & tandem voce magna clamavit Lazare veni foras: quia difficile ſurgit, quem moles conſuetudinis premit, niſi magna voce, id eſt magna gratia vocet Chriſtus; ut plurimum cum peccatores morte, inveterata conſuetudo tollitur. Dicant ſinguli peccatores, qui in ſuis vitiis, & laſciviis inſorduerunt, & ſi quando

velis tu, illa clamat.

Concubinarij publici in foro exteriori si monitioni per loci ordinarium non paruerint, poterunt excommunicari: concubinæ vero extra urbem, aut oppidum ejiciendæ sunt si monitioni non obediant, licet sint conjugatæ, Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione matrimonij cap. 8.

Clericus notorius concubinarius videtur ipso jure suspensus ab ordine, non solum quo ad se ut evenit per quodlibet peccatum mortale, sed quoad alios ex cap. præter hæc 32. dist. saltem quoad usque pœnitentiam agat ex capite, si qui sunt 81. dist. argunt. cap. si quis deinceps 16 q 7. quemmadmodum tales ipso facto suspenduntur à jure, ita ipso facto restituuntur per emendationem. Ita glossa super dist. cap. nullus 32. celebrando aut aliquem actum ordinis exercendo ante pœnitentiam fiunt irregulares. Super qua solus Papa dispensat. Navar. in ma capite 25. num. 76. quia violat verum censuram.

Canones prohibuerunt audiri missam publici concubinarij, ut patet ex dist. cap. nullus. cap. propter. 32. & D. Tho. 3. p. q. 82. art. 9. ad 3. præter supradicta: est quoque notorius concubinarius Clericus ipso facto suspensus à beneficio. Per dist. cap. propter. Ex illis verbis neque partem ab Ecclesia suscipiant, ut dixit glossa ibidem verbo Ecclesia & præpositus super idem caput in principio ubi dicit in eadem fuisse opinione Innocentius, & Cardinalis, & præterea ille in conscientia tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum toto tempore notorij concubinatus.

Hodie tamen in supradictis coarcta sunt allegata jura: quantum ad secundum Canones inducti correcti sunt per extravagantiam ad evitanda multa scandala editam à Martino V. & relatum à Navar. in Manu. cap. 27. ubi cavetur neminem vitandum esse tam in administrando, quam in recipiendo Sacramenta; ut in aliis divinis officiis ratione alicujus censura à jure, vel ab homine, nisi expresse fuerit denunciata per judicem: quare permissum est hodie audire missam notorij concubinarij nisi per judicem sit denunciatus; ita Angelus verbo Clericus.

Quoad primum, & tertium correcti sunt Canones per usum contrarium. Ita ut hodie concubinarius notorius non sit suspensus ipso jure ab ordine, aut à beneficio, nisi per sententiam judicis, per consequens cele-

brando, aut administrando non fit irregularis, cujus sententiæ est Sotus in quarta dist. 1. q. 5. art. 6. Medina in sua instructione confes. lib. 1. cap. 11. Cosmus Philiar. de officio Sacerdotis. tomo 1. parte prima lib. 3. cap. 1. ita sentit, cujus verba sunt. *Vbicumque sunt multi Clerici concubinarij publici qui tamen post pœnitentiam celebrant Missam, quærunt à Summo Pontifice dispensationem super irregularitate nec ad id compelluntur ab ordinariis. Ex quo probatur quod non est amplius in usu suspensio ipso jure.* Huc usque. Cosmus. Ita sentit Tho. Zorel in sua praxi pœnitentiæ. cap. 19. q. 17. ubi dicit hanc opinionem esse tutiorem. Eandem sententiam tuetur Henrikes lib. 13. de excommu. cap. 31. ff. 2. & glossa littera f. Sarcedo super Bernardum dias in pratica cap 37. Sayr. Toletus. Sed si tot doctorum sententia non sit satisfactus, ob mutescat si audiat Concilium Tridentinum sess. 27. de reformatione cap. 14. ubi indistincte loquitur de Clericis concubinariis jubet per judicem suspendi ab ordine. Solos Episcopos ipso jure suspensos declarat ibidem Concilium Trid. si post monitionem à Synodo provinciali faciendam si non emendaverint, quamvis irregularitas dici possit alia irregularitate quæ nascitur ex notorietate delicti. Ex capite finali extra de tempore. Supra quam Episcopus dispensat, ut dicit Sylvester verbo irregularitet q. 12. quando crimen est minus adulterio, aut non sit majus.

Hæc omnia quædicta sunt de Clerico notorio concubinario, sunt vera etiam de Clerico notorio fornicario per Sylvestrum. verbo concubinariis, q. 1. quem secutus est Navar. dicto capite 25. num. 77. & propter notorium crimen concubinatus, aut fornicationis potest negari obedientia superiori per inferiorem. Glossa super cap. non liceat, in verbo recedere extra de præscriptione.

Utrum concubinarius ita suspendi debeat à beneficio, ut privandus sit omnibus ejus fructibus ad huc potest dubitari, & forte videbitur cuicumque nullus fructus idem relinquendos esse in pœnam tanti criminis, quia male meritus, publicè & cum egestate laborare debet lib. bona fides ff. depositi; attamen si Clericus non habet aliunde, ut de necessariis si possit providere, tantum debet eidem de fructibus relinqui, quod possit sustentari ne propter victus necessitatem ad turpia convertatur 31. dist. ad reatum glossa super cap. studeat in ver-

bo : ut tale 50. dist. aut cum Sacerdotalis ordinis ignominia mendicato 93. dist. Diaconi lib. 1.

CAPUT V.

Resolutiones.

Ex illis omnibus quæ diximus in isto tractatu inferendum est primo, quod ideo male agit qui bestialitatis crimini se exercet, quia primo Deus prohibet qui habet jus primi principij. Canones, leges civile, quæ habent jus præcipiendi & prohibendi, & sic derogatur illorum juri talia faciendo. Secundo nullus habet jus se commiscendi cum bestiis.

Secundo inferes quod qui peccatum Sodomiticum committit, derogat juri primi principij naturæ & proximi, quia abhorret ab illo. Proximi quia non datur tale jus alicui supra corpus alterius.

Tertio inferes quod qui committit crimen incestus derogat primo, juri legis Divinæ, & humanæ. Secundo juri proximi quia verbi gratia. Frater non habet jus in sororem, nec soror habet jus, ut suum corpus prodat.

Quarto inferes qui committit crimen concubinatus derogat juri legum, ergo superiorum. Juri proximi quatenus fit maxima injuria matrimonio, filiis & publicæ honestati.

Vltimo inferes. Clericos qui concubinarij dicuntur primo derogant juri divino, juri canonum, & qui habent jus superioritatis, & juri proximi quatenus sunt causa scandali.

TRACTATVS XIV.

De septimo præcepto idest de furto.

In nulla materia magis apparet vis nostri principij, quam in ista, quia est formalis læsio juris primi principij proximi; ubi sciendum est, quod hoc præcepto non solum prohibetur furtum specialiter, sed etiam rapina, omnis injusta læsio, proximi detentio, injusta aceptio rei alterius, illatio damni vel in bonis, vel in corpore, vel in fama, vel in anima, imo iniqua voluntas talia operandi: cum ex D. Tho. actus exterior non addit novam malitiam actui interiori.

CAPUT I.

De furto.

FUrtum generaliter sumptum est dolosa rei alienæ contractio invito Domino animo lucrandi, tam rem, quam usum rei: sive melius est omnis læsio juris primi principij tam in persona, quam in bonis.

Dividitur pro varietate rerum nam si quid privatum privatæ personæ auferatur dicitur furtum si sit homo liber dicitur Plagiatus, si Res sacra aut si persona sacra dicitur sacrilegium. Si aliquid de grege Abigatus, si ex publico peculatus. Sive rapina.

Furtum tunc dicitur grave quando aufertur tantum quantum quis indiget pro sustentatione unius diei per hoc manifeste patet, quod auferre verbi gratia tres solidos uni pauperi erit peccatum mortale, non principi. Excusatur à mortali quis per præsentiam Domini consentientis, vel dissimulantis. Secundo ex præsumptione probabili Domino non displiceret, ut patre, vel rati habitione. Tertio quando procuratur negotium Domini animo restituendi. Quarto necessitas. Quinto quando quis accepit suum sine scandalo. Ita Innocentius in cap. olim de restitutione.

CAPUT II.

De his quæ inveniuntur casu.

INventa sunt in triplici differentia quædam nunquam habuerunt Dominum, quædam habuerunt, sed jam pridem fuerunt perdita, & pro derelictis habentur. Alia habuerunt Dominum, & à pauco tempore fuerunt perdita.

In foro conscientiæ eadem est ratio de his quæ non habuerunt Dominum, ac de his quæ pro derelictis habentur, & illa sunt accipientis. Ita D. Tho. in q. de art. 5. ad 2.

Quæ quotidie perduntur post factam diligentiam pertinent ad pauperes quia pauperes succedunt Domino in bonis, & habent jus primi principij post Dominos. Ita Doctores.

De thesauris inventis sic est discurrendum. Si thesaurus inveniatur in proprio fundo totus erit inventoris. Si in alieno fundo casu inveniatur erit Domini fundi de tractis expensis, quia res clamat pro jure primi principij. Si in alieno fundo data

opera Domino sciente nolens facere expensas pertinebit ad Dominum fundit de tractis expensis. Qui emit fundum dolose sciens esse thesaurum, thesaurus pertinebit ad primum Dominum fundi. Si bona fide emit & casu invenit thesaurum pertinebit ad emptorem, quia videtur venditar cessisse facta diligentia inveniendi Dominum.

CAPUT III.

De falsificantibus Monetas.

MOnetæ quatuor modis possunt falsificare, in materia, ut si pro argento alia ponatur in quantitate ponderis in forma, ut si non sit publica, vel scribatur nomen alterius, & non cudatur ab eo qui non habet authoritatem hoc posito.

Dico, quod qui falsificat tantum in forma, non tenetur ad restitutionem, quia nulli fit injuria nisi principi, qui habet jus puniendi, licet peccet.

Qui falsificat in substantia tenetur restituere, quia lædit jus primi principij proximi in bonis. Qui falsificat in pondere, & mensura tenetur ad restitutionem propter eamdem rationem.

CAPUT IV.

De materia restitutionis.

PRo ista materia legendus est D. Tho. 22. q. 62. Sanct. Antoninus, & Sotus qui optime tractarunt istam materiam.

Suppono primo, quod justitia est virtus reddens unicuique quod suum est loquor de particulari quæ est ad alterum, & respicit jus primi principij, non de generali materia ejus proxima sunt actiones erga alios, remota est res quæ redenda est. Remotissima sunt personæ quibus reddenda sunt oblata.

Justitia dividitur in particularem, & generalem quam legalem vocant: prima respicit personas particulares, alia Rempublicam.

Particularis dividitur in commutativam, & distributivam: prima est quæ in contractibus servat æqualitatem rei ad rem servata proportione. Distributiva servat æqualitatem rerum ad personas, & personarum ad dignitates, & merita ut in beneficiis.

Æqualitas alia est arithmetica, alia geometrica, prima est numeri ad numerum; alia servat proportionem inter se, ut est be-

neficium cum reditibur conferendum cum mediocri onere. v. g 100. & aliud cum graviore v. g. 200. Si duo igitur occurant unius capacitatis mediocris, alius majoris tunc majoris merito majus est conferendum.

Nota quod in ista materia semper attendenda est dignitas juris primi principij, id est restituendum est illi qui habet jus primi principij, v. g. conferendum est beneficium illi qui habet majus meritum, quia ille habet jus primi principij circa illud.

CAPUT V.

Qui teneantur restituere.

DIco quod omnis homo qui rem habet alienam; qui est minister furti; qui jussit. Qui dedit consilium, qui consensit: qui adulatur. Qui recipit furtum: qui participat de furto; qui tacet dum alius furatur; qui non impedit dum potest. Qui non manifestat una verbo qui cooperatur ad furtum tenetur ad restitutionem vide D. Tho. 22. q. 61. art. 7.

Ad elucidationem totius materiæ de furto, opere prætium duxi adducere casus occurrentes & resolutiones juxta meum principium, ut magis elucescat vis juris primi principij, & unusquisque faciliter possit resolvere omnes casus possibiles.

Resolves 1.

Si multi conveniant ad furandum v. g. centum nummos aureos. unusquisque tenetur ad totum restituendum, quia sunt unica causa moralis indivisibilis, & sic si omnes non soluant suam partem unusquisque tenebitur ad totum. Si verò casu accidit, ut, Unus videndo alios furari in seios. De tali actione furatur tenetur tantum ad id quod furatus est, quia est causa tantum partialis diversa ab aliis, ita consiliarius qui dedit vocum suum ad injustam sententiam ferendam tenetur ad totum damnum, quia facit unicam causam cum aliis consiliariis, & judicibus.

Resolves 2.

Sive bona fide, sive mala fide dubia Res ematura fore, postea certior factus de furto debet restitui vero Domino, sive habenti jus primi principij, quia semper Res clamat pro Domino, & sic quando emisvi à fure nesciens rem esse furatam, postea certior factus de furto teneris

teneris restituere Domino non furi, quia sive Res sit apud se, sive apud furem, verum est quod detinetur invito Domino, ergo læditur jus primi principij.

Dices possum restituere furi ut restituat mihi prætium datum. Respondeo. Quod non. nisi sis certus quod fur restituet Domino; melius est enim admittere tuum prætium, quam lædere jus illud naturale. Non potes à Domino exigere. Prætium datum furi, quia illud prætium esset res injuste accepta, non enim habes jus supra bona Domini, & in hoc non excusat ignorantia juris.

Resolves 3.

Si quis invitatus ad convivium, ad consumendum rem furatam, tenetur tantum ad restitutionem rei manducatæ nisi cooperatus fuisset furto. Et hoc valde notandum est pro militibus, & servis, mancipiis, & famulis.

Resolves 4.

Qui rem emit à fure bona fide, & durante bona fide recepit, non tenetur ad restitutionem rei, sed tantum ejus in quo factus est ditior deposita bona fide, quia stante bona fide habet jus primi principij; desinit vero tale jus adveniente notitia injustæ detentionis saltem materialiter injustæ; cum autem id in quo factus est ditior remaneat, tenetur ad illud restituendum quia pertinet ad Dominum, si res natura sua frutificavit.

Resolves 5.

Qui bona fide emit equum à fure durante bona fide factus est ditior ex locatione equi tenebitur tantum ad restitutionem equi, quia lucrum tribuitur propriæ industriæ cujus est principium; qui vero mala fide equum emit à fure tenebitur ad equum, & omne lucrum restituendum. Quia equus Domino fructificat; & sic est differentia inter dententionem rei bona fide, & detentionem rei mala fide, quod durante bona fide durat jus primi principij per emptionem, in mala vero fide nullum requiritur jus principij nec Dominij.

Resolves 6.

Qui debitis multorum gravatur, & non habet, unde satisfaciat omnibus, si nondum justitia determinavit prioritates,

poterit soluere indiferenter: Si vero sint determinatæ prioritates tenebitur soluere debita priorum quia qui prior est in re potior est jure, & sic qui solueret ultimum læderet jus primi principij priorum. Nam ultimus nullum jus habet nisi post alios. Vix puto quod possit dari præscriptio in illis restitutionibus. Verum est quod leges propter negligentiam tempore v. g. 30. annorum auferunt jus primi principij à non petentibus.

Resolves 7.

Si res alias peritura per naufragium, aut incendium accipiatur à latrone, & postea pereat per naufragium idem non tenebitur ad restitutionem, quia naufragium casuale aufert à Domino jus principij. Si tamen à naufragio liberasti rem, & furasti, & vendidisti teneris eam restituere, vel prætium, etiam si pereat postea. Quia non abstulisti jus principij à Domino per furtivam illam actionem. Ultra quod est fortuna Domini quod tua res liberata est, sed quia naufragium fuit idem apud utramque, apud utrumque erit æqualis amissio; si res alias peritura esset, & accepisti, vel quia latro abripuisset, tunc si habes, teneris ad restitutionem, nullum enim jus habes subripiendi rem alienam, melius est quod pereat per alium quam per te.

Resolves 8.

Si pullum v. g. aliquis emit à fure mala fide tenetur ad pullum, & incrementum ejus etiam si aliunde Dominus non esset conservaturus, quia tam pullus, quam incrementum Domino fructificant.

CAPUT VI.

De rebus restituendis.

Nota quod quatuor sunt genera bonorum in quæ potest cadere restitutio. Bona animæ, ut sunt virtutes tam acquisitæ quam infusæ, tam naturales, quam morales. Bona corporis, ut vita, sanitas. Bona honoris & famæ. Bona fortunæ, ut pecunia, fundum. Pro his omnibus vide Sanctum Antonium secunda parte tit. 2. Joannem à Turrecremata 14. q. cap. 6.

Nota circa spiritualia, quod quamvis non possit homini nocumentum fieri in bonis animæ; tamen indirecte potest, ut consilio, inductione, doctrina,

malo exemplo, ut retrahere à Religione & à via salutis: tunc obligatur restituere quantum potest mediis spiritualibus ipsum reducendo ad bonam viam. Non puto tamen quod qui aliquem à religione profitenda retraxit cogatur loco alterius ad ingressum, sed tenetur procurare, ut alius eiusdem talenti, & facultatis fiat Religiosus.

Resolves 1.

Circa restitutionem bonorum corporis. Qui lædit in bonis corporis, ut occidendo tenetur hæredibus restituere damna v. g. si erat paterfamilias ex cujus labore vescebantur filij alere ipsos donec possint vivere suo labore.

Resolves 2.

Qui per litteras falsas diffamasset virum nobilem apud Regem, & læsæ Majestatis crimine fædasset ex quo fuisset ipsi amputatum caput, teneretur ante mortem coram testibus instrumento publico declarare hoc fecisse mala fide & mittere instrumentum ad Regem ad quem pertinet damna resarcire, per quod peccavit per hoc puniatur.

Resolves 3.

Qui mutilavit aliquem tenetur ad soluendum Medicorum, Chirurgorum labores quia damnificavit contra, jus primi principij proximi.

CAPUT VII.

De bonorum famæ restitutione.

TRes conditiones requiruntur, ut aliquis teneatur restituere bona famæ. Primo ut verè famam abstulerit. Nam infamatus est incapax amittendi famam. Secundo ut aufeatur fama in rei veritate contra justitiam. Tertio, ut infamatus non recuperaverit famam.

Resolves 1.

Qui lædit aliquem in fama tenetur restituere meliori modo quo potest bene loquendo de ipso coram omnibus quia non habet jus principij in famam.

Resolves 2.

Tenetur infamans ad omnia damna secuta ex illa infamatione; & sic, si ex illa amisit beneficium, vel officium tenetur

resarcire damnum, quia fecit contra jus primi principii.

Resolves 3

Qui lædit in famâ debet restituere reddendo ius pristinum v. g. qui imposuit alicui crimen, sive verum, sive falsum tenetur restituere jus quod habebat apud homines. Si falsum dixit tenetur fateri se dixisse falsum. Si non potest restituere per verba tenetur per pecuniam quia restitutio est de necessitate salutis; non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

CAPUT VIII.

De restitutione bonorum temporalium.

Circa istam materiam attendendum est ad damna rei, & eorum quæ sequuntur ex illis unde.

Resolves 1.

Qui abstulit rem alicui, furando, rapiendo, aut impediendo ne fruatur suis bonis, tenetur restituere, quia læsit jus primi principij proximi supra bona sua.

Resolves 2.

Qui defraudavit populum vendendo plusquam res valet vel detrahendo ex pondere, numero, mensura, vel addendo materiam ponderi. Tenetur restituere. v. g. Qui fraudavit populum, in pondere detrahendo ab una libra salis unam unciam tenetur per tot annos addere unam unciam supra libram justam, quot vendiderat detrahendo.

Resolves 3.

Qui justa vectigalia principis defraudavit tenetur ad restitutionem rei defraudatæ, quia vectigalia sunt patrimonia principum.

Resolves 4.

Qui venatur foras in loco clauso tenetur restituere. Si feræ non sunt clausæ, possunt capi si desinant redire ad locum consuetum: non vero si sint animalia mansueta, quia in primo casu jus principij est commune, in alio non est.

Resolves 5.

Qui in loco clauso piscatur tenetur ad restitutionem qui piscatur in loco aperto, sed

determinato v. g. in lacu juxta ditionem alicujus Marchionis habet jus exigendi tributum ex piſcatione tenetur ad reſtitutionem propter ſuperiorem rationem.

Reſolves ſexto.

Qui occidit columbas alterius columbarij & retinet apud ſe, vel attrahit ex profeſſo, tenetur ad reſtitutionem, niſi ſint Sylveſtres, quia tunc ſunt nullius, ſi vero columbæ alterius columbarij veniant ad tuum, & deſinant remanere in alio, tunc potes propter expenſas aliquid tibi aſſumere, quia tantum eſt per accidens quod relinquant domicilium Domini.

Reſolves 7.

Qui ludendo fraudavit tenetur ad reſtitutionem quia eſt lucrum male acquiſitum ſupra quod non habet jus, ſi lucri fecit à filio-familias, à Religioſo, à muliere uxorata, tenetur reſtituere lucrum, quia illi non habent jus principij; nam bona filij pertinent ad patrem, bona Religioſi ad Monaſterium; uxoris ad maritum niſi ſint adventitia, & paraferoalia.

Reſolves 8.

Clericus omittens horas canonicas tenetur reſtituere fructus Beneficij Eccleſiæ, vel pauperibus ſui Beneficij. Ita Concilium Trid. ſeſſ. 9 vix puto quod fructus Benficij Eccleſiaſtici demptis expenſis poſſint dari extraneis à loco Beneficii, quia poſt mortem Beneficiati pertinent ſicut per vitam durante Beneficiato omnia ſuperflua ad incolas loci; ſunt enim reditus, ſanguis incolarum. Hic non loquor de Curatis quia omnes fructus ſunt ratione laboris; & ſic Epiſcopus v. g. tenetur ſuperflua dare vel ad ſuſtentationem ſuæ Eccleſiæ, re ædificationem & pauperibus diſtribuere ſuæ Diœceſis; omnes enim reditus Epiſcopatus veniunt à Diœceſanis, & ſic habent jus primi principij niſi aliundee debeantur Beneficia.

Reſolves 9.

Reſtitutio facienda eſt ubi Res eſt ablata, ſi fieri poſſit, ſi Dominus longe diſtet à fure tunc fur tenetur propriis expenſis damno ſuo curare, ut perveniat ad Dominum ſuum, quia opportet quod quærat jus primi principij furti ubicumque ſit; clamat enim res furata pro ſuo principio, ſi non ſit Dominus apud vivos, ad hæredes transferatur qui ſuccedunt in

ratione principij. Debet fur reintegrare habentem jus ſupra furatum.

Reſolves 10.

Prius reſtituenda ſunt quæ ſunt Priora re, aut jure, & ſic debita certa, quam incerta, prius res depoſitatæ locatæ, commodatæ, quia illa ſunt potiora jure principij. Prius furata, quam credita, quia major eſt læſio, & injuſta debita poſiti in extrema neceſſitate, quam divitis, quia urget præceptum charitatis ultra juſtitiæ jus.

Reſolves 11.

Qui non reſtituit rem ablatam quam acquiſivit vel ludo injuſto, aut alia ratione ſtatim ac poteſt, etiam cum damno ſuo eſt in peccato mortali, & tenetur ad emolumenta ſecuta ex retardatione, nec poteſt abſolvi, donec reſtituat.

Reſolves 12.

Qui differt ſolutionem poſt mortem, & relinquit hæredibus reſtitutionem eſt in periculo perpetuæ damnationis, qua non ſatisfecit rei clamanti pro ſuo principio, niſi aliunde obſtet ſolutio.

Reſolves 13.

Poteſt quis excuſari à ſolutione ſtatim facienda. Primo, voluntate Domini permittentis. 2. Ex ignorantia juris, aut facti. 3. Ex impotentia: tamen ſi non poteſt pro toto tenetur ad partem. Unde miror quod ſint Mercatores qui fallunt ea intentione ut conveniant poſtea de parte cum creditoribus; ibi enim eſt fraus, ſicut Mercatores qui augent dotem uxoris, ut in caſu præcipuum bonorum auferat ſummam.

Reſolves 14.

Qui eſt in extrema neceſſitate, aut qui reſtituendo non poſſit vivere non tenetur, niſi res fuiſſet furata quia ibi magis urget vis primi principij vitæ, quem alterius emolumenti. quando reſtitutio eſt in damnum animæ & corporis, ut reſtitutio armorum. Tertio ſi reſtitutio eſt in damnum publicum, ut qui reſtitueret pecuniam ſciens debere dari inimico occidenti. Quarto quando ſunt debita facta reſtituens non tenetur vendere inſtrumenta, quibus vivit quia tunc ſuſpendit ſuum jus.

CAPUT IX.

De commodato locato deposito pignore.

COmmodare est aliquid in commodum alterius dare, ut librum: unde commodatarius tenetur restituere tempore elapso.

Resolves 1.

Quando commodatarius re in alium usum quam sit conventio utitur lædit jus principij. v. g. qui commodavit equum ut aliquis vadat Parisios, & vadit Romam, & incidit in latrones tunc tenetur ad restitutionem equi amissi.

Resolves 2.

Quando commodans pactum fecit, ut teneatur alius ad omnem eventum, tunc est obligatio restituendi sive pereat, sivè non, ita est quando mora præcessit & ex mora res perditur.

Nota tamen quod quando vitiosa est res, & non aperuit vitium, & secutum est damnum ut quando equus egrotabat, non tenetur ad restitutionem si pereat, quia ibi est fraus, & amittitur jus principij.

Locatum est quando conceditur usus rei ut liber, domus.

Præcarium est quando præcibus petentis conceditur res, tandiù, quandiù his qui concessit vult.

Depositum quando sola custodia alteri committitur pignus quo est creditori debitor in cautionem obligatur.

Resolves.

In re locata, locatarius tenetur ad illam si pereat sua culpa, ita de deposito. Pignus debet semper restitui sicut res obtenta præcario quando Dominus vult, alioquim læderetur jus principij.

TRACTATVS XV.

De Usura.

CAPUT I.

ANtequam veniam ad totam quæstionem liceat mihi unam opinionem afferre quæ licet in praxi non videatur tuta, in speculativis tamen videtur sequenda.

Supponit primo, ita opinio quod multi sunt Authores qui nullam posse fieri usuram putant

propter strictas distinctiones lucri cessantis, damni emergentis, & periculi sortis, quia inquiunt nulla potest mutuari pecunia absque aliquo periculo, imo videmus quotidie quod successu temporum pecuniæ datæ ad censum pereunt propter varios eventus rerum. Alii condemnant omne mutuum, & putant aliquâ semper affici usura.

Supponit 2. quod mutuum dare est facere de meo tuum: id est transferre Dominium rei in aliam personam. Usura est lucrum inmediate proveniens à mutuo.

Supponit 3. quod ex omnibus Theologis in quacumque lege tria distinguenda sunt, & præcipuè in præcepto de mutuo. 1. Debet attendi ad finem legis. 2. Ad verba legis. 3. Ad intentionem legislatoris. Debet considerari finis legis, quia cessante fine cessat lex. Debent considerari verba, quia secundum vim verborum dignoscitur vis legis. Tandem debet considerari intentio legislatoris, ut cognoscatur quid in lege obliget, & quomodo.

Dico 1. Secundum istam opinionem quod intentio Dei prohibentis usuras, & finis illius præcepti, & vis verborum est prohibere lucrum ex mutuo tantum pro pauperibus in necessitate positis, mox vero pro divitibus à quibus potest accipi lucrum ex omni mutuo propter commercium omnium hominum quod Deus vult fieri.

Probatur primo ratione. Intentio Dei qua prohibet usuras & jubet dari mutuum absque lucro, est quia vult ligare homines vinculo amoris cum se ipso, & proximo justa illud. *In his duobus præceptis universa lex pendet & Prophetæ.* Sed charitas erga proximum unum prohibet, & aliud jubet. Prohibet omne nocumentum proximi. Jubet ut omne solatium possibile tribuatur pauperibus indigentibus, sive ad victum, sive ad victum, sive ad conservationem suorum bonorum. Prohibitio nocendi exprimitur præcepto negativo. Non occides, non furtum facies, non Mæchaberis. Præceptum adjuvandi proximum in necessitatibus exprimitur per duplicem rationem ejus affirmativam. Prima nos obligat ad eleemosynam faciendam, altera ad mutuum dandum indigentibus in necessitatibus, & sic proprie mutuum absque lucro versatur circa indigentes, quia charitas obligat nos ad succurrendum miseriis proximi, quod fit per mutuum, & sic lucrum quod facit usuras est

est illud quod accipitur ab indigentibus.

Probatur 2. diversis sacræ scripturæ locis Primo Exodi cap. 2. art. 25. Si pecuniam in mutuum dederis populo meo pauperi non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes illum. 2. Levitici cap. 25. art. 31. 36. 37. Si attenuatus fuerit frater tuus & susceperis eum quasi advenam, & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti pecuniam tuam non dabis ad usuram, & frugum super abundantiam non exiges. 3. Deuteronomij cap. 23. v. 19. & 20. Non fœneraberis fratre tuo ad usuram;, nec fruges, nec quamlibet etiam rem, sed alieno; fratri autem tuo absque usura quod indiget commodabis.

Ubi adverte quod quando dicit Scriptura quod fœneraberis alieno intelligitur, quia extranei vexaverant Judeos, & expoliaverant eos injuste, & sic in compensationem poterant fœnerari, quia aliter non poterant recuperare amissa.

Probatur 3. à S. Patribus. S. Basilius vocat usuras fœnora quæ debitorũ domos assumendo nascuntur. S. Gregorius dicit. *Hic est fructus quem parterit avaritia parit autem iniquitas, obstreticatur inhumanitate.* S. Joan. Chrisostomus supra. S. Math. *Sic loquitur cessemus tirannisare pauperes, & augere eorum miserias per usuras nostras exigere lucrum ex argento, aut granis quod mutuavimus ad sublevandas eorum miserias ne dicatis addit iste sanctus pauperes non consequerentur, imo valde lætantur ex talis mutuo, etiam si lucrum solvant. Respond. quod in hoc apparet eorum necessitas & vestra inhumanitas; nam lætantur quia sunt in necessitate & istud lucrum aliquomodo sublevat eorum miserias, & aperit vestram crudelitatem.*

Videtis ex testimonio sacræ scripturæ, & sanctorum patrum in quo consistat usura quam Deus prohibet. Videtis mentem legislatoris quæ consistit in hoc quod vult ut sobleventur pauperum miseriæ.

Sequitur primo quod ut sonant verba legis. Prohibet tantum Deus lucrum accipere ab indigentibus, nec loquitur quidem unum verbum de divitibus.

Sequitur 2. quod intentio Dei est ut charitas exerceatur, erga indigentes, sicut exercetur eleemosinam faciendo, exercetur etiam per mutuum absque lucro hoc patet ex propheta Regio qui dicit. *Ex usura & inniquitate redimet animas eo-*

ribus quam tutoribus nulla poterit afferri alia ratio quam ista, scilicet propter commercium quod est licitum omnibus, nec Deus ulli prohibet, nisi respectu indigentium.

Peto 2. quare in venditione domus ubi convenitur de pretio ea conditione, ut donec solvatur summa, solvantur pensiones; imo sæpissime plus exigitur pro summa, quam reddat ipsa domus. v. g. Si domus vendatur mille scuta accipiuntur quinquaginta scuta pro pensione & domus tantum reddet in locatione triginta.

Peto 3. quare aliquis quando constituit mille scuta in dotem suæ filiæ solvit quinquaginta singulis annis donec solvantur mille.

Dices ad primum quia qui emit domum utitur tali domo in suam utilitatem. Ad secundum quia maritus indiget pensione ad nutriendam uxorem suam, & ferenda onera matrimonij. Respond. Quod etiam alius indiget ad vivendum, &c.

Peto 4. Quare est licitum campsoribus accipere lucrum ex pecunia transportanda per literas in alium locum ad utilitatem alicujus, & non erit licitum omnibus accipere lucrum ex pecunia mutuata à divitibus, nulla alia ratio potest afferri, nisi quia est usus, & hoc petit commercium humanum, alioquin periret societas hominum ita possum dicere de aliis.

Peto ultimo quare est licitum Parisiis, & aliis locis locare sedes pro audienda concione cum lucro, cum videamus quod plus accipitur ex illis quam valeant ipsæ sedes tempore quadragesimæ.

Dices quod nemo petit pecuniam in mutuum nisi propter necessitatem urgentem, & sic cum sit necessitas nullum deberet exigi lucrum nec à pauperibus, nec à divitibus.

Respond. Quod est duplex necessitas, una absoluta quæ respicit ipsam substantiam necessitatis quæ reperitur solum apud pauperes ad vivendum, aut ad conservanda sua bona contra aliquem injustum aggressorem, altera voluntaria quæ respicit commercium, & societatem hominum quæ est necessaria ad hoc ut homines vel editiores fiant, vel honoratiores, ut ad emendâ prædia, officia, dignitates, vel ad lucrandum aliquid per commercium. Ista ultima necessitas excludit omne lucrum ex mutuo: non vero prima cum nulla sit lex hoc prohibens: imo cum sæpissime mutuetur pecunia

ditioribus se. Certe non video quare proximus meus possit ditari mea pecunia, & ego non possim aliquid exigere. Sequitur quod lex prohibet tantum mutuare pecuniam pauperibus cum lucro cum ipsi non possint solvere tale lucrum propter indigentiam.

Sequitur 2. Quod eo ipso quod debitor est in necessitate, & quod pecunia in mutuum data remanet absolute necessaria pauperi tunc non potest exigi ipsa pecunia donec sit liber à necessitate, quia lex jubet, ut adjuvemus pauperes in necessitate, vel per eleemosinam, vel per mutuum, & sic quicumque contractus fiat de restitutione pecuniæ tali tempore nulla poterit exigi in tali necessitate ex vi contractus. Ergo si exigatur lucrum ex mutuo erit tantum erga divites ratione commercij, & societatis, quia si cessaret tale commercium fieret maximum detrimentum societati humanæ. Et hoc fundantur in nostro principio, quia pauper habet jus primi principij utēdi tali pecunia mutuata in necessitate, & mutuantes divitibus habent jus primi principii alicujus lucri quod evenire solet ex pecunia.

Dico ultimo quod per illa verba mutuum date Christus voluit renovare præceptum datum judeis quo tenebantur divites dare pecuniam in mutuum pauperibus absque lucro, ne pereat frater noster, & quod illud præceptum non condemnat divites usura quando mutuant divitibus cum lucro.

Aliqui utuntur pulcherrimo remedio ut redimantur ab usura scilicet exigere sententiam à Parlamento qua teneantur debitores solvere lucrum tali tempore si non solvant capitale, & putant ratione moræ habere jus ad exigendum lucrum ab omnibus. Resp. Quasi vero Parlamentum exonerat mutuantes ab usura contra legem Dei, & licet hoc valeat in foro fori: non tamen in conscientia. Ad secundum Respond. Quod mora non dat jus exigendi lucrum à pauperibus, cum pauperes sint semper in eadem necessitate, & habeant idem jus ad exigendum mutuum.

Dices 1. Qui mutuat suam pecuniam oportet, ut intret in negotiationem cum alio, vel quod non mutuet, & tunc nulla committetur usura. Respond. Quod primo non mutuare est destruere commercium humanum. Secundo quod talis negotiatio non potest fieri cum divitibus qui utuntur tali pecunia ad emendum aliquod officium

vel dignitatem ; neque cum mercatoribus qui nolunt aperire sua negotia mutuantibus. Ultra quod libentissime divites vellent ut mutuans intraret in damnum supposito quod officium amitteretur, quia tunc esset periculum sortis ultra quod secundo prædia quæ emuntur minus reddunt, quam pecunia data.

Dices 2. Nullus potest exigere plusquam ipsi debetur, & hæc est tota ratio adversariorum, sed si mutuaret aliquis suam pecuniam diviti exigeret plusquam debetur, cum debeatur tantum pecunia mutuata. Respond. primo, Quod hoc est probandum cum habeamus legem contrariam. 2. Dico quod non exigitur plusquam debetur;quia pecunia fructificat nam sicut mutuatarius lucratur ex tali pecunia, quare mutuans non poterit lucrari ; cum hic non urgeat præceptum charitatis, nec lex prohibeat, & illud mutuum transeat in rationem justitiæ ut apparet in parlamentis qui cogunt mutuatarios solvere inter esse ex pecunia mutuata.

Dices 3. Ex S. Mathæo habetur mutuum date nihil inde sperantes. Christus absolute loquitur sine distinctione divitum & pauperum. Ergo nec nos distinguere debemus. Ergo mutuare alicui sive diviti, sive pauperi cum lucro est prohibitum. Respond. primo, Quod non est necesse quod Christus distinguat, cum jam in veteri testamento sufficienter sit explicatum. Secundo Scriptura sacra non semper distincte loquitur. v.g. quando dicit quod Christus est leo non se explicat, utrum intelligatur literaliter, vel moraliter & hoc relinquit explicandum Ecclesiæ.

Dices 4. Non oportet mutuare, cum mutuum sit tantum consiliũ non præceptum. Resp. Quod est præceptum pro pauperibus.

Dices 5. In tali ambiguitate opinionum pertinet ad Ecclesiam determinare, hoc non determinavit, ergo neque nos debemus determinare, imo videtur quod S. Pontifices prohibuerunt tale lucrum. Resp. Quod hæc omnia quæ dici usque modo fuerunt animi gratia & ad hoc sit aliquis qui respondeat meis difficultatibus præpositis quæ videntur mihi usque modo insolutæ.

CAPUT II.

Opinio currens juxta nostrum principium.

NOtandum est primo quod est differentia inter negociationem, & mutuum, quod mutuum est simplex charitatis opus, juxta illud. *Mutuum date*. Negotiatio est intendere lucrum ex mutuo per contractus.

Nota 2. Quod mutuum imperatur ratione charitatis, & necessitatis alterius.

Nota 3. Quod mutuum est facere de meo tuum id est transferre rem, usum, & valorem rei a qua usus non distinguitur.

Nota 4. Quod usura est quando ab usu rei accipitur aliquid quo res non distinguitur, & sic usuram committere est naturam rei invertere.

Nota 5. Quando accipitur aliquod lucrum ex eo quod natura sua non fructificat, nec fructificaret per industriam dantis, si apud ipsum remaneret: propterea ut aliquis non committat usuram mutuendo oportet, ut hic & nunc sit in procinctu lucrandi aliquid ex eo non vero possit lucrari.

Nota 6. Quod usus pecuniæ est ipsamet consumptio, datio, & possessio rei, & ille usus ab utente debet discedere, & in alterum transferi, & quasi induere naturam commodanti ad tempus.

Nota 7. Non est mutuum dare pecuniam in perpetuum taliter quod dominium rei non amplius remaneat apud dantem; bene vero si non remaneat tantum ad tempus, quia ratione spoliationis dotalis dominij rei licet accipere annuatim aliquid supra sortem sicut fit in locatione prædiorum his positis.

Dico quod mutuum est dare alicui rem quæ ipso usu consumitur tali tempore reddenda. Vsura est lucrum immediate proveniens ex mutuo ratione tantum mutui, non alterius.

Materia mutui est triplex, una quæ consistit in numero ut pecunia alia in pondere, ut argentum, aurum, in alia mensura ut triticum.

Mutuum aliud est verum quando vere res gratis datur palliatum quando est alius contractus quam mutui, ratione cujus aliquid exigitur.

Vsura est lucrum quod immediate provenit ex mutuo, id est mutuo tibi hoc. Volo aliquod lucrum. v. g. pecuniam, reverentiam, amicitiam.

Alia est realis, alia mentalis. Prima est quando de facto per contractum exigitur lucrum alia quando sine expresso contractu sed tacite exigitur.

Vnde à peccandum in mutuis peccato usuræ sufficit, ut

quod minimum quid exigatur ultra ſortem, vel quod mutuatarius obligetur ad aliquid & ſit aliquod onus, ex quibus.

Adverte pro tota quæſtione, quod peccatum uſuræ per ſe contrariatur juſtitiæ, & charitati, & ſic fundatur in læſione primi principij, quatenus omnis proximus habet jus primi principij in his quæ ad ipſum pertinent, vel jure naturæ, vel jure hæreditatis: qui autem committit uſuram uſurpat jus alterius. v. g. Petrus mutuat Joanni centum pro uno anno, habet tantum jus ſupra illa centum, niſi aliunde eſſet lucratutus, & ſic qui accipit lucrum accipit quod ſuum non eſt, ſed alterius: unde.

Reſolves primo. Qui mutuat centum ad hoc aliquis fiat amicus ſuus, committit uſuram, quia exigit quod ſuum non eſt. Licet Cardinalis Caietanus neget, quia inquit amicitia eſt actus interior pretio non æſtimabilis.

Reſolves 2. Qui mutuat ea intentione, ut reſtituat, quando indigebit, non committit uſuram, quia exigit quod ſuum eſt, ſi ſit ſine lucro.

Reſolves 3. Qui mutuat ad redimendum ſe à vexatione, non committit uſuram, quia exigit quod ſuum eſt.

Reſolves 4. Qui mutuando accipit lucrum, quia actualiter privatur aliquo lucro, vel quia ſors pereclitatur, ut ſupra navem apud Mercatores, non committit uſuram, quia exigit tantum id ad quod habet jus.

Reſolves 5. Qui mutuat alteri ea intentione, ut remutuet ipſi, quam ſe feret neceſſitas eſt uſura quia exigit pluſquam debet.

Reſolves 6. Qui mutuat eâ conditione, ut mutuatarius veniat ad Molendarium ſuum, committit uſuram, quia hoc excedit ſuum jus.

Reſolves 7. Qui mutuat alteri ea conditione ut emat ſua jura, vel ſuum agrum, committit uſuram, quia hoc excedit jus ſuum.

Reſolves 8. Qui mutuando accipit pignus cum aliquo lucro committit uſuram ex Caietano in ſua ſumma caſuum, quia eſt mutuum quod habet lucrum immediate proveniens ex ipſo, & ſic contra jus principij.

Reſolves 9. Qui dat frumentum ea conditione, ut reſtituat tempore quo carius eſt, uſuram facit, quia, hoc excedit ſuum jus, quod eſt tantum ad principale.

Reſolves 10. Qui plus vendit ob dilatam ſolutionem ca-

rius juxto precio, usuram committit, quia vendit ob expectationem temporis ad quam non habet jus, nisi certe sciat tunc plus valituras merces.

Resolves 11. Qui commodat, vel locat pecuniam alicui ad ostentationem faciendam, ut numularius, & accipit lucrum, vel qui dat aurum pro argento, ut campsores, & accipit lucrum, vel qui commodat pecuniam ad ponendam in balneo, vel brodio, & accipit lucrum, non committit usuram, quia exigit id quod habet jus.

Resolves 12. Qui super domum, aut agrum constituit censum perpetuum non facit usuras, quia primo hoc permittunt leges sedis Apostolicæ. 2. Quia habet jus super fructificationem agrorum. Ita de pecunia data ad censum, quia privatur jure dominij.

Resolves 13. Qui mutuat amico quem cognoscit liberalem, & gratum non facit usuram, quia nil exigit supra debitum juri suo.

Resolves 14. Qui vendit minori pretio propter anticipatam pecuniam non causat usuram in emente, quia plus valet pecunia præsens quam futura.

Resolves 15. Si quis emit minori precio cum onere retrovendendi usuram facit, quia excedit jus primi principij

Resolves 16. Qui habet decem pagas supra Montem pietatis solvendas tantum post duos menses; tamen quia indiget nunc pecunia, dat illas decem pro octo solvendis nunc, non committit usuras, quia vendidit jus quod habebat supra nonam. Ita de aliis officialibus.

Resolves 18. Dare pecuniam cum periculo amittendi capitale, vel damni emergentis non committit usuram, quia mutuans habet jus conservandi suam pecuniam indemnem, quando accipit lucrum ex illo accipit propter lucrum quod posset facere, supposito quod sit Mercator, & quod sit proxime lucraturus, quia privando se illo lucro habet jus supra aliud.

Resolves 19. Dare in mutuum pecuniam ea conditione; ut si indigeant infra annum restituas, vel cum primo indiguero est usura, quia recipitur tantum ratione mutui ad quod non habet jus.

Resolves 20. Mutuare pecuniam pro duobus amnis ea conditione, ut non possis repetere, nisi post duos annos etiamsi indigeas dicunt multi non esse usuram.

Resolves 21. Dare pecuniam mutuo ea intentione ut nisi restituas post duos annos ratione moræ

moræ post illos annos recipere lucrum non est usura, quia cessat post illos duos annos ratio mutui, & reservas illam pecuniam invito Domino, & jus primi principij redit ad mutuantem, & est extra charitatis legem.]

Dices si adhuc mutuarius sit in necessitate post illos annos non poterit, nec tenebitur solvere: R. Quod tunc non poteris exigere lucrum, quia remanet ratio mutui.

Resolves 22. Quod mulier habet pecuniam. v. g. Mille scuta & nihil aliud, si paulatim dispenset eveniet ad extremam necessitatem. Si mutuet ea conditione, ut si sit occasio maritandi alius teneatur restituere, & lucrum accipiat usuram committet: quia eo ipso quod mutuavit cessat jus quod habebat supra illa, & non sunt amplius sua.

Resolves 23. Si aliquis habet aliquam obligationem in scriptis. v g. Centum scutorum non potest accipere lucrum quia non est periculum sortis.

Resolves 24. Qui dat vaccas aut pecora in commendas, & periculum est apud recipientem usuram facit, quia accipit lucrum absque ullo periculo cum debeat tantum accipere lucrum ex fructibus, & res mutuata remaneat apud recipientem & fiat Dominus rei.

Resolves 25. Qui dat triticum cum obligatione ut restituat tempore quo carius venditur, aut ut in suum molendarium veniat usuram committit quia accipit lucrum ad quod non habet jus.

Resolves 26. Tutor qui dat pecunias pupilli ex mutuo, & aliquid supra sortem recipit, etiam si teneatur illam fructificare & damnum redundet in ipsum, usuram committit quia utitur malo principio; dico tamen quod leges excipiunt duo casus scilicet tutores, & uxores circa dotem. Secundo quando fudatarius oppignorat fundum Domino fundi.

Resolves 27. Si quis det principi in mutuum ut eximatur à vetigalibus probabile est secundum aliquos non esse usuram quia licitum est principi eximere quemcumque voluerit à vetigalibus, tamen probabilius est esse usuram quia est ratione mutui.

Circa legem commissoriam sic discurrendum est, notando quod lex commissoria est in qua accipitur pignus ea conditione, ut si non restituat pro finito tempore, pignus cadat in promissum.

Dico quod dummodo non sit

fraus, ita ut dans pecuniam non sit certus quod alius non poterit solvere statuto tempore secundo, ut fructus pignoris computentur in sortem non est usura.

Resolves 28. Qui rem carius vendit quam valet, aut vendit vitiosum pro bona usuram committit.

Resolves 29. Qui rem carius vendit ob dilatam simpliciter solutionem usuram committit, nisi de facto sit in proxinctu vendendi alteri justo pretio, & ex illa pecunia posset aliquid lucrari, vel ob cessationem illius pecuniæ privetur aliquo lucro certo & non imaginario.

Resolves 30. Qui fraudat in quantitate, pondere, mensura, qualitate tenetur ad restitutionem quia lædit jus proximi quia non habet jus principij in illam pecuniam usurpatam ratione fraudis.

Resolves 31. Qui consulit & dat pecunias ad usuras faciendas tenetur ad restitutionem, quia est causa efficax usuræ, & directe concurrit ut diximus de homicidio.

Resolves 32. qui deponit pecuniam apud eum quem scit certo quod abutetur ad usuras dicit sic D. Tho. q. 78. art. 3. quod si quis committeret pecuniam suam usurario non habenti alias unde usuras exerceret, vel ea intentione, ut inde Copiosius per usuram lucraretur daret materiam peccandi; & læderet jus primi principij proximi causam dando peccandi in præjudicium tertij. Si autem aliquis usurario alias habenti unde usuras exerceret pecuniam suam committat, ut tutius servetur non peccat, sed utitur homine peccatore ad bonum.

Resolver 33. Judices, Advocati, Domini temporales qui statuto præcepto, vel alio modo causæ sunt, ut usuræ solvantur, vel solutæ non restituantur peccant contra jus primi principij proximi, quia sunt causæ efficaces injustæ lesionis; idem est de his qui non excludunt à suis locis usuras exercentes; & secundum Clementem ex gravi; de usura excommunicantur.

Resolves 34. famuli qui faciunt contractus usurarios nomine Dominorum qui usuras exigunt, pecunias numerant ad solutionem cogunt, peccant, & tutius est quod teneantur ad restitutionem, quia sunt causæ competentes ad læsionem primi principij proximi.

Resolves 35. Qui petit à paulo centum quæ ipsi debentur & ab illo totidem assignantur

in Francisco qui Paulo centum debet ob usuras, non potest illa exigere à Francisco usurario, quia usuraries, nec Paulus possunt solvere cum præjudicio juris principij alterius; nam illa centum ad Paulum non pertinent.

Resolves 36. Quod inducere aliquem ad usuras semper est malum ab intrinseco. Ita D. Tho. 22. q. 78. art. 4. tamen potest quis ab eo qui usuras exercet mutuum petere, & accipere, quamvis sciat non daturum, nisi sub usuris propter necessitates suas quia tunc nullum læditur jus, imo bonum exercet per malam fidem alterius, scilicet mutuum.

CAPUT III.

De Monopolio.

Monopolium est conventio multorum quo asservantur merces ea conditione ut tantum tali pretio ultra summum pretium taxatum vendant; ita dicendum est de eo qui à Principe impetrat privilegium, ut tales merces tantum per ipsum vendantur eo pretio, quo vult cum notabili damno civitatis incolarum: ita dicendum de rusticis, qui conveniunt in locatione re tuum, in labore, & decimarum.

Resolves primo. Quod qui conveniunt ad invicem, ne suas vendat merces, nisi tali pretio accedente justum pretium peccant contra justitiam, quia læditur jus proximi.

Resolves 2. Rustici qui conveniunt ad invicem, ne colligant. v. g. Triticum nisi tali salario ob ventum validum insurgentem peccant contra justitiam.

Resolves 3. Qui accipit privilegium à Principe ut tantum quantum vult vendat tales merces peccat contra justitiam, quia lædit jus principij proximi.

Resolves 4. Librarij qui exigunt à Principe privilegium, ut carius vendant libros justo pretio, peccant contra justitiam.

Licitum est tamen Reipublicæ, & Principi ob bonum commune statuere, ut aliqui tantum vendant. v. g. Tabacum dummodo tolerabili pretio vendatur, prohibitum ex D. Thom. taxare frumentum, & alia necessaria ad sustentationem vitæ ultra justum pretium.

CAPUT IV.

De contractu societatis.

CONtractus societatis est conventio multorum conferentium pecuniam industriam, & laborem ad lucrandum in negotiatione. Tribus modis potest fieri. Primo, ut unus ponat pecuniam, alter industriam, & laborem. 2. Ut unus ponat tantum pecuniæ, quantum alter. 3. Ut unus ponat pecuniam, & servet capitale, & alius sumat in se periculum, & suum impendat laborem, & in fine æqualiter dividatur lucrum.

Ad justam societatem tria requiruntur. 1. Ut negotiatio sit licita. 2. Ut pecunia subjaceat periculo deponentis. 3. Ut servetur æqualitas in omnibus tam pecuniæ, quam industriæ, & laboris.

Triplex potest fieri contractus. Primus, in quo unus dat pecuniam, alter industriam. 2. Assecurationis, in quo assecuratur capitale. 3. In quo assecuratur, & capitale, & lucrum mediocre. v. g. do Mercatori centum ad negotiandum supra mare, & exigo tot. Secundo cum periculo, & capitalis, & lucri. est primus contractus do tibi centum, & exigo tantum decem salvo capitali: est secundus contractus: do tibi centum & exigo tantum quinque salvo capitali, & illis quinque, id est sive navis naufragetur sive non, semper restitues centum, & illa quinque.

Dico quod primus contractus est licitus, non alii duo, quia salvatur indemne capitale, quod est contra jus societatis.

Resolves 1. Quod mulier quæ dat pecuniam negotiatori, & alter industriam salvo capitali taliter quod periculum cadat supra negotiatorem, & tamen æqualiter dividatur lucrum est illicitum, quia fit injuria juri primi principij negotiatoris.

Resolves 2. Qui dat centum Mercatori salvo capitali & recipit lucrum peccat contra justitiam, quia lædit jus Mercatoris qui non tenetur ad capitale: Sic dans exigit quod suum non est supposito quod navis pereat: nam illud naufragium eximit Mercatorem à solutione sortis.

Resolves 3. Qui dat pecora, & accipiens assumit sibi periculum pecorum, peccat per eandem rationem.

Possec aliquis dicere quod Mercator potest assumere sibi hoc periculum sortis, & ne-

mini faciet injuriam. Ergo poterit fieri cõtractus de assecuratione principalis, sed dico quod dummodo non sit contractus & Mercator promittat alteri hoc capitale sive pereat navis sive non ea conditione ut obligetur tantum ad parvum lucrum erit licitum.

CAPUT V.

De Monte Pietatis.

FOrma institutionis Montis Pietatis hæc est, v. g. est aliquis dives qui vult sublevare miseriam pauperum ad impediendas usuras, ponit summam pecuniæ, vel frumenti ad mutuandum pauperibus singulis annis pignoribus acceptis, ut exigatur aliquid pro labore inservientium.

Istæ conditiones debent servari, 1. Ut non detur pecunia, nisi ad certum tempus. 2. Ut sine pignore non detur. 3. Ut statuto tempore si sors non solvatur, pignus ponatur sub hasta & vendatur, & pecunia accepta pignoris si excedat sortem restituatur, & tantum reservetur, quantum valet sors. Ultimo, ut parum accipiatur pro expensis. Hic Mons Pietatis nulli facit injuriam: imo multum est utilis & charitativus.

CAPUT VI.

De Cambio.

CAmbium est permutationis contractus pecuniarum quæ communiter causa lucri exercetur. Differt à venditione in qua res pro pecunia datur: in cambio autem datur pro pecunia.

Aliud est reale, aliud siccum, cambium siccum est fictitium cum vere sit mutuum, quia est mutatio pecuniæ præsentis pro absente tempore, sed non loco quod nullomodo cohonestari potest, cum sit admodum arboris carentis humore, & fit quando pro distantia loci, distantia temporis subrogatur, ut quando indigens Romæ pecunia accipit eam restituendam Romæ, sed juxta cambiorum valorem Lugduni insequenti feria.

Cambium reale dividitur in minutum, seu manuale, & locale, seu per literas. Primum est quando pecunia una pro alia meliore, vel deteriore commutatur cum fœnore illius qui in gratiam alterius cambit. Dicitur manuale quia de manu præ.

senti ad manum præsentem fit translatio; ut si scutum aureum pro æreis de præsenti datis commutes, vel econtra. Cambium locale, seu per literas est quo permutatur pecunia in uno loco data in pecuniam in alio loco reddendam.

Quæres primo quo titulo accipi possit lucrum in Cambio reali minuto, seu manuali. Resp. Posse primo ratione officij destinati à Republica propter suam utilitatem, propter variationem monetarum ad commoditatem civium, pretium debet esse taxatum à Republica aliquando isti campsores habent salarium à Republica tunc nihil possunt accipere.

Secundus titulus est ob numerationem pecuniæ ratione laboris potest accipi lucrum.

Tertius titulus est ratione materiæ, quia aurum pro ære est magis commodum, & sic pretio æstimabile.

Quartus titulus est, si moneta currit in uno Regno & non in alio.

Quintus ratione commoditatis qua privatur campsor, ut si sit minutior ad manuales usus, si major ad transportandum. Inde inferes. Famulus cui Dominus dedit pecuniam auream, ut satisfaciat creditori potest illam pro ærea commutare sibi retento lucro & fructu industriæ dummodo Dominus per hoc non patiatur detrimentum nec creditor.

Quæres 2. An omnibus liceat cambium exercere. Resp. Affirmative, quia hoc nec jure naturæ, nec lege positiva prohibitum est, dummodo ultra pretium taxatum à Republica non accipiat.

Quæres 3. Quibus titulis cambium locale seu per literas sit licitum. Resp. Quod primus titulus est translatio pecuniæ, & sic dignus est campsor mercede sua. Secundus est assecuratio pecuniæ datæ in periculo. Tertius est majoritas valoris pecuniæ uno loco quam in alio.

CAPUT VII.

Decretum Papæ Pij V. circa mutuum.

PIVS EPISCOPVS SERVVS Servorum Dei, ad perpetuam memoriam.

CUm onus Apostolicæ servitutis obeuntes cognoverimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari contractus censuum: quæ nedum

non continentur intra limites à nostris Antecessoribus eisdem contractibus statutos verum etiam, quod deterius est, contrariis omnino pactionibus propter ardentem avaritiæ stimulum, legum etiam divinarum manifestum contemptum præ se ferunt, non potuimus animarum, pro ut tenemur, saluti consulentes & piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tum gravi morbo, lethiferoque veneno, salutari antidoto non mederi. Hoc igitur nostra constitutione statuimus censum, seu annuum reditum creari constituique nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

Rursum nisi vere in pecunia numerata præsentibus testibus ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti; non autem recepto integro, justoque pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conventiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus: quemmadmodum, nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem census suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter vivos, quam in ultima voluntate alienari.

Ubi autem vendenda sit, volumus Dominum census aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones quibus vendenda sit etiam per mensem expectari.

Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium seu certas expensas, aut certa salaria, seu expensas medio juramento creditoris liquidandas, aut rem censui subjectam, seu aliquam ejus partem amittere aut aliud jus ex eodem contractu, sive aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere & toto irrita sint, & nulla: imo & censum augeri & novum creari super eadem, vel alia re in favorem ejusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteritis, vel futuris omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de jure, & ex natura contra-

ctus non ſpectarent.

Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructoſa in totum vel pro parte affecta volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui nonobſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili: imo centum & plurium annorum præſcriptione, nonobſtantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuſcumque verbis, aut clauſulis concepta ſint cum vero traditione pretij reditus extinguendus erit volumus per bimeſtre ante id denunciari, cui pretium dandum erit, & poſt denunciationem intra annum tamen etiam ab initio pretium repeti poſſe, & ubi pretium nec volens intra bimeſtre ſolvat nec ab invito intra annum exigatur volumus nilhominus quandocumque reditum extingui poſſe, prævia tamen ſemper denunciatione de qua ſupra, & nonobſtantibus his de quibus ſupra, id que obſervari mandamus, etiam quod pluries denunciatum fuiſſet, nec unquam effectus ſecutus fuiſſet.

Pacta etiam continentia cenſus extra caſum prædictum ab invito, aut ob pœnam, aut ob aliam causá repeti poſſe omnino prohibemus, contractusque, ſub alia forma poſthac celebrádos fœneratitios judicamus. Et ita illis propterea nonobſtantibus, quidquid vel expreſſe, vel tacite contra hæc noſtra mandata dari, remmitti, aut dimitti contingat à fiſco volumus poſſe vindicari.

Hanc autem ſalutiferam Sanctionem nedum in cenſu noſtro creando; verum etiam in creato quocumque tempore alienando modo poſt publicationem contributionis creatus ſit, perpetuo & in omnibus ſervari volumus. Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem ſeu aliud accidens, nec quoad ultimo contrahentes minus, vel augeri. Et licet legem ipſam ad contractus jam celebratos non extendamus; illos tamen omnes in quos ſub alia forma pervenerunt cenſus, hortamur in Domino, ut ſingulos contractus cenſuræ bonorum Religioſorum ſubjiciant, & animarum ſaluti conſulant. Nonobſtantibus, &c. Datum Romæ anno 1568. & Kalen. Febr.

CAPUT.

CAPUT VIII.

Alterum Decretum ejusdem Pij V. circa cambium.

PIVS EPISCOPVS SERVVS servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN eam pro nostro Pastorali officio curam diligenter incumbimus, & infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia quæ sicca nominantur, & ita confringuntur, ut contrahentes ob certas nundinas seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quæ loca ij qui pecuniam recipiunt, literas quidem suas cambij tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur ut transacto tempore, unde processerant inanes referantur, aut etiam nullis hujusmodi literis traditis pecunia ibidemque cum interesse reposcitur, ubi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes & recipientes usque à principio, ita connumerat, vel certo talis intentio erat, neque quisquam est qui in nundinis, aut locis supradictis hujusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ, sive depositi, sive alio nomine facti cambij traduntur, ut postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur, sed & in ipsis cambiis quæ realia appellantur interdũ Cum ad nos perfertur, campsores præstitutum solutionis terminum lucro ex tacita, vel expressa oondicione receptos; seu etiam tantummodo promisso differunt quæ omnia nos usuraria esse declaramus, & ne fiant districtè prohibemus.

Porro ad tollendas quoque in cambiis quantum cum Deo possumus occasiones peccandi, fraudesque fœneratorum. Statuimus ne deinceps quispiam audeat, sive à principio, sive alias certum, & determinatum interesse, etiam in casu solutionis pascici, neque realia cambia, aliter quam pro primis nundinis, ubi illæ celebrantur; ubi vero non celebrantur pro primis terminis, juxta receptum locorum usum exercere, abuso illo prorsus rejecto, cambia pro secundis, & deinceps nundinis, sive terminis exercendi: curandum autem erit in terminjs ratio habeatur longinquitatis, & vicjnitatis locorum inquibus solutio destinatur, nedũ longiores præfiguntur quam loca destinatæ solutionis desiderãt, fœnerandi detur occasio. Datum Romæ apud S. Petrum, ann. Incarnationis Dominicæ 1571. 1. Kal. Febr. Pont. nostri an. 6.

Annotatio super his.

Ex ista extravagante notandum est, sola & omnia cambia ficta, ac simulata hic appellari sicca, omniaque & sola vera realia, quod colligitur ex verbo, sicca, adjuncta clausula (& ita finguntur) à verbum realia, totoque orationis contextu, & ita non damnantur omnia cambia quibus campsor dat prius quam accipiat, licet omnia illa appellentur sicca.

Notandum est 2. ex versiculo. (ut contrahentes, &c.) ad justitiam cambij per literas requiri illud tertium & quartum relatum; scilicet, ut campsor sciat, vel probabiliter credat cum cui dat pecunias posse solvere ubi promittit, quodque literæ dantur ad alium locum distantem.

Et licet jure communi licuisset ante hanc extravagantem convenire à principio, vel postea ante terminum solutionis super interesse verisimili ut certum quid solveretur: post eam tamen non licet in hac materia cambiorum, quamvis secus in aliis cum à jure antiquo non recedatur, plusquam exprimatur; quod tamen limitandum quoad forum conscientiæ quando certificatio esset æqua coram Deo; hæc enim lex fundatur quoad hoc in præsumptione, cui non est locus in illo foro. An autem idem sit in mutuo dubitatur.

Notandum est 3. Non posse exerceri cambia, nisi quoad proximas nundinas, vel proximos terminos solvendis cambiis præfigi consuetos. Quod limito, quoad effectum carius cambiendi in secundis, vel tertiis nundinis, quam proximis. Non enim videtur prohibitum à Pio V. ne major dilatio detur debitori citra ullum majus campsoris lucrum.

Notandum est 4. Quod potest solvi ista quæstio. An scilicet liceat uni Gallo dari alteri Romæ 100. scuta pro 100. solvendis ab eo in Gallia cum aliquo augmento. Ad quam. Respond. Quod non potest fieri per viam interesse lucri cessantis si illa pecunia non erat destinata immediate negotiationi, vel rei fructiferæ, quia non datur locus illius interesse. Secundo neque per viam emptionis, aut commutationis rei præsentis cum re absente, si ille non habet formaliter in Gallia; si vero habet in reditibus poterit, quia ratione absentiæ. 2. Ratione valoris, quia plus valent centum hic, quam ibi totidem. Potest etiam per viam mutui,

quia. 1. Plus valet hic, quam alibi. 2. Ratione absentiæ.

Nonobstat decisio S. Antonini, nempe usuram committere campsorem qui Romæ dat alteri centum solvenda Parisiis intra octo menses cum augmento 5. vel 8. quia loquitur de mutuante, vel de illo qui sola ratione dilationis indultæ ad soluendum accipit aliquid ultra sortem, & quia eadem pecunia plus valet Parisiis, quam Romæ, quod non licet. Supra vero dicta procedunt de ratione emptionis rei quæ minus valet ob absentiam, & locum in quo est, aut ratione lucri cessantis, vel lucri damni emergentis.

Notandum est 5. Quod ducati & scuta quibus utuntur campsores & mercatores in nundinis cambiando sunt majoris pretii, quam illa quibus utuntur in emendis rebus necessariis, & mercibus, propter aliunde remittenda, vel distantiam locorum, non quod mercatores hoc augmentum ex se faciant.

Notandum est 6. Quod non video quomodo possint liberari ab usura mutuantes Regibus cũ tali onere quo mutuant: Quia jure naturali est prohibita usura ergo nunquam licet 2. nunquam licet mentiri, sub usura autẽ mutuare est mentiri. ergo 3. Quia illi mutuantes Regibus non habent pecuniam paratam negotiationi, nec prædiis, aut censibus emendis. 4. Non ratione cambij hoc possunt, quia non licet accipere lucrum ex eo quod cambiat quis in uno loco ad eundem locum. 5. Quia non licet accipere 7. 8. aut 10. pro centum in anno. Vltimo non potest reduci lucrum ad cambium septimæ speciei. Pro quo.

Notandum est 7. Quod cambium est permutatio pecuniæ pro pecunia in alio loco danda. Dividitur in 7. genera sive species. 1. Ratione officij mutuandi quod non est in usu. 2. Per minutum quo præsens pecunia pro præsenti commutatur. 3. Per literas. 4. Per translationem. 5. Ob interesse. 6. Pro custodia. 7 Per commutationem pecuniæ præsentis pro absente permutatio rei antiquior est emptione & in qua tantum debet valere datum, quam acceptum, ut si justa quia datur ad æqualitatem. Vnde qui dat modo pecuniam reddendam infra 6. menses cum lucro peccat & committit usuram, quia derogatur juri proximi, quatenus accipit quod non debet.

Cambium per officium est quod constituit Respublica pro indigentibus cum aliquo sala-

rio : imo cum paruo lucro, quod est licitum.

Cambium per minutũ est quo quis cambis præsentem pecuniã pro præsenti, sed diversæ speciei, ut julios, sive asses pro nummis, & est licitum.

Cambium per literas est quo virtualiter transfertur pecunia de uno loco in alium. Ad quod requiritur ut servetur æqualitas valoris tam datæ, quam acceptæ pecuniæ. 2, Vt campsor non accipiat plus justa mercede quod oritur, & eo quod tardius accipiatur pecunia, quia expectatur certitudo solutæ pecuniæ in alio loco. 3. Vt campsor sciat certo soluturam esse pecuniam statim ac literæ pervenient. 4. Vt locus distet in quo danda est pecunia.

Cambium per translationem realem, fit emendo vel vendendo, vel quærendo pecuniam minoris pretij in una Provincia vel Regno, quam in alio, ut dupliones Hispanicæ cum Gallicis, licet istud.

Cambium quo campsor aliquid supra sortem accipit ratione lucri cessantis, & damni emergentis, est licitũ. Suposito quod hic & nunc vere esset lucrum.

Cambium quo quis custos authoritate publica custodit aliquid, est licitum etiamsi accipiatur pro custodia, & hoc vocatur en depost; cambium quod fit per commutationem præsentis pecuniæ pro absente est licitum, & vocatur, do, ut des & hoc vocatur negociatio.

Nam tempore nundinarum plus valent pecuniæ ob negociationem quam post transactas nundinas. Præcipuæ grossæ monetæ, ut nummi aurei, & scuta. Nam v. g. Avenionense, monetæ parvæ nullius sunt valoris in aliis locis, propterea minus valent, quam scuta & nummi aurei, quia scuta & nummi ubique recipiuntur.

CAPUT IX.

De Censibus.

Census est accipere pecuniam pro re fructifera, ut pro prædio. Nota quod potest vocari census quando datur pecunia in perpetuum, ut tot solvantur; licet pecunia ex se non fructificet, quia tunc non est mutuum.

Nota 2. Quod quando pensio est supra rem fructiferam potest dari, vel in perpetuum, vel ad tempus, cum onere tot solvendi: quia ibi non accipitur aliquid pro capitale, sed pro fructu illius: quæ pensio est duplex realis, & personalis. Prima est supra rem fructificantem, ut prædium. Alia supra perso-

nam, ut servum, & mancipium, quod hodie non permittitur apud Catholicos.

Nota 3. Quod census, aut est reservativus, aut consignativus. Primus est quando reservatur aliqua pars fructuum. Alius quando aliquis retinet rem apud se, & assignantur aliqui fructus.

Nota 4. Quod in isto contractu non est mutuum, sed emptio: quia in mutuo obligatio est ad sortem, in censu vero ad fructus, & annuum reditum.

Nota 5. Ad validitatem censuum requiruntur 8. conditiones. Prima ut constituatur super re certa, & determinata. 2 Quod tota res remaneat subjecta censui, & non alia bona. 3. Quod justum pretium detur. 4. Vt totum pretium simul solvatur. 5. Quod venditor ad redimendum censum non obligetur. 6. Quod pereunte re supra quam census fundatur. Pereat census. 7. Ut census ad minus reddat, quantum census valet; ita Pius V. in Bulla data Romæ ann. Domini 1568.

Nota 6. Quod in emphiteusi quando per biennium Ecclesiæ, & triennium aliis, cessavit à solutione, tunc res cadit super quam census fundatur, quia dominium remanet apud dantem: non vero in censu, licet possit poni illa conditio, quod fit etiam in pecunia data in perpetuum.

Nota 7. Quod aliquando in contractu censuum potest apponi conditio nisi pensio solvatur bona hypothecata cadant in venditorem.

Nota 8. Bona hypothecata non possunt alienari sine consensu censualistæ.

Nota 9, Potest apponi conditio, ut si in eventu triennij pensio non solvatur, possit venditor repetere capitale cum damnis, & inter esse.

Nota 10. Potest poni conditio, nisi emptor velit redimere censum debeat monere ante 6. menses solutionis.

De locato dico tantum, quod tempore sterilitatis tenetur solvere pensionem ex justitia: licet locans teneatur ex charitate eximere à solutione pro illo anno, quia tempore abundantiæ non ad plus tenetur.

CAPUT X.

De Ludo.

Ludus est pactum in quo victori certaminis res ab utroq; exposita tribuitur. Quamvis ludus sit licitus, tamen est valde periculosus & dicitur ordinarie, quod lusores sunt ho-

mines perditi propter dilapidationem bonorum & fere nunquam visus est lusor ditatus per ludum. Ex quo deducitur, quod sunt veluti piratæ, quorum bona male acquisita dilabuntur; quia tamen est licitus, si sint conditiones requisitæ: videndæ sunt illæ conditiones.

Tres requiruntur conditiones ut ludus sit licitus & lucrum permissum. Prima, ut persona ludens sit libera, & sui juris. 2. ut alter alterum per fraudes, minas, injurias non attrahat ad ludendum. 3. ut non interveniant fraudes contra leges ludi, ex quibus.

Resolves primo. Filiusfamilias absque licentia patris. Minor absq; licentia tutoris. Vxor absque licentia viri non possunt ludere, & si quid lucrentur tenentur ad restitutionem, sicut est qui lucrantur ab ipsis. Quia illi omnes derogant juri primi principij, nam nec filius familias, nec minor, nec uxor habent jus in bona patris, tutoris & viri. Nisi sint de paraphernalibus, adventitiis, castrensibus, vel quasi castrensibus. Vel nisi permittant pater, tutor & vir.

Resolves 2. Qui minis, injuria, fraude aliquem attraxit ad ludendum, vel qui cogit minis ut perseveret in ludo tenetur ad restitutionem lucri, qui vero patitur injurias, non tenetur restituere lucrum quia acquisivit jus ad illud.

Resolves 3. Qui lucratus est per fraudes. Si socius etiam quantum potuit defraudavit non tenetur ad restitutionem quia uterque videtur cedere juri suo.

Resolves 4. Qui ludunt ludo vetito per leges & canones ut aleis, taxillis & licet peccent non tenentur restituere lucrum ante sententiam judicis; quia jure naturæ non tenentur cum licitum sit unicuique cedere juri suo & dominio.

Resolves 5. Qui ludit ludo vetito ad creditum perdit non tenetur jure communi solvere, nisi juraverit se soluturum in Regno Castellæ post Decretum Caroli V. etiam si ludus non sit vetitus non tenetur solvere pecuniam creditam.

Resolves ultimo. Qui contendit de veritate cum alio, & spondet se soluturum tot, tenetur solvere, si vincatur, quia alioquin læderet jus primi principij alterius.

TRACTATVS XVI.

De octavo præcepto id, est de falso testimonio, sive de calumnia.

CAPUT I.

De Calumnia.

Sciendum est quod hoc præcepto prohibentur peccata quæ committuntur in judicio, aut falsum dicendo, aut verum supprimendo, aut legendo, aut revelando secreta quæ principaliter prohibentur, quatenus derogant juri primi principij proximi in bonis, vel in fama minus principaliter prohibentur, hoc præcepto verba cum injuria proximi, & peccata judicum.

Sciendum est 2. Quod calumnia tripliciter sumitur: primo. Pro ruina qua quis aliquem afficit ipsi gratis, vel sine causa intendendo litem: unde apud juris peritos in principio litis, vel postea alterutra parte exigente necessario judex deferre debet actori, ut juret non calumniandi animo litem se movisse, sed existimando bonam causam habere: reo vero ut juret quod putet se bona instantia uti ad reluctandum l. 2. cap. de jure jurando propter calumniam. Deinde uterque jurare debet non exacturum se probationem, nisi quam pro veritate necessariam esse existimabit & quod nihil penitus causa patrocinij judicibus, vel aliis personis dederit, aut promiserit excepto salario Advocati.

2. Accipitur pro oppressione violenta qua quis bona temporalia extorquet, de qua Levitici 6. Anima quæ peccaverit, & contempto Deo vi aliquid extorserit, Aut calumniam fecerit, viduam, & pupillum & advenam, & pauperem nolite calumniari.

3. Accipitur pro falso, vel impositione falsi criminis præsertim in judicio, de quo Psalmo 104. Dicitur humiliaverunt in compedibus pedes ejus. Ferrum pertransiit animam ejus: unde.

Dico primo. Quod calumniator peccat quia derogat juri proximi in fama, vel in bonis juxta illud Proverbiorum 6. Sextum quæ odit Deus & septimum detestatur anima mea, oculos sublimes linguam mendacem, testem fallacem: & eum qui seminat inter fratres discordias.

Dico 2. Quod qui scienter, vel crassa ignorantia alterum calumniavit tenetur ad restitutionem famæ.

Dicendo se dixisse falsum idque coram iis in quorum præsentia illi falsum imposuit, quia læsit jus quod habet supra honorem suum, & furatus est calumniator quod ipsius non est.

Dico 3. Quod quis calumniatus est aliquem civiliter tenetur restituere. primo si damnum dedit in bonis jam quæsitis tenetur in integrum ea restituere: ut si causa fuerit cur aliquis injustè officio privetur: si impedierit aliquem à legato quod ei testator reliquerat: si vero dedit damnum impediendo aliquem injuste à consecutione beneficij, tenetur restituere secundum arbitrium boni viri: ut qui falso aliquem diffamavit dignum officio, vel beneficio quod propter diffamationem non consequitur, tenetur à totam damni restitutionem: si virginem diffamavit, tenetur ad dotem quæ necessaria est, ut diffamata nubat, quia læsit jus quod habebat in bonum matrimonium.

Dico 4. Quod qui diffamamavit ex ignorantia, vel inadvertentia, non tenetur ad restitutionem: ita Caietanus l. 7. art. 4. & Navarr. quia neque ratione rei acceptæ neque ratione injustæ damnificationis; quia illud damnum est tantum fortuito illatum.

CAPUT II.

An Iudex aliquando peccet contra istud praeceptum.

DIco 1. Quod Judex peccat contra istud præceptum derogando juri proximi; si non sit circum spectus & facile accusationibus fidem adhibet juxta illud. Job 29. Causam quam nesciebam diligenter examinabam. Et Genesis 18. Descendam, & videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint an non; est ita ut sciam, ut peccaverunt judices circa Danielem.

Dico 2. Quod peccant judices contra hoc præceptum lædendo jus proximi, quando hominem secundum publicas allegationes, & probationes convicti morte ad judicem, scientes privatim ejus innocentiam, quia hominem innocentem directe occidere non licet.

Dico 3. Quod judex peccat contra hoc præceptum derogando juri proximi, quando aliquem in civilibus, vel crimi-

nalibus

nalibus non judicat; vel si sciat privatim ejus innocentiam, si illam non possit probare. Alioquin vix judicia ulla possent terminari.

Dico 4. Quod judex qui personas aliquas in judiciis excipit lædit jus proximi, quia habet jus ut indicetur: Deus enim non est acceptor personarum, ergo neque homo, & paralipo 19. dicitur, videte quid faciatis non hominis exercetis judicium: sed Dei & quodcumque judicaveritis in vos redundabit.

Dico 5. Quod judex qui accipit munera à partibus ut judicet in favorem illarum, peccat contra jus proximi. Fit enim injuria alteri parti ut dicitur Exodi 23 non declinabis in judicium pauperis mendacium fugies, insontem & justum, non occides; quia aversor impium.

Quæres 1. Quando judex censetur sententiam ferre sine affectu. Respondeo 1. Quando judicat ex merito causæ, & secundum quod jus dicit.

2. Quando si judicat secundum consuetudinem loci juxta l. 1. c. ubi dicitur quod optima est legum interpres consuetudo l. si de interpretatione ff. de legibus.

3. Quando Doctores periti in causarum genere & similibus eventibus ita dixerunt bonis rationibus moti.

4. Quando Judex secundum probabilem opinionem judicat, licet alia opinio sit securior. Quia homo non tenetur absolutè loquendo, eligere quod melius est ut circa salutem nemo tenetur servare virginitatem, aut ingredi Religionem, quamvis virginitas, & Religio, sint quid melius accepto voto & juramento, ex quo deducitur quod judex potest aliquando propter amicum judicare secundum opinionem probabilem quæ amico magis favet: tunc enim non fit contra jus proximi quia amicus haberet æque jus ut judicetur tunc in favorem suum, ac alius, nec juri justitiæ, sed in hec duo cavere debet judex: Primò, ne propter munera, aut affectus particulares judicet opinionem esse probabilem quæ non est.

2. Ne propositum habeat cæteris paribus semper ferendo sententiam pro amico quidquid sit de causa: quia tunc læderet jus & justitiæ, & proximi.

Quæres 2. Quid faciendum sit judici quando opiniones sunt æque probabiles circa justitiam facti. Respondeo quod tunc non potest judicare in favorem amici, sed debet procurare ut ami-

Dico 2. Quod qui scienter, vel crassa ignorantia alterum calumniavit tenetur ad restitutionem famæ.

Dicendo se dixisse falsum idque coram iis in quorum præsentia illi falsum imposuit, quia læsit jus quod habet supra honorem suum, & furatus est calumniator quod ipsius non est.

Dico 3. Quod quis calumniatus est aliquem civiliter tenetur restituere. primo si damnum dedit in bonis jam quæsitis tenetur in integrum ea restituere: ut si causa fuerit cur aliquis injustè officio privetur: si impedierit aliquem à legato quod ei testator reliquerat: si vero dedit damnum impediendo aliquem injuste à consecutione beneficij, tenetur restituere secundum arbitrium boni viri: ut qui falso aliquem diffamavit dignum officio, vel beneficio quod propter diffamationem non consequitur, tenetur à totam damni restitutionem: si virginem diffamavit, tenetur ad dotem quæ necessaria est, ut diffamata nubat, quia læsit jus quod habebat in bonum matrimonium.

Dico 4. Quod qui diffamavit ex ignorantia, vel inadvertentia, non tenetur ad restitutionem: ita Caietanus l. 7. art. 4. & Navarr. quia neque ratione rei acceptæ neque ratione injustæ damnificationis; quia illud damnum est tantum fortuito illatum.

CAPUT II.

An Iudex aliquando peccet contra istud praeceptum.

Dico 1. Quod Judex peccat contra istud præceptum derogando juri proximi; si non sit circum spectus & facile accusationibus fidem adhibet juxta illud. Job 29. Caussam quam nesciebam diligenter examinabam. Et Genesis 18. Descendam, & videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint an non; est ita ut sciam, ut peccaverunt judices circa Danielem.

Dico 2. Quod peccant judices contra hoc præceptum lædendo jus proximi, quando hominem secundum publicas allegationes, & probationes convicti morte ad judicem, scientes privatim ejus innocentiam, quia hominem innocentem directe occidere non licet.

Dico 3. Quod judex peccat contra hoc præcepeum derogando juri proximi, quando aliquem in civilibus, vel criminalibus

nalibus non judicat; vel si sciat privatim ejus innocentiam, si illam non possit probare. Alio. quin vix judicia ulla possent terminari.

Dico 4. Quod judex qui personas aliquas in judiciis excipit lædit jus proximi, quia habet jus ut indicetur: Deus enim non est acceptor personarum, ergo neque homo, & paralipo 19. dicitur, videte quid faciatis non hominis exercetis judicium: sed Dei & quodcumque judicaveritis in vos redundabit.

Dico 5. Quod judex qui accipit munera à partibus ut judicet in favorem illarum, peccat contra jus proximi. Fit enim injuria alteri parti ut dicitur Exodi 23 non declinabis in judicium pauperis mendacium fugies, insontem & justum, non occides; quia aversor impium.

Quæres 1. Quando judex censetur sententiam ferre sine affectu. Respondeo 1. Quando judicat ex merito causæ, & secundum quod jus dicit.

2. Quando si judicat secundum consuetudinem loci juxta l. 1. c. ubi dicitur quod optima est legum interpres consuetudo l. si de interpretatione ff. de legibus.

3. Quando Doctores periti in causarum genere & similibus eventibus ita dixerunt bonis rationibus moti.

4. Quando Judex secundum probabilem opinionem judicat, licet alia opinio sit securior. Quia homo non tenetur absolutè loquendo, eligere quod melius est ut circa salutem nemo tenetur servare virginitatem, aut ingredi Religionem, quamvis virginitas, & Religio, sint quid melius accepto voto & juramento, ex quo deducitur quod judex potest aliquando propter amicum judicare secundum opinionem probabilem quæ amico magis favet: tunc enim non fit contra jus proximi quia amicus haberet æque jus ut judicetur tunc in favorem suum, ac alius, nec juri justitiæ, sed in hec duo cavere debet judex: Primò, ne propter munera, aut affectus particulares judicet opinionem esse probabilem quæ non est.

2. Ne propositum habeat cæteris paribus semper ferendo sententiam pro amico quidquid sit de causa: quia tunc læderet jus & justitiæ, & proximi.

Quæres 2. Quid faciendum sit judici quando opiniones sunt æque probabiles circa justitiam facti. Respondeo quod tunc non potest judicare in favorem amici, sed debet procurare ut ami-

locutio sit ipsi conformis.

Ad mendacium requiritur, ut quis falsum enunciet animo fallendi, quia mendacium est contra mentem & sic qui mentitur putans dicere verum, materialiter tantum mentitur, quia formaliter non sequitur contra mentem.

Mendacium ex natura sua est peccatum si fiat grave nocumentum erit mortale: triplex est mendacium; officiosum, jocosum & perniciosum. Primum nemini nocet nisi dicenti: secundum est quando delectationis, vel recreationis causa profertur quod est peccatum veniale, sicut primum. Perniciosum fit quando alicui in spiritualibus, vel corporalibus nocuum est, ut dicitur Sapientiæ 1. Quod mentitur occidit animam, & Psalmo 5. perdes omnes, qui loquuntur mendacium: gravissimè peccat qui mentitur in rebus fidei, & religionis & morum: Ita D. Thom. 22. q. 11.

Quæres 1. An innocens ad vitandos cruciatus possit sibi imponere falsum crimen, licet posteà propter talem confessionem sit condemandus.

Respondeo quod peccat mortaliter, quia mentitur justè interroganti, & fit contra jus verbi mentalis in re gravi, si juramento firmetur erit perjurium.

Quæres 2. An innocens maliciosè ut sententiam evadat possit falsum crimen imponere testibus, judici ut infirmetur eorum probatio.

Respondeo quod innocens falso accusatus non potest falsum crimen imponere testibus, si tale illud sit quod testimoniũ non infirmet econtra potest & tunc peccat tantum contra veritatem, non justitiam: ita Doctores multi quia inquiunt, sicut me possum defendere contra injustum agressorem cum ense, ita cum lingua; puto tamen non licere defendere se cum re intrinsece mala.

Quæres 3. An ille qui scienter alteri enunciat, aut exhibet signũ suæ vocis, sive facti quod ex se falsum determinat à mendacio excusetur: si mente aliud concipiendo adjungat, per quod vero annuntiatio efficiatur.

Respondeo non excusari à mendacio, supra quod dicit D. Aug. libro de mendacio cap. 3. duplex Cor. dicitur esse mentientis, id est duplex cogitatio, una rei ejus quam veram esse, vel scit, vel putat, & non profert, altera ejus rei quam pro ista profert sciens falsam est.

Quæres 4. An ille qui ambiguo sermone sine juxta causa

proximum circumvenit, indeque perspicit damnum ipsi eventurum propter simplicitatem auditoris, vel ignorantiam peccet contra justitiam & teneatur ad compensationem.

Respondeo quod si sermo talis sit, ut ad unum sensum determinetur statim obligat ad compensationem v. g. si quis viator quærit utrum in sylva, latro sit: alius respondeat non est latro in sylva, intelligens quod non comedat in sylva: tunc tenetur ad compensationem si pertransiens bona amittat.

CAPUT IV.

De tegendo secretum.

SEcretum propriè est illud quod à nemine scitur, si à paucis sciatur, dicitur impropriè secretum. Duplex est, unum quod ab uno solo scitur: aliud quod à pluribus sciri potest: quamvis actualiter non sciatur.

Triplex est secretum posterioris gradus: aliud confessionis aliud extra confessionem. Quando homo cognoscit secretum quod alteri nocet, si reveletur, vel in anima, vel in corpore, vel in fama & honore, vel in bonis. Aliud cujus celatio à sciente expresse, vel tacitè promissum est; expresse quando aliquis promittit se celaturum; ad quod pertinet; quando quis alteri ut patri, aut prælato aperit, ut consilium capiat. Tacitè, quando ex modo dicendi colligitur, quod quis velit servari secretum in secreto loquens.

Hinc Resolves primo, quod qui in confessione aliquid occultum cognoscit, & non aliunde, non potest revelare, nisi ex licentia confitentis; quia derogat & juri confitentis, quia solus confitens habet jus primi principij illius secreti.

Resolves 2. Quod quando aliquis scit sub secreto extra confessionem tenetur celare, quia ageret contra jus primi principij aperientis.

Resolves 3. Qui cognoscit alterius peccatum nocivum famæ, animæ, vel corpori, non potest revelare, quia faceret contra jus primi principij proximi; quatenus nemo habet jus in famam, aut bona alterius.

Resolves 4. Qui promisit servare secretum. Nullomodo prodere potest; quia fieret læsio juris alterius; si tamen alter permittat, non peccat alius revelando, quia cedit juri suo.

Resolves 5. Aperire literas, aut scripturas, est aperire secretum, & est annixa excommunicatio; vides amice lector quomodo ista sunt peccata; quia derogant juri primi principij proximi.

CAPUT V.

De promißionibus adimplendis.

NOta primo, Quod promissio est deliberata, & & spontanea fidei obligatio alteri facta.

2. Promissio, alia est impropria dicta, qua aliquis obligatur tantum ex vi veracitatis, altera proprie dicta qua quis obligatur ex justitia,& vi intētionis obligantis.

Dico primo, quod ut promissio sit valida debet esse de re bona, & possibili: & quod non sit peccatum quod intelligitur ante opus factum: nam opere facta promissio de re mala obligat. v. g. si quis promisit decem nummos ad fornicandum, facta fornicatione tenetur solvere, quia illa promissio non fuit gratuita, sed onerosa, & mulier acquisivit jus in decem nummos.

Dico 2. Promissio ut si bona requirit acceptationem; alias non transiret in pactum, quia obligatio oritur ex mutuo consensu, quia apud nullum esset jus exigendi. Sic si contingat donatarium mori ante acceptationem obligatio non transit ad hæredes, nisi promissio facta sit civitati, aut Reipublicæ; quia Princeps habet jus obligandi, etiamsi non acceptetur.

Quæres primo, Quænam promissio acceptata obligat promissorem in conscientia.

Respondeo quod si promittens non habuit intentionem se obligandi, sed tantum promisit urbanitatis causa, tunc tenetur tantum sub veniali: si habuit intentionem se obligandi tenetur sub mortali, & ex justitia.

Quæres 2. An semper obliget promissio Respondeo quod sunt multi casus in quibus non obligat primo si magna fuerit facta mutatio in statu personæ promittentis: Ita D. Thom. 22. qu. 110. art. 3. ad 5. v. g. qui promisit filiam dotare, postea fit pauper, vel tali die adire amicum: sed illa die advenit infirmitas filiæ quæ requirit paternam curam, tunc non obligatur.

2. Quando res promissa sit illicita, & inutilis, ut cum quis Promisit alicui ensem: postea sit furiosus, non tenetur, quia tunc res nociva eximit ab obligatione & à jure exigendi.

3. Quando gravis inimicitia intervenit, cum fuerit facta promissio; quia erant amici: nam tunc amittitur jus per talem inimicitiam, vel sub conditione facta, non purificatata conditione non obligat.

4. Quando altera pars remittit promissionem, quia tunc cedit juri suo.

CAPUT VI.

De judicio temerario, suspicione, & dubitatione.

Sciendum est primo, Quod judicium temerarium est illud, quo dictum, vel factum alicujus, quod bonum sit, aut saltem indifferens, seu non aparte malum, in malum vertimus nulla sufficienti conjectura ad id nos impellente.

Sciendum est 2. Quod suspicio est assensus debilis junctus cum dubitatione, vel formidine opposita, cujus alia est levis, alia gravis, quæ plus habet assensus, quam dubitationis. Alia vehemens, & violenta & certa quæ excludit omnem dubitationem, moralem que formidinem.

Sciendum est 3. Quod suspiciones, & judicia temeraria ex tribus causis proveniunt; Primo ex pravitate judicantis, juxta illud Eccles. 10. in via stultorum ambulans cum ipso sit insipiens; omnes stultos æstimat. 2. Ex odio, & livore animi. 3, Ex longo usu & experientia: unde Aristoteles ait libro 2, Rethoricæ cap. 3. senes esse valde suspiciosos.

Dico primo, Quod judicare de persona honesta temerarie, & sine causa est peccatum grave, quia fit læsio juri proximi in fama.

Dico 2. Si judicia temeraria proveniunt ex odio fit duplex peccatum, utrumque contra jus proximi.

Dico 3. Quod si quis advertat signa non esse sufficientia: tamen suspicatur de gravi scelere ex pravo assensu, & malevolentia hujusmodi mali quempiam esse reum, quamvis animo retineat, peccat mortaliter quia fit gravis læsio juris primi principij proximi in re gravi.

Dico 3. Quod si quis advertat signa non esse sufficientia, tamen suspicatur de gravi scelere ex pravo affectu, & malevolentia hujusmodi mali quempiam esse reum, quamvis animo retineat, peccat mortaliter, quia fit gravis læsio juris primi principij proximi in re gravi,

Quæres 1, An sit peccatum

suspicari de aliquo. Grave malũ quando sunt sufficientia iudicia improbitatis. Respondeo, secluso affectu odij ut externa detractione, & contumelia non esse peccatum, quia tunc non fit læsio juris proximi, nam tunc proximus amisit jus suæ bonæ æstimationis respectu illius qui ita judicat.

Quæres 2. An temere & positive dubitans de aliquo utrum bonus sit, an malus aliquando graviter peccat. Respondeo, quod tunc graviter peccat, si signis exterioribus hoc significet, quia tunc fit læsio juris proximi, juxta illud Proverbiorum & ne insidiaris & quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus, & juxta regulam 11. juris quandiu aliquis non demonstratur nocens, censendus est innocens.

Unde non semper homo semel malus debet præsumi malus etiam in eodem genere mali, sed duntaxat, quandiu ex indies ij emendatio colligi non potest, quia aliquem mutasse animum non debet præsumi, sed probari, vel indiciis ostendi, quia emendatio est qui facti v. g. quando scimus aliquem fornicatum esse, recte dubitatur de perseverantia in tali peccato, donec prodat signa aliqua emendationis, & qui de tutela deprehensus fuit fraudulenter egisse, debet amoveri, quia suspicari licet, quod perseverabit.

CAPUT VII.

De detractione.

Sciendum quod detractio est alienæ famæ injusta imminutio: & alia est formalis, alia materialis. Formalis est quæ fit cum intentione alienam famam denigrandi, & sic est formalis læsio proximi in fama. Materialis fit sine intentione denigrandi. Utraque si fit de re gravi est mortale peccatum, juxta istud Apostoli ad Romanos 1. Detractores Deo odibiles Jacobi 4. qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem, & Proverb. 24. cogitatio stulti peccatum est, abominatio hominum detractor.

Quæres 1. Quot modis peccatum hoc committitur. Respondeo octo modis. Primo quando falsum crimen attribuitur. 2. Quando exaggeratur crimen. 3. Quando revelatur crimẽ occultum quamvis verum, de quo Eccles. 27. qui denudat arcana amici perdit fidem. Quia ille derogat juri proximi, quia non habet jus ad revelandum quod

alius non vult. 4. Quando honestum proximi factum in malum finem extorquetur, de quo Ecclesʃ. 11. bona in mala convertens insidiatur, & in electo ponit maculam, ergo derogat juri proximi.

2. Tot modis indirecte committitur peccatum. primo negando alterius bonum, ut negantes aliquod miraculum alicujus 2. Malitiose reticendo quod postulat charitas propalari, ut quando quæritur de bona vita alicujus, ut obtineat aliquod officium. 3 Diminuendo alterius merita. 4. Quando aliquis ita laudat alium, ut in vituperium vertatur.

Quæres 2. An qui & detegit crimen alicujus occultum semper peccet, & deroget juri primi principij illius. Respondeo affirmative, nisi sit ad impediendum majus malum, ut quando homo non idoneus, & vitiosus pro aliquo obtinendo officio videtur præferri idoneo, & virtuoso, quia tunc utitur jure suo. Non est licitum oropalare defuncti crimen.

Quæres 3. An propalare crimen notorium nescientibus sit peccatum, & deroget juri proximi, ut quando quis suspensus fuit Aquis Sextiis, revelare Avenione, ubi ignoratur pro quo prius.

Notandum est 1. Quod duplex est notorium juris & facti, notorium facti est illud quod ad minus à 40. in urbibus scitur, & 10, sub à urbibus, hoc posito.

Respondeo, quod qui detegit crimen notorium facti detegere est tantũ veniale qui a non fit læsio juris proximi, quia criminosus privatur jure suo bonæ suæ famæ dummodo sit diffamatus.

Respondeo 2, Quod crimen manifestare notorium juris, seu per solam rei confessionem à testium depositionem est peccatum mortale & derogatur juri proximi in re gravi. Quia tunc solum in ordine ad judicem & testes, non in ordine ad populum diffamatur reus, nec privatus est jure suo in ordine ad populum.

Respond 3. Non est licitum diffamatum ob unum crimen facti, aut juris divulgare alia crimina. v. g. sicut fur qui propter latrocinia fuit suspensus, non est licitum propalare ejus adulteria, &c. Quia non amisit jus famæ circa illud & sic derogatur juri proximi quod habebat circa famam in ordine ad alia crimina non notoria.

Quæres 4. Quomodo restituenda est fama alicujus ablata. Respondeo. Si falso dixit tenetur revocare asserendo se falsum

falsum dixisse. Si verum dixit sed occultum, tenetur dicere se maledixisse, & laudare ipsum ut recuperet suam famam.

Quæres 5. An sit derogare juri proximi, & peccare audire detractorem. Respondeo. Quod in tribus casibus fit peccatum. Primo, quando quis detractorem movet ut detrahat: quia tunc est causa causæ, ergo causa causati. 2. Quando detrahentem applaudit, & consentit detractioni, ex quo consensu, vel oritur odium, vel despectus alterius. Vltra quod tenetur satisfacere præcepto fraternæ charitatis, & sic detrahentem corrigere. Propterea Proverb. 14. dicitur cum detractoribus ne commisćearis. Si vero quis non possit detractorem corrigere, debet recedere à suo consortio, vel conari, ut sua subtilitate mutetur discursus.

CAPUT VIII.

De contumelia.

Sciendum est quod contumelia est vitium quo alicui honor, & reverentia debita aufertur, sive per verba, sive per facta, sive per quidquid aliud habens vim significandi, per quod apparet, quomodo contumelia lædit jus proxim. Differt à detractione, quia detractio celat suam detractionem alia palam facit.

Quæres ad quam restitutionem teneatur contumeliosus. Respondeo. Notando quod est differentia inter superiorem & inferiorem, & parem, quod superior non tenetur veniam petere, sed sufficit, ut læso satisfaciat honorando illum: unde D. August. in regula sic loquitur, quando autem necessitas disciplinæ in moribus coercendis dicere vos verba dura compellit, non à vobis exigitur, ut à vobis subditis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subjectos, dum nimia servatur humilitas, regendi frangatur authoritas. Ita dicendum est si vir nobilis lædat virum plebeium, pares autem debent veniam petere, hoc posito.

Respondeo. Quod contumeliosus tenetur læsa satisfacere, si publice læsus fuerit, publica debet adhiberi satisfactio, petendo publice veniam, si coram aliquibus, coram illis satisfacere tenetur contumeliosus.

Quæres 2. An qui ignoranter aliquem inhonoravit teneatur restituere. Respondeo, teneri se excusare, dicendo se non talia dixisse animo lædendi.

Quæres 3. An qui læsus satisfactionem recepità lædente, possit petere satisfactionem, & punitionem à Judice. Respondeo, licet ob bonum commune videatur licitum; tamen valde periculosum est hoc exigere, imo puto esse contra Dominicum præceptum, dimitte nobis debita nostra, sicut dimittimus in omnibus his apparet vis juris primi principij proximi.

CAPUT IX.

De susurratione.

Sciendum est quod susurratio est occulta quædam & clandestina obloqoutio contra proximum ad solvendas amicitias, & discordias seminandas inter amicos. Dividitur in formalem, & materialem. Prima fit cum intentione seminandi discordias, quæ formaliter fit contra jus primi principij proximi, alia quæ non fit eo fine & intentione, licet ex natura sua se. minet discordias: ut legitur Levitici 19. non erit criminator, nec susurro in populis, & Eccl. 28. Susurro & Bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes.

Quæres 1. An materialis susurratio sit grave peccatum. Respondeo, cum sit gravis læsio juris proximi & grave damnum afferat est peccatum mortale, quia licet desit intentio, tamen est in grave præjudicium ex natura sua.

Quæres 2. An qui alterius gratiam, aut amicitiam obtinere non potest, quin alium ab ea excludat, possit illud susurratione aliqua eniti, non intendens illos inimicos facere, sed solum se ipsum in illorum locum introducere.

Respondeo id nullo modo licitum esse, quia semper est gravis læsio juris proximi, imo non potest fieri sine dolo, & fraude, aut infamatione, & non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

Quæres denique, an liceat inter hostes, & impios dissentionem serere, quando ipsi inter se in malum meum, vel Rempublicam conspirant. v. g. seditionem vel hæresim, vel impietatem aliud ve seclus agunt.

Resp. hoc licere, quia impiam factionem dissoluit: unde D. Thom 22. q. 37. art. 1. ait dicendum quod sicut voluntas homini adhærens Deo est quædam regula recta, à qua peccatum est discordare: ita etiam voluntas hominis Deo contraria, est quædam perversa

regula à qua bonũ est discordare. Facere ergo discordiam per quam tollitur bona concordia quam charitas facit, est grave peccatum : unde dicitur Proverb. 6, sextum quæ odit Dominus, & hoc septimum ponit eum qui seminat inter fratres discordiam, sed causare discordiam per quam tollitur mala concordia, scilicet in mala voluntate, est laudabile : & sic dissеminare discordias inter concubinarios, ut à vitio desistant bonum est.

CAPUT X.

De irrisione.

Dirisio est malum, vel culpæ, vel Pœnæ, vel naturæ asserere, ut proximus pudore, vel verecundia suffundatur.

Divisio committitur duobus modis. Ore, id est verbis irrisoriis, & ironicis, vel solo risu, & cachinnis, dummodo illis tanquam signis utantur in malum proximi, vel motu capitis, naso rugato, & tunc vocatur subsannatio his politis.

Dico 1. Quod subsannatio quæ fit proximo objiciendo leve crimen, est peccatum mortale, quia est materia levis.

Dico 2. Quod qui profert proximo grave crimen etiam joco, si sit contemptus est grave peccatum, quia per illam dirisionem graviter affligit & contristat proximum, & sic fit gravis læsio juris proximi.

Dico 3. Quod qui dividit opera bona alicujus justi gravius peccat, quia ultra læsionem juris proximi, fit læsio juris virtutis : imo gravius peccat qui deridet opere recenter conversi ad fidem, & à peccato, aut mala vita, quia tunc ultra læsionem juris proximi, potest avertere talem, conversum ad fidem à bona via salutis.

Dico 4. Quod qui irridet parentes & superiora graviter peccat, quia ultra læsionem juris proximi, fit læsio pietati quæ debet salvari apud parentes.

CAPUT XI.

De maledictione hominis, & creaturarum irrationabilium.

Maledictio est vitium linguæ quo quis imprecatur alicui malum, quod fit vel formaliter scilicet optando vere malum, vel materialiter, scilicet sine ulla intentione ma-

li, id est ut ipsi bonum eveniat per aliquam optatam ipsi punitionem. Primum est peccatum mortale juxta illud Mathæi 2. nolite maledicere, & quia fit contra jus proximi, & læditur vel in anima, vel in corpore.

Maledictio materialis est licita, v. g. quando quis ex zelo justitiæ optat, ut aliquis à legitimo judice puniatur: unde D. Thom. 22. q. 76. art. 1. sic loquitur: si aliquis imperet vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est licitum, nec erit maledictio per se loquendo, sed per accidens, quia principalis intentio dicentis non fertur in malum, sed in bonum. Contingit autem malum aliquod dici optando sub ratione duplicis boni quandoquidem sub ratione justi, & sic judex licite maledicit illum cui præcepit justam pœnam inferri, sic etiam Ecclesia maledicit anathematizando, &c. Quandoque etiam dicitur aliquod malum sub ratione utilis, puta cum aliquis optat aliquem peccatorem pati aliquam ægritudinem, aut aliquod impedimentum, vel ut ipse melior efficiatur, vel ut saltem ab aliorum nocumento cesset. Hoc D. Thom. Ita aliquis sibi potest imprecari aliquod malum temporale, ut eveniat spirituale.

Sciendum est quod tribus modis potest maledici creatura irrationalis. Primo secundum se. v. g. quando agricola videns jacturam pati à ventis, evomit convitia in ventos. Tunc quia hoc provenit ex vehementi dolore, & ventus non fit capax injuriæ est peccatum veniale tantum: unde D. August. ait. Plerumque non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eumque collidimus & frangimus, &c.

2, Fieri potest referendo maledictionem in hominem. v. g. cum quis vellet ejus domum incendi, ut & noceat tali maledictione usus est diabolus contra Job. hæc meretur censuram.

3. Potest fieri maledictio referendo in Deum; quia sunt ejus creaturæ, tunc est peccatum mortale, de quo alibi.

CAPUT XII.

De Murmuratione.

MUrmuratio est querela cum impatientia in iis quæ homo debet patienter ferre. Hoc ordinarie invenitur apud inferiores contra superio-

res, ut dicitur Math, 20. murmurabant adversus patrem familias dicentes, hi novissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti qui portavimus pondus diei & æstus.

Quæres. Quando murmuratio est peccatum mortale. Respondeo. 1. Quando continet notabilem Dei irreverentiam, quod fit quando quis murmurans dubitat de Dei potentia, ut Israelitæ in deserto.

2. Quando quis quærit rationes quare hoc faciat Deus murmurando, licet non dubitet de Dei potentia, ut dicitur de Judæis. Dicendo quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandum. Joannis 16. unde ait Jesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli, dicit eis hoc vos scandalizat.

3. Quando quis murmurat contra Deum, quasi esset injustus, & non curaret de nobis, quod est gravis læsio juris Divini, & injusta locutio.

Nota quod quando est murmuratio in superiores eo quod vel necessaria inferioribus, non largiantur, vel est aliqua partialitas, si non succedit injuria, denigratio, oculti defectus propalatio. Non erit peccatum mortale, quia in hoc non est gravis læsio superioris; imo superiores qui dant occasionem talis murmurationis gravius peccant.

CAPUT XIII.

De adulatione & jactantia.

Adulatio est sermo vanæ laudis exibitus alicui intentione placendi: si fiat de eo de quo non est quis laudandus, vel nimium laudatur, vel non fiat eo fine quo debet fieri, tunc est peccatum veniale.

Quæres. Quando erit peccatum mortale. Respondeo, primo, ratione materiæ, ut quando quis landat malum ut bonum, de quo Isaiæ, væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ut quando quis laudat in hæretico constantiam in hæresi.

2. Quando quis cupiā adulatur ad nocendū, vel spiritualiter vel corporaliter: de quo Prov. 29. Homo qui blandis, fictisque sermonibus loquitur amico suo, recte expandit gressibus ejus.

3. Ratione effectus, quando adulando præbet occasionem alteri peccandi mortaliter: ut contingit apud parentes respectu filiorum. Quia in his omnibus fit læsio juris proximi.

Jactantia est manifestatio propriæ excellentiæ supra id

quod est in se, vel in aliorum æstimatione verbis inordinate facta, filia est superbiæ.

Quæres 1. Quando est peccatum mortale. Respondeo primo, quod est tantum peccatum veniale, quando quis majora de se prædicat, quam ipsa sunt, & apud se, & apud alios.

2. Quando quis verbis se Deo adæquat, aut sibi aliquid tribuit, per contemptum Dei, tunc est peccatum mortale, ut dicitur de Nabucodonosore.

3. Quando quis, cum injuria proximi suas laudes buccinat, ut dicitur Lucæ 8. de Phariseo, non sunt sicut iste Publicanus, peccat mortaliter.

4. Quando quis jactat se de peccato gravi, & illud approbat peccat mortaliter de quo quo Psalmo 51. quid gloriaris in malitia, vel ut appareat ejus dexteritas, & ingenium absque approbatione tunc est tantum veniale.

Sunt aliqui, ut appareant boni Medici, Chirurgi, Docti, fortes, robusti, iugeniosi se jactant d iis quæ non habent, in his fit læsio juris Divini & proximi.

Vides, amice Lector, quomodo quæ usque modo diximus sunt peccata quia derogant juri proximi, vel Dei.

TRACTATVS XVII.

De nono Præcepto scilicet non concupisces uxorem proximi tui.

NOTA quod triplex est concupiscentia. Naturalis, spiritus, & carnis; naturalis est recta concupiscendi vis quæ à Deo authore cum natura nobis est indita, ut sunt appetitus comedendi, bibendi, &c.

Spiritualis est qua ad desiderium eorum quis inflammatur quæ carni, & sanguini repugnat. Carnalis est usus pravæ concupiscentiæ carnis.

Isto præcepto prohibentur omnes cogitationes morosæ, & delectationes, consensus turpes, & amores libidinosi. Circa actus prohibitos. Sexto præcepto multa diximus in primo libro tractando de temperantia.

CAPUT I.

De semine & seminalitate.

SEmen est quædam pars hominis vim generandi ha-

bens quæ excidit, & emittitur. Formatur in renibus secundum aliquos, in testiculis secundum alios, in cerebro secundum multos qui dicunt esse venam prope frontem, quæ si posset ligari nullus unquam posset sentiri motus venereus.

Seminalitas est materia proxime accedens ad semen quæ est medium quid inter urinam, & semen; his positis.

Resolves primo, esse peccatum mortale procurare seminis, & seminalitatis decisionem: probatur quia semen & seminalitas sunt diversæ physice non moraliter, quia seminalitas est necessaria ad seminis conservationem, secundo sine alteratione seminis non styllat seminalitas: tertio non est liberum homini decidere seminalitatem sine semine; saltem post aliquos dies infallibiliter pollutio fiet, & dicitur seminalitas inchoata pollutio. Quia ista derogant juri prolis futuræ.

Resolves 2. Simplex fornicatio est peccatum secundum Scotum, quia prohibita præcepto Divino: ubi ait decisionem seminis esse peccatum, quia Deus prohibet, & non esset si Deus non prohiberet. Secundum Thomistas est peccatum ex natura sua, quia fit injuria proli ex fornicatione: ita de decisione seminis fit injuria proli possibili; & sic secundum nostrum principium ista erunt peccata quia derogant juri primi principii proximi, quatenus semen habet jus ut nascatur filius.

Quæres an fœmina peccet quādo vir conjugatus intra vas seminavit, & illico membrum virile extraxit manente fœmina irrita libidine, & ipsa postea digito se polluit, negat Sanches & Bonacina.

Dico quod peccat, quia tunc à viro licite potest semen emittere: non vero se sola lacivire. Secundo, generatio decisionem seminis postulat naturalem: quæ autem factibus propriis procuratur, non est naturalis, quia necessarius est utriusque seminis concursus ad generationem, ut proles fiat: non enim debito modo miscentur semina, si duo simul saltem moraliter non decidantur.

CAPUT II.

De peccatis contra naturam, & delectationibus morosis.

Dupliciter haberi potest cogitatio morosa, vel desiderio cognoscendi fœminam, vel sine desiderio, aut

orte, cum desiderio contrario. Prima delectatio quæ cogitationem consequitur est, cum consensu ad fornicationem, & reducitur ad speciem ad quam ipsa fornicatio est; ac si sit Sacerdos, ad incestum, si circa conjugatam ad adulterium.

Secunda delectatio, quæ est simplex absque desiderio cognoscendi fœminam est duplex: vel enim illam cogitationem concommittatur absque morosa delectatione in sensu cum humorum alteratione, vel nulla. His positis. Dico quod prima est peccatum mortale. Ubi adverte quod quotiescumque motus violenti in genitalibus sunt post cogitationem Venereorum immediate, & oriuntur ab ipsa, talis cogitatio, & motus sunt peccata: si vero antecedunt non sunt ordinariè, & hæc est regula D. Tho. probatur. Omnis delectatio libidinosa est initium mollitiei, aut saltem ad effusionem seminis ordinatur. Ergo est peccatum.

Ex quo inferes delectationem, quæ oritur ex carminum lascivorum lectione: ex auditione comediarum, colloquio cum fœminis si sit cum libidine, id est gravi motione, partium genitalium esse peccatum mortale: si vero sit puer spiritualis illa cogitatio non erit peccatum mortale.

CAPUT III.

De Pollutione.

OMnes fatentur polluere se voluntarie esse peccatum mortale, sed non omnes probant solida ratione: nam aliqui dicunt ut Ferdinandus. Quia pollutio est mala ab intrinseco, sed hoc non satisfacit, quia potest quæri quare est intrinsecè mala. Schotistæ dicunt, quia Deus prohibet, esse peccatum tantum sed hoc est falsum Thomistæ dicunt: quia ex natura sua tendit ad prolem, & sic ratione injuriæ prolis quæ habet jus principij est peccatum, quod est verum.

Dices tamen ad hoc. Propinquior est fœtus ad prolem, quam semen: tamen dicunt fere omnes Theologi licere expellere fœtum medicamentis, quando matris pereclitatur vita, nec aliter potest vivere, ergo expellere semen non erit illicitum. Respondebis quod est differentia, quia in primo agitur contra injustum aggressorem, in secundo non est. Sed hoc fuit condemnatum ab Innocentio XI. & sic dicendum est utrumque esse illicitum, quia sic

fit injuria proli, ultra quod se polluere nunquam licet lascive: ut dicitur in scriptura. *Maledictus homo qui seminat semen suum super terram*: Bene poterit expellere Pharmacis. Poterit igitur Monacha quæ patitur continuum fluxum seminis ob periculum delectationis uti remediis ad hoc, licet illa auferant vim generativam.

CAPUT IV.

De peccatis contra naturam.

PRimus peccandi modus contra naturam est mollities voluntaria, quia seminis decisio ordinatur naturaliter ad prolem generandam. Sodomia quæ dum committitur cum persona diversi sexus est gravior, quia personis diversi sexus misceri majorem exprimit delectationem, quod non est in aliis: secundo quia magis distant duo viri, duæ fœminæ ab usu legitimo copulæ, quam vir & fœmina. Ergo sordes inter personas diversi sexus sunt graviores.

Tertius modus est bestialitas, quæ adhuc gravior est. Quartus est concubitus cum demone qui dicitur sucubus, & incubus.

Resolves 1. Qui alienis tactibus polluitur magis peccat, quam propriis, quia læditur jus proximi ultra peccatum luxuriæ.

Resolves 2. Pollutio procurata tactibus viri est minus peccatum quam procurata tactibus fœminæ, quia est magis naturale fornicari cum fœmina, & sic minus habet aversionis à Deo, & majorem denotat sensualitatem.

Resolves 3. Sodomia cum viro est minus peccatum, quam cum fœmina propter rationem allatam.

Resolves 4. In Sodomia agens gravius peccat, quam patiens.

Resolves 5. Bestialitas, sive fiat cum bestia masculina, sive cum fœmina, sive fœminæ cum membro bestiæ est peccatum ejusdem rationis.

Resolves 6. Luxuria demoniaca ultra peccatum contra naturam habet sacrilegium, quia nunquam committitur sine pacto, invocatione, & confederatione.

Resolves 7. Qui cum rebus inanimatis, ut cum statua luxuriat tantum peccatum pollutionis exercet.

Resolves 8. Ista omnia sunt peccata: quia derogant juri primi principij, vel naturæ, vel

prolis, vel proximi.

Resolves ultimo. Quod ista peccata Sodomia, bestialitas, &c. differunt specie ad invicem. Ita D. Thom. 22. q. 154. art. 11. Alexander VII, ita determinavit condemnando contrarium. Clemens VIII. condemnavit dari materiam parvam in materia luxuriæ.

TRACTATUS XVIII.

De ultimo præcepto non concupisces rem proximi tui.

CAPUT I.

Quod sit.

HOC præcepto prohibentur omnes inordinatæ concupiscentiæ, quæ vergunt in detrimentum proximi, sive quæ sunt contra jus primi principij proximi. Aut etiam concensus deliberatus, & quorum injustitia prohibetur quantum ad opus exterius eorũ actus interni, quando non procedunt ad exteriores, quia derogant juri primi principij proximi ut vidimus.

Resolves 1. Qui furtis, rapinis, ludis inhonestis, aut turpi lucro delectantur; qui rerum penuriam & annonæ caritatem expetunt, ut carius vendant. Qui aliorum necessitatem desiderant, ut ipsi aut vendendo, aut emendo lucrentur: qui affectant proximi malum, ut acquirant lucrum contra justitiam, lædunt jus primi principij quod includitur in isto præcepto,

Resolves 2. Mulier quæ est enixa prole, quæ publicæ æstimatur legitima non tenetur manifestare crimen ad avertendum damnum legitimorum liberorum, quia magis urget jus principij honoris & famæ. Ita ex cap. S. Officij de Pœnitentia, & remissione: ut notat Innocentius, Scotus in quarta distinctiona 15, q. 2. ibidem Gabriel q. 2. art. 2. debet tamen mulier procurare, ut talis filius fiat Religiosus, vel dare aliis sua bona adventitia, & paraphernalia.

Resolves 3. adulter tenetur satisfacere patri pietativo qui alimenta dat spurio. 2. compensare filios legitimos de damnis illatis.

Resolves 4. Quod adultera quæ dubitat, an filius sit mariti, vel alterius, debet favere innocenti, & sic adulter tenetur alere filium, ne sit periculum læsionis juris pricipij patris mariti.

Resolves 5, Nunquam licet exponere filios in publica via propter inopiam parentum, ut alantur ab hospitali: si tamen exponant, tenentur ponere schedulam, quæ certificet de Baptismo, & cavere ne moriatur in via fame, aut bestiis.

CAPUT II.

De bono prolis & ejus ligitimatione.

Filij alij sunt qui ex legitimo matrimonio procreantur. Alij qui nati sunt ante legitimum matrimonium per actum fornicarium, postea legitimantur in facie Ecclesiæ per subsequens matrimonium. Filij illegitimi alij sunt naturales qui vocantur spurij. Naturales sunt qui jure Canonico nati sunt inter personas conjugatas sine ullo impedimento. Non naturales sunt qui nati sunt inter conjugatos qui ratione impedimentorum juris maritari prohibentur. Jure Cesareo naturales sunt qui ex concubina nati sunt, cum qua postea initur matrimonium. Non naturales sunt qui ex matre nati sunt quæ contrahere non poterat, & dicitur coitus damnatus reliqui dicuntur nothi.

Resolves 1, Filij qui nascuntur ex parentibus inhabilibus ad matrimonium, non ligitimantur pure per subsequens matrimonium, qua leges solum attendunt ad copulam habitam inter personas impeditas quæ nolunt purgari per subsequens matrimonium. Ita Sylvester q. 8. Suares de censuris disput. 50. tit. 1.

Resolves 2. Cura alendi filios illegitimos, primo triennio pertinet ad matrem, reliquo tempore ad patrem, quia ad hoc datur dos ad sustinenda onera matrimonij si pater mortuus, sit pauper pertinebit ad avum, si filius indiget.

Resolves 3. Potest filius privari alimentis, nisi in extrema necessitate, si crimen commiserit Filij non legitimi non succedunt in hereditate deficientibus aliis: possunt tamen institui à patre si deficiant legitimi & hoc per rescriptum Principis.

CAPUT III.

De bono Sacramenti.

Bonum Sacramenti est indissolubilitas, ita ut neuter ab altero possit separari.

Quæres 1. Quo jure matrimonium sit indissolubile.

Respondeo, Quod proprie non est indissolubile jure naturæ: quia per easdem causas aliquid dissoluitur per quas stabilitua, & sic per mutuum consensum potest dissolui. D. Thom. 12 q. 94, art. 5. & q. 10. art. 8. dicit quod est de jure naturæ, & si Deus videtur dispensasse, hoc fuit ad duritiam cordis: non vero dispensatum.

Quæres 2. An poligamia sit permissa. Respond. Quod fuit permissa in veteri lege ad multiplicationem filiorum, suscipere vero unam mulierem plures maritos non licet, quia non esset una caro. Modo neutrum licet.

TRACTATVS XIX.

De jure primi principij Laicorum.

DUPLEX est potestas in mundo, una Ecclesiastica, alia civilis, per primam ut vidimus regulantur homines in iis quæ ad Dei culta perinent. Puraliam reguntur homines in iis quæ spectant ad pacem temporale salutem, utilitatem, bonum regimen, leges statuta 1. supponendæ sunt regulæ generalis & sic est.

CAPUT I.

De commissivæ Iustitiæ regulis.

PRima regula. Obligationi personali non potest per procuratorem satisfieri.

Explicatio.

Multæ sunt actiones personales, quæ per alium fieri nequeunt. 1. actiones naturales, ut comedere, bibere, purgare, medicinas accipere, nisi is sit aliquot monstrum quod is sit duplex in omnibus præter stomachum tunc qui manducare, manducaret pro alio, ut dicit D. August. se vidisse monstrum quod erat duplex a parte superiori: scilicet quod habebat duplex caput, dupla brachia, & unumà parte inferiori: itaut essent duo crura, duo pedes, taliter ut quando pungebatur unus pes duo clamabant, quando pungebatur una manus una tantum clamabat.

2. Actiones supernaturales committi alteri non possunt; non enim potest actus spei, à moris, fidei elicere quis pro alio.

Omnes actiones sacramentales personales excepto matri-

monio, quod poteſt per procuratorem contrahi: non enim poteſt quis pro alio baptiſari, ſatisfacere pro pœna injuncta in Sacramento Pœnitentiæ, jejunare, ita de reliquis Sacramentis.

3, Nemo poteſt audire miſſam pro alio in die feſti, ita de officio: nemo item poteſt teſtamentum facere pro alio.

4. Nemo pœnas corporales poteſt ſubire pro alio condemnato ad flagella: nemo mori pro alio in patibulo: quando vero quis condemnatur ad triremes, & ponit alium ſuo loco, tunc eſt realis damnatio, non perſonalis.

5. Nemo poteſt in examine doctrinæ alterius loco reſpondere. Sententia debet proferri à judice, non ab alio. Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & per perſonam extinguitur.

2. Regula, obligationi reali quicumque per procuratorem poteſt ſatisfacere.

Explicatio.

Iſta regula ſic eſt intelligenda. Quis poteſt ſi opus ſit gubernare per alium, habet locum in contractibus in quibus à jure permittitur agere per procuratorem.

2. In nocumentis illatis proximo; eſt enim perinde ſi domum patris manu tua ſecundas, ac manu famuli, & ſic tam operans, quam mandans ea ſunt rei.

3 Regula. Quod alicui ſuo non licebit nomine, nec alieno licebit.

Explicatio.

Qui non poteſt Petrum occidere manu propria, nec poterit delegare authoritatem Antonio ut eum occidat. Iſta regula in multis claudicat; nam v. g. Religioſus qui nomine proprio res emere non poterit,

4. Regula. is qui in jus ſuccedit alterius, eo jure quo ille uti debet non autem, aut alio, aut majore cui ſuccedit. Iſta regula qui in jus, & Dominum alterius ſuccedit jure ejus uti debet.

Explicatio.

Succedere dicitur hæreſi, fiſcus quoad bona confiſcata in Dominium rerum particularium, donatarius, legatarius, emptor, & ſimilis.

Hic tamen eſt notandum injura perſonalia non ſuccedi: nam ſi defunctus habebat aliqua perſonalia privilegia ad hæredem, non tranſeunt, ut ſi Sacerdos

potest missas dicere, hæres non poterit, quia personale est de non solvendo vectigalia in rebus suis ad emptorem earumdem rerum non porrigitur.

Explicatio.

Hæc reguli res transeat ad hæredem, ad emptorem, ad donatarium affecta omnibus oneribus, quibus fuerat apud prioré possessorem non possunt esse melioris conditionis, quam author meus à quo jus in me transiit, excipe personale gravamen, aut privilegium.

6. Regula. ratum quis habere non potest, quod suo nomine factum non est.

CAPUT II.

De regulis juris civilis.

Hic tantum notantur regulæ in quibus, potest esse ambiguitas aut falsitas.

1. Regula. jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt, id est actiones quæ res physicas naturales efficiunt non dirimuntur jure civili, bene autem moraliter, id est ita se habent, ac si filius non esset filius adoptivus, ita se habet ac si filius naturalis non esset.

2. Regula. Id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non potest, debet poni sinè pacto, alioquin non esset vera regula; nam v. g. si dones, contractum donationis pasciseris, si authoritate publica spolieris mutantur dominia, non quia fecisti, sed quia pacisti: voluisti cum Republica, quia quando ejus leges acceptasti, etiam illud acceptasti.

3. regula. Cum tempus in testamento adjicitur credendum est pro hærede adjectum, nisi alia mente fuerit adjectum. v. g. Petrus emit domum ea conditione, ut mediam partem solvat intra sex menses, & aliam post annum quæritur, an si solvat emens ante præfinitum tempus venditor possit cogere emptorem, ut non solvat ante tale tempus, & dicitur quod non, nisi ex illa anticipata solutione pateretur detrimentum.

4. Regula, Qui potest invitis alienare, multò magis, & ignorantibus, & absentibus potest.

Illa non est vera, nisi limitationem adjicias, videtur enim omnia suffragia consultiva tollere, & sic hæc regula habet tantum locum ubi consultiva non sunt.

5. Reg. Quod attinet ad jus

civile servi pro nullis; non tamen in jure naturali in quo omnes homines sunt æquales. Dico quod est falsum. Igitur debemus distinguere in agẽdo. Servi pro nullis habentur, non in patiendo, jure naturali sunt æquales homines, debet intelligi in libertate, non in donis naturalibus.

6. Regula, Nemo qui condemnare non potest, absolvere non potest, est vera in jure naturæ, non positivo, quia in multis Provinciis Rectores paganum, & minorum, communicatum capere reas possunt, non tamen eos absolvere, aut dimittere.

7. Regula. Sicuti pœna in delicto hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere si quid in caro. Nempe in delicto ad cum nempe defunctum pervenisset.

Si hæc regula esset universaliter, vera multa sequerentur nam v. g. si Petrus occidit hominem: ejus hæres non tenetur hoc crimine, nec debet realiter, aut personaliter puniri. Ergo si ob illud homicidium Petrus aureos mille recepturus esset, si viveret stante hæc regula, non poterit illos hæres post mortẽ Petri suscipere: nam posita illa sententia quæ docet pretia criminũ debere solvi, & peccare mortaliter qui meretrici, assassino stipendia peccatorũ non solveret. Ergo quas potest recipere assassinus vi contractus, non vi homicidij, poterit hæres etiam vi contractus. Ergo.

8. Regula. Concilij non fraudulenti nulla obligatio est: cæterum, si dolus, & calliditas intercesserit, de dolo actio competit, quia socij mei socius meus, socius non est.

9. Regula. Cujus per errorẽ dati repetitio est ejus consulta dati donatio est.

Id est si quis per errorem dedit potest recipere, & alicuique donare.

10. Regula. In omnibus casibus id observatur, ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente, & beneficium quoque deficiat; ubi vero genus actiones id desiderat, ibi ad quemvis persecutio ejus devenerit non deficiat ratio auxilij; est valde obscura illa regula: unde sic debet intelligi, & scias beneficia, vel respicere personam, vel conditionem, vel officium quæ sunt personæ concessa non transeunt ad hæredes. Quæ conceduntur conditioni ab ejus duratione dependent; si enim vesci carnibus est privilegium morbi, cessante morbo manducatio cessabit, cum conceduntur actioni offi-

cium ministerio dignitati transeant ad illos qui succedunt, nempe ad illos qui actionem prosequuntur, vel officium, vel ministerium, vel dignitatem.

11. Regula. Quo tutela rediit, eo hæreditas pervenit, nisi cum fœminis hæredes intercedunt, intellige quæ in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint perinde sunt, ac si scripta non essent.

Nec pascendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere potest.

12. Regula. Omnia quæ jure contrahuntur contrario jure pereunt. Hoc fundatur in jure naturæ; quæ enim generantur corrumpi possunt; hoc sensu loquitur juris consultus nam si verba in rigore scholastico dicantur sunt falsa: non enim jura de regulis contradictoriis sunt contraria.

13. Regula. In hærede non solum actiones transire cum pennatæ sunt in maleficio, veluti furti damni injuriæ vi bonorum captorum injuriarum.

Videtur falsa; nam stando juri naturæ non video cur repugnet actus personales ad hæredem transire: maxime stando illi sententiæ quæ docet obsides si illi à quibus dati sunt fidem violēt occidi posse nego si obses loco illius cujus est obses occidi potest, hæres etiam loco illius cujus est hæres stando juri naturæ poterit, & de facto possunt dari leges quibus in tribunalibus convicti damnentur realiter, & hæc pœna ab hærede exigatur.

14. Regula. Nihil consensu tam contrarium quamvis & metus non capitur per jus publicú loquitur non videretur qui erraret consentire.

15. Regula. In contrahenda vendit; ambiguum pactum contra venditorem est interpretandum. Ista Regula displicet, nam in ambiguis standum est pro possessione, cum ergo ante venditionē dubiam sit venditoris possessio certa, standū est venditoris responsioni, si venditio sit certa, & solutio dubia emptor retinebit suam pecuniam, & manu tenenda erit venditio; nemo enim debet solvere sed qui non sit certus debitum in actionibus possessio est pro res in ambiguis salva est mensura.

16. Regula. Non est singulis concedendum quod per magistrum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, infinita collimatio est libertatis, & necessitudinis, utraque pars regulæ est falsa. Communis enim Theologorum opinio

opinio tenet hominem si domi sedeat, sivè viam agat posse à latrone defendere non solum se, sed etiam sua, & si per magistratum certo sit recuperatus: nemo enim tenetur permittere se spoliare,& communis experientia docet servos vendi sub hasta; & redemi, nec tamen infinito pretio ergo prudentum judicio libertas non est infinitæ æxistimationis.

17. Ejus est non velle qui potest velle.

18. Qui actionem habendi rem recuperandam ipsum rem habere videtur.

19. Plus cautionis in re est, quam in persona.

20. Neque pacta, neque stipulationes factum possunt tollere.

21. Non debet actori licere quod reo non permittitur.

22. Reg. Non debet alteri per alterum iniqua conditio auferri.

23. Reg. Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inferuntur jus commune non lædunt.

24. Cum amplius solutum est, quam debeatur cujus pars non invenitur quæ repeti possit totum esse indebitum intelligitur manente pristina obligatione.

Ut si tenearis dare equum Petro, & dedisti equum, cum non possit Petrus tibi restituere partem equi totum restituet manente priori obligatione.

25. Omnia quæ jure contrahuntur contrario jure pereunt.

26. Qui tacet non utique fatetur, sed tamen verum eum non negare.

27. Is damnum dat qui dare jubet. Ejus vero nulla culpa est cui parere necesse sit.

CAPTU III.

Regulæ de empositiva justitia.

1. Cui licet plus licet utique quod est minus, id est si cætera sint paria.

2. Contra eum qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda.

3. Cum aliquid licet etiam liceret omnia quæ sequuntur ex illo.

4. Cum aliquid prohibetur alicui una via ad id alia via non debet admitti; id est cum aliquid absolute, & universaliter prohibetur lege beneintellecta, etiamsi verba videantur unam viam sonare omnes viæ clausæ sunt, nec permittitur una via exclusus, alia ad ipsum aspirare ut simoniacum beneficium.

Fffff

5. Inspicimus in obscuris quod est vero similius. Idest stamus consuetudini facimusque quod plerumque advenire solet.

6. Odia sunt restringenda, favores ampliandi, id est pro illo cui conceduntur.

7, In privilegio: quod non est contra tertij jus etiamsi sit contra tertij commoditatem latissima admititur interpretatio.

8. Docet concessum à Principe beneficium esse mansurum.

9. Si dubitetur privilegium an sit personale, vel reale, pro reale habetur.

10. Si dubitetur an privilegium sit revocatum censetur non revocatum.

11. Quod in gratiam alicujus conceditur non est in ejus præjudicium retorquendum.

12. Quod conceditur uni conceditur omnibus sine quibus ille non potest frui tali privilegio.

13 In obscuris minimum est sequendm.

14, Quod omnes concernit debet ab omnibus approbari.

TRACTATUS XX.

De personis.

CAPUT I.

De jure primi principij Imperatorum.

POTESTAS civilis est duplex: suprema una, altera inferior, & non suprema. 1. Est Imperatoria potestas, vel regalis qui etiam habent aliqui Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, de quibus infra. Inferior est illa, quam habent qui Superiorem agnoscunt, quales sunt multi Principes, Duces, Imperatoris, & Regum, vel alterius Principis subditi ditioni.

Potestas civilis derivatur à jure naturali, sive gentium qua homines societate quadam conjuncti vivunt, quæ societas non subsistit, nisi quidam præsint qui alios in pace concordia & charitate contineant: unde jure gentium sunt civitates, & Respublicæ fundatæ, Magistratus creati, latæ leges, judicia constituta, quibus rei puniuntur, & innocentes defenduntur,

cuique tribuitur quod ſum eſt, ideo Imperator dicitur jure gentium conſtitutus.

Imperatoris poteſtas eſt immediate à Deo ſecundum multos Doctores, quia incipit ante Romanum Pontificem, ut videre licet. Alij dicunt eſſe à ſummo Pontifice, quia inquiunt Imperator non habet Imperium per ſucceſſionem, ſed in jure Canonico per Electionem, ut eſt cap. per venerabile de Elect. colligitur: nam electus Imperator debet à ſummo Pontifice confirmari, ungi, in brachio, aut humero ſigno crucis impreſſo, ut videre eſt in eodem cap. per venerabile.

Electores Imperatoris determinati à Gregor. V. ſum. Pontifice fuere quatuor Duces. Quatuor Marchiones. Quatuor Langravij. Quatuor Burganij. Quatuor Comites. Quatuor Villa. Quatuor Ruſtici Quatuor Liberi. Quatuor Milites. Quatuor Civitates. Et alij nominent tantũ 7. Electores, tres ſpirituales Archiepiſcoporum. Mogontinum. Germaniæ Cancellarium Archiepiſcopom Treverenſem, Galliæ Cancellarium, Archiepiſcopum Colonienſem Italiæ Cancellarium, & quatuor temporales Marchionem Brungideburgi Camerarium Comitem Palatinum .... Ducem Saxonum en ſis porticor m, Ducem Boëmiæ additum propter inter Electores diſcordias.

Imperator ſic electus vocatur Rex Romanorum; ſi eum ſummus Pontifex confirmet & coronet triplici Corona coronatus, ferrea per Archiepiſcopũ Colonienſẽ in civitatẽ Aquis grana. 2. Corona argentea per Epiſcopum Mediolanenſem in Eccleſia Mediolanenſi. 3. Corona aurea per ſummum Pontificem in Eccleſia S. Petri.

Imperator non habet Dominiũ proprietatis erga ſubditos; quia cum ſit Electus à Republica illa non dedit ſuum jus, ita ut uti poſſit bonis quando voluerit, neque habet Dominium ſupra totum orbem, alioquin haberet ſuper Reges. Ita Bannes, Sotus, Molina, Luct ſecundum quid, quia eſt ſuperior: non habet jus conferendi Beneficia Eccleſiaſtica. Ita colligitur in capite cum ad verum diſt. 96. Quia quæ divina ſunt Imperatoriæ, aut Regiæ dignitatati non debent ſubjici debet eſſe fidelis, non Schiſmaticus, aut Tyrannus, & ita debet habere in animo Religionem Catholicam, quia ejus officium eſt Romanam Eccleſiam defendere, quod jurat dum accipit Coronam ferream. 2. jurat non alienare bona ſpiritualia, aut

temporalia Imperij. Dum accipit Coronam auream non debet jura Papæ temporalia usurpare, nec spiritualia debet habere consiliarios senes prudentes.

Debet habere Cancellarium cujus officium est rescripta & privilegia per Principem concessa sigillo Regio munire examinare, emendare, & delere ut dicitur Vicarius Principis.

Proprium est Cancellario siggnare petitiones sigillo Imperatoris, & scribere propria manu.

Cancellarius Imperatoris præcidit omnes aliorum Regum & sedes ad dexteram Imperatoris, nisi adsint filij, dicitur apud Germanos Archiconsiliensi, apud alios magnus Cancellarius.

In Germania:ordinatione Caroli Magni sunt tres Archiconsilij. Antistes Moguntinus, Leodiensis, & Coloniensis.

Debet esse Cancellarius Laureatus, prudens in Historiis & eloquentia peritissimus: in quibus.

Resolves 1. Quod omnes subditi Imperatoris tenentur ad illius leges circa bella, circa vectigalia, circa fidalia, circa politicam, circa bonum commune Imperij, circa contractus, circa actiones, venditiones, te amenta.

CAPUT II.

De jure primi principij Regum.

Reges jure gentiom sunt à Deo instituti erga humanum vice sua exercens jurisdictionem. Aliquando sunt instituti jure civili; nam alias quælibet civitas suum Regem eligebat.

Inter Reges alij Coronantur, alij non. Qui coronantur unguntur oleo; tale privilegium habuit Rex Hierosolimorũ. habet modo Rex Francorum. Rex Angliæ. Alij non unguntur nec coronãtur. Magis expedit Reipublicæ Regem successione suscipere, quam electione, & suffragio, quia sunt magis populo chari, amati, grati, quam extranei qui eliguntur.

Regnum quod ratione sanguinis ad filium defertur debet dari primogenito, nec potest exhæredari à patre, quod colligitur ex cap. licet de voto, & voti redemptione si primogenitus sit Clericus succedit, si Monachus vadit ad secundum, si nullus, sit ad propinquiorem.

Licet si communis opinio juris communis & jurisconsultorum, ut refert Antonius Car-

sot, de potestate Regia. Quod filius natus antequam pater sit Rex non possit dici filius Regis, nec possit regno succedere tanquam natu maximus; tamen dico quod succedit, quia filius ratione sanguinis succedit in Regno, & filij ante & post dignitatem Regiam nati ejusdem sanguinis & generis sunt, & ejusdem patris filij ergo,

Reges, & Principes in suis Principatibus habent supremam potestatem, & ideo pro suo regno possunt ferre leges obligantes subditos coactive, & directive, constituere vectigalia ad suas necessitates. Cogere ad bella subditos, & similia.

Reges non habent potestatem in spiritualibus & sic non possunt ferre leges circa matrimonium, ut sacramentum nec quoad substantiam, neque ad accessoria, nisi velis dicere quod circa contractus civiles qui dependent ab ipsis, & sic per accidens circa Sacramentum, ut in Gallia ponitur conditio scilicet, quod si filius nubat contra voluntatem patris, si sit minor 25. annorum sit nullum ejus matrimonium, quia cum contractus civilis sit fundamentum Sacramenti, volunt ut talis conditio ponatur; cum enim Deus elevans contractum civilem in Sacramentum voluit ut prius contractus esset bonus, & si non sit bonus & validus non elevabitur, non mirum igitur si nubans contra voluntatem patris invalidetur tunc in Gallia aliter in Italia.

Non possunt quidquam supra exequias, nec ut non alloquantur moniales, nec super beneficia, nisi in quantum summi Pontifices dedere authoritatem Regibus, ut videre est Clare in lege Pragmatica sub Leone X. sum. Pontifice in Concilio Lugdunensi tempore Francisci I.

Non possunt Reges admittere liberam Religionem, nisi ob impotentiam.

non possunt favere infidelibus, quia illi nunquam habent justum titulum bellandi contra Christianos, non possunt bellando contra Principes Christianos indifferenter comburere, uti instrumentis aliisque similibus.

Princeps statuens pretium frumenti obligat etiam Ecclesiasticos. Non potest imponere tributum supra ipsorum bona praecipue spiritualia, ut supra fundationes missarum, & nec gravare ipsorum colonos.

Possunt vectigalia, pedalia, & similia ponere pro necessitate.

CAPUT III.

De jure primi principij Ducum.

ANtiquitus Dux dicebatur qui summu in militia Imperium obtinebat, deinde cui pars imperij à superiore erat demandata, posteà verò quibus Rex alicujus regionis potestatem concedebat administrandum: Caroli Magni tempore dicebantur Duces quibus Duodecim Comites suberant, posteà verò ab ipso Carolo Magno vocati sunt Reges regionis, quia à Rege talis dignitas commendatur.

Longobardi fuerunt primi qui Ducum dignitatem in Italia introduxere, & à Romano Imperio remansere, postea ad alia regna introducti quatuor Ducatus. Longobardi in Italia introduxerunt Ducatum foro Liviensem. Carolus Magnus devictis Longobardis qui non permittebant transire Ducatus ad filios, voluit ut transferrentur, & ab ipso nulli Duces creati sunt in Germania, Gallia, & alij.

Inter Duces alij sunt qui supremam habent potestatem civilem admodum Regum, alij non, & dicuntur subditi Regibus.

Quidam sunt qui creantur, ut Dux, Venetorum & Genevensium quorum authoritas est apud rempublicæ.

CAPUT IV.

De Marchionibus.

MArchio dicitur à Marcha quem limitem significat, & Marchio est qui limiti certo Regni cum Imperio præest. Marchio præcedit Comitem, nisi Comes sit de Sanguine regis, & in Germania Comites præcedunt Marchiones possunt leges condere pro sua ditione, vectigalia ponere.

CAPUT V.

De Comitibus.

COmites dicebantur qui Imperatorem Comitabantur in bello: nunc vere Comes dicitur qui habet specialem dignitatem à rege aut Principe.

Comes Barones præcedit: nam Rex habet subse 10. Duces Dux 10. Marchiones, Marchio 10. Comites, Comes 10. Barones, Baro 10. Feudata-

rios, hac in paucis apparet.

Alij erant Comites thesaurorum Imperatoris, alij sacri Palatij. Comites rerum privatarum erant Gubernatores Comites patrimonij Principis, Comites sacri Palatij, Comites stabuli, sive equorum præfecti. Comites militum. Comites aureorum. Alij sunt qui habent suam dignitatem à jure non à Principe, ut est Doctor qui legit 20. annis. Ita gloss. in l. 1. cap. de Professoribus, & dicuntur Comites à lege viva.

CAPUT VI.

De Militaribus religionibus.

Milites religiosi vocãtur illi qui tribus votis ad militandũ cõtra infideles adstricti equites sunt, quales sũt Militenses. Milites S. Jacobi, & intesquos alij sunt viri Nobiles, alij Clerici ad Divina mysteria obeunda, alij admodum conversorum, aliis inserviendis destinati sunt, aliqui Ordines Militares qui duo tantum vota emittunt, scilicet obedientiæ, & castitatis conjugalis, ut sunt Religiosi S. Mauritij, & S. Estephani.

Primus Ordo Militaris est S. Lazari institutus anno 361. confirmatus ab Honorio III. anno 1120.

Ordo Militaris S. Joannis Melitensis institutus sub regula S. Augustini anno 1099. confirmatus anno 1120. à Calixto II, & Honorio II. antiquitus vocabatur Rhodiensis, quia in illa insula remansere per 214. annos usque ad annum 1522. deinde in insula Melitensi data ipsis à Carolo V. ferunt habitum nigrum cum Cruce alba in pectore.

Ordo Sanctæ Mariæ Teutonicorum institutus anno 1119. sub Pontifice Calixto II. ejus officium est recipere Peregrinos pro fide Christi certare. Teguntur pallio albo, & nigra Cruce subtus, & tunica nigra.

Ordo S. Jacobi sub regula S. August. ab Alexandro III. approbatus vestiuntur veste candida cum Cruce rubra in formam gladij, etiam apud Lusitanos est talis Ordo.

Ordo Equitum Temporalium anno 1117. sub Gelasio II. Hierosolimis, imo enim quia habitabant in parte Templi ideo Templariis, utabantur mantellis albis cum Cruce rubra, duravit per 200. annos.

Ordo Militum Calatravæ institutus á Rege anno 1160. nigrum amictum cum rubro portant sub regula Cestersiensium.

Ordo Militum Sanctæ Mariæ de Mercede à Jacobo Rege Aragoniæ cui captivos est redimere incumbet anno 1218. sub Honorio III. pallio utuntur albo cum Cruce rubra.

Ordo Sanctæ Mariæ gloriosæ apud Italos à Fratre Bartholomæo Veneto Ordinis Prædicatorum anno 1233. sub Greg. IX. utuntur tunica alba subvenientia toga cum Cruce purpurea in campo albo duabus superpositis, telis, ut viduas, & pupillos sustineant, & pacem in populo procurent.

Ordo Militum S. Benedicti de Stuis in Regno Lusitaniæ.

Ordo S. Mauritij à Serenissimo Emanuele Philiberto Duce Sabaudiæ & Rege Cypri anno 1571. cui Ordo S. Lazari fuit unitus anno 1572. à Gregorio XIII. vovent castitatem conjugalem, nec possunt petere debitum tempore adventus & quadragesimæ, ferunt Crucem candidam, & viridem S. Lazari in angulis. Quorum magister perpetuus est Dux Sabaudiæ.

Ordo Militaris Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo institutus ab Henrico Magno. Philibertus Neristanus Gallus primus Magister fuit sub regula S. August. anno 1609. sub Paulo V. regnante in Gallia Henrico IV. utuntur Cruce violacea pro-tissera.

Ordo S. Stephani à Cosmo de Medicis Magno Ebruriæ Duce anno 1562. castitatem conjugalem vovent.

Perceptoriæ Ordinis Melitensis sunt vere beneficia Ecclesiastica, ita Puteus decisione 392. Flaminius Parisi. de confid. 917. Garcias de Benef. p. 1. cap. 4. num. 1.

CAPUT VII.

De Militibus.

Status Militum est antiquissimus, ut patet in scriptura sacra ut judicum 3.

Ad hoc ut liceat pugnare tria requiruntur. Authoritates Principis. Justa causa. Recta intentio, tria requiruntur ad bellum defensivum, ut qui infert, votis desistere etiam rogatus justa causa suscipiendi tale bellum, bona intentio possidentis jam sufficienter diximus in 1. lib. ut videre est.

CAPUT VIII.

De Statu Conjugatorum.

Primus status Laicorum inferiorum est status conjugatorum

gatorum cujus Deus ut author in Paradiso, quando Adamus cum Eva conjunxerit, ut patet ex Apostolo quod Deus conjunxit.

Deus instituit matrimonium propter prolis generationem ad perpetuendum genus humanum. 2. Propter remedium concupiscentiæ. 3. Propter mutuum obsequium viri, & mulieris.

Matrimonium aliud est quod legali institutione & consuetudine Provinciæ contrahitur. Aliud est ratum quod solo affectu contrahitur sine solemnitate. Aliud legitimum ratum & consommatum & est quando uxor marito traditur à Sacerdote benedicente, & mutuo consensu perficitur.

In matrimonio torus purus servari debet, alioquin violatur fides, fit injuria Sacramento, & sic tenentur uxor & maritus debitum sibi invicem reddere, ut proles nascatur. Non est peccatum accedere ad uxorem gravidam, nec ad illam delectationis causa Ita Pontius de Mahim lib 1. cap. 21. Item potest uti matrimonio valetudinis causa vitandæ fornicationis possunt videri alia multa in 1. & 3. lib.

CAPUT IX.

De Virginibus & Viduis.

Multis modis sumitur virginitas. 1. Pro integritate carnis. 2. Pro pudicitia mentis cum integritate carnis in proposito & actu voluntario. Debent cavere virgines superbiam, & tepiditatem in Dei servitio, & persistentia in bonis operibus: debent habere charitatem, & maculã peccati timere, debent fugere consortia hominum, vacare orationi, evitare otium, & librorum sordidorum lectiones.

Viduæ sunt quæ carent viro quem habuerunt, debent vivere caste sicut virgines, & eosdem inimicos cavere, propterea jubet. D. Paulus curam habere, & se gerere sicut altera subditi, sic debet vidua domi manere, operosa, devota cultum superfluum relinquere, parum loqui, filios in omni castitate educare, debet principaliter cavere ne attentetur de mariti mortui sensibilitate de actu præterito conjugij.

CAPUT X.

De Advocato.

LAudabile vitæque hominum necessarium Advocationis officium maximis præmiis oportet renunciare, D. Thom. 22. q. 11. Advocati officium exercere prohibentur Judices, & accessores duabus causis prohibentur. 1. Impotentia, si sint amentes, surdi, muti, hæreticus in judicio condemnatus. 2. Indecentia, Religiosus, Clericus, Sacerdos: imo constitutus in sacris ordinibus propter irregularitatem provenientem ex criminalibus.

Debet Advocatus. 1. Scire jus in quo exercetur, merita, & justitias causarũ. Secundum jura cognoscere, qui nescit illa tenetur ad restitutionem ex litis amissione.

Tenetur tria cavere. 1. Ne sit præceps in judicando consiliando. 2. Ne sophisticas opiniones, sed communes sequatur. 3. Ne sit negligens in causarum cognitione, alioquin tenebitur ad restitutionem. Debet esse fidelis, scilicet quod non adducat leges falsas, & ne utatur conviciis, ut non instruet clientem falso jurandum, aut falsos testes adducendum, neque dilationes, ne graventur letigantes. Non debet manifestare adversariis merita causæ suæ clientis.

Advocatus qui causam injustam defendendam suscipit peccat, nisi absolute sua pars velit, vel ignoret injustitiam causæ: si dubitet de injustitiæ causæ potest patrocinari, si verò desirat causam justam non debet manifestare parti contrariæ, sed occultare.

Debet justa mercedo esse contentus ubi, non potest pasciſci cum cliente, quod si causam tueatur debit illi tot. Quia tenetur stare determinatis à lege, aut à Principe pro mercede. Si jam incipit causam patrocinari potest totam sommam accipere gratis, & viduarum, & pupillorum. Vide D. Thom. q. 71. Sotum lib. 1. dist. 1. q. Navar. in Manuali.

CAPUT XI.

De Iudice.

MUlta requiruntur in Judice ut rite fungatur suo officio. 1. Potestas necessaria quæ potest esse triplex. Ordinaria, delegata, vel arbitraria, id est tamquam arbiter quarum una sufficit ad rite iudicandum. 2. Requiritur veritas, non ex parte

sui, sed debet judicare secundum allegata & probata a testibus, & sic quamvis de contrario evidentiam habeat per privatam scientiam & servet sufficientem veritatem, neque peccat contra veritatem, peccaret tamen si judicaret in ratione judicij contra allegata & probata. 3. Debet servare formam judicij, tum in sententia inferenda, tum in modo procedendi.

Quoad modum procedendi sunt tres viæ per denunciationem, per accusationem, & per inquisitionẽ in denuntiatio differt ab accusatione, quod denuntiatio judicialis non obligat crimen probare testibus: accusator vero tenetur. 2. Denuntiatio judicialis sit absque actione tanquam manifestatio vera criminis qua ipsum denuntiatur prælato, ut ex officio id faciat quod viderit faciendum, sed secundũ jus: accusatio vero est delatio criminis cum actione qua Judex urgetur punire reum, & sic licet denuntiatio relinquat rem arbitrio judicis decidendam tamen in hoc debet servare æquitatem.

Circa accusationem duo Judices requiruntur, judicia manifesta quæ interdum plura, esse debent, aliquando pauciora, aliquando sufficit semi probatio cum tribus testibus. Inquisitio differt ad enuntiatione, & denuntiatione quod has facere, sive sit delicti, sive delinquentis pertineat ad solos Prælatos, & Judices ex officio.

Dividitur in generalem, specialem, & mixtam. Ratio illius divisionis est, quod interdum sic fiat inquisitio, ut nec persona, nec crimen de quo inquiritur nominetur, ut fit cum Prælati visitantes suam Diœcesim, aut visitatores Religionum inquirunt de vita, & moribus subditorum, ut servent leges, & statuta loci, ut sint ibi delinquentes. Interdum fit ut nominatim de certa persona inquiratur certum particulare crimen: interdum denique fit, ut delictum in particulari exprimatur, non persona, sed in genere ut de certo furto inquiritur quis perpetraverit.

De modo procedendi via generalis Inquisitionis non requiri accusationes, aut demonstrationes, aut infamiam patet, quia tantum intendit Superior obviam ire transgressionibus ad cautelam.

Circa specialem inquisitionem requiritur aliqua infamia, & hæc dicit ordinario Superiori quid audiat de re. 2. Debet præcedere accusatio, quia Judex non potest condemnare nisi aliquod accusatum.

Infamia alia est publica, alia notoria facti, & personæ. Tertia evidentia, quando Judex vidit, peccat Judex judicando sine sufficienti probatione, ex eo quod testes sint extorti, vel quia ipse mediocriter viderit processum. 2. Procedendo sine libello, aut contestatione litis. 3. Sine dilationibus necessariis litis negando, vel concedendo superfluas, aut non admittendo justas. 4. Interrogando ea ad quæ respondere non tenetur. 5. In sententia utendo aliqua clausula obscura qua condemnatus possit sic tueri contra justitiam. 6. Admittendo appellationem, aut recusationem quam non debet, vel econtra. 7. Criminis confessionem extorquendo per injuriam, quod fit quinque modis.

1. Si à se ipso inquisitionem in eo & nulla præcedente infamia, aut denuntiatione.

2. Si tormentis, aut propinquam tormentorum alicui confessionem extorqueat, etiamsi non sint sufficientia judicia ad torturam.

3. Si fuerint sufficientia judicia ad torturam, sed ratione dignitatis, aut, ætatis personæ non possint applicari.

4. Si dote induxit reum ad confitendum ut dotosa promittendo ei in punitatem.

5. Si confugientem ad locum sacrum abstrahat ab eo.

CAPUT XII.

Instructio ad faciendas informationes juridicas in causis criminalibus Religiosorum.

Duabus viis proceditur in Religionibus ad faciendas informationes in causis criminalibus. Prima via est ex officio si est Prior, aut Vicarius alicujus Conventus in quo commissum sit aliquod crimen, aut delictum, tunc petit Prioribus, aut Vicariis facere informationes, si ad earum jurisdictionem pertineat delictum sicut in causis urgentibus, & ubi periculum est in mora tanquam delegati Generalis, aut Provincialis, possunt conficere processum de concilio discretorum Conventus ad custodiam, ubi fuga timetur in carcerem detrudere, ac deinde Superiorem ad quem pertineat certiorem facere.

§. I.

De initio processus.

In casu prædicto incipit Superior ad quem spectat processum exponendo id quod fuit commissum quo in loco, quo

die, quo mense, quo anno, & concludit dicendo, quod cum ex eo ortum scandalum, ut præcidatur secundum ordinem justitiæ præcipit in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub præcepto unicuique Religioso hujus Conventus cui tale præceptum notificabitur quod sit circa ea de quibus fiet interrogatio coram eo quem nominavit Secretario in tali causa in quorum fidem subscripsit hoc suo nomine, & sigillo sui officij munivit, & sic subscribere tunc formabit interrogatorium incipiens à cognitione ipsius rei per acceptiones generales, deinde per aliqua interrogatoria disponet casum cum suis circunstantiis, & scandalum petat in singulis interrogatoriis, cum dicat testis, quid noverit, quomodo noverit, per interrogatoria autem quibus poterunt testes respondere, an sit publicum, & notorium, id quod deponunt ab eis, & ipsi dicant quod sciant.

Advertat autem informationem capiens se non posse ullo modo interrogare de illa re particulari de qua reus non sit infamatus, vel præcesserit inflamatio clamorosa contra eos casus qui directe tendunt in damnum notabile boni communis in quibus ad faciendas informationes non est necesse, quod præcesserit infamia, neque prædicta insinuatio.

Infamia intelligitur tunc esse, quando sparsus est rumor legitimus de delicto apud viros honestos qui illius notitiam habere possint. Insinuatio clamorosa, est quando delictum frequenter judici, aut Prælato denuntiatum est à multis extrajudicialiter.

Formatis interrogatoriis à judice subscriptis ad ipsorum calcem Secretarius scribet acceptationem sui officij, & se perfecturum suum munus meliori modo quo poterit, & statim procedere ad examen testium hæc est prima via.

2. Via est in commissione Superioris in qua valde consideranda sunt ea ad quæ tantum modo se extendit, an aliquod præceptum notificandum in ea feratur, an habeat interrogatoria disposita secundum quæ procedendum est in examine nil si ipsorum dispositio, vel cum remittatur cui facta est talis commissio, an data sit tantum ad examinandos testes, an etiam ad examinandum reum, & exigendam ejus confessionem, & exhibendos illis articulos, & admittendas ejus defensiones, ut ita Commissarius neque plus, neque minus agat quam data cōmissio requi-

rit hæc commiſſio modo quo venerit ponenda eſt initio proceſſus ad ejus calcem ipſorum ſubſcribat Commiſſarius notando diem, menſem, annum, ſe acceptare talem commiſſionem, & ea uſurum ſecundum jus & nominet Secretarium in tali cauſa, niſi in eadem commiſſione nominetur, & proprium nomen ſubſcribat: Secretarius vero ſcribet ſe acceptare tale munus, & ita ad examen teſtium procedatur.

ff. II.

De examine Teſtium.

Teſtis examinandi cum ſinguli ſeorſim notificari de eis præceptum Superioris ordinarij, vel delegati, & accepto ab eis juramento, advertendo tamen quod in cauſis criminalibus non eſt accipiendum juramentum diebus Dominicis, & Feſtivis; ſcribet igitur Secretarius hac forma.

Die, N. menſe, N. anno, vocatus fuit in teſtem præſentis informationis, N. Religioſus Profeſſus noſtræ Congregationis qui cum ei notificatum fuiſſet præceptum ſuprapoſitum juravit, ſi ſit Sacerdos tacto pectore, vel ſi non ſit, manu ſupra crucem poſita ſe dicturum veritatem circa ea de quibus interrogabitur, interrogatus ſupra ea dixit, & reſpondit quæ ſequuntur.

Ad 1. interrogatorium dixit ſe cognoſcere. N, à tanto tempore in tali loco cum eo commitatus eſt familiariter, vel propter aliam cauſam, & quod non officiatur aliqua ex exceptionibus generalibus: ſcilicet quod non ſit conſanguineus, inimicus & amicus rei, non mente captus, non infamis, nec unquam fuiſſe perjurum, nec ullum habere defectum canonicum.

Ad 2. interrogatorium dixit teſtis quod ipſe ſcit circa illud eſſe hoc & hoc quod ſcit, quia vidit, aut audivit communiter, & publice, & in particulari à N. ſemper autem neceſſarium eſt ut, talis dicat cauſam ſcientiæ ex dictis ex viſu, aut auditu, debet nominare à quo vel à quibus audivit, & ita notum ſit quantam fidem faciat, & conſtet an fama originem habuerit à viris honeſtis, & fide dignis.

Circa interrogatoria vero ad quæ negative reſpondetur videlicet an ſciat, N. & poteſtatem ex quo diſceſſit à Conventu, aliquando ſe præſentaſſe Religioni, non ſufficit teſtem reſpondere ſe ne ſcire: non enim

facit fidem quod asseritur ignorari, sed quod scitur, & ideo debet respondere affirmative, scilicet se nunquam scivisse, N. se presentasse, & causam scientiæ dicet, quia si se presentasset benè sciret, & sunt similia quando accidunt, statim sciuntur, se vel saltem si negative respondet se nescire an, N. se presentaverit; redderet nihilominus certo credere quod N. non se presentaverit, quia omnino scivisset propter hanc, vel illam causam: modus autem iste respondendi æquivalet affirmationi, cum pauci sint qui ad similes interrogationes possint affirmative, & absolute respondere.

Ad ultim. interrogatorium dixit eaquæ deposuit publica esse & notoria. Si autem sint publica voce, & fama in prædicto Conventu, & hæc vera esse, seque Novisse asserit cum juramento quod præstitit cum ei lecta fuissent omnia quæ deposuit, & ratificavit, dixitq; se esse civitatis, tot annorum propriumque nomen subscripsit, & ideo antequam ista scribantur oportet ut ipsi prius lecta sit depositio, & eam ratificaverit ad calcem cujuscumq; testimonij. Subscribere debet proprium nomen Judex, Secretarius, & testes: & sit nesciat scribere pungat crucem.

ff. III.

De confeßione rei.

Secretarius coram Judice notificavit reo præceptum quod afferet scriptum, & subscriptum, in quo Judex illi præcipit, ut sub juramento respondeat, & dicat veritatem clare circa illa omnia de quibus interrogabitur: postquam vero ab eo receptum est juramentum ipse Judex faciet interrogationes ordinarias: videlicet, quomodo vocetur unde sit, an sit Professus, in quo Conventu, à quo tempore, quare sit reclusus, deinde cum distinctione & sigillatim interrogabit de iis quæ in informationibus plenariè probata sunt, & etiam de his quæ in iisdem semi plene comprobata, quod contingerit quando de his de quibus reus laborat infamia, ut testis aliquis omni acceptatione major qui deponat de visu, & ex certa scientia: imo quamvis de his non habeat semiplenam probationem sufficit ad hoc, ut possit interrogare quod reus de his sit infamamatus, vel judicatus, dummodo infamia vel judicia sint plenariè probata per duos testes omni exceptione majores, itaut

quamvis ad inquirendum specialiter, & testes axaminandos, an Petrus v, g, commiserit tale delictum, sufficiet præcessisse infamiam, aut clamorosam insinuationem rectam, si non fuerint ista probata, quia fama prævenit, & præcedit judicium, & gerit vicem accusatoris: nihilominus ad interrogandum reum necesse est ut infamia, & clamorosa insinuatio probata sit, & ut ipsi reo notificetur probatam esse, alias non tenetur respondere, sicut etiam non obligatur ad respondendumq,uando contra ipsum nec est aliud quam accusatio.

Semper tamen excipimus ab hac regula ea delicta quæ directe tendunt in damnum notabile communitatis, si reus in suis responsionibus dicat aliquam propositionem in universali v. g. quod habuerit tales occasiones, quando fecit tale delictum ne quemlibet induceret ad similes, vel majores excessus perpetrandos non sit in universali indecisa, & in examinata ista reliqua sed interroget quænam fuerint istæ occasiones, quisnam fuit illarum, & testes, quis novit, an ipse Prior exstiterit illarum causa quæ Prius præcesserint: denique Judex curabit ne reus respondeat cum omnimoda distinctione & claritate, & ex ipsiusmet, quia posuit firma principia Theologica, sive quia cum expositione articulorum fidei, & secus, ac si scripturæ versatur, Scholastica est quæ defendit substantiam probando articulos fidei, conclusiones veras, & errores confutando juxta verum sensum. Moralis quæ pars Scholasticæ est, versatur circa hominum mores, illos dirigendo juxta verum sensum Theologicum statuendo quæ sunt peccata, ut fugiamus, & quæ fidei sunt amplectamur responsionibus, resumere debet occasionem iterum interrogandi, ut ita quantum fieri potest veritas eluceat.

¶. IV.

De modo exhibendi reo, & admittendi ejus defensiones.

1. JUdex imponat reo præceptum subscriptum in quo præcipiat, ut respondeat articulis quos illi exhibebit & ut dicat quæcumque ipsi occurrerint in suis defensionem assignando tempus ad hoc sufficiens quod communiter erit horarum 24 quod si reus renunciaverit scribat se renuciasse.

¶

ff. V.

Scribantur ad calcem praecepti praedicti articuli hoc ordine.

DEponitur contra N. quod scandalum dederit in tali loco committendo tale delictũ. Item quod hoc vel illud fuerit, &c. Cõmodo quo fecerit dispositos, & scriptos articulos subscribet Judex & Secretarius, & dabunt reo notificando ipsi praeceptum.

Poterunt in articulis poni ea omnia de quibus in confessione poterat reus interrogari, & ea quae de novo ipsemet in sua confessione, confessus fuerit si de his laboret infamia, etiamsi infamia probata non sit; non enim fit injuria qui sic sponte confessus est: si tamen infamia non praecessit etiamsi reus fateatur grave aliquid, non potest poni in articulis contra ipsum, sicut etiam non potest poni illud delictum quod jam punitũ fuit, cum Deus non puniat bis eandem culpam: nihilominus ad probandam rei incorrigibilitatem per modum multiplicationis poterũt qui praedicta delicta in articulis contra illum dicendo.

Item contra N. deponitur quod cum toties punitus fuerit propter tale, vel tale delictum non se emendaverit, deinde cum reus jam responderit articulis contra ipsum exhibitis: Secretarius ad calcem suas responsiones scribet. 1. Haec sunt quae adducit N. in sui defensionem, & interrogatus si quid aliud haberet quando adduceret respondit, se nihil aliud habere & quãtum ad ipsum attinet habet causam ut conclusam, & proprio nomine subscripsit die, mense, anno, &c. & subscribere reus judici, & secretarius qui subscribet immediate post subscriptiones quae sequuntur: videlicet, & statim respondere causã ut conclusam habuit usq; ad sententiã definitivam exclusive .... suum, & commissione explicaverit, & ita remittit causam totam Superiori. N. ut ipsum Judicet, & sententiet, subscribat Judex, & Secretarius.

ff. VI.

De notificatione sententiae.

SI Superior commiserit ipsi judici notificationem sententiae reo faciendã, Secretarius coram eodem judice, & duobus testibus notificabit reo sententiã scribendo ei notificatam fuisse à se coram praedictis Judice, testibus, & scribet quidquid reus responderit notando diem, mensem & annum, & omnes praedicti subscribant, reus, testis & Secretarius.

CAPUT XIII.

De Procuratoribus.

IN Procuratore debent esse permissio, diligentia, scientia, veritas, & justitia.

Circa primum idem dicendum est ac diximus de Advocato. Circa scientiam debet scire omnia quæ pertinent ad suum officium, & si se ingerat ignarus, facit contra jus primi principij proximi, & tenetur ad restitutionem, si sit causa damni. Circa diligentiam si sit causa moræ, & illa mora sit causa damni tenetur ad restitutionem. Si nimias dilationes petat, & procuret injuste expensas utriusque partis tenetur ad restitutionem utriusque.

Circa veritatem debet habere. 1. jus in se, ut sicut Advocatus, ut nunquam permittat jura contra veritatem, nec impedit illam dicere coram judice, ut non judicat falsos testes.

Circa justitiam. 1. Nec potest suscipere causam injustam cognitam ut talem. Non debet exigere justo majora pretia, non potest inducere prius ad iniquam concordiam, nec judicem pervertere, nec litem protrahere de industria. Non petat sibi usurpare Advocati munus accipiendo illius lucrum, tenetur causam. 1. Acceptam procurare potest aliam &c. non debet manifestare occulta.

Resolves 1. Procurator non potest si habuerit gratis Advocatum & Notarium, salarium rerum sibi attribere, & exigere à partibus nisi ipse Advocatus, & Notarius id concesserint, alioquin facit contra jus primi principij Advocati, & Notarij ad quos pertinet tale salarium.

2. Si Advocatus & Notarius in gratiam procuratoris modicum tantum salarium exigant Procurator non poterit reliquū salarium exigere à partibus sui clientis. Ita Panormit. ad cap. fin. cur licet. num. 19. de dote & contumacia.

Quod confirmatur emens pro alio aliquid & nomine ipsius si pro pretio minus justo illi detur à creditore in gratiam ejus poterit sibi retinere quod deest ad justum pretium complendum. Nec vero si detur alio respectu scilicet si venditor sciat emi pro ægroto, vel inope.

Qui se ingerit ad litem non rogatus si nolent ex illo labore passus est detrimentum, & potest exigere pro salario. Ita Panormit. in sequenti. 30.

4. Si Procurator suscipit in se causam pro certo salario & substituit in locum alterum minori pretio solvendum, poterit exigere excedens illud parvum salarium, dummodo retineat periculum si hoc non faciat debetur tantum substituto.

CAPUT XIV.

De Officio Notarij.

EAdem quæ debent habere Advocatus & Procurator quoad promissionem, scientiam, diligentiam, tenetur habere Notarius. Circa veritatem?

Resolves 1. Qui aliqua falsitate seu veritatatis mutatione utitur in construendis contractibus, scilicet vel fingendo quæ acta sunt inter partes, vel ex malitia aliquid addendo, detrahendo, vel immutando peccat contra justitiam & tenetur ad restitutionem.

2. Qui scribit numeratam esse pecuniam quam non videt, aut in tali specie quæ non est nisi partes jurent hoc esse, peccat.

3. Debet servare apud se originale ea ratione qua factum est coram testibus.

4. Non potest dare instrumentum nisi iis ad quos attinet, non debet de falso construere instrumentum.

5. Qui rogatus à pauperibus jura sua recusat scribere sua instrumenta peccat, non potest importune cogere testatorem ut talem suum instituat hæredem, nec potest occultare in gratiam alterius instrumenta, & tenetur dare parti petenti, nil fraudulentum debet apponere nil falsi inserere, nec quid piam relinquere necessarium ut diem sigilli, &c.

Circa justitiam, resolves 1. Non potest facere instrumentum falsum & illegitimum; id est prohibitum à jure.

2. Non potest facere contractum usurarium, quia incurrit excommunicationem & tenetur ad restitutionem, quia facit contra jus primi principij proximi, nempe solventis interesse, quod non debet.

3. Non potest facere instrumentum contra Ecclesiæ libertatem, quia incurrit excommunicationem, & facit contra jus Ecclesiæ.

4. Non potest exigere salarium pro literis ordinatorum, ut patet ex Conci. Trid. sess. 21. cap. 1. Quia facit contractum simoniacum, licet possit aliquid accipere pro labore, non ratione ordinis.

5. Non potest accipere ultra

justum pretium, nisi gratis detur.

CAPUT XV.

De Medicis.

IN nullo requiritur major scientia, quam in Medico quia agitur de summa re, nempe vita: quare Medicus qui dat Pharmacum, aut aliquod remedium ex quo oritur mors propter ignorantiam peccat, tenetur ad restitutionem.

2. Medicus ex Bulla Pij V. quæ incipit ægrotum ultra tertium diem non confessum peccat si visitet, ex quo licet Curiose inquirere, an ex vi Bullæ. Medicus qui visitat ægrotum 4. die qui vellet confiteri potest, & tenetur illum deserere. Diana dicit, quod si æger sit in probabili mortis articulo, & sit pertinax in recusanda confessione non est deserendus à Medico. Imo si absentia Medici sit gravata nocitura ægroto, & nil sit profuturus Medicus. In ægri obstinatione non potest abesse ab illo, & sic putat Diana talem Bullam esse nullam sed Petro. Cur non potest dari authoritas Ecclesiastica, & civilis præcipiendi aliquid sub pœna capitis, & quare non poterit dari Bulla qua præcipiatur confessio ultima sub pœna capitis; cur non poterit præceptum carendi Medico in extrema necessitate, nunquid in tali casu Medicus cui prohibentur visitatio ægroti non confessi sub pœna capitis juste puniretur visitando ægrotum. Ergo quare non poterit dari tallis Bulla. Ergo Medicus non potest tunc visitare circa Chirurgos & alios similes. Idem dicendum est ac de aliis supra dictis.

CAPUT XV.

De parentibus, & primo de filiis.

JAm multa diximus alibi in 1. lib. pro nunc tantum aliqua dubia sunt solvenda ut elucidetur jus primi principij parentum erga filios & filiorum erga parentes.

Quæres 1. An filius qui vult fieri Religiosus teneatur desistere à tali devotione ad sustentandos parentes in necessitate.

Resp. quod si filius habet patrem in tali necessitate ut non possit vivere sine labore & industria sua non potest ingredi Religionē quia jus primi principij, & charitatis magis urget. Ita D. Tho. 22. q. 10. art. 4. ad 4.

Quæres 2. Vtrum ingressus Religionem & Professus debeat egredi ex Religione ad sustentandum patrem in necessitate.

Resp. Quod id Th. videtur sentire non posse egredi, ut videre est in loco citato. Navarr. putat teneri egredi si pater erat in necessitate antequam ingrederetur, quia pater habebat jus principij, & melior est condicitio possidentis, non vero si post ingressum fiat miser, quia per ingressum amisit jus principij & filius non est amplius suus, sed Religionis sed aliquæ: conditiones requiruntur ad hoc ut teneatur egredi. 1. Quod sit licentia Superioris. 2. Quod jura possit subvenire patri, & non possit manendo in Religione. 3. Vt egressus ferat semper habitum nisi habitus impediat laborem, & industriam. 4. Vt mortuo patre vel divite facto redeat ad Religionem.

Quæres 3. An pater possit impedire matrimonium filij & annihilare factum, cum filij dependeant à Patre, & subdantur ipsi in ratione primi principij.

Resp. Quod in hoc jus canonicum differt à jure civili; nam jus canonicum declarat non posse impediri propter summam libertatem requisitam ad matrimonium. Jus civile ut in Gallia declarat posse dissolvi sed.

Moderandum est, & dicendum quod jus civile habet jus in omnes contractus civiles, sic potest ponere leges, ut contractus matrimonij non sit validus, nisi cum tali conditione, non tamē quod consensus utriusque partis datus non subsistat, & sic quod non sit matrimonium & sic jus civile potest tantum imponere leges ad hoc ut contractus civilis non sit validus, & ut filius exhæredetur ratione inobedientiæ, nisi velis dicere, quod ille consensus metuus sit contractus inquo non possit subsistere Sacramentum, quia non advenit Sacramentum nisi supponatur validus contractus.

Quæres 4. An toties filij peccent contra jus principij parentum quoties subripiunt aliquid à parentibus.

Resp. quod si sint sua bona adventitia, castrensia, vel quasi castrensia, non peccant, bene vere si res pertineat ad patrem, licet filius sit unicus. Ad peccandum mortaliter requiritur major summa, quam si furaret alteri personæ extraneæ, quia non præsumitur invitus totaliter pater, nisi sit summa valde nociva.

Deinde si subripiat pro victu, & vestitu denegato à patre, vel ad honestas recreationes solitas apud alios suæ ætatis, & con-

ditionis, neque si laboret cum patre aliquid subripiat ratione laboris non peccat.

§. I.

De obligatione parentum erga filios.

IUs primi principij est etiam in filiis erga parentes, & in illa ratione parentes Subduntur ipsis: & sic parentes tenentur filios. Alere, vestire juxta conditionem suam, educere, curam habere tam in spiritualibus, ut frequentent Sacramenta, calleant Christianam doctrinam, præcepta decalogi, & Ecclesiæ, quam in temporalibus, &c.

§. II.

De jure principij uxoris & mariti.

UXor habet quandam superioritatem sicut subjectum erga virum; sicut vir erga uxorem; nam uxor potest imperare marito circa corpus, & maritus tenetur obedire, circa bonam gubernationem domus, domus, potest impedire, ne dilapidentur bona domestica, bona dotis in ludo, Ebrietate, & maritus tenetur obedire similiter nec possunt nimiam summam in præjudicium filiorum expendere in usus superfluos.

Quæres, An error accidentalis dirimat matrimonium, an tantum error substantialis. Error substantialis dicitur ille qui tangit personam.

Pro quo nota 1. Sicut est duplex error in physicis. Error accidentalis. Error substantialis. Primus est ille qui potest abesse sine subjecti corruptione. Alius non potest. Ita est in moralibus est duplex accidentalis, & substantialis.

Nota 2. Quod aliud est error in matrimonio. Aliud in contractu quod valde advertendum. v. g. Petrus habebat sex equos altos in rheda, moritur unus, vadit ad Paulum, ut emat alium equum album, fit contractus, promittit Paulus se daturum equum album, & dat nigrum suum, etiamsi videatur error accidentalis, quia albedo est accidens; tamen est tantum accidentalis objective, quia semper est objectum emptionis, & venditionis; nempe equus est substantialis in ratione contractus, quia est conditio sine qua non emisset Petrus equum, si scivisset daturum Paulum equum nigrum.

Ita in matrimonio possumus sic ratiocinari in ratione contractus. Petrus voluit ducere

Bertam divitem, & est pauper tunc est error tantum accidentalis. Error erit substantialis, si putat ducere filiam nobilem, & est rustica, quia ille error tangit personam his positis.

Res. Quod error accidentalis in ratione matrimonij non soluit matrimonium, neque in ratione contractus, bene substantialis utriusque.

Ista regula dilucidat istud dubium. An Reges possint opponere conditiones annullantes matrimonium, v. g. Christus potuisset instituere Sacramentum Eucharistiæ cum tali conditione, ut non possit consecrari nisi in libra panis unius floreni, nunquid Reges possunt statuere ut libra panis valeat tantum medium floreni: tamen non tangerent Sacramentum, sed tantum matrimonium, ergo ita de matrimonio.

TRACTATVS XXI.

De Rebus Laïcorum.

Res Laïcorum sunt omnia possessa & possidenda, sive est meum, & tuum, ex quo oriuntur tot lites, tot divisiones, tot inimicitiæ; dicuntur Res Laicorum, quia ut videre est in Levitico. Sacerdotes, & qui erant de Tribu Levi, nihil poterant acquirere: propterea non fuit facta pro ipsis divisio bonorum, sed tantum spiritualia bona quæ pertinebant ad sacrificia, ut decimas igitur si possident aliqua bona, modo possident ut Laici, non ut Clerici vel Ecclesiastici.

CAPUT I.

De Contractibus.

Contractus est utraque citraquè obilgatio. In omni contractu tria considerantur. Personæ cōtrahentes, actiones personarum, & res circa quas actiones versantur.

Hic agimus tantum de voluntariis contractibus qui versantur circa res externas, quæ qui sunt præcipue 7. Tria considerantur in re. Dominium, usus fructus, & nudus usus, ex quo tres erunt ordines contractuum. primus eorum in quibus Dominium transfertur. Secundus usus fructus. Tertius nudus usus.

Quando Dominium transfertur gratis dicitur donatio quæ non inducit obligationem justitiæ, & non est proprie con-

tractus, si translatio Dominij non fiat gratis, tres erunt contractus, aut res mutatur, & est emptio, cui correspondit venditis aut transfertur, ut idem, vel tantùmdem reddatur, & est mutatio: si usus fructus transfertur, sed non gratis fit emphiteusis ad quam traducitur casualis pensi. Cum merus usus transfertur, id potest fieri gratis, ut sola substantia restituatur, & est commodatio, vel usus non transfertur gratis, sed pro usu alterius rei, & est permuta commodatio, si usus conceditur non pro usu alieno, sed pro pretio est locatis cui correspondeat conducti, depositum, fideijussio, & stipulatio, non sunt proprie contractus. D. Th. 22, q. 27. tantum disputat de fraudulentia quæ committitur in emptione, & venditione, & in mutuo ratione usuræ, idest de his quæ fint contra jus principij, quia in his tota contractuum materia continetur.

CAPUT II.

De Justitia in communi.

PRæcepta Justitiæ sunt honeste vivere, alterum non lædere, jus suum cuique reddere.

Justitia propriissime dicta definitur jus primi principij unicuique tribuere est enim virtus quæ est ad alterum, licet definiatur à juristis constans, & perpetua voluntas jus unicuique tribuendi.

Triplex est proprietas, ut sit ad alterum, ut versetur circa debitum, ut reddere æqualitatem: propterea inter patrem & filium, Dominum, & servum, maritum, & uxorem proprio non est justitia ex D. Th. 22. q. 77. art. 4. Quia illi non sunt diversi ad invicem, quia commoda sunt patris & filij, mariti & uxoris, & servus est instrumentum Domini, uxor est æqualis marito ita homines erga Deum, excipe in filiis bona adventitia.

Partes justitiæ sunt justitia commutativa, & distributiva. 1. Invenitur in contractibus, non. 2. Addenda est vindicativa quæ versatur circa delictum, & culpam.

Partes potentiales ejus sunt: Religio erga Deum, & res divinas, quod fit juramento tam assertorio, quam promissorio, oratione tam mentali, quam vocali, considerando quis, pro quo, ad quid obtinendum fundatur Deo, ubi, in quo ritu orandum sit exterius, voto soli Deo facto de meliori bono, quam

quam sit oppositum illius quod novetur, quod aliquando transitorium ad tempus est, aliquando perpetuum, modo privatum, modo publicum & solemne, quod ex hominum institutione, non tam dispensatur, quam declaratur non amplius acceptari. Pietas erga parentes, propinquos, cognatos, præceptores & patriam.

Obedientia erga honoratiores, puta Ecclesiasticos & civiles.

Observantia erga Superiores, ut Magistratus & Præceptores.

Amicitia erga familiares, cujus effectus est correctio fraterna sine felle, sine suspicione, & zelotipia.

Misericordia & clementia erga afflictos.

Benevolentia erga aliquos quia præceptum includit præceptum.

Liberalitas erga alios, cujus præter beneficia sunt, & apponitur pro dignitati & avaritiæ.

Gratitudo erga benefactores. affabilitas erga omnes. veritas, & veracitas, & fidelitas in factis.

CAPTU III.

De jure Dominij & rerum divisione.

Jus est duplex. In re, & ad rem. Primum vocatur rei vindictæ quale jus invenitur in domino respectu mancipiorum, canum, vestium, domus, &c. Jus ad rem est ex quo ascendit obligatio; & dicitur personalis.

Jus in re, sive reale competit. 1. Ratione Dominij directi. 2. Ratione Dominij utilis vassato, & emphiteutæ competit vindicatio utilis. 3. Ratione quasi Dominij dicitur publicana a publico, & competit illi qui cum titulo, & bona fide à non Domino rem acceptam, non omnino usu cepit & potest possessor eam vindicare. 4. Ratione servitutis; ut quando quis prætendit per alienum fundum cum agere. 5. Ratione pignoris, seu hypothecę competit serviana actio à servio per quam locator contra quemvis possessorem agit ad res quæ à conductore in rem locatam, & deteriorationem illius agit.

Duplex est Dominium. Jurisdictionis, & proprietatis quo Dominus jus in aquam, domum

vestem. Istud Dominium aliud est directum sive nudâ proprietas, aliud utile, sive usus fructus, quatenus habet tantum usum, non rem in proprietate.

Nota quod solæ substantiæ spirituales sunt capaces Dominii, quia nimirum est facultas disponendi de rebus, quæ intellectualibus, & liberis convenit.

Nota 2. Quod jure gentium fuere introductæ rerum divisiones, quia jure naturali omnia sunt communia.

Dices. jus naturale non potest auferri, ergo Resp. jus naturale præceptivè est verum, non permissive, deinde hoc fuit omnium consensu declaratum. Dico requiruntur ad Dominium plenum. Titulus, & traditio. Titulus alius est verus, alius præsumptivus, & sola collatione & acceptatione Potest haberi jus in rem, ut videre est in beneficiis absque apprehensione.

Dico quod tribus modis hominis Dominium alteri acquiritur, vel enim nascuntur servi, vel fiunt. Nascuntur ex ancillis, fiunt vel jure gentium per captivitatem, vel jure civili per emptionem.

Circa primum. Est regula generalis; quod partus sequitur ventrem, sive conditionem matris ventris. Quoad honores, & dignitates filius sequitur patrem, dummodo mater non sit serva, quia tunc non potest filius nobilitari: potest etiam servus aliquis fieri per sententiam Magistratus ob aliquod crimen.

Servus se extendit ad omnes fructus, & emolumenta, non tamen ad salutem animæ, id est quod Dominus habet in animam.

Dico 2. Quod feræ si sint mansuetæ, ut canes fiunt Domino, si sint columbæ, apes fiunt Domino, nisi desinant esse mansuetæ, tunc enim fiunt primo occupanti. Si feræ sint clausæ, fiunt Domino, si vulneratæ & fugiant fiunt primo occupanti, si & occupans non vulneraverit.

Principes qui habent feras debent evitare damna & restituere nisi populus consenserit.

Dico 3. Quod fundus per alluvionem meo fundo adjectus ad me pertinet si longo tempore remanserit, si parvo pertinet. Ad primum Dominum, quia habet jus principij, quod amisit per longum tempus. Quæ admiscentur, fiunt utrique. Qui solo aliena materia ædificaverit, solo cadit, & sic fit Domino soli.

CAPUT IV.

De usu capione, & præscriptione.

Exceptio, est exclusio, seu debilitatio rei intentatæ. Duplex est, una peremptoria, id est in qua perpetua actio excluditur. Alia dilatoria per quam est tantum respectu loci certi, vel personæ excluditur.

Præscriptio est exceptio peremptoria apud bonæ fidei possessorem propter ignaviam petentium. Qui est incapax possidendi, est incapax præscribendi.

Nota quod malæ fidei possessor nullo tempore præscribit. In jure civili tempus est 30. annorum. In beneficiis bonæ fidei possessor per triennium acquirit absolutum Dominium.

Adverte quod actiones quæ per præscriptionem extinguntur sunt duplicis generis. Quædam suapte natura tendunt ad agendum, vel non agendum. v. g. Rem alienam quis possidet: obligatur ad eam reddendam Domino. Qui ex mutuo empto debitor est tenetur ad rem debitam alteri solvendam: ita in servitutibus urbanis. v. g. ædificium altius non extollendum, fenestram non apponendam in alterius horto. Ista nulla actione tolli possunt, aut præscribi quamdiu scientia adest, quia tunc fit possessor malæ fidei; dum enim scis te non posse fenestram aperire, pascere in alieno fundo, non potes uti præscriptione, quia es malæ fidei utens.

Aliæ sunt obligationes quæ suapte natura sunt ad petendum & onus subeundum v. g. transeundum per tuum prædium præscriptione extinguitur.

In actionibus civili jure certo spatio determinatis v. g. adversus venditorem rei venditæ vitium extinguitur semestri, aut anni spatio.

Servitutes rusticæ extinguntur per solum non usum, ut iter per fundum.

Res hypothecata in generali præscribitur, ad usu capionem requiritur titulus & continuata possessio.

Res mobiles usucapiuntur post 30. annos. Res immobiles decennio inter præsentes, & 20. inter absentes. Quæ fisco acquisitæ sunt & incorporatæ, tam mobiles, quam immobiles 30. annorum spatio usucapiuntur.

Adversus Romanam Ecclesiam usu capio præscribitur 100 annorum spatio. Adversus inferiorem Ecclesiam, Monasterium, Hospitale 40. annorum. bona legata vendita, locata,

donata civitatibus 100. Res immobiles usu capiũtur 30 vel 40. v. g. Si Episcopus alienæ Diœcesis decimas tempore innumerabili possideat, si regulares beneficia tanquam regularia sint & Episcopi præjudicio absque titulo, si laici in solvendis decimis, si Diœcesani à jurisdictione exempti, si inferiores Magistratus tributa exigant, vectigalia, monetas cudant, si clericus aliquis in Ecclesia quæ secundum primam institutionem libera est jus patronatus à tempore immemorabili possideat, vel si fundator patronus Ecclesiæ Cathedralis jus præsentandi, seu Rectorem Ecclesiæ vindicet sibi usu capiuntur.

Qui beneficium Ecclesiasticum trienni spatio pacifice possidet sine simonia usu acquirit. omnis accusatio criminis decursu 20. annorum præscribitur; tamen in integrum restituenda est sine præscriptione. Primo minoribus, 25. annis à die istius anni 25. usque ad 40. numerando habet jus, idest usque ad 40. annos post 25.

Si quis rei causa absens fuit detentus in vinculis, vel alio legitimo impedimento debet ipsi integrum restitui: imo & fructus.

Dices usu capio nihil recipit de reditibus propter injuriam temporum. Respond. Quod debet, juxta illud juris ignorancia non prodest acquirere volentibus suum vero petentibus non vacat.

CAPUT V.

De servitutibus & earum praescriptione.

Triplex est servitus. Personalis, realis, & mixta. Personalis est jus quod habet Dominus in personam servi, & mancipij.

Realis est quæ rei à re habetur, quæ prædio adhæret. v. g. semita taliter prædio inhæret, ut qui habet illud jus potest impedire ædificium, & dicitur realis, quia est in ordine ad rem.

Duplex est servitus, realis, urbana & mystica. Urbana est quæ urbanis prædiis, ædificiis habitandi gratia constructis hortis consistit, quæ subdividitur in affirmativam, & negativam. Affirmativa est. v. g. ut ædium, mearum stellicidium recipiatur, vel lignum in parietem tuum immitatur, vel ex domo in domum transitus; negativa est v. g. ut ædes tollendo meum perperpetuum adimas fenestram in domo tua aperias.

Rusticæ servitutes sunt quæ

rusticis prædiis inhærent, ut agri prata, pecorum, stabula, à domibus sejuncta, per agrum transitus cum ire, &c. Utraque est duplex: continua & non continua ad resolvendos omnes casus occurrentes oportet tantum attendere ad jus primi principij in quo resideat, & faciliter solventur v. g. utrum aliquis habeat jus supra bona alterius, supra personam, supra servum, tunc ratione juris habet superioritatem: ergo ad ipsum pertinent.

TRACTATUS XXII.

De Testamentis.

QUæ pertinent ad mutuum, usuras, commodatum, locatum, depositum, jam dicta sunt alibi; modo est materia contractuum.

CAPUT I.

De Pactis.

PActum est duorum, vel plurium consensus in idem ex quo oritur obligatio quæ est juris vinculum, quo necessitate adstringimur rei alicujus solvendæ, vel faciendæ.

Promissio nisi sit acceptata non obligat, exceptis casibus in jure expositis, & est differentia inter votum, & promissionem, quod votum sive promissio Deo facta solo interno animo facta obligat: promissio vero humana debet externo signo prodi. 2. necesse est ut dum fit promissio acceptatio sequatur, & eodem modo, ut facta est promissio non permittitur, ut quis pro alio promittat, vel paciscatur, vel stipulet, nisi sit persona subjecta, ut filius pro patre, servus pro domino, regularis pro Prælato, aut Monasterio.

Si donator misso nuntio ad donandum antequam donatio acceptetur moriatur, expirat donatio, & res donata transit ad hæredes.

Gratia facta in beneficiis, officiis Ecclesiasticis, donationibus quod gratia data commissario executioni mandanda sit etiam post mortem concedentis, non vero si sit facienda durat.

CAPUT II.

De pacto nudo & vestito.

PActum dividitur in nodum, sive simplicem conventio-

nem, cujus naturalis vis, & obligatio civili jure confirmata non est: ita ut in foro externo actionem pariat, sed tantum exceptionem, & est pactum vestitum jure civili confirmatum quod civilem actionem parit.

Sex modis conventiones jure civili confirmantur, ut ex iis actio oriatur. 1. Pacta specifica, natura ac nomine suo perfecta quasi sunt vestita, ut emptio, venditio, locatio, conductio, societas, commodatum, &c. 2. Vestiuntur & confirmantur interventu rei datæ ob causam, quod accidere solet in contractibus innominatis v. g. convenisti tu & Titius ut dares, ei decem oves pro uno bove, uterque civili jure, non naturali, & canonico, altero etiam invito resilire potestis ante rei traditionem, post traditas oves actio civilis sibi competit adversus alium. 3. Vestitur & confirmatur pactum per aliud pactum quod dicitur adjectione jure civili firmum, sive ex pignoris promissione oritur obligatio, & per se obligationem parit lib. si tibi ff. de pignore ff. de pactis. 4 Per stipulationem qui interrogatione, & responsione mutua perficitur, ut promittis 10 aureos, alius dicit promitto & dicitur verborum obligatio. 5. Confirmatur legis auxilio, id est si quis jam naturali jure debeat, ut das, debetur per simplicem promissionem, & acceptationem. 6. Confirmatur juramento quod civili jure actionem parit.

CAPUT III.

De possessione rerum juris & factis.

POssessio dicitur à pedum positione, unde actus possidendi dicitur possessio facti: jus vero possidendi dicitur juris.

Possessio, vel est ratione titulorum, vel ratione bonæ, vel malæ fidei.

Possessio rerum mobilium pluribus modis potest amitti voluntate possidentis nolentis amplius possidere, per furtum, & rapinam, si alterius custodiæ subsit, per amissionem rei, ut bursa, annulus, vel per fugam, ut oves, columbæ:

Possessio rerum immobilium amittitur si possessor longo tempore fuerit absens, & per alium præstatur si scit rem ab alio possideri, & negligat petere, si timens repulsum non audeat repetere, si res sit occupata a petente ita ut non sit probabilis ejus recursus.

ff. I.

De bonis Clericorum.

BOna Clericorum alia sunt patrimonialia, quæ hæreditates artis, & donatione veniunt. Alia sunt quasi patrimonialia quæ offeruntur Clericis tanquam laboris & vitæ stipendia. Alia quæ sunt reditus Ecclesiastici quæ ex natura sua redeunt Ecclesiæ.

Clerici possunt distribuere quæ sunt primi, & secundi generis, non vero bona quæ pure sunt Ecclesiastica, ex quibus licet extrahere quæ debent statui Clerici quoad victum suum, & familiam amico si peregrino, & ad remunerationem, non rem melioratam beneficij, quia bona meliorata cadunt Ecclesiæ, quia hoc facit ex obligatione.

Si Clericus decedat intestatus, bona adventitia dabuntur parentibus propinquioribus.

Si Clericus dimittat beneficium per assecurationem alterius. Fructus qui percepti non sunt spectare ad successorem primi beneficij: Ita fuit decisum, & hoc juxta jus primi principij si bene attendas. Si fructus illius beneficij sint ex pecunia, aut gabella pertinent ad prædecessorem.

Fructus vero percepti à prædecessore relinquenti beneficium ob crimen juris debentur successori a die quo privatur beneficio, quia beneficium vacat ipso jure, non facit fructus suos, quia successor incipit die illa habere jus principij. Debentur successori expensæ factæ per litem ad defensionem beneficij, quia sicut habet jus ad beneficium, ita ad conservationem. ergo ad expensas necessarias.

ff. II.

De bonis Regularium.

REgulares alij sunt qui vivunt ex reditibus & possident bona immobilia, & mobilia; quorum quidam dicuntur Monachi, quidam Canonici Regulares, quidam Clerici Regulares: alij sunt qui non vivunt ex reditibus, & dicuntur Mendicantes quorum alij sunt privilegiati per Bullas Summorum Pontificum: alij vero non privilegiati, ut sunt Patres de Observantia, Capucini. Primi possident bona immobilia, & mobilia. Omnia bona pertinent ad Monasterium, non ad Superiores. Bona Religiosi qui transivit ad aliud Monasterium pertinent ad primum. Bona vero acquisita post transitum perti-

nent ad secundum, quia secundum Monasterium non potest derogare juri principij primi Conventus circa semel possessa, circa alia ipsum habet jus principij. Si Religiosus transeat ad aliud Monasterium ob crimina, usus fructus pertinet ad secundum quia usus fructus sequitur personam, quia datur ad victum & sic persona habet jus primi principij fructuum, & Conventus bonorum, potest succedere Monasterium infundo, tam reali, quam personali. Per Monachum acquisito sunt in emphiteusi durante vita Monachi tam Ecclesiastica, quam Seculari. Ita de bonis fidei commissariis. Religioso mortuo pertinent etiam ad familiam.

Mortuo Religioso post debitam hæreditatem bis & non possessam partim & ad Monasterium inclusis hæredibus, & substitutis. Possunt Monachi habere legata quoad usus fructus. Circa castrentia bona, vel quasi castrentia. Oportet attendere ad naturam contractus ita ut si contractus dicit absolute sine successione sic bona remanerent ad Monasterium post mortem possidentis Religiosi.

CAPUT IV.

Quid sit Contractus & quotuplex.

Contractus latè acceptus, idem est ac pactum. Aliud est gratuitum, quod ex una tantū paciscentiū parte obligationem parit, ut est promissio stipolata, vel nude accepata secundum jus naturæ & canonicum. Imo donatio simplex pure liberalis in foro interno actionem, parit & tradendi necessitatem.

Aliud est gratuitum pactum per quod ex una parte jus aliquod confertur, vel extinguitur. Ad hoc pertinet accipulatio per quam debitum à creditore debitori gratis dimittitur, & quasi acceptum habetur. secundo donatio quæ à traditione incipit, & gratis in alterum dominium sine obligatione transfertur.

Contractus late sumptus sive pactum vestitum divitur in eum qui solo consensu sine traditione perficitur, sive verbis, sive scriptura, sive re; illi vero contractus qui solo consensu perficiuntur; sunt emptio, venditio, locatio, &c. Hi contractus inter absentes per epistolam possunt fieri.

Inter contractus qui verbis perficiuntur

perficiuntur sunt: stipulatio, accipulatio, ut quod tibi stipulatus promisit habes, ne acceptum. Respondes. Habeo, & accipulatio est imaginaria solutio sed Canonico jure non attenditur ad hujusmodi contractum.

Item dividitur contractus in innominatum, & in nominatum. Innominatus est proprio nomine carens, in generali vocabulo commutationis persistit. v. g. dedi tibi pecuniam, ut eas Romam jure civili repetere possum pecuniam antequam jueris sed in contractu nominato non est locus revocationis.

CAPUT V.

De qualitatibus contractum.

OMnis promissio alia est pura, alia ad diem certum, alia ad incertum. Quod ad certum diem promissum est transacto illo die debet dari: quod vero ad diem incertum censetur conditionale: ideoque suspendit actionem, & obligationem quando dicitur com naves ex India attulerint, dabo tibi hoc.

Nota quod non est dies incertus quando dicitur post mortem patris dabo tibi decem nummos, quia certissimè a venit: si tamen Dominus aliquis promittat decem nummos aureos servo suo, quando accipiet uxorem, si moriatur servus ante matrimonium Dominus tenebitur solvere hæredibus, quia illa sunt in mercedem, non gratis promissa.

Illa fundantur supra jus primi principij, quatenus eo ipso quod quis promisit aliquid alteri transfert suum jus in altero, & tunc statim facta promissione incipit habere jus principij supra illud, imo promissio sacrilega facta. v. g. puellæ ut abutetur, vel cicario, ut occidat talem Ecclesiasticum facta corporis puellæ usura, & cicarij homicidio debet impleri, & Dominus sive mandans non potest repetere, & ipsi non tenentur restituere.

CAPUT VI.

De contractibus errore aut dolo factis.

ERror vel est circa substantiam, vel circa qualitatem, & iste vel est antecedens, vel concomitans, ita de dolo.

Dico 1: Quod error circa substantiam jure naturali irritat omnem contractum. v. g. si

emas vitrum pro gemma, & si conferas Petro beneficium putans esse Joannem.

Oportet tamen advertere quod aliquando persona est de objecto substantiali contractus, aliquando non. v. g. donatio cum detur alicui personæ in particulari habet pro objecto substantiali ultra rem datam ipsam personam. Emptio habet tantum pro objecto contractus objectum, non personam, quia est per accidens venditori, aut emptori, quod sit talis nec talis persona.

Dico 2. Error circa qualitatem non vitiat contractum, quia non tangit substantiam ejus: tamen si sit cum conditione, scilicet non promittendi, nisi cum tali qualitate, tunc vitiat, & invalidat contractum, ut qui vovit peregrinationem usque Hierosolimam putans posse pervenire per terram, non per mare. 2. Si qualitas sit motivum principale invalidat, ut si putat titiam esse consanguineam tuam, & propter hoc des ipsi dotem & non sit consanginea: sicut das revocatur, non vero potest revocari si des propter fornicariam copulam, vel ut quis injuste pro te judicet, quia in primo non transfertur in alium, nisi purificatur motivum in alio absolute transfertur jus principij in fornicantem, aut per judicem.

Quæres. An mulier indotata quæ egit cum suo consobrino, ut mutuo sibi det centum aureos, postea vadit ad alium consobrinum, & ostendens illos centum dicit, suum consobrinum hos dedisse ea conditione, ut totidem ipsi det, dat alius: quæritur an teneatur ad restitutionem propter fraudem.

Respond. Quod non, quia libere dedit consobrinus, cum ille dolus non sufficiet ipsum ad cogendum. 2. Dedit centum propter paupertatem suam, & sic transfertur jus principij in mulierem illam.

Regula pro confessa iis est: si confessarius per ignorantiam crassam dicat debitori non esse faciendam restitutionem tenetur ad damnum, quia est causa damni, & facit contra jus primi principij proximi: si vero negative se habeat nihil dicat, non tenetur, cum tantum peccet contra charitatem, quia debitor tenetur solvere, quia eo ipso quod se accusat de tali, restitutionem faciendam dubitet, & in dubio mulier conditio possidentis, scilicet creditoris.

Si commodatorius, locatarius, depositarius ob negligentiam relinquat comburi commodata, deposita, locata, tenetur ad re-

ftitutionem: non vero, fi non poffit accipere quia commodans, locans habent jus principij quod femper declamat pro Domino.

CAPUT VII.

De alienatione bonorum Ecclesiæ.

Bona Ecclefiarum, five immobilia, five mobilia pretiofa quæ fumendo fervari poffunt alienari prohibentur, nifi ob juftam caufam, & cum certa folemnitate, ita habetur in cap. nulli. de reb Ecclefiaft. alienandis, & extravaganti, ambitiofæ eodem tit. poft l. jubemus 2. cap. de facro fanctis Ecclefiis.

Alienatio ifta non folum intelligitur de conditione, permutatione, & fimilibus contractibus quibus directum rei Dominium transfertur: fed debet comprehendere feudum, emphyteufim, locationem in longum tempus quibus ufus fructus transfertur, Dominium utile, omnem contractum cenfualem per quem Dominium directum, aut utile in alium transfertur conftituta annua penfione: multo magis perpetuos & civitalitias cenfus. Quibus annui Ecclefiæ reditus vel pars conftituto pretio venduntur, quia cum Ecclefia fit femper minor, & pupilla non habet jus primi principij, & redimi poffunt à fuccefforibus. 2. Comprehenditur omnis conftitutio pignoris, aut hypotecæ fpecialis, non generalis: fi tamen res in feudum & emphiteufim concedi folita erat antequam poffideatur ab Eccleſ. poterit continuari fine ulla folemnitate.

Caufæ quibus poffunt alienari funt. 1. Neceffitas urgens ad debita folvenda, quæ alia ratione folvi non poffunt. 2. Major utilitas ex alienatione. 3. Pietas, ut pro redemptione captivorum, & pauperum fublevatione miferiæ; & incommoditas. v. g. quia multum diftant illa bona.

Pofita una ex illis caufis oportet ut interveniat confenfus capituli, & tractatus. 2. ut interveniat authoritas Prælati ideft confenfus ejus qui ex munere publico Ecclefiæ præeft, ut Epifcopi, aut Abbates exempti Generalis Ordinis; ita dicendum de quovis Rectore Collegij, Capituli, fi non fit Rector debet conftitui Adminiftrator.

Nota quod facta alienatione invalida Prælatus poteft repetere: imo fructus perceptos: imo fi facta fuit alienatio cum prædicta folemnitate cum enormi

læsione repetere potest Prælatus subsequens.

Nota 2. Si Prælatus alienavit bona quæ sunt in propriam utilitatem, non Clericorum, non est valida alienatio, sive sit Prælatus, sive Curatus, sive Canonicus, quia talis alienatio expirat morte illius, & sic nulla erit successori incommoditas aut periculum.

Nota 3. Quod Prælatus potest sine Capituli consensu tractare de acquirendis, vel renuntiare, ut notat glossa recepta cap. ult. 16. q. 6. legistæ: propterea Prælatus valide repudiat donationes, hæreditatem cum novitium suscipit: quia tunc se habet tanquam tutor. Item potest ob esse in judicialibus sinendo ferri sententiam adversus Ecclesiam. Item in usucapionibus sinendo res Ecclesiæ temporis diuturnitate usu capi.

Quæres 1. An Religiosus, vel Monacha qui vult transire ad aliud Monasterium possit se cum ferre pensionem suam, & teneatur primnm Monasterium illi concedere.

Resp. 1. Ad hoc ut monialis ad aliud transeat Monasteriũ debet tota cõmunitas, tam primi, quam secundi Monasterij consentire nomine dempto. 2. Superior ordinarius. 3. Debet recto tramite ire, non se divertendo: hoc posito, dico quod primum Monasterium non tenetur concedere pensionem quia habet jus in rem primi principij.

Quæres 2. An valida sit renunciatio bonorum in gratiam alicujus Religiosi qui justa ex causa vult transire ad latiores.

Resp. Quod etiamsi Conventus renunciet, invalida erit renuntiatio, & sic post mortem ipsius poterit recuperare, & reaccipere quod renuntiaverat quia est pupillus & minor.

CAPUT VIII.

De in integrum restitutione minorum.

Minores 25. annis habent jus recuperandi bona vendita, aut alienata, quia venditio, aut alienatio illa non provenit ab habente jus primi principij & sic.

Si minor ex contractu venditionis læsus est quia, vel vendita fuit res minus justo, vel justo plus, vel quia non expediebat rem vendere, aut emere: potest rescindere contractus & habet actionem in ementes, aut vendentes.

Si minor rem alicujus momenti donavit potest repetere

etiamsi cum consensu tutoris facta fuerit, nisi sit ob victum aut vestitum, quia non habet jus.

Si minor ob negligentiam tutoris, vel curatoris, aut procuratoris non producentis in judicio probationes necessarias læsus fuit potest repetere, & debetur restitutio in integrum.

Si minor auctore tutore hæreditatem adiit minime lucrosam, aut repudiavit hæreditatem aliquam, aut legata, restitui debet.

CAPUT IX.

De contractibus in particulari de donationibus.

NOta 1. Quod est differentia inter simplex propositum, promissionem gratuitam, & donationem. Simplex propositum obligationem non parit. Promissio est duplex: una impropria, & hæc obligat tantum ex fidelitate, & veracitate; alia propria & hæc obligat in justitia.

Donatio est quasi doni datio: donum autem est datum gratuitu id quod neque ex justitia neque ex alterius vicissim obligatione fit. Duplex est donatio: una verbalis, & imperfecta, & hæc inducit obligationem, ut do tibi equum qui absens est. Altera perfecta & realis quæ est traditio actualis rei, alia est inter vivos, altera est mortis causa; prima est proprie donatio, alia fit vel cum pacto, vel cum contractu quæ non habet effectum nisi post mortem. Ad istam requiruntur quinque testes, & ista donatio fit ob periculum evidens mortis cum pacto, ut si non moriatur invalida erit, vel sine conditione.

Multi sunt qui donare possunt, & multi qui non. Est difficultas de uxore, de filiofamil. de pupillo, de minoribus, &c. quæ bona non habent propria.

Uxor tantum donare potest bona paraphernalia, & adventitia non de dote quæ penes virum manet quoad administrationem, nisi ipsi relinquatur à marito administratio.

Filiusfamilias donare potest quantũ vult de bonis paraphernalibus,& adventitiis,de castrensibus,& quasi castrensibus invito patre.de his de quibus habet usum fructum potest donare usus fructus: quia habet jus primi principij circa illa omnia.

De aliis bonis quæ immediate pertinent ad patrem non potest expendere nec arripere nisi necessitas exigat ad victum, aut vestitum: quia pater solus

habet jus principij.

Minores possunt expendere contra tutorum voluntatem ad eleemosynas, & alia, quia habent jus principij, cum ad ipsos pertineant omnia bona parentum.

Religiosi alij viventes extra claustra cum libera administr. bonorum: v. g. Religiosi Beneficiarij, quidam sunt Prælati, alij procuratores qui habent administrationem bonorum Monasterij, alij sunt qui sub obedientia immediata vivunt: nulli ex his possunt donare bona Monasterij: quia ipsi non habent jus principij, sed Monasterium v. g. si esset aliquis Religiosus qui mutasset Religionem ob aliqua inconvenientia ex persuasione Superiorum Religiosorum Monasterij, ut haberet annuos reditus propter affiliationem quam accepisset à tali Monasterio. Possunt quidem Religiosi cedere pensionem illam durante vita talis Religiosi: post mortem in illis omnibus optime servatur jus primi principij quatenus jus rei transfertur.

CAPUT X.

De Feudo.

FEudum à fœdere dicitur, vel à fidelitate, quam vassallus Domino debet. Definitur donatio seu concessio rei immobilis secundum Dominium utile pro obsequio personali. In multis convenit feudum cum emphyteusi, quia in utraque usus fructus transfertur manente proprietate penes Domino. 2. In utroque à Domino inveniri debet sive in possessione mitti, ut acquiratur jus in rem; 3. sine Domini consensu alienare non potest fundum.

Dividitur feudum in hæreditarium, & gentilitium cum pacto. Primum est illud quod concessum pro se & pro suis. Feudum nomen cum Domini consensu, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem; vassallus disponere potest, etiam non requisito consensu primogeniti, quia licet sit hæreditarium: tamen heredes adhuc jus non acquisierunt, & pater est Dominus tanquam de re sua. Feudum simpliciter hæreditarium potest vassallus sine consensu Domini per ultimam voluntatem disponere.

Si feudum sit antiquum, & hæreditarium, & cum pacto ad hæredes transmissum, non potest disponere: etiam cum Domini consensu, quia pertinet ad hæredes, & transit ad fideicommissum.

Bona feudataria non veniunt in confiscationem, sicut nec emphyteutica. Bona feudalia ex pacto si antiqua non transeunt in legitimam: imo filius repudiata hæreditate potest succedere in illis propter jus primi principij acquisiti ad rem: ita qui renũciavit paternæ hæreditati potest succedere in feudo patris, in emphyteusi. Realis pensio est solvenda. In feudo personalis. Plerumque donatur

Filius qui succedit patri in feudo, debet intra annum investiturus renunciationem præstito juramento præstare.

Fœmina & Conventus possunt succedere in emphyteusi, in feudo tantum descendentes, masculi à successione excluduntur. Filij naturales, spurij, & illegitimi Loquor de feudo cui illi non succedunt in jure primi principij: post mortem vero possunt recuperare pensionem, & fundum pensionis etiamsi cessissent, quia cum sint minores non possunt alienare bona Monasterij.

CAPUT XI.

De donationibus inter conjuges.

Donatio facta conjugi à conjuge firma est post mortem donantis, si expresse, vel tacite non revocavit, quia habebat jus principij, & sic illa donatio non requirit testium solemnitates, ita donatio velut causa nuptiarum cum conditione, ut non valeat, nisi adimpleantur nuptiæ: ita donatio in venditione rei minoris quam res valeat subsistit, etiamsi in tali donatione fieret pauperior. 2. Si uxor marito donet causa honoris, aut dignitatis adipiscendæ valet.

3. Si uxori vir dotem remittat, vel si uxorem dotet causa remunerationis ante nuptias. v. g. quia in vinculo est, vel nobilis, alioquin non valet.

4. Si conjux in ædibus conjugis habitare sinat, vel ejus servis aut vestimentis utatur, valet donatio, denique quælibet donatio inter conjuges juramento firmatur.

Donatio facta à filia valet si non sit revocata.

Quæres an. Quæ à patre filio donata sunt post mortem; et mortuo ad divisionem hæredi

tis conferenda sint.

Dico 1 quod simplex donatio facta liberis in potestate patris debet computari, ut pars totius hæreditatis.

Dico 2. Donatio facta ob causam nuptiarum post mortem patris non transit in partem hæreditatis, sed remanet filio ut donata, & inter parafernalia computatur, sicut causa belli, ita debet donatione remuneratoria.

Donatio non potest excedere secundum Cæsareum 800. aureos Italicos.

Donatio facta de bonis omnibus, tam præsentibus, quam futuris est irrita, quia liberam testandi libertatem aufert.

Donatio facta, & perfecta, & insinuata revocari potest. 1. Ob ingratitudinem, ut si manus injecerit in donatorem: si atrocem contumeliam afferat; si grave damnum bonum affert, si vitæ insidias præparaverit: hæc omnia revocant actionem etiam juramento firmata, quia juramentum sortitur conditionem actus cui adjungitur, quia ex conditione fit nisi donatus sit ingratus sit.

CAPUT XII.

De dote paraphernis donatione propter nuptias, & sponsalitia largitate.

Dos quæ à patre datur filiæ comparatione mariti sortitur rationem contractus reciproci ad sustinenda onera matrimonij, à lendo scilicet filios, & uxorem: propterea dos sine matrimonio non datur, & sic promissio, sive traditio dotis tacitam conditionem habet: si nuptiæ sequantur, alioquin restituenda est.

Quandiu matrimonium subsistit maritus lucratur fructus dotis, licet non possit nec hypothecare, nec alienare, nec vendere, nisi consentiente uxore dotem, nisi casu quo dos sit in pecunia, potest uti dummodo tantumdem de suis bonis reddat, vel hypothecet.

Dos est duplex. Una profectitia quæ à patre, aut alio per virilem sexum ascendente filiamque in sua potestate habente proficiscitur: si nulla detur dos maritus habet jus exigendi, quia matrimonium constituit eum in ratione primi principij erga uxorem, juxta illud qui possidet hæreditatem, hæreditem.

tem possidet, bona autem paraphernalia, & adventitia non excludunt patrem à solvenda dote etiamsi filia nupserit viro digno, & æquali inconsulto patre, quia pater non aufert jus principij filiæ, licet aliqui dicant contrarium.

Dos est alia adventitia, quam uxor, vel ex propriis bonis, vel extraneis affert, & ista differt à prima. Quod dos profectitia revertitur ad dantem soluto matrimonio: imo si filia moriatur non emancipata à patre, etiamsi cum liberis moriatur dos non vadit ad liberos, nec ad maritum, sed ad dantem. Alia vero bona adventitia vadunt ad liberos, quia in primo casu pater retinet jus principij cum tali conditione, in alia liberi: standum est tamen consuetudini locorum.

Duobus modis maritus lucratur dotem adventitiam uxoris soluto matrimonio per mortem uxoris. 1. Si pactum intercesserit. 2. Si uxor intestata discedat deficientibus liberis, & propinquis: stante matrimonio, maritus dotem adventitiam lucratur ob adulterium uxoris, similiter uxor donationem propter nuptias ob adulterium mariti, nisi inter se reconciliati fuerint post sententiam Judicis, si maritus dilapidaverit dotem uxoris tenetur ad restitutionem, & hæredes, uxor habet tacitam hypothecam super bona mariti donec sibi dos restituatur.

Parapherna dicuntur reliqua omnia bona uxoris præter dotem in quarum administratione & fructibus nolente uxore maritus se non potest injicere.

Arrha est donatio facta in remuneratione dotis virginitatis, nobilitatis quæ post mortem viri pleno jure, una cum dote uxori exhibenda est, si ut contingat ante maritum decedere, tunc jus habet de tali donatione sicut de dote adventitia.

Nota quod quidquid mulier quæ susceptis à priore marito filiis ad secundas nuptias transiit, à priore viro sponsaliorum jure donatione, aut ultima voluntate acquisierat, ut si uni filiorum prioris matrimonij hæreditario jure successerat id totum moriens relinquere debet liberis qui ex priore matrimonio superstites sunt.

CAPUT XIII.

De Emphyteusi.

Emphyteusis est insitio, sive præsentatio, quia olim terræ incultæ dabantur fructifi-

candæ, utilitas terræ erat pro colono cum onere certæ pensionis annuæ, alia erat in perpetuum, alia ad certum tempus: nunc vero dantur etiam terræ fructiferæ cum onere etiam certæ pensionis. Emphyteusis est quasi idem ac census annuæ pensionis, cum conditione tali per biennium, aut triennium pensio non solvatur, res transit in commissum.

Alia est Ecclesiastica Ecclesiæ debita, alia laica laicis: conditiones emphyteusis sunt. 1. Ut fiat contractus, ut res certior sit, si amittitur contractus adhibendi sunt testes, vel ostendat emphyteuta 30. annorum spatio soluisse, si sit laicus, 40. si sit Ecclesiasticus, & sic se esse in pacifica possessione, tenetur emphyteuta omnia necessaria ad fundi conservationem solvere meliorationes tamen. v. g. si domos ædificavit transacto tempore contractus retinere poterit, si sit impotens ad fundum conservandum liberabitur à contractu.

Si emphyteusis vadat ad fiscum ob crimina, fiscus poterit cogere ut ad alium transferatur, vel si vult sibi retinere.

Si emphyteuta fiat religiosus incapax possidendi bona emphyteusis vadit ad hæredes, pater poterit dare in emphyteusim propria bona, & illa in dotem computare, si sit hæreditaria.

TRACTATUS XXIII

De ultimis voluntatibus.

CAPUT I.

Quid sit.

TESTAMENTUM idem est ac mentis testatio, sive voluntatis nostræ justa sententia de eo quod quis post mortem suam fieri vult. Dices ista definitio convenit etiam codicillis, legatis, & aliis ultimis voluntatibus.

Resp. Quod cum per testamentum sit destinatus universalis hæres bonorum, non est mirum quod conveniat aliis tanquam principale analogatum.

2, Duplex est testamentum unum in scriptis, sive clausum, quod testator sua manu vel alterius conscriptum 7. testibus masculis, puberibus, liberis ad id vocatis omnibus simul præsentibus, ipsumq; testatorem videntibus offert profitendo esse suum testamentum, in super semel si sciat ne possit sua manu coràm testibus testamento sub-

ſcribit, vel alius pro eo octavus teſtis, poſtea teſtes omnes ſucceſſive & proprio, vel alieno ſigillo conſignare debent: imo omnes eodem ſigillo uti non prohibentur.

Alterum eſt teſtamentum nuncupativum quod minorē requirit ſolemnitatem, ſed ſolum ut 7. teſtes ut ſupra vocati audiant teſtatoris voluntates voce articulata, & talis nuncupatio ordinarie à Notario publico in ſcripturam redigit ſolet.

Ab utroque teſtamento repelli debent in teſtes ſurdus, mutus cœcus, amentes, furioſi prodigus, jure infamis, & ad teſtandum inhabilis, pater reſpectu filij, teſtamenti hæres, & fratres ſed debent eſſe extranei, legatarij poſſunt eſſe teſtes, & tutor.

CAPUT II.

De Teſtamentis privilegiatis.

TEſtamenta privilegiata ſunt illa quæ nullam juris ſolemnitatem requirunt inter quæ ſunt omnia legata ad pias cauſas, ideſt legata facta ob quamcumque piam cauſam, vel Eccleſiaſticas perſonas.

Eſt autem hoc particulare in illis, quod nulla in illis ſolemnitas civilis, aut legis, at conſuetudinis requiratur, ſed ſolo naturali, divino, ac jure gentium ſubſiſtat, & ſi civili jure hæredis declaratio metu facta irrita ſit: tamen legata ob pias cauſas tam in teſtamento, quam in legato ſufficit quocumque ſigno externo voluntatem defuncti declaratam eſſe, quia jure naturali, ac gentium plus non requiritur: imo qui natura mutus, & ſurdus voluntatem ſuam ultimam ad pias cauſas poteſt manifeſtare.

Validum eſt teſtamentum, & quæcumque ultima voluntas ad cauſas pias manu teſtatoris ſcripta, & ſi nullus teſtis adhibitus fuerit, modo ſufficienter conſtet eſſe teſtatoris ſcripturam, verum eſt quod in foro externo hoc non ſufficit, ut ſufficienter probari poſſit tamen in foro interno hoc ſufficit.

Si Parrochus ipſe legata Parrochiani annotavit ſine teſte non valet, quare monendi ſunt Parrochi, ut ſemper adhibeant teſtes ad minus unum, cum Parrochi ſcriptura ſufficit, ita de confeſſariis etiamſi legatum ſit pro ſua Parrochia, vel pro Eccleſia confeſſarij.

Si teſtator coram teſtibus voluntatem ſuam declaravit quod velit quædam ad pias cauſas erogari, ſicuti confeſſario

declaraverat adhibendus eſt cõfeſſarius, & ipſi adhibenda eſt fides.

Si teſtator jam inceperat conficere teſtamentum & legata ad pias cauſas declaraverat, & morte præventus non perficit ſolvenda ſunt legata, licet præſumatur ſuam voluntatem potuiſſe mutare.

Teſtamentum etiam minus ſolemne valet quoad legata pia & non pia, quia ſubſiſtente principali debet ſubſiſtere acceſſorium quod à patre, matre alioque aſcendente inter liberos conditum eſt, licet imperfectum, & juris ſolemnitate deſtitutum.

Duplex eſt teſtamenti imperfectio, una extrinſeca ex defectu ſolemnitatis legalis puta, ſi 7. teſtes maſculi deſint, & tale teſtamentum factum inter liberos non efficit, quod valet etiam pro liberis naturalibus, aut legitimatis, quia naturali jure hæreditas illi debetur; alia eſt intrinſeca ex eo quod voluntas teſtatoris non ſit plena, & declarata, & tale teſtamentum non ſubſiſtit quia ceptum debet cenſeri non perfectum, hic loquimur de teſtamento ſcripto non nuncupativo.

Teſtamentum à milite factum in bello valet, ita coram ſummo Principe factum oblato illi libello in quo ultima voluntas teſtatoris declaratur abſque ulla ſolennitate. Item in ruſticis, etiamſi ſint tantum quinque teſtes tam ſcriptum, quam nuncupativum teſtamentum tempore peſtis cum minori numero teſtium valet.

CAPUT III.

Quibus de bonis teſtari poſſit.

Omnibus hominibus liberum eſt de bonis ſuis ante mortem diſponere, niſi vel naturali jure, vel poſitivo prohibeatur. Et ſic prohibentur infantes, amentes, furioſi, niſi in intervallo teſtentur. Jure poſitivo prohibentur ſurdus ſimul, & mutus à natura, ſurdus ſi neſciat literas, prodigus, qui utroque occulo eſt orbatus: multis ſervatis ſolemnitatibus teſtari poteſt ſervus, & mancipium, uſurarius manifeſtus, niſi prius ſatisfecerit.

Filiusfamilias de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus teſtari poteſt, non vero de adventitiis, etiamſi pater conſentiat ſi ſit in eius poteſtate, niſi ad pias cauſas.

Qui eſt captivus, vel obſes apud hoſtes non poteſt teſtari, damnatus ad mortem natura.

lem, aut civilem, Religiosus professus, tum qui sui juris non est: ratio horum omnium est quia quibus prohibentur testari jura civilia auferunt ab illis jus primi principij: quibus vero licet est quia remanet in illis tale jus. Duobus modis testamentum revocari possit per factum contrarium, ut si nomen hæredis deleat, vel sigilla. 2. Per alterum testamentum validum, vel si testator dicat coram septē testibus se velle intestatum decedere, vel si declaret priorem hæredem indignum esse.

CAPUT IV.

De hæredibus instituendis.

OMnes homines non tantum singuli etiamsi sint amentes, surdi muti, prodigi, servi, sed & collegia communitates nisi specialiter prohibentur.

Deportatus ad metalla damnatus non potest institui hæres, nec hæreticus, & apostata, spurius, & qui in coitu damnato omnis successionis in bonis tam paternis, quam maternis incapax est jure communi.

Monasteria ordinum Minorum, Capucinorum, & aliorum quæ incapacia sunt bonorum immobilium non possunt institui hæredes. Professus potest institui, sed bona transeunt ad Monasterium.

Hæres alius est ex testamento, alius ab intestato. Ille est vel universalis, sive vel ex asse, vel particularis, vel in parte, vel in totum, qui in parte aliquota hæres est onera hæreditatis proportione partis suæ sustinere cogitur.

Hæres in testamento, alius est necessarius, alius non necessarius. Primus est qui in jure naturali institui debet, ut filius. Alius est qui ex pura voluntate testatoris potest esse.

Hæredes necessarij sunt omnes descendentes, his deficientibus ascendentes, legitima portio descendentium est triens hæreditatis, si non plusquam quatuor liberi sunt masculi, vel fœminæ, si plures filij patris mortui succedunt in portione ejus.

Ascendentium legitima est triens hæreditatis, qui deficientibus descendentibus testatoris debita, ut uni parenti vel utrique superstiti, si nullus sit avus, vel avia paterna succedet in locum patris, in locum matris avus, aut avia materna.

Ob posthumi præteritionem testamentum rumpitur, si mo-

riatur post testatoris mortem liberos naturales, nisi sint legitimati, non tenetur pater hæredes instituere, etiamsi moriatur sine filijs nec sororem, aut fratrem nisi persona infamis esset instituta.

Si testator literas habet tenetur eis tum ad victum necessaria ultra legitimam relinquere in conscientia, quamvis habeat numerosam prolem: tenetur ubique legata pia facere testator: uxori suæ, fratri, vel sorori indigentibus jure naturæ tenetur aliquid relinquere, non habens hæredes liberos, imo etiam cognatis, & alijs parentibus pauperibus.

CAPUT V.

De hæredib. ab intestato venientibus.

NUllo facto testamento, aut invalido, aut inepto succedunt hæredes ab intestato; ante omnes liberi æqualibus proportionibus. Deficientibus descendentibus succedunt pater, & mater, deficientibus illis succedunt avus, & avia: si tamen defunctus bona sua à patre profecta habet paternum præferri, si à matre maternum, si ex utroque & ipsis deficientibus avo, vel avia si adsint fratres, aut sorores ex utraque parte conjuncti succedunt æqualiter.

Si neq; ascendentes, neq; descendentes hæredes adsint succedunt fratres & sorores ex utraq; conjuncti, & excludunt eos qui ex solo patre, aut matre juncti sunt: quod si unus ex iis fratribus, aut sororibus utrinque conjunctis mortuus sit liberi civis succedunt, ita de sororibus exclusis patervis.

Post fratres, & sorrores conjunctos, & liberos eorum veniunt fratres, & sorores ex una parte tantum, cum hac differentia ut qui ex parte patris conjuncti sunt succedunt in bonis patris, ita de bonis matris. Illis omnibus deficientibus transit successio ad propinquiores colaterales usque ad decimum gradum, deficientibus omnibus in linea tranversali usque ad decimum gradum succedit conjux defuncti, nisi uxori nulla fuerit dos, quia tunc tantum in quarta parte bonorum si nec parentes, nec conjux sint, tunc fiscus succedit in omnibus laici bonis defuncti ab intestato, mulierque transiit ad secundas nuptias tenetur relinquere liberis primi tori quæcumque recepit à priore marito, donatione, sive testamento, ita de marito. Hæres alius est suus, alius non suus, suus hæres dicitur propinquus descendens in potestate defuncti mortis tempore existens, cui addi debent posthu-

mni legitimati per subsequens matrimonium. Hæres non suus quales sunt omnes alij hæredes, non prius habet Dominium hæreditatis, quam eam acceptet, & adeat, profitendo se hæredem esse velle, & sic est in potestate hæredis acceptare, vel non, & si non acceptet ad nihil tenetur, si vero acceptavit omnia onera, & jura defuncti suscipit.

CAPUT VI.

De renuntiantibus hæreditatem.

SI filius actu renuntiet testamento in præteritis, & approbet præteritioné valide renuntiat. Si quis filius accipit portionem hæreditatis quæ ipsi jure competebat vivente patre valide potest renuntiare reliquæ hæreditati verum. Si postea crescat hæreditas nonobstante renuntiatione potest petere legitimam suam: omnis donatio, hypotheca, pactum circa hæreditatem alterius personæ viventis ipso jure irrita est: ut si filius hæreditatem quam acceptum est sive in testamento, sive ab intestato alteri promittat, aut se obliget invalide facit, nisi accedat consensus ejus de cujus hæreditate agitur, vel fiat in favorem communitatis, vel collegij.

Concilium Trid. sess. 25. c. 16, vult ut donationes, & renuntiationes quæ obligationem inducunt renuntianti non de testamentis, aut codicillis, aut donationibus causa mortis & contractibus reciprocis, aut modicis donationibus quæ Monasterio, aut certæ personæ in ingressu novitiatus fiunt comprehenduntur in illo decreto: renuntiatio Beneficij Ecclesiastici quę ante duos menses proximos professioni fieri non possunt.

Etiam ex Concilio Trid. irritæ sunt juratæ renunciationes quæ fiunt ante ingressum Religionis causa impulsiva ingrediendi, si non sint factæ multo tempore ante ingressum licet aliqui intelligant tantum de renuntiationibus, post ingressum ad probationem; tales donationes, seu renuntiationes ad hoc ut sint validæ debent ita fieri, ut etiamsi non fieret ingressus: tamen essent: non vero ob ingressum ad Religionem si moriatur Novitius ante professionem potest revocare.

CAPTU VII.

De Codicillis.

COdicillus dicitur quasi parvus codex ultimam alicu-

jus voluntatem declarans absque hæredis directa institutione: est igitur quasi imperfectum testamentum, quia fit cum quinque testibus tantum, vel masculis, vel fœminis. Secundo quia codicillo hæreditas nec dari, nec adimi potest. Imo codicillus fundatur supra hæreditatis institutionem, vel intestato venientis successionem.

Codicillos quis plures facere potest modo inter se non sint contrarij, alioquin posterior excludit priores tam ab eo qui intestatus, quam qui testatus decedit, potest fieri: testator potest dicere, si hoc vi testamenti non valet, volo ut vi codicilli valeat, & tunc hæreditatis institutio si irrita sit: tamen hæredes ab intestato solvere debent legata. 2. Si testator carens hæredibus necessariis in testamento minus solenni instituat extraneum virtute ipsius clausulæ institutio directa vertitur in fideicommissum, & proximi hæredes ab intestato censentur gravati restituere extraneo hæreditatem. Detracta tantum Trebellianica. 3. Si testator relicto scienter hærede necessario, vel injuste exhæredato in testamento minus solenni instituat extraneum virtute illius clausulæ censetur hæres necessarius gravatus, & detracta legitima reliquam hæreditatem tenetur restituere.

Codicillus potest fieri duobus modis, in scriptis adhibitis 5. testibus declarata ultima voluntate, vel sine scriptis coram 5. testibus, & vocatur testamentum nuncupativum.

CAPUT VIII.

De substitutione, & fideicommisso.

Substituere est alterum in locum sui statuere. Substitutio est duplex, directa, & indirecta. Prima est in qua absque ministerio instituti hæredis hæreditas sub conditione defertur. v. g. Instituo hæredem Petrum si Petrus hæres non sit, vel quia noluerit, vel quia mortuus sit facio Joannem, ita de pupillari.

Ad exemplum pupillaris substitutionis alia introducta est, quia fit liberis, amentibus, surdis, & mutis qui testamentum facere non possunt, & tunc debet institui hæres necessarius, v. g. liberi amentis si extent, vel parens propinquior si filius post mortem patris ante pubertatem decedat excluditur à successione etiam legitima.

Indirecta substitutio quæ fideicommissaria

deicommissaria dicitur est qua hæreditas substituto defertur ministerio hæredis, quia testator gravatur, vel absolute, vel sub conditione, quia idcirco fideicommissarius dicitur hæres, tamen gravatus fideicommisso post aditam hæreditatem, quartam partem ejus in qua institutus fuit sibi retinere potest, quia pars dicitur Trebellianica à Trebelliano.

Si hæres hæreditatem adire recuset, omnia ejus jura, & actiones in fideicommissario transferre cogitur nullo nec damno, nec incommodo apud hæredem remanente.

Præter quatuor substitutiones, scilicet vulgarem, pupillarem, exemplarem, & fideicommissarium sunt aliæ duæ æque mixtæ, quia plures alias substitutiones continent. Prima est quoad personas quæ dicitur reciproca, sive breviloqua in qua plures hæredes instituti sibi invicem substituuntur, & omnes substitutiones numeratæ hic possunt fieri.

Altera substitutio mixta multas alias continet secundum tempora, & ætates, & dicitur compendiosa, ut si pater per suum testamentum, ita dicat in [illegible] filium meum hæredem, & si è vita decesserit quomodocunique sit substituo Titium, tunc si filius hæres non sit, admittitur substitutus in vulgari: si vero hæres extiterit, sed intra pubertatis annos decesserit admittitur Titius ex pupillari. Si post pubertatē decesserit succeditur ei ex fideicommissaria detracta Trebellianica. Ita de pactis inter vivos, quæ res tunc dicitur vinculata propter conditionem adjectam.

CAPUT IX.

De legatis & fideicommissis particularibus.

Legatum est donatio à defuncto relicta, & ab hærede præstanda omnis & solus ille qui testari potest, legare potest, quia legata non proveniunt nisi ex testamento, vel codicillo, & iis tantum legari potest qui hæredes possunt fieri. Fratribus, minoribus, & Capucinjs possunt fieri legata per modum piæ donationis, nisi legatum tantæ sit qualitatis, ut hæreditas detur, & nisi aliquod immobile, quia immobilia non possunt possidere vel annuos reditus perpetuus non solum quæ sunt propria testatori in potentia, aut spe jura, & actiones, sed etiam res alienæ legari possunt, ita ut ea hæres cogatur redimere &

præſtare, ut res pignorata.

Si teſtator ſit debitor ex voluntario contractu, legatum factum creditori non cenſetur fieri in compenſationem, ſi nihil exprimat, vel maritus uxori in teſtamento aliquid requirit, & non addiderit eum velle compenſare in dotem, tunc dos & legatum ei debetur, ſi ex neceſſitate juris id faciat cenſetur compenſatio.

Confeſſarius non debet abſolvere eum morti proximum qui per teſtamentum relinquit creditori quod abſtulit per furtum, aut per aliquam injuſtam læſionem, quia ibi eſt fraus.

Legata poſſunt fieri ſimpliciter nulla adjecta conditione nec die & ea non tenetur hæres ſolvere niſi poſt acceptam hæreditatem, ſi nullus ex ſcriptis hæredibus adjerit hæreditatem, legata una cum teſtamento corruunt, & ſic ab hæredibus ab inteſtato ſuccedentibus non ſolvuntur, niſi ſint legata pia, ſed ſtatim ac hæreditas adita eſt, legata incipiunt facere fructus ſuos.

Aliquando legata relinquuntur in diem certum, & tunc annumeratur inter legata pura, ſi fiant in diem incertum, ut quando Titius nupſerit, vel fiat Religioſus, & talia legata remanent penes hæredem, ſi conditio non purificetur, ſi legatum relinquatur ſub conditione matrimonij, & talis non nubat ſed fiat Religioſus tunc eſt ſolvendum legatum propter benignam interpretationem, ſi vero nulla in particulari relinquatur. Sed puellis matrimonio in jungendis, tunc requiritur matrimonium. Ita etiam ſi dicitur caſu quo talis nupſerit, non ſolvitur legatum, niſi purificetur conditio.

Si legata relinquantur incertæ perſonæ, quia ſunt duæ ejuſdem nominis corruunt jure civili, licet ſecundum jus naturæ, & in conſcientia dividenda ſunt inter illos duos æqualiter. Legata pia poſſunt in alium uſum ab Epiſcopo executore teſtamenti transferri, quia illa fuerunt rellcta in ſalutem animarum, ſtatim ac adita eſt hæreditas, ſolvenda ſunt legata, & compelli poſſunt ab executoribus teſtamenti.

Si intra medium anni poſt aditam hæreditatem hæres non ſolverit legata, tunc tenetur ſolvere cum omnibus fructibus perceptis ex eis, excluſa impoſſibilitate, aut impedimento legitimo poſt Judicis ſententiam, & tunc legatarius habet actionem, & evictionem in hæredem. Si nullus petat legata pia, Judex Eccleſiaſticus debet com-

pellere ad ſolvenda illa legata.

CAPUT X.

De Sepultura & portione Canonica.

LOcus ſepulturæ proprius eſt Eccleſia, & Cæmeterium quod dicitur quaſi dormitorium in quo defunctorum corpora ſepeliuntur: hoc jam diximus alibi in 1. lib. mortaliter peccat qui fidelium corpora ſepelire negligit.

Communi jure ſolæ Parrochiæ habent jus ſepeliendi, ex privilegio Religioſi qui ſi paſciſcantur de non ſepeliendo cum Parrocho valet pactum: excommunicantur ipſo facto, qui aliquem voto, vel jurejurando inducunt ad ſepeliendum. Si abſque licentia ſepeliant tenentur ad reſtitutionem, & ſi non reſtituant intra tres menſes Eccleſia, & Cæmeterium interdicuntur.

Omnes puberes tam maſculi, quam fœminæ ſepulturam ſibi eligere poſſunt: impuberi vero à patre eligi debet. Non ſunt ſepeliendi in loco ſacro hæretici, non baptiſati, Pagani, Judæi, infames, ſe ipſos occidentes, qui non confitentur ſemel in anno, uſurarij notorij, Religioſus manifeſtus proprietarius, qui in tormentis moriuntur.

Portio canonica alia eſt Epiſcopalis, alia parrochialis in aliquibus eſt tertia pars in aliis quarta funeralis.

EX DICTIS RESOLVES.

Primo de pactis.

Ideo qui paſciſcuntur tenentur ad ſervanda pacta, quia reſultat jus primi principij unius ad alium, taliter quod qui promiſit aliquid alicui, alius poſſidet jus primi principij ſupra promiſſum alterius, ut patet in matrimonium contrahentibus in quibus uxor dat jus marito in ſuum corpus.

Si pactum ſit conditionatum purificata conditione incipit jus primi principij circa promiſſum alterius.

Circa poſſeſſiones, eo ipſo quod aliquis poſſidet rem juſto titulo habet jus primi principij quod transfert primus poſſeſſor alteri.

Circa bona Clericorum, conventus habet jus primi principij Religioſorum ex vi profeſſionis, juxta illud quidquid acquirit Monachus, acquirit Conventus, & ſic, Religioſus qui vellet diſponere de bonis datis derogaret juri princi-

pii, quia solus Conventus habet jus supra illa: quando vero prohibetur Conventibus alienatio bonorum, est quia lex Ecclesiastica prohibet quæ habet jus prohibendi.

Circa donationes. In tantum sunt irrevocabiles, in quantum donans transfert jus primi principij quod habebat in perpetuum alteri.

Similiter de feudo, de servitutibus, & hypothecis. Vassallus habet jus supra bona sibi data à Domino ea conditione, ut tot singulis annis solvat, si non solvit derogat juri Domini. Ita hypothecarius habet jus in fendum hypothecatum. Ita de emphyteusi.

Circa testamenta optime servatur jus primi principij; nam testator est transfert jus primi principij in hæredes. Si autē pater moriatur ab intestato. lex naturalis & civilis succedit juri patris, quatenus determinat hæredes. Ut si sint filij juræ naturæ succedunt. Si nullus sit filius jure civili succedunt propinquiores, & si nulli sint, succedit fiscus, ut videre est in determinatione hæredum succedentium ab intestato.

Ita dicendum est de fideicommissis, & substitutionibus, in quibus declarantur qui debeant succedere, sicut de legatis quomodocumque sint.

Circa sepulturas unusquisque habet jus sibi eligendi sepulturas à natura, ni i excluduntur per leges Ecclesiasticas in pœnam vel criminis, ut circa duallistas, vel fidei & Religionis, ut circa paganos & infideles.

TRACTATVS XXIV.

De Peccatis diversorum statuum.

CAPUT I.

De peccatis Regum.

POST stabilitum Superiorum Laicorum recensenda sunt peccata eorum quibus derogant juri primi principij inferiorum, & peccata quibus subditi derogant juri Superiorum.

Peccat primo. Rex, vel quilibet Monarcha, qui aliena Regna in juste, vel usurpat, vel detinet, quia tunc lædit jus primi principij proximorum, Regum si ab illis usurpet: subditorum, si eorum bona subripiat.

2. Si solum possessa expendat voluptatibus, vanæ gloriæ, & honori, quia finis primarius debet esse Deus, & sic tunc lædit

jus Divinum ad quod pertinet usus Regnorum.

3. Si non reddat unicuique suum jus, si non provideat annonæ, & aliis necessariis, non ferendo leges necessarias, vel sancitas non exequendo. Quia tunc lædit jus subditorum quibus tenetur providere de necessariis.

4. Si notabiliter aggravet subditos ob avaritiam sine ulla justa causa, quia tunc lædit jus subditorum.

5. Si nimiis largitionibus dissipet bona Regni, quibus se exponat periculo perdendi Regnum, quia lædit jus subditorum.

6. Si negligens fuerit imperandi custodiam viarum publicarum, adeo ut viatores notabiliter vexentur, quia tunc lædit jus subditorum quod id exigit,

7, Peccat si habeat inveteratam controversiam cum alio Rege, & non terminet si possit, ob quam, ruina & strages maxima oriatur, quia hoc est in præjudicium populorum.

8. Si dispenset in legibus divinis, aut naturalibus sine justissima causa, si delicta contra tales leges faciliter condonet, ex qua condonatione oriantur scandala, lites, & discordiæ.

9. Si non permittat subditis tueri libertates sibi jure divino, aut humano jurato debitas, & bona ipsorum usurpet; quia subditi habent jus tuendi illas.

10. Si cogat ad matrimonium contrahendum, vel retrahat, quia hoc lædere est jus naturale, & divinum, ita si vendat officia indignis nimis care, & aut ex illa emptione videat oppressum populum.

11. Si det officia Ecclesiastica inedoneis, conferat præcipue, si sint inedonei scientia, & moribus.

12. Si non impediat usuras, furta, latrocinia, rapinas, & alia hujusmodi illicita & pravas consuetudinis, ut falsas mensuras, &c.

CAPUT II.

De peccatis Iudicum.

1. Peccant Judices qui subripiunt officia, si se agnoscant indignos defectu scientiæ, quia in hoc lædunt jus partium propter periculum in justitiæ.

2. Qui sententiam injustam fert, aut justam ferre negligit, metu, odio, precibus muneribus, & cætera, qui in hoc vere læditur jus partis.

3. Qui accipit munera, ut

bene, vel male judicet, & si sit Ecclesiasticus judex sit suspensus & irregularis, quia lædit jus judicis datum ad hoc, ut juste judicet ex æquo, & bono, non ob munera.

4. Qui fert sententiam sive justam, sive injustam non habens jurisdictionem supra subditum, quia in hoc læditur jus superioris judicis ad quem pertinet judicare de tali lite.

5. Qui ordinem juris non servat, procedendo sine libello, aut contestatione litis, aut sine dilationibus necessariis, vel superfluos admittendo. Appellationem, aut recusationem quam debet non admimittens. Aut econtra præsertim ob munera, vel preces, quia lædit jus suum quo illa prohibet.

6. Qui viduas pupillos, aut alias miseras personas non præfert aliis in judicando, & jure reddendo, & superiorum mandata, excommunicationis, suspensionis non curat quando debet, & potest, quia hoc exigit jus charitatis, & superiorum.

7. Qui præcipit tempore interdicti celebrare, & ne denunciati, excommunicati egrediantur ex divinis officiis, & ipso facto est excommunicatus, quia facit contra jura Ecclesiæ.

8. Qui prohibet, ne subditi vendant aut emant ab Ecclesiasticis, vel compellit, ut jura Ecclesiæ, vel bona immobilia subjiciantur laicis; qua hoc est contra jus immunitatum Ecclesiæ.

9. Qui mandat, ut extrahantur ex loco sacro qui ad illud confugiunt. Ubi nota pro loco sacro intelligi quamlibet Ecclesiam, Cæmeterium sacellum, ubi celebratur authoritate Episcopi, dormitorium commune Clericorum, Regularium; januam, & porticum Ecclesiæ. Claustrum, domum Episcopalem, domum Ecclesiæ ad habitandum, dummodo non distet ab Ecclesia plusquam 40. passibus.

Soli Christiani, & liberi gaudent tali privilegio, sive ob delicta, sive ob debita: excommunicati, suspensi, interdicti hoc gaudent privilegio qui è carcere egressus est cum licentia custodis præstito juramento de reditu potest confugere ad Ecclesias. Licet putem quod talis in conscientia teneatur redire in carcerem. Omnis homicida, dummodo non commiserit crimen in Ecclesia gaudet immunitate.

Judæi, Pagani, hæretici, mauri, publicus viarum grassator, nocturnus segetum vastator. Et quilibet qui occidit, mutilat, quodvis aliud in Ecclesia per-

petrat, non gaudent privilegio immunitatum Ecclesiasticarum.

Item. Qui in Ecclesia aliquem extra eam existentem percutit, & qui vice versa non gaudet tali privilegio, quia censetur deliquisse in Ecclesia. Neque qui alium vi ex Ecclesia extraxit, neque qui extrahi jussit, si crimen in Ecclesia commissum sit.

10. Peccat consentiens suis officiariis, qui aliquo dolo, falsitate, & aliis hujusmodi grave damnum partibus causant, quia læditur jus proximi & veritatis.

11. Peccat, si damnato ad mortem recuset confessarium postulatum ad confessionem audiendam, quia læditur jus damnati, & Ecclesiæ.

12. Peccat, si admittat in suo tribunali excommunicatum, denunciatum actorem, Advocatum, aut testem, quia leges prohibent.

13. Peccat Judex laicus si statim ac scit reum esse Clericum & Clericali nota insignitum animadvertit, non dimittat, quia tunc faceret contra jus primi principij Ecclesiæ.

14. Peccat, si delinquentes, & delicta sui territorij ablato omni impedimento non inquirit, quia hoc petit jus sui officij.

CAPUT III.

De peccatis Advocatorum, & Procuratorum.

1. QUi patrocinatur ignarus juris, & inhabilis, aut parum de causa instructus peccat, quia hoc exigit jus sui officij & partium, etsi damnum causet partibus lædit jus proximi.

2. Peccat si causam quam scit injustam defendendam accipiat, quia tunc lædit jus proximi, quatenus si monuisset partem de injustitia & debilitate suæ causæ, tot expensas non amisisset.

3. Si magnâ negligentiâ suâ, aut ignorantiâ causa cadit, & tenetur ad restitutionem, quia læditur jus proximi.

4. Si per media injusta & falsos testes, vel injustas delationes, vel subornando partem adversariam, facit ut adversarius justa causa cadat, quia tunc vere lædit jus proximi, & tenetur ad restitutionem.

5. Si revelet secreta maximi momenti suæ partis, tenetur ad restitutionem damni, quia vere in hoc læditur jus proximi.

6. Si non subveniat pauperi, viduæ, & cæteris suo consilio,

& patrocinio, quia ad hoc tenetur ex vi juris sui officii & pauperis.

7. Si stipendium indebitum & majus debito pro patrocinio exigat, quia derogat in hoc, & legibus officij, & proximo & tenetur ad restitutionem.

CAPUT IV.

De peccatis accusatoris denunciatoris & custodis.

1. PEccat excusans aliquem falso crimine, & sciente falsum crimen esse, tenetur ad restitutionem, & retractationem, quia læditur jus proximi in fama & bonis.

2. Peccat si excusans aliquem vero crimine, utatur falso medio, & faciat ob malum finem, licet non tenetur ad retractationem, & restitutionem.

3. Si omittat accusare reum, cujus delictum vergeret ad maximum detrimentum Reipublicæ, quia tunc læderet jus boni communis Reipublicæ; quod non debet.

4. Peccat denuncians, quod non debet notabiliter nocendo, vel omittens denunciare id ad quod tenetur, ut delicta perniciosa, quia in his fere læditur jus commune.

5. Peccat præfectus custodie qui juravit se tali hora accusaret quos invenerit delinquentes, & non accusat, quia hoc jus divinum exigit propter juramentum.

6. Peccat reus si defendat scienter causam injustam, aut non desistat, quia tunc lædit jus justitiæ.

7. Si interrogatus à judice servato juris ordine (quod tria requirit; primo, ut delictum sit notorium, famosum. Secundo, ut probationes sint exhibitæ apud acta. Tertio, ut sit res notificata, ut videat se teneri obedire mandato judicis, à qua recusatione confessarius non potest absolvere) non fatetur verum, etiamsi morte plectendum ex denunciatione sua, quia alioquin læderet jura justitiæ: quæ id exigunt.

8. Peccat, qui scit se juste damnatum quo pertrahat executionem, appellationem postulat.

CAPUT V.

De peccatis Testium.

1. PEccat si jurans, vel non jurans aliquid verum esse in judicio quod scit esse falsum, quia lædit & jus divinum, & jus proximi.

2. Si utitur medio falso. v. g. adversarij partem sibi esse inimicam, vel se abscondens, ne jubeatur testificare, si in hoc justitia exigat propter damnum grave quod ex hoc sequeretur Reipublicæ, quia tunc lædit jus commune & justitiæ,

3. Si detegat quod in secreto scit, quia nihil est detegendum ultra necessarium, quod accipitur sub secreto est de jure naturali; Qui non tenetur testificari, debet dicere judici se non teneri respondere interrogatis.

4. Qui scit alium premi maxima necessitate sui testimonij. Quia alioquin immineret periculum vitæ, vel jacturas bonorum omnium, & non testificat lædit graviter jus proximi.

5. Qui accipit mercedem, ut verum dicat, tenetur ad restitutionem, non vero ut falsum dicat.

6. Qui tenetur se offerre, & non se offert, & qui non tenetur se offerre offert, peccat, quia jura sunt contraria, v. g. parentes non debent se offerre intestas contra, ascendentes, vel descendentes, uxor contra maritum, servus contra Dominum, quia hoc vetat jus naturale.

CAPUT VI.

De peccatis Notariorum.

1. PEccat Notarius qui non servavit capitula, quum juravit servare in initio sui officij, quorum primum est; quod conficiet instrumenta de quibus fuerit rogatus, nihil veritatis tacendo aut veritatis admiscendo. Secundum quod non revelabit secretum ipsi commissum. Tertium, quod non conficiet instrumentum de contractu usurario, aut alio illicito. Quartum, quod retinebit de omnibus instrumentis potocollum, aut registrum. Quintum, quod erit fidelis ei à quo est creatus Notarius, & admonebit eum de his quæ scit vergere in suum damnum. Sextum, quod nullo amore, odio, spe, aut timore, suo ab utetur officio: in his fere continentur defectus Notariorum, tamen addo quod.

Peccant Notarij, si conficiant testamentum alicujus carentis judicio & rationis usu, si accipiant stipendium ultra taxam, & si accipiant ultra datum supposito quod sit stipendiatus à Republica, vel à Principe pro hoc.

CAPUT VII.

De peccatis Medicorum & Chirurgorum.

1. MEdicus vel Chirurgus qui non prævia sufficienti scientia Medicatur, vel qui regulas artis non sequitur, vel qui notabiliter negligit visitare ægrotos peccat, quia in hoc læditur valde proximus, quia se ponit in periculo occidendi ægrotos.

2. Qui adhibet medicamenta morbo aliquo antequam exploratum habeat, nisi inveterata experientia id certum faciat peccat, quia jus artis id vetat, & bonum proximi.

3. Qui dubitat de validitate medicamenti, & dat ut experiatur, & lucri facit peccat, quia id vetat jus artis suæ, & bonum proximi.

4. Peccat, qui antequam medicamenta periculosa adhibeat non persuadet ægroto, ut confiteatur peccata sua; peccat, qui ponit ægrotum periculo æternæ damnationis.

5. Qui dat Pharmacum pregnanti, ex quo videt aborsum sequi animati fœtus peccat; quia fit homicida, & sic lædit jus proximi in vita, etiamsi inde sequatur vita matris.

6. Qui impedit ne ægrotus testetur de suis bonis, imo qui non admonet videns periculum vitæ. Peccat & tenetur restituere damna inde secuta, quia ex carentia testamenti oriuntur lites, rixa; tunc enim lædit evidenter jus proximi.

7. Qui petit stipendium excedens notabiliter publicum, vel habens publicum cum pacto nihil petendum ultra præscriptum, etiamsi ultra datum peccat, cum obligatione restituendi, quia accipit ultra jus suum.

8. Qui exigit stipendium quod ægrotus metu mortis promittit, ex qua promissione eveniunt plura quam opus est medicamenta, & ultra justum stipendium accipit peccat, quia læditur tunc jus artis & fit injuria juri ægrotantis.

5. Qui recusat gratis mederi ægrotum pauperem, ex quo de facto morietur pauper, & nullus alius possit mederi peccat, quia concurrit ad necem pauperis.

CAPUT VIII.

De peccatis Executoris testamenti, tutoris, curatoris, & hospitalarij.

1. EXecutor peccat, non solvens debita, aut legata

præsertim pia defuncti Qui reliquit sufficientia ad solutionem peccat, quia lædit jus proximi, sive legatorum & defuncti.

2. Vidua cui maritus reliquit usum fructum suorum bonorum quoad caste viveret, stuprnm committens, & non secus bonis utens peccat, & tenetur ad restitutionem. Ita si reliquit quoad usque si non nuberet, si nubat amittit jus ususfructuum bonorum.

3. Si non solvat, nisi post tempus taxatum à Synodalibus, si possit fit excommunicatus secundum Synodalia.

4. Peccat, tutor vel curator non conservans bona pupillorum, vel minorum, & citra utilitatem, vel necessitatem alienans, & qui est in culpa, cur aliquod jus perdat, & actionem: qui non vendit res mobiles usu, & tempore perituras, & earum pretium non convertit in res immobiles, quia id exigit jus pupilli.

5. Tutor dicitur qui præficitur pupillo, hoc est minori duodecim annorum, si est fœmina, si masculus quatuordecim ad protegendum personam & bona.

Curator vero qui minori vigiuti quinque, & majori duo decim, vel & præficitur, sicut & furioso, & prodigo in administrandis ejus bonis.

6. Si Tutor notabiliter est negligens in pupillo bonis moribus instituendo, & à vitiis & à peccatis præservando peccat, quia hoc exigit jus sui officij.

7. Qui dedit ad lucrum pupilli, vel minoris pecuniam salva sorte, aliter quam per tres contractus, tenetur restituere, nisi pupillus vel minor restituat; potest tamen secreto de rebus ejus acc[illegible]ere ad satisfaciendum, quia utitur jure suo.

8. Mulier tutrix peccat, si fungatur suo officio post stuprum, aut post convolutas ad secundas nuptias, quia per ista duo, amittit jus suum.

9 Hospitalius qui reditus hospitalis non insumit in destinata per donatarios, aut non sequitur eorum intentiones, peccat, quia injuriam facit hospitali, & derogat juri primi primi principij translato à donatoribus. Similiter est dicendum de Ministris, Rectoribus Collegiorum fundatorum in educationem Scholarium, qui vel mentem testatorum infringunt, vel ad alios usus insumunt reditus, vel consumunt pro familiis suis, vel volunt admittere extraneos sub pretextu majoris boni peccant, & tenentur ad restitutionem, quia lædunt jus primi principij studentium ad quos

tantum transtulit suum jus fundator, & non ad alios, ita pariter debemus dicere de omnibus aliis administratoribus pauperum.

10. Si nimis tarde recuperant bona alienata, aut negligunt restaurare ædificia diruta; ex quibus damnum patiuntur pupilli, vel minores peccant contra idem principium, & tenentur ad restitutionem.

11. Peccant permittentes ut diversæ personæ extraneæ vivunt de bonis pupillorum charitatis prætextæ, vel de bonis pauperum, vel de bonis scholarium respectu collegij, quia tunc derogatur jus istorum omnium, quatenus datur alteri quod ipsis debetur.

CAPUT IX.

De peccatis inferiorum Laicorum.

POstqnam vidimus peccata Superiorum Laicorum, videnda sunt peccata inferiorum, ad quid scilicet teneantur, quando teneantur, & propter quid teneantur, & primum quod investigandum est, est gravis quæstio.

CAPUT I.

Quæ lex humana obliget ad peccatum mortale.

GRavis est difficultas, & valde necessaria est ista quæstia, quænam scilicet lex humana obliget pro quo.

Sciendum est primo, juxta D. Tho. quẽ sequuntur Canonistæ, & Theologi, quod leges humanæ justæ, tam Ecclesiasticæ, quam Seculares possunt obligare in conscientia ad peccatum veniale: imo & ad mortale, quod etiam possunt facere statuta civitatum: imo juxta communem opinionem, si sint receptæ leges & statuta obligant ad mortale, si authores hoc intendunt.

Sciendum est secundo. Quod nullæ leges, quarum latores id non intenderunt obligant ad mortale, quia nec ullæ Divinæ consultoriæ etiam veniale obligant juxta D. Augustinum, & aliquot earum præceptivarum tantum ad veniale secundum Caietanum. Tum quia ut asservit D. Tomas statuta Dominicanorum, sicut & nostra, nec ad mortale, nec ad veniale obligant, sed solum ad pœnam exteriorem, cum authores eorum

noluerint ad hoc obligare, tum denique, quia actus agentium non operantur nisi juxta mentem eorum.

Sciendum est tertio. Quod leges Canonicæ non obligant ad mortale, si non sint latæ verbis præceptivis, vel prohibitivis, sed solum ordinativis vel constituvis, etiam si sint imperativi modi nisi importent præceptum. Ita D. Thomas & Panormitanus.

Sciendum est quarto, nullum esse verbum Latinum quod solum in aliqua lege positam sufficienter significet suo significato originario mentem ejus Legislatoris fuisse transgressorem obligare ad mortale, non illa verba. Teneatur, debeat, obligetur, præcipimus, obligamus, vetamus, inhibemus, mandamus, prohibemus. Quia sunt generalia, nec tam apta inducendæ obligationi ad culpam venialem, quam mortalem. Propterea leges Ecclesiasticæ, quando volunt obligare sub mortali, addunt sub anathemate & cætera.

In dubio potius intelligenda sunt de culpa veniali, quam mortali, quia leges quæ recte possunt intelligi de pœna majori, & minori, in dubio de minori sunt intelligenda. Tum quia pleræque leges etiam Divinæ, & naturales præceptivæ ad solum veniale obligant. Ita Caietanus. Cujusmodi est lex de non mentiendo sine damno alterius. Lex insuper de non curando minima licet sit præceptiva: tamen transgressiones illarum sunt tantum peccatum veniale tun. quia D. Thomas 22. q. 44. & alibi agens de præceptis charitatis prudentiæ, justitiæ, fortitudinis, temperantiæ, tam comprehendit ea quæ sunt veniale, quam ea quæ sunt mortale.

Dixi de se & suo originario significato, nam de accidentali, quod usus Ecclesiasticus, cõmunisque interpretatio conciliorum Pontificum, & aliorum Prælatorum, & Doctorum illis tribuit, omnia, & singula verba præceptiva, prohibitiva posita in lege Ecclesiastica in dubio significant Legislatorem habere animum obligandi sub mortali, nisi aliud positum contrarium insinuet, ut apparet in regula sancti Francisci, cujus aliqua præcepta obligant ad mortale, alia non: quia tamen Clemens I. de immunitate Ecclesiastica, in codice de pœnitentiis. Tractando de jejunio col. 35. asservit ex significatione & ex vi verbi præceptivi nasci obligationem sub mortali? durum videtur illud verbum

præſtare, ut res pignorata.

Si teſtator ſit debitor ex voluntario contractu, legatum factum creditori non cenſetur fieri in compenſationem, ſi nihil exprimat, vel maritus uxori in teſtamento aliquid requirit, & non addiderit eum velle compenſare in dotem, tunc dos & legatum ei debetur, ſi ex neceſſitate juris id faciat cenſetur compenſatio.

Confeſſarius non debet abſolvere eum morti proximum qui per teſtamentum relinquit creditori quod abſtulit per fructum, aut per aliquam injuſtam læſionem, quia ibi eſt fraus.

Legata poſſunt fieri ſimpliciter nulla adjecta conditione nec die & ea non tenetur hæres ſolvere niſi poſt acceptam hæreditatem, ſi nullus ex ſcriptis hæredibus adjerit hæreditatem, legata una cum teſtamento corruunt, & ſic ab hæredibus ab inteſtato ſuccedentibus non ſolvuntur, niſi ſint legata pia, ſed ſtatim ac hæreditas adita eſt, legata incipiunt facere fructus ſuos.

Aliquando legata relinquuntur in diem certum, & tunc annumeratur inter legata pura, ſi fiant in diem incertum, ut quando Titius nupſerit, vel fiat Religioſus, & talia legata remanent penes hæredem, ſi conditio non purificetur, ſi legatum relinquatur ſub conditione matrimonij, & talis non nubat ſed fiat Religioſus tunc eſt ſolvendum legatum propter benignam interpretationem, ſi vero nulla in particulari relinquatur. Sed puellis matrimonio in jungendis, tunc requiritur matrimonium. Ita etiam ſi dicitur caſu quo talis nupſerit, non ſolvitur legatum, niſi purificetur conditio.

Si legata relinquantur incertæ perſonæ, quia ſunt duæ ejuſdem nominis corruunt jure civili, licet ſecundum jus naturæ, & in conſcientia dividenda ſunt inter illos duos æqualiter. Legata pia poſſunt in alium uſum ab Epiſcopo executore teſtamenti transferri, quia illa fuerunt relicta in ſalutem animarum, ſtatim ac adita eſt hæreditas, ſolvenda ſunt legata, & compelli poſſunt ab executoribus teſtamenti.

Si intra medium anni poſt aditam hæreditatem hæres non ſolverit legata, tunc tenetur ſolvere cum omnibus fructibus perceptis ex eis, excluſa impoſſibilitate, aut impedimento legitimo poſt Judicis ſententiam, & tunc legatarius habet actionem, & evictionem in hæredem. Si nullus petat legata pia, Judex Eccleſiaſticus debet com-

pellere ad solvenda illa legata.

CAPUT X.

De Sepultura & portione Canonica.

LOcus sepulturæ proprius est Ecclesia, & Cæmeterium quod dicitur quasi dormitorium in quo defunctorum corpora sepeliuntur: hoc jam diximus alibi in 1. lib. mortaliter peccat qui fidelium corpora sepelire negligit.

Communi jure solæ Parrochiæ habent jus sepeliendi, ex privilegio Religiosi qui si pasciscantur de non sepeliendo cum Parrocho valet pactum: excommunicantur ipso facto, qui aliquem voto, vel jurejurando inducunt ad sepeliendum. Si absque licentia sepeliant tenentur ad restitutionem, & si non restituant intra tres menses Ecclesia, & Cæmeterium interdicuntur.

Omnes puberes tam masculi, quam fœminæ sepulturam sibi eligere possunt: impuberi vero à patre eligi debet. Non sunt sepeliendi in loco sacro hæretici, non baptisati, Pagani, Judæi, infames, se ipsos occidentes, qui non confitentur semel in anno, usurarij notorij, Religiosus manifestus proprietarius, qui in tormentis moriuntur.

Portio canonica alia est Episcopalis, alia parrochialis in aliquibus est tertia pars in aliis quarta funeralis.

EX DICTIS RESOLVES.

Primo de pactis.

Ideo qui pasciscuntur tenentur ad servanda pacta, quia resultat jus primi principij unius ad alium, taliter quod qui promisit aliquid alicui, alius possidet jus primi principij supra promissum alterius, ut patet in matrimonium contrahentibus in quibus uxor dat jus marito in suum corpus.

Si pactum sit conditionatum purificata conditione incipit jus primi principij circa promissum alterius.

Circa possessiones, eo ipso quod aliquis possidet rem justo titulo habet jus primi principij quod transfert primus possessor alteri.

Circa bona Clericorum, conventus habet jus primi principij Religiosorum ex vi professionis, juxta illud quidquid acquirit Monachus, acquirit Conventus, & sic, Religiosus qui vellet disponere de bonis datis derogaret juri princi-

pii, quia solus Conventus habet jus supra illa: quando vevero prohibetur Conventibus alienatio bonorum, est quia lex Ecclesiastica prohibet quæ habet jus prohibendi.

Circa donationes. In tantum sunt irrevocabiles, in quantum donans transfert jus primi principij quod habebat in perpetuum alteri.

Similiter de feudo, de servitutibus, & hypothecis. Vassallus habet jus supra bona sibi data à Domino ea conditione, ut tot singulis annis solvat, si non solvit derogat juri Domini. Ita hypothecarius habet jus in fendum hypothecatum. Ita de emphyteusi.

Circa testamenta optime servatur jus primi principij; nam testator est transfert jus primi principij in hæredes. Si autē pater moriatur ab intestato, lex naturalis & civilis succedit juri patris, quatenus determinat hæredes. Ut si sint filij juræ naturæ succedunt. Si nullus sit filius jure civili succedunt propinquiores, & si nulli sint, succedit fiscus, ut videre est in determinatione hæredum succedentium ab intestato.

Ita dicendum est de fideicommissis, & substitutionibus, in quibus declarantur qui debeant succedere, sicut de legatis quomodocumque sint.

Circa sepulturas unusquisque habet jus sibi eligendi sepulturas à natura, nisi excluduntur per leges Ecclesiasticas in pœnam vel criminis, ut circa duallistas, vel fidei & Religionis, ut circa paganos & infideles.

TRACTATUS XXIV.

De Peccatis diversorum statuum.

CAPUT I.

De peccatis Regum.

POST stabilitum Superiorum Laicorum recensenda sunt peccata eorum quibus derogant juri primi principij inferiorum, & peccata quibus subditi derogant juri Superiorum.

Peccat primo. Rex, vel quilibet Monarcha, qui aliena Regna injuste, vel usurpat, vel detinet, quia tunc lædit jus primi principij proximorum, Regum si ab illis usurpet: subditorum, si eorum bona subripiat.

2. Si solum possessa expendat voluptatibus, vanæ gloriæ, & honori, quia finis primarius debet esse Deus, & sic tunc lædit

jus Divinum ad quod pertinet usus Regnorum.

3. Si non reddat unicuique suum jus, si non provideat annonæ, & aliis necessariis, non ferendo leges necessarias, vel sancitas non exequendo. Quia tunc lædit jus subditorum quibus tenetur providere de necessariis.

4. Si notabiliter aggravet subditos ob avaritiam sine ulla justa causa, quia tunc lædit jus subditorum.

5. Si nimiis largitionibus dissipet bona Regni, quibus se exponat periculo perdendi Regnum, quia lædit jus subditorum.

6. Si negligens fuerit imperandi custodiam viarum publicarum, adeo ut viatores notabiliter vexentur, quia tunc lædit jus subditorum quod id exigit,

7, Peccat si habeat inveteratam controversiam cum alio Rege, & non terminet si possit, ob quam, ruina & strages maxima oriatur, quia hoc est in præjudicium populorum.

8. Si dispenset in legibus divinis, aut naturalibus sine justissima causa, si delicta contra tales leges faciliter condonet, ex qua condonatione oriantur candala, lites, & discordiæ.

9. Si non permittat subditis tueri libertates sibi jure divino, aut humano jurato debitas, & bona ipsorum usurpet; quia subditi habent jus tuendi illas.

10. Si cogat ad matrimonium contrahendum, vel retrahat, quia hoc lædere est jus naturale, & divinum, ita si vendat officia indignis nimis care, & aut ex illa emptione videat oppressum populum.

11. Si det officia Ecclesiastica inedoneis, conferat præcipue, si sint inedonei scientia, & moribus.

12. Si non impediat usuras, furta, latrocinia, rapinas, & alia hujusmodi illicita & pravas consuetudinis, ut falsas mensuras, &c.

CAPUT II.

De peccatis Iudicum.

1. PEccant Judices qui subripiunt officia, si se agnoscant indignos defectu scientiæ, quia in hoc lædunt jus partium propter periculum in justitiæ.

2. Qui sententiam injustam fert, aut justam ferre negligit, metu, odio, precibus muneribus, & cætera, qui in hoc vere læditur jus partis.

3. Qui accipit munera, ut

bene, vel male judicet, & si sit Ecclesiasticus judex sit suspensus & irregularis, quia lædit jus judicis datum ad hoc, ut juste judicet ex æquo, & bono, non ob munera.

4. Qui fert sententiam sive justam, sive injustam non habens jurisdictionem supra subditum, quia in hoc læditur jus superioris judicis ad quem pertinet judicare de tali lite.

5. Qui ordinem juris non servat, procedendo sine libello, aut contestatione litis, aut sine dilationibus necessariis, vel superfluos admittendo. Appellationem, aut recusationem quam debet non admimittens. Aut econtra præsertim ob munera, vel preces, quia lædit jus suum quo illa prohibet.

6. Qui viduas pupillos, aut alias miseras personas non præfert aliis in judicando, & jure reddendo, & superiorum mandata, excommunicationis, suspensionis non curat quando debet, & potest, quia hoc exigit jus charitatis, & superiorum.

7. Qui præcipit tempore interdicti celebrare, & ne denunciati, excommunicati egrediantur ex divinis officiis, & ipso facto est excommunicatus, quia facit contra jura Ecclesiæ.

8. Qui prohibet, ne subditi vendant aut emant ab Ecclesiasticis, vel compellit, ut jura Ecclesiæ, vel bona immobilia, subjiciantur laicis; qua hoc est contra jus immunitatum Ecclesiæ.

9. Qui mandat, ut extrahantur ex loco sacro qui ad illud confugiunt. Ubi nota pro loco sacro intelligi quamlibet Ecclesiam, Cæmeterium sacellum, ubi celebratur authoritate Episcopi, dormitorium commune Clericorum, Regularium; januam, & porticum Ecclesiæ. Claustrum, domum Episcopalem, domum Ecclesiæ ad habitandum, dummodo non distet ab Ecclesia plusquam 40. passibus.

Soli Christiani, & liberi gaudent tali privilegio, sive ob delicta, sive ob debita: excommunicati, suspensi, interdicti hoc gaudent privilegio qui è carcere egressus est cum licentia custodis præstito juramento de reditu potest confugere ad Ecclesias. Licet putem quod talis in conscientia teneatur redire in carcerem. Omnis homicida, dummodo non commiserit crimen in Ecclesia gaudet immunitate.

Judæi, Pagani, hæretici, mauri, publicus viarum grassator, nocturnus segetum vastator. Et quilibet qui occidit, mutilat, quodvis aliud in Ecclesia per-

petrat, non gaudent privilegio immunitatum Ecclesiasticarum.

Item. Qui in Ecclesia aliquem extra eam existentem percutit, & qui vice versa non gaudet tali privilegio, quia censetur deliquisse in Ecclesia. Neque qui alium vi ex Ecclesia extraxit, neque qui extrahi jussit, si crimen in Ecclesia commissum sit.

10. Peccat consentiens suis officiariis, qui aliquo dolo, falsitate, & aliis hujusmodi grave damnum partibus causant, quia læditur jus proximi & veritatis.

11. Peccat, si damnato ad mortem recuset confessarium postulatum ad confessionem audiendam, quia læditur jus damnati, & Ecclesiæ.

12. Peccat, si admittat in suo tribunali excommunicatum, denunciatum actorem, Advocatum, aut testem, quia leges prohibent.

13. Peccat Judex laicus si statim ac scit reum esse Clericum & Clericali nota insignitum animadvertit, non dimittat, quia tunc faceret contra jus primi principij Ecclesiæ.

14. Peccat, si delinquentes, & delicta sui territorij ablato omni impedimento non inquirit, quia hoc petit jus sui officij.

CAPUT III.

De peccatis Advocatorum, & Procuratorum.

1. Qui patrocinatur ignarus juris, & inhabilis, aut parum de causa instructus peccat, quia hoc exigit jus sui officij & partium, etsi damnum causet partibus lædit jus proximi.

2. Peccat si causam quam scit injustam defendendam accipiat, quia tunc lædit jus proximi, quatenus si monuisset partem de injustitia & debilitate suæ causæ, tot expensas non amisisset.

3. Si magnâ negligentiâ suâ, aut ignorantiâ causa cadit, & tenetur ad restitutionem, quia læditur jus proximi.

4. Si per media injusta & falsos testes, vel injustas delationes, vel subornando partem adversariam, facit ut adversarius justa causa cadat, quia tunc vere lædit jus proximi, & tenetur ad restitutionem.

5. Si revelet secreta maximi momenti suæ partis, tenetur ad restitutionem damni, quia vere in hoc læditur jus proximi.

6. Si non subveniat pauperi, viduæ, & cæteris suo consilio,

& patrocinio, quia ad hoc tenetur ex vi juris sui officii & pauperis.

7. Si stipendium indebitum & majus debito pro patrocinio exigat, quia derogat in hoc, & legibus officij, & proximo & tenetur ad restitutionem.

CAPUT IV.

De peccatis accusatoris denunciatoris & custodis.

1. PEccat excusans aliquem falso crimine, & sciente falsum crimen esse, tenetur ad restitutionem, & retractationem, quia læditur jus proximi in fama & bonis.

2. Peccat si excusans aliquem vero crimine, utatur falso medio, & faciat ob malum finem, licet non tenetur ad retractationem, & restitutionem.

3. Si omittat accusare reum, cujus delictum vergeret ad maximum detrimentum Reipublicæ, quia tunc læderet jus boni communis Reipublicæ; quod non debet.

4. Peccat denuncians, quod non debet notabiliter nocendo, vel omittens denunciare id ad quod tenetur, ut delicta perniciosa, quia in his fere læditur jus commune.

5. Peccat præfectus custodiæ qui juravit se tali hora accusaret quos inveneriet delinquentes, & non accusat, quia hoc jus divinum exigit propter juramentum.

6. Peccat reus si defendat scienter causam injustam, aut non desistat, quia tunc lædit jus justitiæ.

7. Si interrogatus à judice servato juris ordine (quod tria requirit; primo, ut delictum sit notorium, famosum. Secundo, ut probationes sint exhibitæ apud acta. Tertio, ut sit res notificata, ut videat se teneri obedire mandato judicis, à qua recusatione confessarius non potest absolvere) non fatetur verum, etiamsi morte plectendum ex denunciatione sua, quia alioquin læderet jura justitiæ: quæ id exigunt.

8, Peccat, qui scit se juste damnatum quo pertrahat executionem, appellationem postulat.

CAPUT V.

De peccatis Testium.

1. PEccat si jurans, vel non jurans aliquid verum esse in judicio quod scit esse falsum, quia lædit & jus divinum, & jus proximi.

2. Si utitur medio falso. v. g. adversarij partem sibi esse inimicam, vel se abscondens, ne jubeatur testificare, si in hoc justitia exigat propter damnum grave quod ex hoc sequeretur Reipublicæ, quia tunc lædit jus commune & justitiam,

3. Si detegat quod in secreto scit, quia nihil est detegendum ultra necessarium, quod accipitur sub secreto est de jure naturali; Qui non tenetur testificari, debet dicere judici se non teneri respondere interrogatis.

4. Qui scit alium premi maxima necessitate sui testimonij. Quia alioquin immineret periculum vitæ, vel jacturas bonorum omnium, & non testificat lædit graviter jus proximi.

5. Qui accipit mercedem, ut verum dicat, tenetur ad restitutionem, non vero ut falsum dicat.

6. Qui tenetur se offerre, & non se offert, & qui non tenetur se offerre offert, peccat, quia jura sunt contraria, v. g. parentes non debent se offerre in testes contra, ascendentes, vel descendentes, uxor contra maritum, servus contra Dominum, quia hoc vetat jus naturale.

CAPUT VI.

De peccatis Notariorum.

1. PEccat Notarius qui non servavit capitula, quum juravit servare in initio sui officij, quorum primum est; quod conficiet instrumenta de quibus fuerit rogatus, nihil veritatis tacendo aut veritatis admiscendo. Secundum quod non revelabit secretum ipsi commissum, Tertium, quod non conficiet instrumentum de contractu usurario, aut alio illicito. Quartum, quod retinebit de omnibus instrumentis pocollum, aut registrum. Quintum, quod erit fidelis ei à quo est creatus Notarius, & admonebit eum de his quæ scit vergere in suum damnum. Sextum, quod nullo amore, odio, spe, aut timore, suo abutetur officio: in his fere continentur defectus Notariorum, tamen addo quod.

Peccant Notarij, si conficiant testamentum alicujus carentis judicio & rationis usu, si accipiant stipendium ultra taxam, & si accipiant ultra datum supposito quod sit stipendiatus à Republica, vel à Principe pro hoc.

CAPUT VII.

De peccatis Medicorum & Chirurgorum.

1. MEdicus vel Chirurgus qui non prævia sufficienti scientia Medicatur, vel qui regulas artis non sequitur, vel qui notabiliter negligit visitare ægrotos peccat, quia in hoc læditur valde proximus, quia se ponit in periculo occidendi ægrotos.

2. Qui adhibet medicamenta morbo aliquo antequam exploratum habeat, nisi inveterata experientia id certum faciat peccat, quia jus artis id vetat, & bonum proximi.

3. Qui dubitat de validitate medicamenti, & dat ut experiatur, & lucri facit peccat, quia id vetat jus artis suæ, & bonum proximi.

4. Peccat, qui antequam medicamenta periculosa adhibeat non persuadet ægroto, ut confiteatur peccata sua; peccat, qui ponit ægrotum periculo æternæ damnationis.

5. Qui dat Pharmacum pregnanti, ex quo videt oborsum sequi animati fætus peccat; quia fit homicida,& sic lædit jus proximi in vita, etiamsi inde sequatur vita matris.

6. Qui impedit ne ægrotus testetur de suis bonis, imo qui non admonet videns periculum vitæ. Peccat & tenetur restituere damna inde secuta, quia ex carentia testamenti oriuntur lites, rixa; tunc enim lædit evidenter jus proximi.

7. Qui petit stipendium excedens notabiliter publicum, vel habens publicum cum pacto nihil petendum ultra præscriptum, etiamsi ultra datum peccat, cum obligatione restituendi, quia accipit ultra jus suum.

8. Qui exigit stipendium quod ægrotus metu mortis promittit, ex qua promissione eveniunt plura quam opus est medicamenta, & ultra justum stipendium accipit peccat, quia læditur tunc jus artis & fit injuria juri ægrotantis.

5. Qui recusat gratis mederi ægrotum pauperem, ex quo de facto morietur pauper, & nullus alius possit mederi peccat, quia concurrit ad necem pauperis.

CAPUT VIII.

De peccatis Executoris testamenti, tutoris, curatoris, & hospitalarij.

1. EXecutor peccat, non solvens debita, aut legata

præsertim pia defuncti Qui reliquit sufficientia ad solutionem peccat, quia lædit jus proximi, sive legatorum & defuncti.

2. Vidua cui maritus reliquit usum fructum suorum bonorum quoad caste viveret, stuprum committens, & non secus bonis utens peccat, & tenetur ad restitutionem. Ita si reliquit quoad usque si non nuberet, si nubat amittit jus ususfructuum bonorum.

3. Si non solvat, nisi post tempus taxatum à Synodalibus, si possit sit excommunicatus secundum Synodalia.

4. Peccat, tutor vel curator non conservans bona pupillorum, vel minorum, & citra utilitatem, vel necessitatem alienans, & qui est in culpa, cur aliquod jus perdat, & actionem: qui non vendit res mobiles usu, & tempore perituras, & earum pretium non convertit in res immobiles, quia id exigit jus pupilli.

5. Tutor dicitur qui præficitur pupillo, hoc est minori duodecim annorum, si est fœmina, si masculus quatuordecim ad protegendum personam & bona.

Curator vero qui minori viginti quinque, & majori duodecim, vel & præficitur, sicut & furioso, & prodigo in administrandis ejus bonis.

6. Si Tutor notabiliter est negligens in pupillo bonis moribus instituendo, & à vitiis & à peccatis præservando peccat, quia hoc exigit jus sui officij.

7. Qui dedit ad lucrum pupilli, vel minoris pecuniam salva sorte, aliter quam per tres contractus, tenetur restituere, nisi pupillus vel minor restituat; potest tamen secreto de rebus ejus accipere ad satisfaciendum, quia utitur jure suo.

8. Mulier tutrix peccat, si fungatur suo officio post stuprum, aut post convolutas ad secundas nuptias, quia per ista duo, amittit jus suum.

9 Hospitalius qui reditus hospitalis non insumit in destinata per donatarios, aut non sequitur eorum intentiones, peccat, quia injuriam facit hospitali, & derogat juri primi primi principij translato à donatoribus. Similiter est dicendum de Ministris, Rectoribus Collegiorum fundatorum in educationem Scholarium, qui vel mentem testatorum infringunt, vel ad alios usus insumunt reditus, vel consumunt pro familiis suis, vel volunt admittere extraneos sub pretextu majoris boni peccant, & tenentur ad restitutionem, quia lædunt jus primi principij studentium ad quos

noluerint ad hoc obligare, tum denique, quia actus agentium non operantur nisi juxta mentem eorum.

Sciendum est tertio. Quod leges Canonicæ non obligant ad mortale, si non sint latæ verbis præceptivis, vel prohibitivis, sed solum ordinativis vel constituvis, etiam si sint imperativi modi nisi importent præceptum. Ita D. Thomas & Panormitanus.

Sciendum est quarto, nullum esse verbum Latinum quod solum in aliqua lege positam sufficienter significet suo significato originario mentem ejus Legislatoris fuisse transgressorem obligare ad mortale, non illa verba. Teneatur, debeat, obligetur, præcipimus, obligamus, vetamus, inhibemus, mandamus, prohibemus. Quia sunt generalia, nec tam apta inducendæ obligationi ad culpam venialem, quam mortalem. Propterea leges Ecclesiasticæ, quando volunt obligare sub mortali, addunt sub anathemate & cætera.

In dubio potius intelligenda sunt de culpa veniali, quam mortali, quia leges quæ recte possunt intelligi de pœna majori, & minori, in dubio de minori sunt intelligenda. Tum quia pleræque leges etiam Divinæ, & naturales præceptivæ ad solum veniale obligant. Ita Caietanus. Cujusmodi est lex de non mentiendo sine damno alterius. Lex insuper de non curando minima licet sit præceptiva: tamen transgressiones illarum sunt tantum peccatum veniale tun. quia D. Thomas 22. q. 44. & alibi agens de præceptis charitatis prudentiæ, justitiæ, fortitudinis, temperantiæ, tam comprehendit ea quæ sunt veniale, quam ea quæ sunt mortale.

Dixi de se & suo originario significato, nam de accidentali, quod usus Ecclesiasticus, cõmunisque interpretatio conciliorum Pontificum, & aliorum Prælatorum, & Doctorum illis tribuit, omnia, & singula verba præceptiva, prohibitiva posita in lege Ecclesiastica in dubio significant Legislatorem habere animum obligandi sub mortali, nisi aliud positum contrarium insinuet, ut apparet in regula sancti Francisci, cujus aliqua præcepta obligant ad mortale, alia non: quia tamen Clemens I. de immunitate Ecclesiastica, in codice de pœnitentiis. Tractando de jejunio col. 35. asservit ex significatione & ex vi verbi præceptivi nasci obligationem sub mortali? durum videtur illud verbum

præceptivum obligare semper populum Christianum, nisi ad datur sub pœna; quare æquius videtur verbum præceptivum obligare sub mortali quando additur sub pœna excommunicationis, sive additur ipso jure, cum excommunicatio non fit sine peccato mortali, loquor de majori excommunicatione.

Dico quod leges Seculares non obligant sub mortali, ex eo quod contineant verba præceptiva tantum. Quia nec significatio originaria, nec accidentalis inducta usu seculari hanc obligationem innuunt: cum manifestum, sit Reges & Judices seculares nunquam regulariter interpretatos fuisse sub mortali obligasse, cum pœnas temporarias respiciant, non autem spirituales, quas numquam infligere, nec remittere possunt. Tum quia eadem ratione, neque etiam leges Divinæ obligationem sub mortali inducunt, duntaxat, quod per verba præceptiva ferantur ut notavit Castro. Cum uti usus juris Canonici robur divino non adimit, ita nec addit, ut quatenus est divinum obligat magis quam ante hujusmodi usum obligaret: ideoque an voluntas Dei fuerit obligandi nos ad mortale, vel non per suam legem in qua ponitur verbum præceptivum colligenda est ex declaratione Prophetarum, Apostolorum, Summorum Pontificum, Conciliorum, Doctorum sanctorum qui sua authoritate aut rationibus efficacibus illam ejusmodi esse censeant: videmus quod quando prohibuit Deus fructus vitæ manducationen. Ut ostenderet prohibuisse sub mortali, addidit, morte morieris.

Dico secundo, quod leges humanæ præcipientes sub pœna amissionis bonorum, famæ, imo & vitæ non obligant sub mortali, præcise ut leges prohibentes, quia eadem ratio militat in omnibus.

Dices. Peccat mortaliter qui periculum jacturæ bonorum & vitæ subit, &c. Quod non est verum.

Dices 2. Peccat mortaliter qui se periculo jacturæ, bonorum, famæ & vitæ probabiliter objicit, sed qui hanc legem transgreditur se subjicit huic periculo. Ergo mortaliter peccat.

Respondeo, quod aliud est dicere aliquem peccare, ex eo quod temere se tali periculo objiciat, quod est quintum Decalogi præceptum violare, aliud dicere eum peccare quod violet legem hanc pœnam statuentem. Nam tanta cautione quis hanc legem violare potest, ut

probabiliter pœnam à lege constitutam non incurrat. Unde si peccat, aliunde peccat quam ex vi legis.

Dices 3. Sequeretur peccare legislatorem qui talem pœnam constitueret, quia lex illa esset injusta ex eo quod talem pœnam statueret ob actum qui non esset peccatum mortale.

Respondeo, quod ad legis justitiam satis est, ut præsumatur mortale in foro exteriori, licet in interiori non sit, Legislator autem præsumere potest, imo revera præsumit eum qui nulla subsistente justa causa legem justam violat per contemptum legis, aut ipsius authoris, violare, quod est peccatum mortale, sed aliunde quam ex vi legis, tum etiam, quia non esset injusta lex qua ejus lator exprimeret se nolle, ut ille sui transgressorem ad mortale citra dictum, contemptum, aut scandalum obliget, ut velle ut qui sine causa justa eam transgreditur præsumatur per contemptum id facere, ob quæ pœnam illam incurrere consequenter justa erit lex, quæ tacite hoc contineret, cum solum intendat Legislatorem hujusmodi pœnam temporariam ob contemptum præsumptum exprimentem videri tacite pœnam æternam excludere ab eo qui sine contemptu eam violat. Propterea laudantur à Doctoribus qui ob minimum furtum à militibus factum ob disciplinam militarem conservandam morte affecerunt. Quare.

Dico tertio Quod consuetudo communis plebeorum, nobilium, & Doctorum non reputat peccata mortalia transgressiones legum pure humanarum aliquam pœnam temporalem continentium in foro exteriori, nisi sint tales quæ præsupponant peccatum mortale vel transgressiones aliarum legum Divinarum, naturalium, aut supernaturalium ex his.

Resolves 1. Quod qui piscaretur in fluminibus vetitis ligna cæderet in sylvis, prata depasceret, exportaret vetita, non peccaret ex vi legis licet teneretur restituere, si juste prohibitum esset, nisi defenderet se armis contra custodes. Quia qui se defendit contra juste aggredientem peccat.

Resolves 2. Quod vidua realiter fornicata, non potest tuta consciẽtia retinere bona relicta sibi à marito, ex lege ut caste viveret neque si convolaret ad secũdas nuptias, si maritus ex lege reliquisset ut non convolaret.

Resolves tertio. Quod fieri potest, ut aliqua lex obliget quoad pœnam exteriorem, non

quoad interiorem, licet Legislator utrumque intendisset, si quoad unam tantum, sit recepta, non quoad aliam. Optarem quod omnes Legislatores in suis legibus hoc explicarent sicut fere omnes modo Religiones faciunt.

Resolves quarto. Quod donans emphyteusim non tenetur solvere in foro conscientiæ laudemium, imo nec in foro exteriori: vendens autem tenetur solvere in utroquè foro, quia videtur esse pars pretij ob quod emphyteusis fuit minori pretio concessa: quod quidem non videtur tam pœna quam interesse, quod in utroque foro debetur.

Resolves quinto. Peccat, qui jussus à Judice solvere mulctam ob legem violatam, non solvit. Secundum D. Thomam, dixi jussus, quia non solvendo priusquam non jubeatur, non peccat. Etiamsi pœna ipso jure & ipso facto incurratur, præcipue quando pœna talis est quæ aliquam executionem requirit, qualis est amissio bonorum, ob hæresim, ob proditionem, qualis de solvenda tali, vel tali summa. Tum quia regulariter lex humana secularis pœnalis ad pœnam peccati mortalis non obligat: adeoque sub lege gratiæ omnis lex pœnalis continens pœnam temporariam determinatam, est pure lex humana quo ad illam: quamvis quoad alia sit divina, aut naturalis, tum quia non est credendum legislatorē qui præ oculis semper æquitatem habere debet, velle facere partem ipsam contra se executricem, præsertim quando pœna est gravis corpori, honori, aut fortunæ. Tum quia Clemens II. verbo officij debæret adjuncta ejus glossa, probat transgressionem legis non solum à peccato, sed etiam ab excommunicatione ob illud incursa absolvi posse ante solutionem pœnæ ob eam debitæ. Tum quia id consuetudine receptum est.

Dixi regulariter. id enim exceptionem patitur in pœna excommunicationis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, amissionis beneficij, ipso facto aliorumque similium executionem judicis non requirentium considerata mente saltem tacita Legislatoris qui vult ut pars ipsa contra se foret executrix. Quod quamvis in aliquibus pœnis spiritualibus aliisque parvis temporariis juste velle possit; in aliis tamen gravibus non posset. Quandoquidem magnam subditis peccandi occasionem præberet; qui naturaliter recusant fieri pœnarum

narum contra seipsos impositarum executores, contra juris Sanctiones.

Eidem insuper loco est in pœna conventionali quam partes suis contractibus adhibent secundum Fœlinum, & alios, quorum opinio quamvis hactenus placuerit, tamen re ad ad purioris rationis trutinam perpensa valde displicet, quia nemo quantumlibet justus & & religiosus eam, nisi coactus solvit, tum quia cum in omnibus fere contractuum instrumentis apponantur pœnæ, adeoque frequentissime incurrantur, maxima mundi pars ad magnam restitutionem teneretur, durumque foret confessariis negare absolutionem iis qui restituendi firmum propositum non haberent, quales essent pene omnes qui hujusmodi pœnas incurrissent. Tum quia, viros honestos dedecet pœnam accipere, nisi cum ob interesse accipitur, quamvis jure summo exigi posset. Tum quia videtur non esse partibus ejusmodi pœnas in suis contractibus constituentibus mens, ut qui eas incurrerit ultro solutionem eorum offerat, uti solutionem debiti principalis offerre debet, sed ut per eas ad observationem contractuum cogantur, non secus quam per pœnas ad legum observationem. Tum denique quod non solum communiter tam boni, quam mali, ita concipiant, sed etiam consuetudo, ita interpretatur. Limitanda est itaque illorum opinio ut procedat in pœnis quæ in satisfactionem interesse debentur; hæc enim pœna licet, sit pœna ex parte solventis, non tamen ex parte recipientis. Itaque qui eam incurrit ad eam solutionem in conscientia tenetur.

PECCATA TESTATORUM.

Primo. Peccat testator, si sanus, vel in initio morbi periculosi non testetur, quia successori legitimo fit injuria, si ab intestato moriatur. Et Notarij peccant si permittant testatori illegitimis hæredibus relinquere hæreditatem: vel si per opportunitatem efficiant, ut potius uni quam alteri relinquatur hæreditas, & cogant, quia fit injuria juri testatoris libero.

Secundo. Peccat testator, si in peccato mortali testetur, quia amittit gratiam quæ in testante reperitur, quare debet prius confiteri peccata sua.

Tertio. Peccat testator, si relinquat hæreditatem suam non habens filios, aut filias, cognatis pauperibus, quia habent jus ad illam.

Quarto. Peccat pater si filiis legitimis non relinquat sua bona, nisi ob justam causam legibus determinatam, quia lædit jus legitimi successoris.

FINIS.

Hæc omnia ad maiorem Dei gloriam, honorem Beatissimæ Virginis, Sancti Joseph & utilitatem proximii, quæ omnia submitto censuris Ecclesiæ.

INDEX.

DISPVTATIONVM ET QVÆSTIONVM TOTIVS OPERIS.

LIBER PRIMUS,

DISPVTATIO XI.

DISPVTATIO XII.

DISPVTATIO XIII.

DISPVTATIO XIV.

DISPUTATIO XV.

DISPVTATIO XVI.

DISPVTATIO XVII.

DISPVTATIO XVIII,

DISPVTATIO XIX.

DISPVTATIO XX.

DISPVTATIO XXI.

DISPVTATIO XXII.

DISPVTATIO XXIII.

IV. FUNDAMENTUM,

DISPVTATIO XXVI.

DISPVTATIO XXVII.

DISPVTATIO XXVIII.

DISPVTATIO XXIX,

DISPVTATIO III.

DSIPVTATIO IV.

V. FUNDAMENTUM.

DISPVTATIO XXIV. *de Deo justificante.*

DISPVTATIO XXV.

LIBER II.

TRACTATUS I.

TRACTATUS II.

TRACTATVS III.

TRACTATVS IV.

TRACTATUS V.

TRACTATUS VI.

TRACTAVS VII.

TRACTATUS VIII.

TRACTATUS IX,

TRACTATVS X.

TRACTATVS XI

TRACTATVS XII.

TRACTATVS XIII.

TRACTATVS XIV.

TRACTATVS XV.

TRACTATUS XVI.

TRACTATUS XVII.

TRACTATUS XVIII.

TRACTATVS XIX.

TRACTATVS XX.

TRACTATVS. XXI.

TRACTATUS XXII.

TRACTATVS XXIII.

De ultimis voluntatibus.

TRACTATVS XXIV.

De peccatis diversorum statum.

FINIS.